UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum

In Qvo Dvo Priores Decretalivm Libri Continentvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

Liber Secvndvs.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95263

Visual Library

COLLECTANEA DOCTORVM.

IN LIBRVM SECVNDVM DECRETALIVM.

De Iudiciis.

TIT. I.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*
2 *Iudiciorum materiam qui tractent, citatur.*
3 *Iudicium diuiditur in criminale, ciuile, & mixtum.*
4 *Causa criminalis dicitur quando principaliter agitur ad commodum publicum ex delicto tantùm, seu ad publicam vindictam. Ciuilis verò quando principaliter agitur in iudicio ad commodum priuatum.*
5 *Causa pecuniaria appellatione venit causa ciuilis, non autem criminalis.*
6 *Causa mixta dicitur si pœna veniat applicanda parti, & partim fisco.*
7 *Iudicium definitur vt sit actus trium personarum, iudicis, actoris, & rei in iudicio contendentium, vel melius vt sit legitima causa cum forensi strepitu per iudicem facta discussio.*
8 *Iudicium à citatione incipit.*
9 *Iudicium aliud ordinarium, aliud extraordinarium.*

1 SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panorm. Felin. Dec. Butr. Mare. Mantua, Barbat. Alciat. Aret. Ripa, Cujac. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol.* 164. *verso*, Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.* 45. Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol.* 48. Dan. Venat. *in analysi methodica iuris Pontif. à pag.* 157. Goffred. & Hostiens. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. *in instit. Canon.* Barthol. Carthag. *in expositt. tit iur. Canon.* Zipæ. *in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag.* 88. nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 2. *sum. in Decret.* Canis. *in sum. iur. Can.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iur.* omnes *sub hoc tit. & p.* 3. *repet. in iure Canonico ad* 2. *Decretal. lib.*... Boschius Codecha, Mich. Calidonius, Hyppol. Riminaldus.

2 De materia huius tit. vide apud Castellanos, *tit.* 22. *p.* 3. Alciat. *lib* 2. *disiunct. c.* 24. *& lib.* 3. *parergon. c.* 2. Soar. Viu. Kirchou. & alios, *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 3. *tit.* 1. *pag.* 360. Perez *ad tit.* 1. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 438. D. Barbos. *comment. ad tit. ff. de iudic.* Nau. *tom.* 1. *consil. sub hoc tit.* Duaren. *de iudiciis, & foro comp.* & integros tractatus ediderunt Ioan. Baptista Costa, & Ambros. Lucius. Et *de iudiciis causarum ciuilium, criminalium, & hæreticalium*, Sigism. Scaccia.

3 *Iudiciis.*] Iudicium diuiditur in criminale, ciuile, & mixtum, quam diuisionem tradunt & explicant gloss. & Doctores *in hac rubr. & ff. eod.* Marant. *de ord. iud. p.* 4. *dist.* 1. Octau. *de stylo Curiæ lib.* 3. *c.* 2. Perez *ad rubr. tit.* 1. *l.* 3. *ordin.* Robert. *lib.* 4. *sentent. c.* 9. Menoch. *de arbitr. cas.* 275. *n.* 6. Soar. de Pace *in proœm. annot.* 1. *de iudic. ex n.* 19. Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuilia & crimin. in præmissis*, Farinac. *in praxi crimin. q.* 100. *c.* 1. Pereg. Iannin. *inter cons. crim.* Farinac. *cons.* 85. *ex n.* 3. *lib.* 1. vbi addem. *lit. C.*

Causa criminalis dicitur quando principaliter agi- 4
tur ad commodum publicum, ex delicto tantùm, seu ad publicam vindictam, ciuilis verò quando principaliter agitur in iudicio ad commodum priuatum, siue talis causa descendat ex delicto, siue ex contractu, ita Ias. *in rubr. C. hoc tit.* Poler. *in praxi crim in verbo audiantur accusatores, n.* 981. Marant. *d. dist.* 1. *num.* 2. Clar. *in praxi crimin. § fin. q.* 1. *in vers. quartò igitur, & ver. seq.* Buccaron. *proœm.* 1. *n.* 3. vbi subdit quòd si aliquis ex delicto venit puniendus corporaliter ad publicam vindictam, dicitur causa criminalis, quia ex tali pœna corporali nullum commodum sentit priuatus; & addit idem esse dicendum, si pro delicto aliquis veniat puniendus pœna pecuniaria, nam si talis pœna applicetur fisco, causa dicetur criminalis, si verò parti, dicetur ciuilis, in dubio autem appellatione 5
causæ pecuniariæ venit causa ciuilis, non autem criminalis, secundùm Menoch. *de arbitr. l.* 1. *q.* 88. *n.* 1. 5. & 6 Buccaron. *vbi sup. præmisso* 3. vbi ad hoc multa iura adducit. Causa verò mixta dicetur si pœna veniat 6
applicanda partim parti, & partim fisco, vt per Alex. *addit. ad Bart. in l.* 2. *in princ. ff. de sepulch. viol. in lit. D.* Dec. *in hac rubr. num.* 62. *vers. & causa mixta in* 2. *lect.* Boss *in pract. crim. tit. de appel. n.* 8. Ioseph. Ludou. *dec.* 71. quicquid dicant Aret. Menoch. & alij citati per adden. ad cons. Farin. 85. *lib.* 1 *lit. C.* Nec scrupulum faciat quòd loquutus fuerim de causa ciuili, & criminali, non autem de iudicio, de quo loquitur hæc rub. quia idem est dicere iudicium ciuile, quod causa ciuilis, & è contra, & tantùm est dicere iudicium criminale, quantum causa criminalis, & è contra, omnes enim Doctores de materia loquentes de his loquuntur promiscuè, vt per Marant. *d. dist.* 1. *n.* 1. Clar. *d. q.* 1. *in princ.* Farin. *d. q.* 100. *c.* 1. *n.* 57.

Definitur autem iudicium, vt sit actus trium per- 7
sonarum, iudicis, actoris, & rei in iudicio legitimè contendentiũ, vt paucis mutatis definiunt Dec. *lect.* 2. *n.* 3. & Nau. *n.* 15. *in hac rub.* Marant. *de ord. iud. p.* 2. *in princ. n.* 1. Soar. à Pace *in praxi tom.* 1. *in initio annot.* 1. *n.* 6. Sed melius ex mente Isid. *in c. forus, in princ. de verb signif.* & Soar. à Pace *d. annot.* 1. *n.* 11. definitur vt sit legitima causæ cum forensi strepitu per iudicem facta discussio. Loco generis ponitur *discussio*, quæ latissimè patet, & omnes etiam priuatas de iure disceptationes cõprehendit, quæ extraiudiciales sunt, neque à iudicibus fiunt: cætera loco differentiarum ponuntur. Dixi, *legitima*, vt excluderem iudicia nulla, quæ contra leges Canonesve fiunt, *c.* 1. *de re iud.* vel contra solitum iudiciorum ordinem, *l. prolatam, C. de sentent.*

sentent.& interl. cum aliis,& vt includerem solemnitates necessarias ad iudicium,reiicerémque actus extra iudiciales,huiusmodi est electio,præsentatio,prouisio,& alia id genus, *c.2.in fine,c.licet 14. de sentent. excom. lib.6.* decreta iudiciorum , quibus testamenta aperiri iubentur , vel hæredes in possessionem mittuntur , *l.vlt.ff. de appellat.recip.l. vlt. C. de edicto D. Adriani,per tot.ff. quemadmod. test.* ac tandem similes iudicum actus , quibus suam auctoritatem interponunt absque vllo iudiciali strepitu , provt est decretum in rebus minorum alienandis,*l.1.in princ.l.magis puto 5.§.si pupillus , vers. non passim, ff. de rebus eorum,* quamvis enim prædicti actus & similes à iudice gerantur,non tamen iudiciales , sed extraiudiciales dicuntur , argum. *d.c.2.* Tandem dixi, *per iudicem* , vt omnem, & solum illum comprehenderem , qui iurisdictionem habet siue ordinariam, siue delegatam, iuxta etymologiam de qua Isidor.*in d.c.forus, vers. iudex*, & insuper vt excluderem arbitros compromissarios,vel arbitratores,qui propriè iudices non sunt, vt per Corras.*in l.illicitas.§.vlt.n.5. ff. de officio Prætor.* Menoch.*de arbitr.lib.1.q.2.n.20.*

8 Iudicium à citatione incipere tradunt *glos. vnic. in princ.in l.vbi cœptum.ff.de iudic.* glos. recepta *in princ.in rubr.C.de edendo*, glos.*in rubr ff.de in ius vocando* , glos. *verbo citationes,in Clem.1.de iud.* Bart.*in l.2.n.6 ff de furtis* ; quem sequitur Marant.*de ordin iud.p.6 in princip. n.1 & 2.* dum triplicem iudicij partem considerat, primam scilicet , quæ incipit à citatione vsque ad litis contestationem , secundam à litis contestatione vsque ad conclusionem in causa inclusiuè , tertiam à conclusione vsque ad sententiam definitiuam,post Rip.& Alciat.Nauar.*in hac rubr.n.16.* Valasc.*cons 81. n.1.2.& 6.*Quamvis oppositum , imò iudicium non incipere nisi à litis contestatione,teneant *glos.1. in l. iudicium.58 ff.hoc tit.* Curt.*in rubr.ff.eod,ex n.12* Abb. *in hac rubr.n.4.* vbi Dec *lect.1.n.5.vers.iudicium*, & incipere propriè à litis contestatione , impropriè verò à citatione,post Duaren.*in rubr.ff.hoc tit. col.2.* & Cuiac.*lib.11.obseruat.21.*resolvat à Soar.à Pace *d.annot 1. num.19.*

9 Iudicium aliud ordinarium , aliud verò extraordinarium iure Ciuili dinumeratur, ac inter se distinguitur , cùm enim Prætor , vel Magistratus iudices dabant,qui sub certa formula, & solito ordine iudiciorum de causa iudicassent iudicium , seu ius ordinarium dicebatur,vbi verò per se ius dicebant (quia id non solebant facere nisi in certis quibusdam causis & extra ordinem)iudicium erat extraordinarium, text.sic intelligendi *in l. vlt. ff. de priuatis delict. l.2. iuncta l.1.ff. de furibus balnear.*sic procedunt tituli,*ff. de variis & extraordin. cognitionibus , ff.de interdictis , seu extraordin.action.* &c. nam quia interdicta à Prætore ipso interdicebantur , vt constat ex eorum formulis, extraordinariæ cognitiones appellabantur , tradunt Gouean.*lib.2.de iurisdict.in l.eum. qui , n.6 ff. de iurisdict.omn.indic.* Cuiac.*in l.1.§.1. in fine , ff. de iure fisci,* Menoch.*de arbitr.lib.1.q.2.n.7. cum seqq.* Quintanad. *de iurisd & imper.lib.1.tit.vlt. n.26.* Pancirol. *in notitia imperij Orientalis c.99.ante fin.* D. Barbos.*in l.cum prætor.§ 1.n.338 ff. de iudic.* quia verò hodie post decisionem *l.2. C.de pedan. iudicib.l.1. C.de formulis sublat.* ille iudicum dandorum mos magna ex parte abolevit , & formulæ fuerunt sublatæ , adstruunt passim Doctores hodie omnia iudicia iam esse extraordinaria , in quo sensu hic loquendi modus accipi debet, Quintanad.*vbi proximè.*

SVMMARIVM.

1 *Contumax in non comparendo , vel non respondendo excommunicari potest , beneficio autem priuari non debet.*

2 *Promittens coram aliquo iudice litigare si contumax sit in non comparendo excommunicari potest non autem beneficiis priuari.*

3 *Citatio ad petitionem partis est facienda.*

4 *Citationem ad petitionem partis in dubio factam fuisse præsumptio stat.*

5 *Respondens se velle litigare , amplius non potest declinatorias opponere.*

6 *Conciliantur text.in præsenti,& in l si conuenerit 28. ff.de iurisd.omnium iud.*

7 *Venisse non videtur qui statim abiit.*

8 *Excommunicantur non venientes ad Synodum , & venientes si illicentiati recedant.*

9 *Deponi non potest quis pro inobedientia.*

10 *Synodus tota vt suspecta recusari non potest.*

11 *Clericus excommunicatus pro aliquo delicto,& contumax habet annum ad comparendum , & se expurgandum , & intra illum non potest deponi.*

CAP. De Quodvultdeo. I. *Ex Conc. Afric.*

PRomittens coram aliquo iudice litigare,si contumax sit in non comparendo excommunicari potest, non autem beneficiis priuari. Colligũt ex Ord. Abb.antiq.Innoc.Zabar.Collect.Bellam. Host. Ioan. Andr.Imol.Anan.Bald.Anch.Panorm.Butr.Bero. Felin.Alex.de Neuo,Henric.Melch.Kling,Mant. Ioan. Monach.Barbat.Ripa, Hier. Fernand.de Ottero , Alciat.Aretin.Cuiac.Cened. *Collect* 100. Ioan. Baptist. Costa , Viu.*in ration.1.libri iur. Pont.pag.1.* Alagon. *in compend.iuris Canon.pag.109.& tom.3. repetitionum iur. Canon,ad 2.Decret.lib.*Boschius Codecha,Ant.Burgos, & Hippol.Riminal.nouissimè Ioan.de Valboa *in annuis academ.prælect.Salmant.tom.2.pag.3.cum seq.*remissiuè Ximen.*in concord.p.1 & 2.*desumitur, ex Concil. Africano *c.54* refertur à Buchard. *lib.1. dec.c.181.*& Iuo *p.5.c.297.*& ab Anton. August. *collect.1. Decret. lib 2.tit.1.c.1.* 1

Hanc eandem concl.ex hoc text. desumunt Corset.*sing.65.incip.Contumax*, Marant.*de ordine iudic.p 6. tit.de contumacia, num.21.* Perez *l.1.vers.deinde dicitur propter,tit.5.lib.8.Ordin. pag.171.* D.Barbosa *ad l.1.ff. hoc tit. art.3.num.97.* vbi reddit rationem decisionis, plures apud Cened.*d.collect.100.n.1.* 2

Quem cùm aduersarium,&c.] Notatur ad hoc quòd citatio ad petitionem partis est facienda; Palat.*in repet.c. per vestras, de donat.inter virum,& vxor. notab.1. in princ.* Azin.*in praxi Florent.§.8.c.1.num.4.* Schrader *de feudis,p.9.c.7.n 34.* Vant. *de nullit.tit.ex defectu citationis, num.44.*Lusit.Correa *in fragm ad lib.5.Ordin. Regiarum,num.35.pag.* 30. Duen *reg* 96.Bouër.*sing.9. n* 1.Perez *l.2.tit.2.lib.3.Ordin.pag* 492.Cardos.*in praxi iudicum, verbo, citatio, num.5.* Camil.Borrel.*in summa omnium decis.tit.44. de citat.n.32.* Ordin.Regia Lusit. *lib.3.tit.1.§.5 vers. è à cujo requerimento*, in dubio autem ad instantiam partis esse factam præsumptio stat,ex Menoch.*cons.145.num.43.& de præsumpt.lib.2. præs.23.n.1.* 3 4

Interrogatus.] Hinc colligitur cautela si velis excludere aduersarium ab opponendo declinatoriam iudicij, fac vt per iudicem interrogetur , an velit litigare,& si respondeat quòd sic,ampliùs non poterit declinatorias opponere,& hoc si sciebat sibi competere , vt per Rebuff. *in declarat. arboris exceptionum, n.10. in princ.* 5

Id promiserat.]Hinc etiam colligitur,text.*in præsenti* non loqui de pacto , sed de solemni stipulatione, quia interrogatus id promiserat : at verò text. *in l. si* 6

comm

conuenerit 28. de iurisdict. omnium iudic. loquitur de conuentione nuda, vt colligitur ex verbo, *conuenerit*, quod refertur ad pactum nudum, ex *l. lecta, in fin. gloss. verbo, conuenit. ff. si certum petatur*, & ideo non potuit compelli promittens, vt probatur *in l. iurisgentium, §. sed cum nuda, vers. igitur nuda, ff. de pactis*; ita Morla *in emporio iuris Ciuilis, p. 1. tit. 2. in prælud. n. 116. & seqq. & tit. 3. q. 2. n. 15.*

7 *Et altaria die*, &c.] Notatur ad hoc quòd non videtur veniſſe, qui ſtatim abiit, vt per Tiraq. *in l. ſi vnquam, C. de reuocandis donat. verbo ſuſceperit, n. 176.*

8 *Fuerit abſolutus*, &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicantur non venientes ad Synodum Epiſcopi, & venientes ſi illicentiati recedant, vt per Duen. *reg. 271. vers. amplia ſecundò*, vbi etiam quòd veniens ad iudicium, & non ſtans vſque ad diſceſſum iudicis, non dicetur veniſſe niſi licentiatus abeat.

9 *Nam adimi ſibi Epiſcopatum*, &c.] Notatur ad hoc quòd pro inobedientia non poteſt quis deponi, & ſua dignitate priuari, etiamſi verè fuiſſet inobediens, vt per Menoch. *conſ. 94. n. 44.*

10 In gloſ. *Interrogatus.* ibi, *vel forſitan ne poſſet poſtea iudicem recuſare.*] Notatur ad hoc quòd tota Synodus vt ſuſpecta recuſari non poteſt, vt per Rip. *in præſenti ex n. 44. vſque ad n. 46.* Iacobat. *de Concil. l. 5. art. 10.* Capyc. *dec. 138. n. 7.* Perez *l. 1. vers. decima octaua quæſtio, tit. 5. l. 3. Ordinam. pag. 570.* Cened. *d. collect. 100. n. 5.* Corraſco *in explicat. ad aliquas leges nouæ recop. c. 9. n. 21.* vbi etiam tenet recuſari non poſſe Concilium generale legitimè congregatum Sedis Apoſt. auctoritate. Si verò caput Synodi ſuſpectum ſit, & amoueri non poſſit quin tota Synodus amoueatur, tota Synodus redditur ſuſpecta, Menoch. *conſ. 94. n. 11.* Ioſeph. Ludou. *dec. 108.* Proſper de Auguſtino *in addit. ad Quarant. in ſumm. Bull. verb. Concilium prouinciale, n. 12.* Amplia adeò verum eſſe Concilia generalia recuſari non poſſe, vt procedat non ſolùm quando cauſa fidei definienda eſt, verùm quando temporalis tractatur, ita ex Gieg. Lop. Roland. Auend. & Rebuff. reſoluit Torreblanc. *in tract. de Magia lib. 2. de crimin. punit. c. 26. n. 12.* Quamvis quoad temporalia poſſe recuſari, quia ceſſat cauſa fidei, pro qua deus orauit *Matth 19. & Luc. 22.* tenuerit Card. Turrec. *in ſumm. Eccleſ. lib. 3. c. 6 ad fin. & lib. 2. c. 112.* Menoch. *de arbitr. caſu 458. ex n. 12.*

11 In gloſ. *Epiſcopatum, vlt.* Notatur ad hoc quòd clericus excommunicatus pro aliquo delicto, & contumax habet annum ad comparendum, & ſe expurgandum, & intra hunc annum non poteſt deponi, nec beneficiis priuari, Farin. *fragmentorum crimin. p. 1. lit. C. n. 264.* Azor. *inſtit. moral. p. 2. lib. 7. c. 17. col. 875.*

SVMMARIVM.

1 *Laici Eccleſiaſtica negotia tractare non debent, ſed Prælatorum iudicio diſponuntur.*
2 *Ordo quando ponitur in aliqua diſpoſitione gratia exempli, nunquam cenſetur poſitus pro forma.*
3 *Prælati appellatione veniunt tam ſuperiores, quàm inferiores.*
4 *Clericus nec cum licentia Epiſcopi, ſe iudici ſæculari ſubiicere poteſt.*
5 *Præſumere dolum importat, ac temeritatem.*
6 *Negotia Eccleſiaſtica poſſunt per Pontificem laicis committi.*
7 *Cauſa ciuilis clericorum poteſt committi laicis.*
8 *Papa ciuiles, & criminales, ac ſpirituales cauſas poteſt laico delegare.*

CAP. Decernimus. II.

Ex Syn. Eugen. Papæ.

LAici non præſumant tractare negotia Eccleſiaſtica, & Prælati Eccleſiarum non diſponant de negotiis Eccleſiaſticis, præſertim ſpiritualibus iudicio laicorum, & propter eorum prohibitionem non omittant exercere iuſtitiam Eccleſiaſticam. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Bald. Imol. Butr. Panorm. Innoc. Hoſt. Anchar. Henric. Felin. Dec. Barbat. Alciat. Aretin. Rip. Cujac. Alex. de Neuo, Melch. Kling, Mant. Cened. *collect. 4.* Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontif. pag. 2.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 199. & tom. 2 repet. iuris Canonici ad 2. Decret. lib....* Ant. Burgos, nouiſſimè Io. de Valboa *in annuis academ. prælect. Salmant. tom. 2. pag. 18. cum ſeqq.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* deſumitur ex Synodo Eugenij Papæ II. apud Remos *cap. 4.* refertur ab Ant. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 1. c. 3.* & eſt Eugenij I. in Synodo Remen. *c. 2.* 1

Vt laici Eccleſiaſtica tractare negotia non præſumant.] Vide *in præſenti*, Dec. *n. 24.* Rip. *n. 13.* Couar. *de ſponſal. p. 2. c. 8. § 3. n. 4. & §. 12. n. 3.* Mant. *dial. 52.* Simanch. *de Cathol. c. 36. n. 1. & in praxi hæreſeos c. 66. à princ.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu iuriſd. ordin. ex n. 54.* plures alios refert Illuſtriſſ. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c. 1. ex n. 5. diſt. 96.*

Sed Epiſcopi, Abbates, Archiepiſcopi, &c.] Notatur ad hoc quòd quando ordo ponitur in aliqua diſpoſitione gratia exempli pro doctrina, nunquam cenſetur poſitus pro forma, nec ſeruari debet, vt per Marant. *diſp. 2. n. 25.* 2

Et alij Eccleſiarum Prælati.] Appellatione enim Prælati veniunt tam ſuperiores, quàm inferiores, ordinariam iuriſdictionem habentes, vt per Rebuff. *in tr. de Pacificis poſſeſſ. n. 64.* Franc. *in c. fin. notab. 1. ne clerici, vel monachi, & in c. 1. notab. 3. de clerie. ægrot. l. 6.* Put. *deciſ 238. n. 3. lib. 3. in correctis*, Azor. *inſtit. mor. p. 2. l. 3. c. 25. q. vnic.* & alios per me citatos *in tr. de appellatione verborum vtriuſque iuris ſignif. appel. 215. n. 1.* Et ideo appellatione Prælatorum Abbates continentur, vt per Abb. *in præſenti n. 2.* Dec. *n. 8.* Rip. *n 30.* Butr. *in c. 1. n. 7. de ætate, & qual.* Vital. *in Clem. 1. n. 3. de ſupp. neg. Præl.* Moſcon. *de maieſt. militantis Eccleſiæ, l. 1. p. 1. c. 9. col. 2. lit. C. pag. 252.* Azor. *d. q. vnic.* Soar. *de Relig. tom. 4. tr. 8. l. 2. c. 2. n. 2.* Aſcan. Tambur. *de iure Abbatum to. 1. diſp. 1. q. 3. n. 1. cum ſeqq.* Valenz. *conſ. 64. n 63.* Etiam Commendatarij, maximè perpetui, vt per Lud. Gom. *in reg. de triennal. q. 5. n. 17. cum ſeq.* Fuſc. *de viſit. l. 2. c. 9. de Commendis, n. 5.* Rebuff. *conſ. 77. n. 1.* Rot. *dec. 346. n 2. lib. 3. p. 3 diuerſ.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloſ. 5 § 8. n. 27.* præcipuè ſi verſentur in oratione vniuerſali, vt ponderat Dec. *in præſenti n. 7. in 2 notab.* & cenſuit Rota *in Romana prælationis 8. Aprilis 1622.* coram bonæ mem. Buratto. 3

Laicorum iudicio, &c.] Notatur ad hoc quòd clericus nec cum licentia Epiſcopi ſe iudici ſæculari ſubiicere poteſt, vt per Surd. *dec. 26. n. 4 & conſ. 222.* Farin. *in præxi crimin. q. 8 n. 4 vers. ſublimita.* Argel. *de contradict. legitim. q. 1. n. 182.* quia Epiſcopus clericorum cauſas criminales ſæculari delegare non poteſt, Hoſt. *hic num. 1.* Abb. *n. 4. & 5.* Dec. *à n. 25.* Ripa *n 34.* Barb. *conſ. 45. n. 8. vol. 2.* Clar. *§. fin. q. 41. vers. quæro*, imo nec laico, & clerico ſimul eas cõmittere poteſt, Abb. *hic n. 44.* Roland. *conſ. 4. n. 4 vol. 1.* Dec. *tr. crimin. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 70. & 73.* Scacc. *de iudic. lib. 1. c. 11. n. 39. & 41.* quos refert, & ſequitur Bellet. *diſquiſit. cleric. p. 1. tit. de fauore clericorum perſonali, §. 3. n. 30. & 31.* 4

Non præsumant.] Propria scilicet auctoritate, Rebuff. *in tract nominat. q. 5. n. 29.* Card. Tusch. *v. 2. lit. D. concl. 339.* Alex. *cons. 123. n 9 vol. 4.* Præsumere enim dolum importat, ac temeritatem, Hyppol. *in l. de minore, in princ. n. 39. ff. de quæst.* Iacob. de Graffis *in aur. decis. p. 1 lib. 1. c. 13. n. 72.* Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 32. n. 38.* Glorit. *resp. 11. n. 26.* Ego ipse *de diction. & claus.* 6 *dict. 234.* Aliàs 278. secundùm Lugdunen. impress. Ecclesiastica ideo negotia possunt per Pontificem laicis committi, Spin. *in speculo testamentorum, p. 11. rubr. n 47.* imò & facultas excommunicandi, Ioan. Andr. *in c 2.* vbi Gemin. *de præbend. in 6.* Beller. *disquis. cleric. p 1 tit. de favore clericorum personali, §. 1. n. 34.*

7 In gloss. *Non præsumant*, ibi, *delegari tamen*, &c. Notatur ad hoc quòd causa ciuilis clericorum potest committi laicis, vt per Vant. *de nullit. tit. ex defectu iurisd. n. 69.* Segura Dauilos *in direct. iudicum Eccles. p. 1. c. 11. n.* Dec. *tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 70* refero alios ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p 3. alleg. 109. n. 4.* Sigism. Scacc. *in tract. de iudic. p. 1. c. 11. n. 41. vers. aduerte*, Carol. de Grassis *de effect. cler. effectu 1. n. 566.* Marc. Anton. Gennensis. *in practica lib Eccles q. 730.* vbi hoc glossæ notabile intelligit dummodo adsint clerici idonei, & non fiat commissio generalis ad omnes causas ciuiles, nec committatur causa spiritualis, aut criminalis.

In ead. gloss. ibi, *Papa vero ciuiles, criminales, & spirituales causas potest laico delegare.* Ita Cou. *in cap alma mater, p. 1. §. 11. n. 3.* Nau. *in man c. 27. n. 6. princip. de pœnit. dist. 7. n. 83. & cons. 1. de sentent. excomm in nouis*, Henriq. *in sum. lib. 13. de excom. c. 24. in princ. lit. B.*

SVMMARIVM.

1 *Ius Patronatus causa spectat ad iudicium Ecclesiæ.*
2 *Iuspatronatus causa tanquam spiritualibus annexa à iudice Ecclesiastico iudicari debet.*
3 *Iudex Ecclesiasticus in spiritualibus annexis competens est.*
4 *Annexorum, & connexorum idem est iudicium.*
5 *Iuspatronatus non est simpliciter spirituale, sed spirituali tantùm iuri coniunctum, & annexum.*

CAP. Quanto. III. *Alex. III.*

1 IVspatronatus causa tanquam spiritualibus annexa spectat ad solum iudicium Ecclesiasticum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan Andr. Innoc. Anan. Butr. Imol. Bald. Panormitan. Anchar. Host. Felin. Decian. Barbat. Aretin. Alex. de Neuo, Henric. Melch. Kling. Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 2.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 199.* nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis academ. prælect. Salmant. tom. 2. pag 43. cum seqq.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2. & tom. 3. repetitionum iuris Canonici ad lib. 2. Decret.* Anton. Burgos, refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 1. cap. 5.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *part. 47. tit. de iurepatr. cap. 4.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt *Ordin. Regia Lusit. lib 2. tit. 1. §. 7.* vbi parens meus, & apud Castellanos *l. 56. tit. 6. p. 1.* vbi Gregor. Lambert. *de iurepatron. lib. 2. p. 2. art. 7. q. 3. princ. n. 4 & 5.* Roch. *eod. tract. verbo, ius, in principio*, Dalner. *eod. tract. n. 147. cum seqq.* Gail. *lib. 1 obseru. 38. n. 6.* Cou. *practic. c. 36.* Perez *l. 1. vers. septimò quæri potest, tit 6 lib. 1. Ordin.* Ceuall. *comm. contra communes, q. 462 & q. 897. n. 60. & in tr. de cognitione per viam violentiæ, p. 2. q. 94.* Azeued. *l. 2. n. 4. tit. 1. l. 4. nouæ recop.* Cur. Philipp. *p. 2. §. 5 n. 4.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ imper. l. 1. concl. 38. consid. 1.* Card. *in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo, causa, à n 8.* Cabed. *de patronatibus Regiæ Coronæ, c. 5. n. 5. & c. 49. à n. 1. & in decisionibus Regni Lusitaniæ decis. 120. n. 3. & Aresto 91. p. 2.* Cald. Pereira *quæst. forens. cons. 5. n. 6. & 7.* Amendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, l. 1. tit. 4. l. 4. n 42.* Iudex enim Ecclesiasticus in 3 spiritualibus annexis iudex competens est, Mar. *de ordin. iud. p. 4. dist. 11. n. 8.* Raudens. *cons. 17. n. 15. l. 2.* Carol. de Grassis *de effect. cler. effectu 1. n. 400.*

Ita coniuncta est & connexa, &c.] Notatur ad hoc 4 quòd annexorum, & connexorum idem est iudicium, vt per Garc. Girond. *de priuilegiatorum, & exemptionum explication. n. 750.* & plures alios, quos citaui *de translato 3. de constit.*

In gloss. *Connexa, vnic.* Notatur ad hoc quòd iuspatronatus non est simpliciter spirituale, sed spirituali tantùm iuri coniunctum, & annexum, Tiraq. *in tr. res inter alios. pag. mihi 8.* Azor. *instit moral. p. 2. lib. 6. c. 19. q. 2.* Soar. *de relig. lib 4. de simon. c 14. n. 21.* Viu. *in praxi iurisp atr. p. 1 lib. 1. c. 1 à n. 4* apud quos etiam videbis cur hoc ius dicatur spirituali rei annexum.

SVMMARIVM.

1 *Clericum conuictum, vel confessum de crimine coram iudice sæculari ex eo non punit Episcopus, sed coram se conuictum, vel confessum punit pœna debita, nisi cum illo dispenset, quod potest in adulterio, & minoribus.*
2 *Sententia lata ab incompetenti iudice non valet.*
3 *Nullitates ex defectu iurisdictionis manantes sunt attendendæ.*
4 *Nullitas ex defectu iurisdictionis insanabilis dicitur, adeo vt nec sententia lata ab incompetenti iudice de partium consensu conualidari possit.*
5 *Confessio clerici facta coram iudice laico ad condemnandam non sufficit.*
6 *Confessio facta coram iudice incompetenti non sufficit ad condemnandum.*
7 *Accusatus criminaliter non potest reconuenire, vel accusare suum accusatorem coram eodem iudice, nisi ille iudex sit vtriusque partis competens.*
8 *Adulterij criminis detestatio quanta, remissiuè.*
9 *Verbum, potest, importat facultatem, & liberam voluntatem.*
10 *Episcopus in criminibus adulterio grauioribus an, & quando possit dispensare, remissiuè.*
11 *Onere duplici non debet quis grauari.*
12 *Episcopus vbicunque potest dispensare vbi non inuenitur prohibitum.*
13 *Irregularitas quando nascitur ex adulterio publico, vel ex alijs minoribus peccatis publicis inducentibus infamiam, in ea dispensare potest Episcopus.*

CAP. At si clerici. IV.

CLericus conuictus, siue confessus de crimine 1 coram iudice sæculari non est condemnandus ab Ordinario propter huiusmodi acta, cùm non teneant, quia nec sententia lata à non suo iudice tenet. Si verò coram suo ordinario sit confessus, vel legitimè conuictus de crimine, si crimen est tale, suspendendus erit ab ordinibus, vel ab Altari perpetuò remouendus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Innocent. Bellam. Ioan. Andr.

Imola,

Imola, Anania, Bald.Panorm.Felin.Dec.Butr.Host. Henric.Barbat.Anch.Alciat. Aretin.Bero.Alexand.de Neuo, Mant.Melch.Kling.Ioan.Monach.Cujac.Viu. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 3. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*200. *& vol.* 3.*repet.in iure Canonico ad lib* 2. *Decret.* Anton. Burgos, Hyppol. de Marsil. nouissimè Ioan. de Valboa, *in annuis academ. prælect.Salmat.tom.*2. *pag.*54.*cum seqq* remissiuè Casal. *in annot.* Ximen.*in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug.*collect.*1. *Decret.lib.*2 *tit.*1.*c.*6. & est post Conc. Lateran. *p.*26.*c.*3.

2 *Sicut etiam sententia à non suo iudice lata non tenet.*] Notatur ad hoc quòd sententia lata ab incompetenti iudice non valet, ita constitutum est apud Lusitanos *in Ordin.Regia, lib.*3.*tit.*75.*in princ.*ibi, *on se for dada por iuez incompetente*, apud Castellanos *l.*4 *tit.*26 *p.*3. *gloss.*2 *ante fin.in l.*1.*tit.*1. *lib.*2. *for.legum*, & *gloss.*8. *in l.*7. *tit.*10. *eod. lib.*2. tenent Perez *l.*1. *gloss.* 1. *pag.*59. *tit.*3.*lib.*1.*Ordin.*Barth.*in l. Magistratibus, num* 4.*ff.de iurisdict. omnium iudic.* Xuar. *in l. post rem iudicatam, tertio casu, n.*11. *&* 12. Anton. Gom. *tom.* 3. *variar. c.*12.*n* 8.*in med.* Rota apud Farin. *decis.*121. *n.*2. *in* 1. *collect.* Aloys.Ricc.*in collect.decis. p.*5.*collect.*1480.*vers. quarò*, nouissimè Anton.Fuertes *Canon. lection.lib.*1.

3 *c* 13. Nullitates ex defectu iurisdictionis manantes summè attendendas esse aduertunt Azin. *in praxi Florentina*, §.31. *c.*32. Cauacan. *decis.*28.*à n.*46. quæ adeò legibus exosæ sunt, vt quamvis se de nullitate non oppositurum quis iurasset, tamen hanc nullitatem ex defectu iurisdictionis opponere potest, ex Felin. Ruin.& aliis induxit Crauet. *cons.*38*.n.*16. & post alios Anton.Gabr.*tom.*3.*commun. opin.lib.*6. *tit.de statutis, conc.*3.*n.*7. *pag.*355.semper enim potest dici de nullitate ex defectu iurisdictionis, cùm nunquam reiecta intelligatur, 1.*in Clem.*gloss.*de sequest. possess.* Hieron.Magon. *Lucensi decis.*12.*n.*18.Verall.*decis.*97. *n.*3.*lib.*1. Nicol. Reusner.*German.decis.*21. *n.*26.*lib.*4. Camil.Borrel.*in summa omnium decis.tit.*41 *à n.*86. &

4 insanabilis dicatur, Æmil. Verall. *decis.*38. *n*2 *lib.*3. Thom.Triuisan.*Venet decis.*11.*n.*2 *lib.*2.Camil.Borrel. *d.tit* 41.*n.*124.adeò vt nec de partium consensu sententia lata ab incompetenti iudice conualidari possit, Thom.Triuisan.*decis.*68.*n.*4.*&* 5.*lib.*1.Camil. Borrel. *d.tit* 41.*n.*191. nisi ex eisdem actis approbetur, aut suppleatur huiusmodi nullitas, ex Bart. & Paul. *in l. si vt proponis, C. quomodo, & quando iudex* Alexand. *cons.*111. *n.*5. Gam. *decis.*218. Lancellot. *de attentatis, p.*2.*c.*6. *n.*53. Valasc. *cons.*65.*ad fin.* Baptista Costa *de facti scientia, & ignorantia, cent.*1. *d.st* 100. *num.*78. Franc. Viu.*decis.*331. Cabed. *Lusit.decis.*36.*n.vlt. p.*1. Stephan.Grat.*discept. forens.c.*16.*n.*35. Camil. Borrel. *d.tit.*41.*n.*90.

5 *Ita nec facta confessio coram ipso.*] Notatur ad hoc quòd confessio clerici facta coram iudice laico ad condemnendam non sufficit, vt per Bellet. *disquisit. clerical. p.*1. *tit. de fauore cleric. personali*, § 14. *num.*8. Villalob. *commun. opin.lit .C. n.*142. Farin.*in praxi crimin.p.*3. *q.*81.*n.*193. Valasc. *consult.* 65.*n.*3. Abb. *hîc num.*14.Anton.*n.*28.Barbat.*num.*74. Felin.5.Bero.38. Mant. 25. Anton. de Burg.43. Hyppol.175. Anton. Fuertes *d. lib.*1.*cap.*11. Hieron. Fernandez de Ottero *Roman.lucubrat. disp.*29. *à num.*1. reprobans *à num.*6. Bald.Imola, Anch. Cardin. Aretin.*in præsenti*, Clar. Gom.Mascard.& Farin.tenentes confessionem clerici coram sæculari iudice factam valere in vim extraiudicialis, tum quia factum in indicio vetito nullum est nec vllum producit effectum, *l.non dubium, C. de*

6 *legib.*tum etiam, quia confessio facta coram iudice incompetenti non sufficit ad condemnandum, vt per Socin.*reg.*61.Boss.*tit.de confessis, num.*47. Hyppol. de Marsit.*in pract.*§.*postquam, n.*12.*&* *seq.* Clar.*in pract.* §.*vltim q.*55.*vers. præterea*, Anton.Gom.*d.c.*12. *n.*8.*in fin.vers. nec obstat*, Mascard. *de probat. concl.*152. *n.*1. Tiraq. *de constituto, p.*3. *limit.* 7. *n.*19. Donat. à Fina *tom.*2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.*19. *num.*253. *pag.*300. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib.*4. *cap.* 4. *n.*26. latè Farin.*d q.*81.*n.*188.*cum multis seqq.*vbi materiam cum ampliationibus, & limitationibus prosequitur.

In gloss.*Non tenet*, 2. Notatur ad hoc quòd accu- 7
satus criminaliter non potest reconuenire, vel accusare suum accusatorem coram eodem iudice, nisi ille iudex sit vtriusque partis competens, vt per Hyppol. *in pract.crim.* §. *expedita, n.*68.Clar.*lib.*5.§.*fin.q* 2.*n.*3. Greg.*l.*4 *verbo, no le podrian, tit.*3. *p.*4. Marant.*de ordin.iudic p.*4.*dist.*6.*à n.*64. Bernard. Muscatel.*in praxi ciuili aurea Neapol. gloss. actorem, à n.*28. Modern. *in tract.de cognitione per viam violentiæ, p.*2. *q.*54. *n.*4. *& q.*68.*n.*11.Cardos.*in praxi iudicum, & aduocat. verbo, reconuentio n.*18. Alex. Trentacinq.*var.resol.lib.*2.*tit.de mutuis petitionibus, resol.*1 *à n.*40. latè D. Barbosa *ad l.*2.§ *legatis, n.*263.*cum multis seqq.& ad l.qui prior, à n.*51.*&* *n.*63.*ff.de iudic.*

§. De adulteriis.

In adulteriis, vel his minoribus criminibus post actam pœnitentiam potest Episcopus dispensare cũ clericis. Item non debet depositum quemcunque clericum tradere iudici sæculari quia non est affligẽdus duplici pœna. Collig. Doctores *in princ.text.* citati.

Plura in detestationem criminis adulterij cumula- 8
runt, *gl.*1. *in princ.l.*1 *tit.*6.*lib.*4.*fori legum*, Perez *l.*2. *verbo, e fiziere adulterio, vers. quæritur, tit.*16.*lib.*8. *Ordin.* Menoch. *cons.*31.*à num.*2 Spin. *in speculo testam. gloss.* 17. *princip. à num.*77. Petr. Capell.*resolut.crimin. casu* 200. Ceuall. *commun. contra communes, quæst.*74. *n.*8. *&* 9. Pineda *in vita S. Ioannis Baptistæ, lib.*3. *art.*1. *cap.*1. *pag.* 13. Farin. *in praxi crimin. quæst.*141. *à princip.*

Potest.] Ergo non tenetur, vt aduertit Sanch.*de ma-* 9
*trim.lib.*3.*disp.*10.*n.*5. Nam verbum, *possum*, importat facultatem, & liberam voluntatem, vt per Doctores, quos citaui *in remiss.de diction. dict.*226.*n.*1. aliàs *dict.* 268. secundùm Lugdunens. impress.

Dispensare.] Episcopus in criminibus adulterio gra- 10
uioribus an possit dispensare, vide latè Hieron. Fernandez de Ottero *Romanar. lucubrat. q.* 32. *per totam*, vbi *n.*6. ex verbis huius text. (de adulteris verò, & aliis criminibus, quæ sunt minora) tenet non probari adulterium computari inter minora crimina, sed Episcopum dispensare posse in adulterio, quod grauius est, & in aliis criminibus, quæ licèt grauia sunt, minora tamen sunt adulterio. An, quando, & quomodo possit Episcopus dispensare, & quibus in casibus, inuenies apud Tiraq. *de pœnis temperandis, in præfat. n.*25 *&* 26. Azeued. *ad l* 2. *n.*39. *tit.*1. *lib.*2. *nouæ recop.* Azor. *instit.moral. p.*2. *lib.*2.*c.*50. *cum seqq.* plures refero casus ego ipse *de offic. & potestate Episc. p.*3. *alleg* 33 *cum multis seqq.*

Ne duplici debeat, &c.] Notatur ad hoc quòd non 11
debet quispiam duplici onere, aut damno grauari, vt per Tiraq.*de retractu lig* §. 1.*gloss.*18 *n.*9. Perez *l.*1. *gloss.* 3. *pag.*178. *col.*2. *versic. vnde succedit, tit.*5. *l.*8. *Ordin.*

In gloss.*De adulteriis*, 1. ibi, *alia est magis communis* 12
opinio, quòd Episcopus vbicunque potest dispensare vbi non inuenitur prohibitũ. Sequuntur Contræ *in memorab. verb. Episcopus*, Pelag.*de planctu Ecclesiæ, lib.*1. *c.*50. *vers. in his*, Henriq. *in sum.lib.*10. *de Sacram. Ordinis,*

c.35.num.2.lit. D. & de matrim. lib.12 cap.1.num.2.in commento lit.N. Sanch. *de matrim.lib.1.disp.61.num.3.* Soar.*tom.4. de pœnitent. p.2. disp.25. sect.1.num.13. & de legib.lib.6.cap.14. sub n.3.* Ceual. *communium contra communes, q.227.* Ludou.Miranda *in manuali Prælat. tom.2.q.30. artic.10. concl.2.* Contrà tamen veriorem atteſtantur eſſe ſententiam, quæ docet Epiſcopos in lege Canonica poſſe diſpenſare, quando eis expreſsè, vel tacitè conceditur diſpenſandi facultas, Vgolin. *de poteſt. Epiſcop. c.57.§.1.* Mar. Alter. *de cenſur.tom.2. diſp.8.c.3. verſ. ſed controuerſia*, poſt Cardin. Decian. D. Anton. Selu. Rebuff. & alios, ſequor ego ipſe *d part 2.alleg.33.num.18.*vbi adduxi pro hac parte aliqua fundamenta, & contrariis reſpondi.

3 In gloſſ. *Pœnitentiam, in addit.* ibi, *ſi ex proprio poteſt diſpenſare Epiſcopus.*Notatur ad hoc quòd quando irregularitas naſcitur ex adulterio publico, vel ex aliis minoribus peccatis publicis inducentibus infamiam, qualia ſunt ludus, aleæ, vinolentia, nonnulláque alia, diſpenſare poteſt Epiſcopus, vt per Henriq. *in ſumm. lib.14. c.19.n.1.lit. M in commento*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30. n.27 verſ. quintus.*

SVMMARIVM.

1 *Vaſſallus coram domino feudi conueniendus eſt, etiamſi dominus feudi ſit Eccleſiaſtica perſona.*
2 *Clericus habens feudum à Principe ſæculari, conueniendus, & reconueniendus eſt coram eo, aut eius iudice temporali.*
3 *Ampl. non modò quando de proprietate; ſed etiam quando de ſola poſſeſſione feudi ageretur.*
4 *Limita ſi negetur feudum ad dominum pertinere, vel ſi agatur non de feudo, neque de eius natura, vel ſi quæſtio verteretur inter vaſſallum, & alium non vaſallum.*

CAP. Cæterùm. V.

1 VAſſallus coram domino feudi conueniẽdus eſt, etiamſi dominus feudi ſit Eccleſiaſtica perſona, dummodo ibi actor poſſit ſuam iuſtitiam conſequi, aliàs loci Ordinarius poterit adiri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Bald. Imol. Butr. Panorm. Innoc. Hoſt. Anchar. Henric. Felin. Decian. Barbat. Alciat. Aretin. Alexand. de Neuo, Melch. Kling. Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in ration. primi libri iuris Pontific. pag.4.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.200.* remiſſiuè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* & Caſal. *in annot.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib.2. tit.1. cap.7.*

2 Probat igitur hic text. quòd clericus habens feudum à Principe ſæculari, conueniendus, & reconueniendus eſt coram eo, aut eius iudice temporali, quia ratione feudi Eccleſia, & clerici domino laico ſubiiciuntur, vt per Abb. *hic n.6. & 22.* Bald. *num.2.* Felin. *n.1.* Decian. *à n.20.* Clar. *in §. feudum, q.90. verſ. ſed quid ſi vaſalli*, Guid. Papæ *deciſ.139. n.1. in fine*, Villalob. *comm opin. verbo, clericus n.27* Boër. *deciſ.69. n.8.* Scap. *in tract. de iure non ſcripto, lib.1.c.6.* Scacc. *de iudic. cauſ. ciuil. crimin. lib.1.c.11.n.97. & de appel. lib.3. c.2. q.8. n.92.* Capibl. *in tract. de auctoritate Bavonum, pag.1.n.31. & 32.* Hieron. Papin. *conſ.151.n.2. verſ. & ſimiliter*, Anton. Biag. *de conſuetud. q.6.n.291.* Martin. Vran. *conſ.9.n.41 col.1.* Gaſp. Theſaur. *quæſt. forenſ. lib.2. c.15. ſub n.9.* Petr. Azin. *pract. quæſt. lib.1. q.8.* plures refert, & ſequitur Bellet. *diſquiſit. clerical. p.1. tit. de fauore clericorum reali*, §.3. *num.4.* quibus adde Carol. de Graſſis *de effectibus cleriaal. effectu 1. n.718.* Mar. *de ordine iudic. p.4. diſt.11. n.75.* Mynſing. *cent.1. obſeru. 22. verſ. ſic etiam iudex laicus*, Fran. Mar. *Delphin. deciſ.46.n.10. vol.2.* Franciſc. Sousbech. *de feudis p.14.n.20.* Duen. *reg. 321.* Nicol. Mozz. *de contractib. ſub tit. de feudis, rubr. de natura feudi, n.120.* V. Veſemb. *de feudis, c.17. ſub n.4.* Cumia *in ritibus Siciliæ, c.2.n.40.* Carau. *in ritu Neapol.235. num.19.* Menoch. *remed. 3. retinen. n.397* Perez *l.8. tit.1. lib.3. Ordin. pag.479.* Humad. *l.57. gloſſ.2.n.1. tit.6. part.1.* Azeued. *l.6. tit.1. l.b.4. noua recop.* Guttier. *de iurament. confirm. p.3. cap.12. n.8. & lib.3. practic q.24. n.11. cum ſeqq.* Surd. *conſ.193. num.1. & conſ.396. n.8.* Sebaſt. Næu. *ad lib. feudorum, tit.1. n.268. pag.241.* Farin. *in praxi crim. q.8. n.22.* Soar. *de defenſione Fidei contra Anglicanæ ſectæ errores, lib.4. de immunit. c.14. n.12.* Emman. Roder. *quæſt. Regularium, tom.2. q.62. art.10.*vbi etiam de cauſa mota ſuper maioratu, Marta *de Iuriſdict. p.4. caſu 202.n.16.* Curia Philip. *p.1. §.5. n.11.* Villalob. *tom.1. comm. opinion. lib.1. tit.11. n.4. pag.188.* Camill. Borrel. *ad Bellugam in ſpeculo Principum, rubr.11 §. videndum, verb. perdunt, & de Regis Catholici præſtantia, cap.71. n.73. & 74. in ſumma omnium deciſionum tit.33. de feudis, n.159.* Fr. Franciſc. Coriolan. Capuccin. *in explicatione Bullæ Cœnæ Domini, excomm 16. verſ. multi autem*, Sbroz. *de officio Vicarij, lib 2. q.26. n.25.* Glorit. *reſp.13. n.29.* Ant. de Olibano *in comm. ad vſaticum, cap.9. à num.8.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.1. concluſ.37. conſid.4.* Paul. Laymann. *in Theolog. morali, lib 4. tract.9. cap.4. n.3.* Duard. *in Bullam Cœnæ canon 15 q.11 n.69.* Squillante *de priuil cleric. c.7. n.104* D. Barboſ. *in l.1. ff. de iudic. art.3. n.169 cum ſeqq. & art.1. num.51.* reſoluit quòd domino feudi in cauſis feudi primatiuè eſt conceſſa iuriſdictio reſpectu aliorum iudicum, & ideo non poſſunt vaſſalli in illis cauſis prorogare iuriſdictionem alterius iudicis ſine domini directi conſenſu, plures refert Doctores ex antiquioribus Cened. *ad Decretum collect.37. n.5.* Prælatus enim Eccleſiaſticus in iuriſdictione temporali, quam obtinet in feudo à Principe habito, iudicatur tanquam laicus, vt Baro, ſeu feudatarius, & vaſſallus Principis, & ideo à ſententia Prælati habentis iuriſdictionem temporalem non appellatur ad ſuperiorem Eccleſiaſticum, ſed ad Principem ſæcularem, vt per Innoc. Abb. & Felin. *num.4 in cap. ſolitæ, de maior. & obed.* Gail. *l.1. obſeru.30. n.4. cum ſequenti*, Aufrer. *de poteſt. Eccleſiæ in ſæculares, n.14 verſ.19.* Mill. *in verbo appellatio.* Mynſinger. *centur.5. obſeru.5.* Cou. *pract. c.3. n.1.* Frec. *de ſubfeud. lib.2. differ.53.* Schrad. *de feudis p.10. ſect.5. n.53.* Franc. Marc. *deciſ.454. n.10. & ſeq. p.1.* Pereg. *conſ.1.* à Ponte *deciſ.2. n.1. & ſub n.24.* Moder. *de iuriſdict. p.4. caſ.198. n.1.* Bobadil. *in ſua politica lib 2. c.17 n.196. & c.18. n.64.* Bellet. *d. §. num.8.* ea ſanè ratione, quia iſto caſu Prælatus non iudicat vt clericus, ſed vt Baro, & laicus Cancer. *variar. lib.3. c.13. num.345.* Oliban. *de iure fiſci, cap.10. n.3.* Carol. de Graſſis *de effectibus clericalibus effectu 1. n.513.* Maſtril. *de magiſtr. lib.3. c.8. num.31.* quod quidem velim reſtringi ad feudum rectum, & ad caſum in quo non poſſit qualitas hæc conuerti ex patenti ipſius inueſtituræ tenore.

Amplia non modò quando de proprietate, ſed 3
etiam quando de ſola poſſeſſione feudi ageretur, Intrigl. *in tract. de feudis, cent.2. art.94. n.12.* Carol. de Graſſis *d. effectu 1. n.732.* vbi plures refert contrarium tenentes, Mozz. *d. tit. de natur. feudi, n.121. verſ.*

tamen

tamen illa, Menoch.*cons.* 1.*n.*97. Villalob.*tom* 1.*comm.opin lib* 1. *tit.* 11.*n* 4. *pag.*188. Farin. *d.q.*8.*n.*22. *vers & hoc siue agatur*, Bernard.Græuæ.*d.consid.*4.*n.*3. Amplia etiã vt sæcularis iudex dominus feudi possit suam sententiam mandare executioni contra vassallos etiam clericos, vt tenent plures, quos refert, & sequitur Bellet.*d.* § 3.*n* 4.*vers. hinc infertur.*

4 Limita si negetur feudum ad dominum pertinere, tunc enim vassallus coram illo conueniri nõ potest, nisi ptiùs à non suspecto iudice iurisdictionis fundamentum terminetur, Martin.Vran.*cons.*32.*n.*13.*lib.*2. Carol. de Grassis *de effectu* 1. *n.*734. Menoch. *cons.*2. *n.*95.*& cons.*301. *n.*54. *& cons.*322. *n.*16. Ita etiam si agatur noo de feudo, neque de natura feudi, tunc adeundus erit iudex Ecclesiasticus ipsius clerici, Hostiens.*hic n.*6. Abb.*n.*13.Felin.*n.*8.Dec.*à n.*45.Socin. sen.*cons.*12.*n.*22.*vol.*1. quos refert Bellet. *d.* §.3. *n.*4. *vers.quòd si agatur*, provt etiam si quæstio verteretur inter vassallum, & alium non vassallum, Carol. de Grassis *d.effectu* 1.*n* 740.

Limita etiam vbi agitur contra clericum validum ad missionem feudi criminaliter, aut ciuiliter pro crimine, vt per Intrigl. *de feudis cent.*1 *q.*56. *n.*255. Schrad.*in simili tract.p.*1.*q.*1. Carol.de Graffis *de effectu* 1. *n.*716. *& effectu* 2. *à n.*121. vbi enim tractatur de delicto, siue criminaliter, siue ciuiliter, tunc solus Ecclesiasticus cognoscit, Surd.*cons.*396.*n.*32. Farin. *d.q.*8.*n.*22. Ambros. *de immunit. Eccles.c.*20. *num.*59. Squillante *d.c.*7.*n.*109.

SVMMARIVM.

1 *Actionis nomen in libello exprimere pars non cogitur, debet tamen factum ita clarè proponere vt ex eo ius agendi colligatur.*
2 *Subtilitas nimia reprobatur.*
3 *Verbis subtiliter non est dialecticandum.*
4 *Actionis nomen non est necesse exprimi in libello, sed sufficit factum narrare, &c.*
5 *Clausulæ, simpliciter, purè, sine strepitu, &c. quis sit effectus, ostenditur.*

CAP. Dilecti. VI.

1 IN iure Canonico non est subtiliter inquirendum cuiusmodi actio intentetur, sed satis est inquirere purè factum, & rei veritatem. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc.Collect.Host. Zabar. Bellam. Ioan. Anrd.Imol.Anan.Anch.Panor.Butr.Henr.Bald.Felin. Dec. Barbat. Alciat. Aretin. Alex.de Neuo, Melch. Kling.Ioan.Monach.Cujac.Viuian.*in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.*5. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*201.nouissimè Ioan.de Valboa *in annuis academ.prælect.Salmant.tom.*2. *pag.*72.*cum seqq.*remissiuè Ximen.*in concord. p.*1.*&* 2.

2 *Ne ita subtiliter.*]Notatur ad hoc quòd nimia subtilitas reprobatur, vt per Tiraq. *de pœnis temperandis, c.*12.*n.*3. Thom. de Thomas. *reg.*228. Libel. *de principiis vtriusque iuris, lit.V.n.*30. Nam verbis subtiliter non est dialecticandum, Card. Mantic.*de coniect. vlt. volunt. lib.*1. *tit.* 1. *n.*4. Anton. Monach. *Florent. decis.*72.*n.*27.

4 *Cuiusmodi actio intenditur*, &c.] Notatur ad hoc quòd iam non est necessarium exprimi nomen actionis in libello, sed sufficit factum ita aptè narrare, vt iudex sine alia expressione possit colligere, quæ actio competat agenti, vt per Valasc. *de iure emphyt. q.*6. *n.*9.Morla *in emporio iuris Ciuilis p.*1.*tit.*2.*q.*8.*n.*5. Ias. *in* §.*omnium*, *n* 165.*Instit.de action.*Soar. à Pace *in practica tom.*3. *in initio*, *n.*7. & *n.* 3. dicit quòd antiquæ actionum formulæ etiam attento iure Cannonico sunt sublatæ. Vnde dicit Palat.*in repet.cap. per vestras*, §.34. *n.*3. quòd si competebat directa actio, & fuit intentata vt illis, non est curandum.

Simpliciter & purè.] Quis sit effectus horum verborum in rescriptis, *simpliciter, purè, sine strepitu, & figura iudicij*, docent per me citati *in remiss. dictionib. & clausulis, claus.* 103. Adimunt ordinem iudiciarium, Brunor.à Sole *in locis com. verbo, clausula n.*48. Ludou. Rodulph. *post tract. de absoluta Principis potestate, lib.*2.*var.q.*29 *n* 1 Marta *de claus p* 1.*claus.*160. *n.*5. Menoch.*cons.*180 *n.*7.adeò vt nec libellus sit necessarius, sed solùm quædam simplex petitio facti narrationem continens. Marant.*de ordin. indic. p.*4.*tit. & an iudex sit competens*, *n.*8. Marta *d. claus.*160. *n.*1. Cabed.*Lusit.decis.*72.*n.*2.*p.*1. 5

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus vti actor in iudicio etiam agendo causam propriam, stare non potest*, & n.2.
3 *Excommunicatus in iudicio vti actor stare non potest, siue agat per seipsum, siue mediante persona procuratoris.*
4 *Excommunicatus non potest denuntiare, neque accusare, neque agere pro iniuria sibi facta.*
5 *Excommunicatus neque coram iudice Ecclesiastico, sæculari, vel executore agere potest.*
6 *Excommunicans tanquam promotor causæ publicæ comparere non potest.*
7 *Excommunicatus etiam contra alium excommunicatum agere non potest.*
8 *Excommunicatus remediis restitutoriis agere non potest.*
9 *Excommunicatus non potest petere mandatum de manutenendo.*
10 *Excommunicatus agens de concernentibus animæ periculum auditur.*
11 *Excommunicationis exceptio in iudicio attentatorum non obstat.*
12 *Excommunicatus in casibus, in quibus periculum esset in mora, agere potest.*
13 *Excommunicatus auditur, quando prætendit se esse excommunicatum iniustè, vel dubitatur de ipsa excommunicatione.*
14 *Excommunicatio minor priuat participatione Sacramentorum, non autem hominum communione.*
15 *Excommunicationis vbi sit mentio, debet in dubio intelligi de maiori.*
16 *Poëtæ appellatione apud Græcos venit Homerus, & apud Latinos Virgilius.*
17 *Apostoli appellatione venit Paulus.*
18 *Cardinalium appellatione non veniunt Compostellani, Rauennates, & similes.*
19 *Excommunicatus vti reus necessarius potest esse in iudicio.*
20 *Excommunicatus vti reus voluntarius non potest esse in iudicio.*
21 *Excommunicatus in casu, in quo potest esse in iudicio vti reus necessarius, non valet in eo defendere causam propriam, sed tenetur ad constituendum procuratorem.*
22 *Excommunicatus in iis quæ respiciunt eius præiudicium, non solum potest, sed etiam cogitur in iudicio comparere.*

Cap. Intelleximus. VII.

1 EXcommunicatus vti actor in iudicio, etiam agẽdo causam propriam stare non potest, secus tanquam reus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Bald. Anchar. Panorm. Felin. Dec. Alciat. Aretin. Barbat. Henric. Alex. de Neuo, Melch. Kling. Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 6. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 201. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. fertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 1. *c.* 9. *& part.* 3. *repet. in iure Canonico ad* 2. *Decret. lib.* Ant. Burgos.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Feder. de Senis *cons.* 116. *in princ.* Duen. *reg.* 268. Palat. *in repet. cap. per vestras*, §. 27. *n.* 7. & 8. Rota *decis.* 7. *n.* 2. *de except. in nouis*, Couar. *var. lib.* 1. *c.* 18. *n.* 3. Vinius *tom.* 1. *communium opinion. lib* 1. *tit* 12. *n.* 23. *pag* 197. Henriq. *in sum. lib.* 13. *de excommunicat. c.* 7. §. 4. *&* 5. Surd. *de alimentis, tit.* 8. *priuileg.* 83. Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verbo, exceptio, n.* 13. Ceuall. *communium contra communes, q.* 67. Latè Peregrin. *de iure fisci lib.* 3 *tit.* 11. *num* 8. *cum multis seqq.* Vgolin. *de censuris, tab.* 2. *c.* 15. Auila *eod. tract p.* 2. *cap.* 6. *disp.* 7. *in princ.* latè Mar. Alter. *eod. tract tom.* 1. *de excommun. lib.* 2 *disp.* 1. *cap.* 1. Soar. *tom.* 5. *disp.* 16. *sect.* 3. *n* 2. Sayr. *lib.* 2. *c.* 7. *n* 3. Bonacina *de censuris, disp.* 2. *q* 2. *punct.* 7. *n.* 5. *cum seqq.* latè Ant. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib* 4. *c.* 31. Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 49. § 4. vbi parens meus.

3 Primò amplia vt procedat siue agat per se ipsum, siue mediante persona procuratoris, Roffred. *in quæst. Sabbatin. q* 52. *n.* 7. Capel. Tholos. *decis.* 143. Magon. *Lucensi decis.* 71 *n* 3. quos refert, & sequitur Ricciul. *d. c.* 31 *n* 5. vbi *n* 7 *&* 9. limitat vbi versamur in procuratore in rem propriam intentante vtiles actiones nomine suo, & in procuratore constituto ab vniuersitate, cuius officiales sunt excommunicati, si nomen excommunicatorum non sit expressum in mandato procuræ.

4 Secundò amplia vt procedat non solùm in causa ciuili, sed etiam in criminali, nam excommunicatus non potest denuntiare, neque accusare, neque agere pro iniuria, & offensa sibi, aut suis illata. Bald. *hîc n.* 9. Anch. *n.* 7. Abb. *n.* 2. Butr. *n.* 6. Boër. *cons.* 4. *n.* 61. Clar. *in* §. *fin. q.* 14. *vers. quæro nunquid.* Magon. *d. decis.* 71. *ante n.* 2. Peregr. *d. tit.* 11. *n.* 8. Ricciul. *d. c.* 31. *n.* 9. vbi *n.* 12. dicit posse iudicem ex officio vlcisci iniuriam excommunicato factam.

5 Tertiò amplia siue agat coram iudice Ecclesiastico, siue sæculari, *gl. verbo, opponit in c.* 1. *de except. lib.* 6. Peregr. *d.* 5. *l.* 1. *n.* 15. Surd. *d. tit.* 8. *priuil* 103. *num.* 4. & etiam coram exequutore, Gemin. *sub n.* 6. *vers. ex gloss. in d. c.* 1. Rota *in Pacen. pensionis* 29. *Octob.* 1609. coram Illustriss. Card. Marquemontio.

6 Quartò amplia vt procedat etiamsi compareat tanquam promotor causæ publicæ, Bald. *hîc sub n.* 9. Abb. *n.* 2. *vers. item vt promouens*, Butr. *n.* 6. *vers. quandoque, gloss. verbo, alie, in c.* 1. *de rescript. lib.* 6. vbi Anchar. *n.* 6. Butr. *n.* 30 Crot. *n.* 77. *&* 79.

7 Quintò amplia vt procedat etiamsi agat contra alium excommunicatum, Bald. *hîc num.* 11. Dec. *n* 85. Peregr. *d. tit.* 11. *n.* 13.

8 Sextò amplia vt procedat etiamsi agat remediis restitutoriis, Menoch. *remed.* 1. *recuper. n.* 150. *& n.* 322. *& seq.* Ant. Gabr. *communium opinion. tit. de restit. n.* 11. *spol. n.* 55. Surd. *d. priuil.* 33. *n.* 3. Peregr. *d. tit.* 11. Rota *in Conchen. Archipresbyteratus* 13. *Nouemb.* 1605. coram Penia Ricciul. *d. c.* 31. *à n.* 18. vbi *n.* 20. *&* 21. intelligit nisi fortè agatur de causa matrimoniali, vel beneficiali, vel quando excommunicatio esset procurata per spoliantem ad effectum diutius se in spolio confouendi. Vnde excommunicatum non posse petere 9
mandatum de manutenendo, tenuerunt Butr. *n.* 11. *in c.* 1. *de rescript. lib.* 6. & *ibi* Franch. *n.* 11. *vers. & similiter*, ac Gemin. *n.* 11. *vers. item posset*, & sæpissimè censuit Rota, & signanter *in d. Conchen. Archipresbyteratus, & in Tuden. beneficij* 20. *Aprilis* 1604. coram Penia, *& in Pacen. pensionis* 20. *Nouembris* 1609. coram Illustriss. Card. Marquemontio, *& in Salmantina præstimonij* 31. *Ianuar.* 1614. coram R. P. D. Buratto.

Limita primò in concernentibus animæ periculum, in his enim excommunicatus agens auditur, Hostiens. *in c. significauerunt, n.* 2. *vers tu dic, infra de exception.* vbi Abb. *n.* 22. & Felin. *n.* 14. Rot. *decis.* 7. *eod. tit. de nouis*, intellige ex iudicis officio, non verò ex iure sibi competente, gloss. *verbo, vxores, in cap. quoniam multos* 11. *q* 3. Dec. *hîc n.* 48. faciunt quæ Sanch. *de Matrim. lib.* 9. *disp.* 15 *n.* 24. 10

Secundò limita quando excommunicatus petit 11
reuocationem attentatorum, nam in tali iudicio, exemptio excommunicationis non obstat. Menoch. *remed.* 17. *recup. n.* 31. Lancel. *de attent. p.* 3. *c.* 22. *num.* 4. *& cap.* 25. *q.* 3. *n.* 10. Magon. *Lucensi decis.* 71. *in princip.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm n.* 239. Rota apud Farinac. *decis.* 589. *num.* 6. *part.* 1. *tom.* 2. *in recentior.* Intellige quando attentata non ad instantiam excommunicati iure actionis, sed iudicis officio reuocari petitur; vt fuit resolutum *in Conchen. Archipresbyteratus* 13. *Nouemb.* 1605. coram Penia, tunc Rotæ Decano.

Tertiò limita quando versamur in casibus, in qui- 12
bus periculum esset in mora, tunc enim excommunicatus potest agere, quia non agit omnino voluntariè, Felin. *in cap. cum inter, num.* 16. *de except. & in cap. dilectus, colum penult. vers. quarto fallit. de rescript.* Veluti quando res esset tempore peritura, aut eius debitor fugam capere intendat, tunc enim potest agere vt retineatur, Palat. *in repet. cap. per vestras, num* 8. Surd. *d. priuil.* 81. *num.* 11. *&* 12. Sicut etiam poterit agere vt sibi dentur alimenta si extrema famis necessitate laborauerit, nisi sit morosus in absolutione petenda, Couarru. *variar. lib.* 3. *cap.* 15. *vers.* 12. Franc. Marc. *decis.* 884. *num.* 2. Surd. *de priuil.* 83. *n.* 14. *& tit.* 7. *q.* 36. *num.* 7.

Quartò limita vbi excommunicatus impeditur 13
facere sibi permissa, nam ad remouendum tale impedimentum potest esse in iudicio, Ioan. Andr. *hîc n.* 4. Abb. *n.* 7. Felin. *num.* 14. *vers. vltima declaratio.* Vel quando prætendit se esse excommunicatum iniustè, Gloss. *in d. cap. cùm inter*, & *ibi* Bald. *num.* 4. aut quando dubitatur de peccato propter quod fuit excommunicatus, vel dubitatur de ipsa excommunicatione, tunc enim auditur prosequens iudicium in materia iniustæ excommunicationis, vel discussionis peccati, Felin. *hîc n.* 7. *vers. tertia declaratio*, Bald. *in l. lit. C. de liberali causa*, Bonac. *de censur. disp.* 2. *q.* 2. *punct.* 7. *num.* 7. *vers. verum.*

Excommunicatus.] Maiore scilicet excommunica- 14
tione, non autem minore, quia excommunicatio minor priuat participatione Sacramentorum, non autem hominum communione, Abb *hîc n.* 14. Felin. *num.* 11. Dec. *num.* 32. Pont. *de spoliis, lib.* 3. *cap.* 2. Surd. *d. priuileg.* 83. *num* 7. Farin. *in praxi crimin. q* 12. *num* 32. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 9. *consid.* 7 in dubio enim dispositio loquens de excommunicatione debet intelligi de maiore

15 maiore, *c.pen.de sent.excomm.* vbi dixi Dec. *hîc n.33.*
16 *& 34.* Semper enim vbi nominatur simpliciter aliquod vocabulum, quod referri potest ad maius, & minus, in dubio ad maius est referendum, & ideo appellatione Pœtæ apud Græcos Homerus, & apud Latinos Virgilius venit, §. *sed ius quidem, & ibi* gloss. *verbo, Virgilius, Instit.de iure naturali,* Nauar.*de spoliis cleric.* §.2. *n.1.in fine,* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.10.consid.45.vers.quin etiam,* & appellatione Apostoli venit Paulus, vt tetigit Læl. Zech.*de Romano Pont.*
17 *hæresi 1.in respons.ad decimum,* & appellatione Cardinalium non veniunt Cardinales Compostellani, Rauennates, Pisani, & similes, sed tantùm Illustrissimi S.R E.Card.gloss.*verbo, mundi, in c.primo, 32.q.2.* Abb. *in c.accedentes, n.2.de præscript.* Vaseu.*in chronica Hispaniæ, c.21.vers. Compostellanus,* Stephan. de Gaëta *in repet.c.ad limina 30.q.1.in proœm.n.13.* Andr.Gammar. *in Extrauag. Iulij II. de simoniaca Papæ electᵒ. n.70. & seq.* Anastas.Germon.*de sacrorum immun. lib.3 c.16.n.13. & seq.* Anton. Scapp. *in responso de birreto rubeo dando*
18 *S.R.E. Cardinalibus Regul n.1.* Vnde, vt ad rem redeamus, licèt appellatione excommunicationis veniat excommunicatio maior, tamen vt omnis dubietas tollatur, excipiens tenetur exprimere speciem excommunicationis an sit maior, vel minor, & etiam nomen excommunicatoris, Soar. à Pace *in pract. tom.1 p.1. temp.4. n.63. & 64.* requiritur enim vt de excommunicatione maiori opponatur, aliàs oppositione cessante tenet iudicium, quamvis cum excommunicato agiratum,*c.1.de except. lib.6.* Abb. *hîc n.13.* Felin.*n.9* Dec.*n.76.* Peregr.*d.tit.11.n.7.* Pontan. *d.c.2.* & propositio debet fieri iuxta formam traditam *in d c.1.* quæ cùm sit obseruatu difficilis, adeò vt vix debitè proponatur, & specificetur, ideò in Romana Curia non sic facilè proponitur, Rota *decis.8.de sentent.excomm.in nouis,* & in Gallia minus piè reiicitur, Tiraq.*de retractu lig.§.1.gloss.9.n.282.* Couar.*lib.1.var. c.18.n.5* Rebuff.*in tract exemption.n.207.& in declarat. arboris, n.5. & de reprobat. testium. n.202.* Pereg.*d. tit.11. sub n.15. in fine,* Azeued. *l.2. n.8. tit.8. lib.4. nouæ recop.*
19 *Conueniri potest.*] Tanquam reus necessarius, tunc enim potest esse in iudicio, ibique proponere omnes defensiones ad sui fauorem facientes, & quæ habent naturam exclusionis. Innocent. Ioan. Andr. Abb. & omnes *in præsenti.* Vnde potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, & excipere de pretio sibi non soluto, si conueniatur ad tradendam rem venditam, Bald.*n.8.in fine, & n.10. in d.c. cùm inter, de except.* vbi Abb.*n.26.* Dec.*n.64.* Item potest excipere de nullitate, licèt de illa agere non possit, Rot. *decis.7.de except.in nouis.* Peregr.*d.tit.11.n.11.* & potest opponere exceptionem solutionis rei iudicatæ, doli mali, iurisiurandi, de non tuto accessu, potest obiicere fori declinatoriam, & proponere exceptionem feriarum. Prædicta ego semper intelligerem quando excommunicatus non contemnit absolui, quia tunc nec auditur se defendens, Marsil.*sing. 360. incip. Apud legistas,* Rebuff. *in tract. except. n.568.*
20 Sed vti reus voluntarius excommunicatus non potest esse in iudicio, quia in hac materia comparantur actor, & reus voluntarius, vt habent omnes *in præsenti,* Marc. Alter.*d lib.2.disp.3.c.2.col.4. lit. B.* & ideo non potest egere remedio *l. diffamari, C. de ingen. & manumiss.* nec potest principaliter proponere querelam inofficiosi testamenti, & alia experiri veluti reus voluntarius. Voluntarium reum appellamus eum, qui ad causam non trahitur, sed iudicium aperit sibi viam ad contradicendum, & opponendum, Bald.*in c cùm inter, n.1.de except.* Sot.*in c.sacris, n.265.de sentent.excom.*

Declara tamen quòd quando excommunicatus contemnit absolui, non debet audiri, etiamsi sit reus originarius & necessarius, vt per Gemin.*in c.1.n.10. vers.& facit, de rescript.in 6.* Felin.*in præsenti n.8.in 7. declar.* Hyppol.de Marsil. *sing.360. n.2.* Petr.de Bais. *in direct.electᵒ p.2.c.10 n.2.* Soar.*de censur.d.sp.16.sect.4. interrog.2. post princ.* quos refert & sequitur Buratt. *decis.536.n.5.& 6.*

Et debet per alium in iudicio respondere.] Ergo excommunicatus in casu, in quo potest esse in iudicio vti reus necessarius, non valet in eo defendere causam propriam, sed tenetur ad constituendum procuratorem, Imol.*hîc n.2.* Barbat.*num.8.31.& 32.* Dec. *n.46* Alciat.*n.13.* Soar.à Pace *in pract. p.1.n.1.temp 5. à n.53.* Auila *de censuris, p.2.c.6. disp.6. dub.2.* Vgolin. *eod.tract.tab 1.c.16.§.8* Quicquid contrarium, imo excommunicatum non esse cogendum simpliciter, seu præcisè constituere procuratorem, seu ipsum debere ex debito honestatis comparere per procuratorem, minus bene tenuerit, gloss. *hîc verbo, conuenire,* quam sequuntur Ioan.Andr.*n.3.* Bald.*n.2.* Butr.*num.8. & 9* Anchar.*n.2.& 3.* Felin.*n.1.* Abb.*n.3.* Sayr. *de censuris, lib.2.cap.8.n.20.* Soar.*tom.3.disp.16.sect.4 num.6.* Bonacina *eod tract disp.2.q.2.puncto 7. n.8.* Mar.Alter. *d.lib.2.disp.3.c.2 col.2. lit.C.* nisi glossam & sequaces intelligamus, vbi non reperitur procurator saltem idoneus, aut quando requireretur de necessitate industria principalis, & in similibus. 21

In iudicio.] Secus in extra iudicialibus, vt per Surd. *d.priuil.83.n.13.* 22

Ne videatur de sua malitia, &c.] Notatur ad hoc quòd in his, quæ respiciunt excommunicati præiudicium, non solùm potest, sed etiam cogitur excommunicatus in iudicio comparere, ne contingat ipsum ex sua malitia commodum reportare, Abb. *hic n.5.* Dec.*n.24.* Innoc.*in cap.exceptionem, sub n.3.ad finem de except.* faciunt quæ Menoch. *de arbitr casu 182.n.69.* bene Anton.Ricciul.*de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent.lib.4.c.32.n.18.vers.decimo,* vbi *in vers. vnde,* hinc colligit excommunicatum posse cogi ad prosequendum iudicium plus, quàm reus non excommunicatus, vult quòd procedatur ad vlteriora, & *in vers.deducitur secundo, n.29.* pariter colligit excommunicatum cogi posse ad soluendum debitum, & implenda promissa in contractu, per text.*in c. si verè, in fr.de sent.excom.& n.30.* cum Franc.Marc.*decis.868. n.4 p.2.* resoluit contra excommunicatum posse fieri exequutionem, & *n.13.* tenet excommunicatum conuentum cogi iurare de calumnia, licèt non possit iurare in defectum probationis, & *n.33.* asserit excommunicatum cogi respondere sub iuramento positionibus, quia per talia iuramenta non acquiritur ius, sed præstantur ad conuincendam malitiam. 23

SVMMARIVM.

1 *Clericus de omni crimine debet coram Ecclesiastico iudice conuenirι, nec valet contraria consuetudo.*
2 *Canones, & leges adiuuantur inter se.*
3 *Ius Canonicum in omnibus causis Ecclesiasticis, & illis annexis, in quibus versatur periculum animæ, vel agitur de conscientia, & pia causa, semper est obseruandum.*
4 *Consuetudo non valet quòd clerici in criminalibus apud secularem conueniantur.*

Cap. Clerici. VIII.

Luc. III.

1 CLericus de omni crimine debet conueniri coram iudice Ecclesiastico, & contraria consuetudo non præiudicat Canonibus, quia Imperator dicit quòd leges non dedignantur sacros Canones imitari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anania, Butr. Imol. Bald. Panorm. Anchar. Hostiens. Felin. Dec. Barbat. Aretin. Alexand. de Neuo, Melch. Kling, Ioan. Monach. Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 6.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag 201.* nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis academ. prælect. Salmantic. tom. 2 pag. 78. cum seqq.* remissiuè Ximen. *in concord p. 1 & 2.* refertur ab Anton. Augusti. *collect 1. Decretal. lib. 2. tit. 14. 8.* & ab Iuon. *p. 6. c. 427. & p. 16. c. 150.*

2 *Quòd leges non dedignantur sacros Canones imitari.*] Notatur ad hoc quòd Canones & leges adiuuantur inter se, Rebuff. *in tract. nomin. q. 5. n. 14.* & iurisdictio Ecclesiastica, & sæcularis debent se ad inuicem iuuare, Cou. *practic. c. 10. n. 1.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de fauore clericorum reali, §. 5. n. 47.* Quando in decisionibus causarum attendendum sit ius Canonicum, vel Ciuile quærunt Ordinarij *in præsenti*, & resoluunt in omnibus causis Ecclesiasticis, &, vt vocant, spiritualibus, & illis annexis, veluti iurispatronatus, matrimonialibus, vsurarum, præscriptionum, iuramentorum, & similibus, in quibus vertitur periculum animæ, vel agitur de conscientia, & pia causa, semper ius Canonicum esse obseruandum, vt per Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, n. 5. sup. de constitut.* Tiraq. *de priuilegijs piæ causæ, priuileg. 163.* Surd. *decis. 118. n. 9. & de alimentis, tit. 7. q. 29. n. 11. cum seqq.* Menoch. *consil 18. n 11.* Azened. *ad tit. 1. num. 17 & 18. lib. 2. nouæ recopil.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 13. de legibus, n. 82.* Perez *in proœm. Ordinam. q. 3.* Ordin. Regia Lusitan. *lib. 3. tit. 64. in princip.* & dicam latiùs *ad cap. 1. de noui operis nunciat.*

3 *Canonibus ex aliqua consuetudine*, &c.] Notatur ad hoc quòd non valet consuetudo quòd clerici in criminalibus apud sæcularem iudicem conueniantur, vt per Couar. *practic. c. 31. n. 5.* Clar. *in practic. lib. 5. §. vlt. q. 36. n. 3.* D. Barbos. *in l Titia, n. 32. ff. soluto matrim. in l. si quis posteaquam, n. 212. cum seqq. ff. de iudic.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. c. 12.* apud quos notabis rationem huius conclusionis, & respondere poteris obiectionibus contra eam adduci solitis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet prouidere vt litigantes seruent solemnitatem iuris.*
2 *Procuratorem sine mandato comparentem iudex ex officio repellere potest.*
3 *Capitulum sine consensu Prælati ad agendum, & defendendum admitti non debet.*
4 *Ecclesiæ regulares possunt esse Cathedrales.*

Cap. Causam, quæ. IX.

Alexand. III.

1 IVdex ex officio prouidere debet vt litigantes seruent debitas in iudicis solemnitates. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Bald. Anchar. Panormitan. Felin. Decian. Aretin. Barbat. Ioan. Monach. Alexand. de Neuo, Melch. Kling. Cujac. Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontific. pag. 7.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 201.* nouissimè Ioan. de Valbona *in annuis academ. prælect. Salmantin. tom. 2. pag. 81. cum seqq.* remissiuè Ximen. *in concord part. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. Decretal. lib. 2. tit. 1. cap. 2.*

Episcopi sui.] Collige ex text. Regulares Ecclesias itidem esse Cathedrales, neque enim eæ sunt qualitates incompatibiles, vt post Card. bene docent Barbat. *in clement. 2. n. 32. de elect.* quo casu Episcopus ibi est loco Abbatis, vt probat text. *in c. nullus de elect. lib. 6.* & ponitur exemplum in hoc text. quem præ cæteris explicat clariùs Bonifac. VIII. (vt aduertit etiam Cuiac. *ibid.*) *in Extrauag. debent superioribus suis. §. dudum. de officio Ordinarij, inter communes*, multas quoque alias Ecclesias præter Dulmen. de qua in præsenti, quæ similiter sunt Cathedrales & Regulares in Anglia existentes refert Hostiens. *in princ.* & duas in Sicilia, Panormitana scilicet, & montis Regalis, commemorat etiam *hic* Abb *sub n. 8. versic. & dic quòd in Sicilia*, vbi notat in his Ecclesiis Episcopum esse loco Abbatis, nec ideo alium superiorem Regularem extare, qui sit caput Conuentus, sed constitui vnum corpus ex ipso Conuentu & Episcopo. Competit igitur Episcopo omnimoda iurisdictio in Canonicos suæ Cathedralis Abbatiali & Episcopali simul vnitis potentiis, vt loquitur Abb. *in præsenti n. 10.* licèt in his, quæ ad regulam pertinent, vicaria vtatur potestate Monachi alicuius, tanquam meliùs versati in his, quæ regulam huiusmodi spectant, quæ fuit mens Ioan. Andr. & Gemin. *in d. c. nullus*, hincque dum visitat adhibet vnum Regularem ad minus, vt *in d. Extrauag. debent*, nec tenetur explicare an quod facit faciat magis vt Episcopus, quàm vt Abbas, sic docet Panorm. *hic sub eod. n. 10. vers. & etiam puto.*

Vnde prouenit quòd in hac controuersia non admittatur distinctio an procedatur in figura iudicij, vel secus, si enim idem est Episcopus & Abbas, & eæ virtutes sunt vnitæ, procul dubio talis distinctio est frustratoria, tenendumque est Episcopum quouis modo procedere posse, vt bene firmatum fuit in Rot. *decis. 69. n. 6. p. 1. in recent.* etiam priuatiuè quoad alios Regulares, Rot *decis. 121. n. 4 ead. p. 1.* etiamsi mensæ sint separatæ, vt *in d. decis. 69. n 4.*

Qui quidem status Ecclesiæ Regularis Cathedralis hanc præcipuam habet prærogatiuam, vt si qui clerici sæculares in ea sint recepti, vel recipiuntur pro celebratione Diuinorum, teneantur ij celebrare officium Regulare, nec sunt admittendi ad sæculare pro euitando scandalo, vt optimè docuit Vitalin. *in Clem. vnic. sub n. 53. vers. eodem modo, de celebrat. Missar.* quem probauit Rot. *decis. 79. n. 3. d. p. 1. recent.* nec contrarium posset per Episcopum statui, vt *ibid num. 5. & dec. 84 per totam, eadem p. 1.*

Prouideas, &c.] Notatur ad hoc quòd iudex ex officio potest repellere procuratorem sine mandato comparentem, gloss. *verbo, absentia, in fine, c. 1. de elect. lib. 6.* Duen. *reg. 264. vers. & circa*, Tiraq. *in l si vnquam, C. de reuocandis donationib. verbo, reuertatur, num. 345.* 2

Cum auctoritate, & assensu Episcopi.] Notatur ad hoc quòd Capitulum sine consensu Prælati ad agendum, vel defendendum admitti non debet, Tiraq. *de iurè mariti, gloss. 8. n. 70.* Perez *l. 10. gloss. 3 pag. 889. column. 1. in fin. tit. fin. lib. 4. Ordin.* Azened. *l. 5.* per text. *ibi, num. 1. cum seqq. tit. 2. lib. 4. nouæ recop.* Et an 3

Prælatus

Prælatus sine consensu Capituli possit procuratorem constituere, dixi *ad cap. edoceri 22 de rescript.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus depositus incorrigibilis excommunicandus est, & successiuè anathematizandus, & si sic non resipuerit, per iudicem secularem comprimendus est.*
2 *Verbum*, Ordo, *generaliter prolatum comprehendit etiam primam tonsuram.*
3 *Clericus deponitur pro furto.*
4 *Homicida deponitur.*
5 *Captus in periurio deponitur.*
6 *Crimina, quæ inducant depositionem, referuntur.*
7 *Incorrigibilis quis dicatur ostenditur.*
8 *Ecclesia quando dicatur non habere vltra quid faciat, ostenditur.*
9 *Incorrigibilis clericus, etiam nulla præcedente degradatione propter incorrigibilitatem, potest puniri à iudice seculari.*
10 *Contemnere nihil aliud est quàm aspernari, & non curare.*
11 *Doctores referuntur de degradatione agentes.*
12 *Clericus flagranti delicto repertus potest capi, & incarcerari à iudice seculari absque metu excommunicationis.*

CAP. Cùm ab homine. X.

Cœlest. III.

1 CLericus deprehensus, & conuictus de facto homicidio, periurio, vel aliquo crimine, est deponendus à iudice Ecclesiastico, & si depositus fuerit incorrigibilis, debet excommunicari, & si crescit contumacia, feriatur anathemate, & si contemnit, est comprimendus per potestatem sæcularem exilio, vel alia pœna. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Butr. Bald. Felin. Decian. Host. Alciat. Aretin. Barbat. Henric. Alex. de Neuo, Melch. Kling. Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 8. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 202. *& p.* 3. *repet. in iure Canonico ad secundum Decretal. librum*, Hyppol. Riminald. nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis academ. prælect. Salmant. tom* 2. *pag.* 85. *cum seqq.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decret. lib.* 1. *tit.* 1. *c.* 3.

2 *In quocunque Ordine constitutus.*] Etiam in prima tonsura, Duen. *reg.* 99. *vers. amplia* 2. Xuar. *in quæst. maioratus, num* 34. Couar. *practic. cap.* 32. *n.* 3. Cald. Pereira *in l. si curatorem, C. de in integr. restit. verbo, læsis, n.* 104. Viuian. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 149. *pag.* 162. Nicol. Garc. *de benef. part.* 7. *c.* 1. *n.* 6.

3 *In furto.*] Notatur ad hoc quòd pro furto clericus deponitur, *l.* 61. *tit.* 6. *p.* 1. Maiol. *de irreg. lib.* 5. *c.* 28. *n.* 1. Bernard. & Salzed. *in practica c.* 93. *in nouiss. impress.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib.* 2. *c.* 16. §. 1. *num.* 8.

4 *Vel homicidio.*] Notatur ad hoc quòd clericus homicida deponendus est, Socin. *reg.* 79. *vers. quartò fallit.* Gregor. *l.* 61. *verbo, homicidio, tit* 6. *p.* 1. Bernard. & Salzed. *in pract. c.* 97. *n.* 1. *in nouiss. impress.* Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *q.* 119. *n.* 46.

5 *Vel periurio.*] Notatur ad hoc quòd captus in periurio deponitur, *d. l.* 61. Clar. *in §. periurium n.* 4. Bernard. & Salzed. *in practic. cap.* 95. *num.* 1. *in nouiss. impress.* Fichard. & Soar. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 151. *& seq.* Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *cap.* 12. *col.* 1094. Sayr. *in claui Regia, lib.* 5. *c.* 9. *n.* 7. *&* 9.

Seu alio crimine, &c.] Veluti adulterio, concubinatu perseuerante post monitionem, simonia notoria, stupro, incestu, delicto, quo quis permittit sua culpa suum Parochianum decedere sine Baptismo, & præterea aliis criminibus maximis, & atrocibus, quæ inferunt irregularitatem, Emman. Sà *verb. depositio* 2. Petr. Gregor. *in partit. iuris Canon. lib.* 4. *tit.* 5. *c.* 4. *n.* 4. Henriq. *in sum. lib.* 13. *c.* 55. §. 5. Bonacina *de censuris, disp.* 4 *puncto vnic. n.* 6. Moneta *de distribut. quotid. q.* 17. *n.* 6. quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 110. *n.* 10.

Incorrigibilis fuerit.] Incorrigibilis dicitur, qui reuertitur ad priora delicta, & maiora, ac in eis perseuerat post tertiam monitionem, vel differt iniunctam pœnitentiam facere, aut fugam capit, & occultat se ea non peracta, Bernard. *in pract. c.* 142. *n.* 1. *& 2. in nouiss. impr.* Aloys. Ricc. *in decision. Curiæ Archiep. Neapol. decis.* 87. *p.* 1. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib.* 2. *c.* 26. Ad effectum verò vt per potestatem sæcularem clericus iudicetur, & comprimatur, vt hic text. habet, incorrigibilis dicitur, quando scilicet in graui crimine deprehensus depositus fuit, deinde propter cõtumaciam excommunicatus, postea anathemarizatus, & adhuc si in contumacia perseuerauerit, & seruata hac forma in præsenti text. præfinita, meminéque subsequuta expressa per iudicem Ecclesiasticum Curiæ sæculari traditione, poterit talis incorrigibilis comprimi per sæcularem potestatẽ, vt tenuerunt Cou. *pract. c.* 3. *n.* 2. *vers. secundo est notandũ*, Clar. *§. fin. q.* 36 *vers. sed quæritur*, Humad. *l.* 65. *glos. fin. n.* 7. *vers. tertio fallit, tit.* 5. *p.* 1. Fichard. & Bonacos. *tom.* 1. *comm. opinion. lib.* 1. *tit.* 11. *n.* 58. *pag.* 193. Cened. *ad Decret. collect.* 37. *n.* 12. Salzed. & Bernard. *c.* 142. *addit.* 1. *in nouiss.* Menoch. *de arbitr. casu* 415. *num. vlt.* qui rectè aduertit in hoc text. fictam dari degradationem, Aldrete *d. lib.* 2. *c.* 25. *à n.* 12. & alij per me citati *d alleg.* 110. *n.* 14. *cum seqq.* & præcipuè *num.* 16. bene Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de fauore clericorum personali*, § 6. latè Carol. de Graffis *de effectibus cleric. effectu* 1. *n.* 798. *cum multis seqq.* Sigism. Scacc. *de iudic. lib.* 1. *c.* 11. *à n.* 62.

Cùm Ecclesia non habeat vltrà quid faciat.] Intellige quando adeò protervi sunt clerici, vt Ecclesia eos anathemate, aut districtione personarum deprimere non possit, tunc enim cùm vltra quid faciat nihil possit, Regum, & Principum imperio opus est, vt potentes potenter arma patiantur, ita Franc. Molin. *de brachio sæculari, c.* 18. *n.* 71. vbi *n.* 70. reprobat Oldradi, & Feder. interpretationem illam ad hunc text. vt scilicet Ecclesiastici præter suas excommunicationum pœnas in executionibus nihil amplius possint, nisi eos intelligamus cùm familia Episcopi armata non sufficiat.

Per sæcularem comprimendus est.] Notatur ad hoc quòd clericus incorrigibilis, etiam nulla præcedente degradatione propter incorrigibilitatem potest puniri à iudice sæculari, vt per Carol. de Graffis *de effectib. cleric. effectu* 1. *num.* 797. Contra Soar. *de censur. disp.* 22. *sect* 1. *num.* 9. Sayr. *eod. tract lib* 3. *cap.* 19. *num.* 5. Ægid. de Conink. *de sacram & censur. disp.* 14. *dub.* 15. *num* 19. Ambrosin. *de immun. cap* 17. *num.* 28. existimantes non improbabiliter clericum incorrigibilem minimè amittere priuilegium fori absque alia declaratione, & degradatione. Non tamen ad eius requisitionem etiam pro enormissimo crimine

clericus

clericus est degradandus. Clar. §. *fin. q.* 36. D. Barbos. *in l. si posteaquam, ff. hoc tit. n.* 246. *cum seqq.* sed ex officio iudex Ecclesiasticus degradare debet, Curiæque sæculari tradere si enormitas criminis id exigat, vt per sæcularem puniri valeat, Gam. *de Sacramentis præstandis vltimo supplicio damnatis q.* 5. *n.* 28. Nauar. *in cap. non dicatis* 12. *q.* 1. *n* 92. *ad finem*, quando scilicet sumus in criminibus degradationem meretibus, & sic extra terminos incorrigibilitatis, de qua *in hoc text.* tunc enim necessarium est vt clericus puniri valeat per sæcularem, quòd deponatur, actualitérque degradetur, ac traditio sæculari Curiæ subsequatur, ita ego ipse *d. alleg.* 110 *n.* 17.

10 *Contempserit,*] Contemnere nihil aliud est quàm aspernari, & non curare, vt per Mascard. *de probat. concl.* 433 *n.* 5 *&* 4 tenet quòd contemnere probatur qui monitus pertinaciter se ingerit.

11 Cætera de degradatione, & quotuplex sit, vide apud Perez *l.* 3. *tit.* 4. *lib.* 8. *Ordin. & in rubr. tit.* 9. *eod. lib.* 8. Fichard. & Bonacos. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 141. *cum seqq.* Eymeric. *in director. Inquisit. p.* 3. *q.* 46. vbi Penia *commento* 46. *&* 49. Henriq. *in summ. lib.* 13. *c.* 55. Zerol. *in praxi Episcop. verbo, degradatio*, Mar. Alter. *de censuris, tom.* 2. *disp.* 2. *c.* 1. *vers. degradatio*, Farin. *in praxi crimin. q.* 8. *n.* 72. Carol. de Graffis *de effectib. cleric. effectu* 1. *à n.* 814. Moneta *de distribut. quotid. q.* 17. *à n.* 1. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de fauore clericorum personali, §.* 10. *à n.* 3. plures per Cened. *ad Decret. collect.* 6 *c. n.* 3. Illud tamen adnotare oportet quòd Episcopus non potest venire ad actualem degradationem clerici, neque eum tradere Curiæ sæculari, nisi in casibus à iure Canonico expressis, videlicet, pro crimine hæresis, *cap. abolendam, §. præsenti, de hæret. c.* 1. *c. super, eod. tit. in* 6. Pro falsificatione literarum Apost. *cap. ad falsariorum, de crimine falsi.* Pro crimine insidiarum contra Episcopum, *cap. si quis Sacerdotium* 11. *q.* 1. Pro incorrigibilitate, *cap. cùm non ab homine, de iudic.* Pro crimine assassinij, *cap.* 1. *de homicid in* 6. Et ex nouo iure pro crimine nefando ex constitutione sanctæ memor. Pij V. Et pro celebratione Missarum ab illis, qui non sint Presbyteri, ex constitut. felicis mem. Clementis VIII. Ita Rot. *in Lucana iurispatronatus* 8. *Iunij* 1607. coram R. D. meo Coccino Decano, impressa per Vivian. post praxim iurispatron. *decis.* 107. *in fine.* Et pro delicto fabricationis, vel tonsionis, aut adulterationis falsæ monetæ, ex constitut. S. D. N. D. Vrbani VIII. *incip. In suprema* sub dat. Ibid. Nouembris 1627.

12 In gloss. *Deprehensus*, 1. ibi, *Sed etiam per laicos potest comprehendi clericus in ipso facinore.* Notatur ad hoc quòd clericus in flagranti delicto repertus potest capi, & incarcerari à iudice sæculari vt ad suum iudicem ducatur, absque metu excommunicationis, Auendan. *de exequend. mand. p.* 1. *c.* 22. *n.* 1. *vers. item*, Anton. Gom. *var. tom.* 3. *c.* 4. *n.* 3. Bernard. & Salzed. *in pract. c.* 135. *in nouiss. impress.* Azeued. *l.* 9. *n.* 4. *tit.* 3. *lib.* 1. *& l.* 5. *n.* 9. *&* 11. *tit.* 3. *lib.* 4. *nouæ recop.* Perez *l.* 17 *&* 12. *gloss.* 1. *pag.* 340. *col.* 1. *tit.* 14 *lib.* 2. *& l.* 4. *gloss.* 1. *col.* 2. *in fine, tit.* 8 *lib* 8. *Ordin.* Parlad. *p* 3. *differ.* 9. *§.* 3. *à princ.* Oliban. *de iure fisci, c.* 14. *n.* 14. Farinac. *in praxi crim. p.* 1. *q* 21. *n.* 141. *cum multis seqq.* Modern. *de iurisdict. p.* 4. *casu* 42. Camil. Borrel. *de Regis Cathol. præstantia, c.* 71. *n.* 185. *&* 186 *& in summa omnium decis. tit* 3. *de foro comp. n* 126. In flagranti enim quis deprehendi dicitur quando nec fugere nec inficiari potuerit, Menoch. *cons.* 82. *n.* 179. Anton. Monach. *Lucensis decis.* 38. *n.* 2. Vide quæ eleganter tradit parens meus *in com. ad Ordin. Regiam Lusit. lib.* 2 *tit.* 1. *§. vlt.*

SVMMARIVM.

1 *Scienter succedens in vitium potest conueniri per rescriptum impetratum contra violentum,* & n. 2.
3 *Declaratur text. in præsenti,* & n. seqq.
7 *Decretalis epistola vim constitutionis habet.*

CAP. Quia. V. XI. *Cœlest. III.*

SVccedens scienter in vitium potest conueniri per rescriptum impetratum contra violentum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Bald. Panorm. Butr. Barbat. Felin. Dec. Alciat. Aretin. Alexand. de Neuo, Melch. Kling. Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 8. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 202. nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis academ. prælect. Salmat. pag.* 103. *cum seqq.* remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 1. *c.* 4. 1

Præceptor quidam primarius Conimbricensis textum hunc intellexit in rescriptis realibus, qui in successorem transeunt, non verò in personalibus, sed plenius vide de illius intellectu Morlam *in emporio iuris Ciuilis, p.* 1. *tit.* 2. *q.* 21. *n.* 5. Anton. Fuertes *Canon. lect. lib.* 3. *c.* 4. Quatenus verò probat interdictum, Vnde vi, competere non solùm contra spoliantem, verùm etiam contra successorem aduersari videtur text. *in cap. cùm ad sedem, cum similibus. infr. de restit. spoliat.* nisi text. in præsenti intelligamus quotiescunque nullum est medium contra spoliantem, vel eius hæredem, tunc enim successor in beneficio potest interdicto, Vnde vi, conueniri, *l. cùm à te* 7. *iuncta glos. vlt. de vi, & vi armata*, ibi, *nisi fortè cùm fueras non soluendo*, ita Ximen. Tolet. *in concordantiis super hunc text. p.* 1. Anton. Fuertes *d. lib.* 3. *c* 5. 2

Sed adhuc difficilis remanet hic text. variósque patitur intellectus dum admittit rescriptum contra prædecessorem obtentum ratione spolij comprehendere etiam successorem in beneficio, quasi non diuersa persona sit, contra text. *in cap. P. & G. de officio deleg.* de quo opponit gloss. *hìc vers. sed contra*, vbi *in fine* respondet successorem in hoc text. non conueniri virtute primi rescripti, sed potiùs ex nouo mandato Papæ, vt videtur probari *in hoc text.* ponderando verbum, *præcipimus*, sequitur *in præsenti* Dec. *n.* 4. & adiuuatur hic intellectus, quia ex originali relato *tom.* 3. *Concil. inter acta Alex. III. tit. de spoliatis restituen. c.* 9. vbi pro verbo, *præcipimus*, de quo in hoc text. inueniuntur illa verba, *volumus, & præcipiunus*, quod quidem verbum, *volumus*, ius nouum denotat, docet *glos. fin. in Clem* 1. *de rerum permut.* Sed iste intellectus defendi nequit, quia verius est in illo text. R. fuisse conuentum virtute primi rescripti contra G. & probatur in verbo, *præcipimus*, vbi Romanus Pontif. refert se ad primum rescriptum, arg. *c. literis* 39. *de rescript.* & quia Epistolæ Decretales sunt declaratoriæ iuris communis, & non continent noua præcepta, ex text. *in c. in causis* 19. *de re iudic. & in c. ex multa, de voto, gl. fin. in cap. consultationi, de tempor. ordinat.* & ita cum mysterio fuit ab hac Decretali sublatum verbum, *volumus*, de quo in originali, ne prima facie videretur inducere nouum præceptum; & istum intellectum assignauit gloss. *hìc*, verbo *verum est*, est communis, teste Dec. *hìc n.* 4. Rip. *in cap. sæpè, de restitut. spoliat.* Corras. *in l. naturaliter, §. nihil commune, num.* 50. *ff. de acquir.* 3 7

acquir. possess. Gom. *in reg. de triennali q.* 11. *in fine*, & facit hic text. ibi, *mediante ratione.*

4 Quare alij respondent ideo successorem conueniri in hoc text. ex rescripto impetrato contra prædecessorem, quia successor in beneficio succedit in vitiosa possessione scienter, & ratione violentiæ beneficium mansit affectum, & transiuit cum illo vitio in successorem, & hac ratione successor censetur eadem persona cum antecessore, ex text. *in l. vitia, C. de acquir. possess. & in §. furtiua, Instit. de vsucap. gl. in c. scire 2. q.* 1. quam commendat Felin. *in c. prudentia*, §. 7. *de officio deleg.* Et pro hoc intellectu pondero originale huius text. vbi pro verbo, *ingressus*, de quo *hic* ponitur verbum *intrusus*, quod sonat vitium & malam fidem, vt *in c. iam dudum, in fine de præb. & in c. auaritiæ, de elect. l. 6.* Sed hic intellectus conuincitur, quia nullibi cautum reperitur à lege, vt ille, qui in vitium alterius succedit, censeatur eadē persona, & sine lege hæc fictio induci nequit *l. si forte*, vbi Bart. *ff. de castrensi pecul.* Menoch. *de præs. l.* 1. *præs.* 9 *n.* 19. Deinde confunditur ex *c. sæpè, de rest. spol.* dum contra talem scientē & vitiosum successorem nouum remediū cōcedit abrogato iuris rigore, vt patet ibi, *sancimus*, &c. & tamen si ipse successor vna persona cū prædecessore esset, absque dubio competeret remedium possessorium, quēadmodum contra hæredem, vt *in l. 1. §. vlt. ff. de vi & vi arm.* Menoch. 1 *recup. n.* 157. Conuincitur deniq; ex *d. § furtiue*, qui loquitur in possessore bonæ fidei, & tamen res vitio affecta transit cū illo vitio in successorē, & ideo cū mysterio *in hoc text.* pro verbo, *intrusus*, de quo in originali, fuit positum verbū, *& ingressus*, ad denotandum quòd etiamsi succedat quis bona fide in re affecta vitio, procedit hic text. Nec obstat *d. l. vitia*, quia dū probat vitium violentiæ transire in quemcunque successorem, procedit solum quoad impediendam longi temporis præscriptionem, vt *in d. §. furtiuæ, & in auth. malæ fidei, C. de præscript. longi temporis*, docent Rip. *in d. c. sæpè n.* 49 Corras. *in d. §. nihil commune n.* 114. Menoch. *remed.* 16. *recup. n.* 62.

5 Verus igitur intellectus duplex assignari potest. Primus est in eo rescripto comprehendi etiam successorē in beneficio, quia fuit reale directum principaliter in rem, vel causam, de qua agebatur, non contra certam personam, sed tantùm ad spolium illud reponendum, & ex eo fit vt quemcunque successorē comprehendat. Nec obstat quòd text. in principio facit mentionem de persona spoliatoris, & sic videtur dirigi in personas, & esse personale; quia respondetur non ex eo dici personale rescriptum, quòd certæ personæ mentio facta sit, nisi fiat in concessione ipsius, & cum conceditur simpliciter ad restitutionem, licèt personam designet, reale censeri debet.

6 Secundus tenet rescriptum de quo in hoc text. extendi ad successorem secundùm vim comprehensiuam, pro cuius rei declaratione præsuppono, quòd in rescriptis ad lites consideratur duplex vis, comprehensiua scilicet, & extensiua, & dicitur vis comprehensiua, quando rescriptum extenditur ad illa, quæ comprehenduntur sub ipsius verbis, vt comprehenduntur personæ non expressæ in rescripto sub clausula illa, *& quidam alij*, vt *in c. sedes de rescript. & in c. 2. eod. tit. lib. 6.* vis autem extensiua dicitur quando agitur de extendendo rescriptum de re ad rem, vel de persona ad personam non comprehensam sub verbis rescripti, vt in terminis *c. Rodulphus, & c. fin. d. rescript. & d. c. P. & G. de offic. deleg.* Quibus præsuppositis resoluo rescripta ad lites, quantum ad vim comprehensiuam non esse stricti iuris, sed latè posse interpretari, vt extendantur ad ea, quæ comprehenduntur sub verbis rescripti propriè, seu latè sumpto vocabulo, sed quantum ad vim extensiuā esse stricti iuris, & strictè interpretanda, vt *in c. edoceri, de rescript. & in c. dilecti, de foro compet.* docet Innoc. *in c. Episcopus, de rebus Eccles. non alien.* sequuntur Abb. *n.* 1. Barbat. *n.* 4. & communis *ibi*, idem Abb. *hic in fin.* Felin. *in rubr. de rescript. n.* 1. Beroi. *in d. c. Episcopus*, *n* 10. qui dicit magis communem licèt Barbat. *in d. rubr. de rescript. n.* 4. dicat communiter reprobari Innocentium. Vnde cùm ille, qui succedit in beneficium, quasi succedat in vitium, *in d. c. sæpè, gloss. 2. in c. denique 7. q.* 1. quam dicit singularem. Felin. *in c. prudentiam*, §. *sextò*, *n.* 16. *de offic. deleg.* meritò extenditur rescriptum ex vi illa comprehensiua ad successorem in vitium.

In gl. *Sicut vnic.* ibi, *& decretalis epistola vim constitutionis habet*, vbi Con. *var. l.* 4. *c.* 16. *n.* 6. *vers. item Decret. epist.* Roch. *in præfat. ad c. vlt. n.* 8. *sup. de consuet.* 7

SVMMARIVM.

1 *Papa solus cognoscit de dubiis priuilegiorum Sedis Apost. & non inferior.*
2 *Priuilegij pro declaratione recurrendum est ad concedentem, intellige prout in n.* 3.
4 *Conc. Trid. quæ interpretatio sit prohibita ostenditur.*
5 *Papa potest esse iudex in sua causa.*
6 *Princeps non recognoscens Superiorem, est competens iudex in causa inter se ipsum, & subditos.*

CAP. Cùm venissent. XII. *Innoc. III.*

PApa solus per se, & nō per alios cognoscit de causa seu de dubiis priuilegiorum Sedis Apost. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. And. Innoc. Anan. Butr. Imol. Bald. Panor. Anch. Host. Felin. Dec. Barb. Aret. Alex. de Neuo, Henric. Melch. Kling. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iur. Pontif. pag.* 9. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 102. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret lib.* 2. *tit.* 1. *c.* 3. 1

Collige ex text. pro declaratione priuilegij Sedis Apost. recurrendum esse ad Papam, qui illud concessit, & pari ratione ad Regem, siue Principem concedentem, Ruin. *cons.* 38. *n.* 8. *vol.* 1 Greg. *l.* 2. *vers. quando ac ieciere. tit.* 1. *p.* 2 *& l.* 2. *gl.* 1. *n* 18. *p.* 4. *l.* 6. *tit.* 1. *l.* 4. *nouæ recop.* Cot. *in memor. verb. priuilegium, pag.* 706. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss* 1. §. 1. *n.* 1 & 2. Guttier. *pract. l.* 3 *q.* 18. *n.* 2. Garc. Girond. *in tr. de priuil. seu exempt. explic. n.* 83 Gail. *lib.* 1. *obseru.* 1. *n.* 7. latè Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordin. in exemptos. lib* 2. *q* 13. Surd. *cons* 558. *n.* 6 Card. Mant. *de tacitis, & ambig. conu. l* 2. *tit.* 1 *n* 55. *& seq.* Eius enim est interpretari actum, cuius est condere, seu actū facere Dec. *cons* 36. *n.* 8. *cū seqq. vol.* 5. Gut. *pract. l.* 3. *q* 28 *n.* 3. Alder. Mascard. *de gener. stat. interpr. concl.* 1. *n* 146. Menoch. *cons.* 3. *n.* 22. *& cons.* 684. *n.* 23. Surd. *cons.* 381. *n.* 18. Io Garc. *de nobil. gl.* 1. §. 1. *n.* 2. 2

In gl. *Iudicari*, ibi, *dicas quòd hoc habet locum cùm verba obscura sunt, & ambigua*, &c. Aduertendum maximè est pro declaratione priuilegij Sedis Apost. vel sacrorū Canonum ad solum Roman. Pont. esse recurrendū, quando scilicet declaratio debet fieri iudicialis, & generalis, propter verba adeò obscura & ambigua, vt certus intellectus dari non posset, quia hoc casu de intentione Pontificis, siue Principis nemo alius adiri potest siue cognoscere, quā Princeps. Oldr. *cons.* 230. Coch. *d. q.* 13. *n.* 1. & de hac interpretatione intelligēda sunt verba, quæ apponunt Pōtifices in suis constitut. Pontificalibus, quando dicunt quòd nemini liceat ipsas aliter interpretari, vel quòd sit sublata potestas aliter diffiniendi, interpretandi, & determinandi, &c. Ité & verba Bullæ Pij V. incip. *Benedictus*, prohibētis commentarios, & interpretationes super S. Con- 3

cilij Tridentini decretis in lucem edi, in illis verbis, ibi, *Si cui verò in eis aliquid obscurius dictum, & statutum fuisse, eámque ob causam interpretatione, aut decisione aliqua agere visum fuerit, ascendat ad locum, quem Dominus elegit, ad Sedem videlicet Apostolicam*, &c. At verò pro declaratione doctrinali sufficit Doctor, Prælatus, siue iudex inferior, Sylvest. *verbo, interpretatio, q* 1. optimè Ludou. Miranda *in man. Pral tom* 2. *q.* 26. *art.* 10. & latè ostendi *in prologo apologetico mearum remiss. ad varia loca S. Conc. Trid.* Nulla enim secundùm verum sensum & iuri consonum interpretatio est prohibita, sed illa tantùm, quæ propter arduam difficultatem peculiari ipsiusmet cõstituentis, declaratione eget. Caslan. *ad consuet. Burgund. rubr.* 2. *§.* 2. *in princ. n* 1. Perez *in proœmio ad leges Ordin. q.* 2. Bart. *in l. omnes populi, q* 6. *vers. tertio loco, n.* 65. *ff de iustit.* Valasc. *cons.* 41. *n.* 7.

5 In ead. glossi. ibi, *sed dic quòd Papa potest esse iudex in sua causa.* Vide Menoch. *de arbitr. casu* 458 *n* 60. Peregrin. *de iure fisci, l.* 1. *tit.* 2. *pag. mihi* 15. *n* 31. Surd. *de alimentis. tit.* 4 *q.* 18. *n.* 71. Cabed. *Lusit. decis.* 76. *n* 2. *p* 2.

6 Corrasco *in explic. ad aliquas leges recop. c.* 9. *n* 80. Sic etiam Rex, seu quilibet alius Princeps non recognoscens Superiorem, est competens iudex in causa inter se ipsum, & subditos, Aretin. & Dec. *in c.* 1. *n.* 8. *de probat.* Marant. *de ordine iudic. tit de appell. n.* 34. Socin. *cons.* 121. *n.* 16. *vol.* 1. Nauar. *in nouit not.* 3. *n.* 47. *hoc tit.* Surd. *cons.* 47. *n.* 4. *& cons.* 50. *n.* 8. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit de iudic. resol.* 5. *à n.* 1. Peregr. *d. tit.* 2. *num* 32. Carrosco *d. c.* 9. *n.* 79. Eodem modo Prælatus potest esse iudex in causa suæ Ecclesiæ, Felin. *hìc n.* 7. Capyc. *decis.* 137. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo, Episcopus, pag.* 155. *vers.* 34 Rota *decis.* 361. *n.* 1. *diuers.* Bellet. *disquisit. cleric. pag.* 378. *n.* 36. Surd. *cons.* 50. Rebuff. *in tr. de reprobat. testium, n.* 16. *vers. intellige*, vbi hoc limitat, si fuerit quæstio de bonis suæ mensæ, vel vbi commodum venerit sibi applicandum, Abb. *in cap. venerabil. n.* 4. *de cens.* Et de republ. libera, Menoch. *casu* 263. *n.* 7. Medices *de legibus, p.* 1. *q.* 21. *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Iudex Ecclesiasticus potest per viam denuntiationis Euangelicæ, seu iudicialis, procedere contra quemlibet peccatorem etiam laicum, maximè ratione periurii, vel pacis fractæ.*
2 *Futura solus Deus agnoscit.*
3 *Doctores referuntur de correctione fraterna agentes.*
4 *Publicanus est pessimum genus hominum.*
5 *Peccati ratione etiam venialis subiicitur laicus Ecclesiastico iudicio.*
6 *Iuramentum pacis frangens subiicitur Ecclesiastico iudicio.*
7 *Consuetudo parificatur priuilegio.*
8 *Lex cùm est abrogata, pœnam sustinet recitator, & auditor.*

Cap. Nouit. XIII.

1 COgnoscere de quocunque peccato spectat ad Papam, præcipuè de periurio, & fractione pacis publicæ, & corripere quemlibet peccatorem etiã Regem, vel Imperatorem, seruata præsertim priùs correctione Euangelica, tunc non dicitur derogare iurisdictioni Principum, nec cognoscere de feudis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anch. Host. Henric. Felin. Dec. Aretin. Barbat. Butr. Alex. de Neuo, Melch. Kling. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 9. Plagon. *in compend. iuris Canon. pag* 203. nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis academ. prælect. Salmant. tom.* 2. *pag.* 106 *cum multis seqq.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. & repetitionum fecit Nau. *tom* 4 *suorum operum, & p.* 2. *rep. in tit. Canon ad* 2. *Decret. lib.* aliam edidit Ioan. Quintinus, refertur ab Anton. August. *collect.* 5. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 1. *c.* 3.

Qui nihil ignorat.] Notatur ad hoc quòd solus Deus Opt. Max. futura agnoscit, Perez *l.* 9. *gloss.* 1. *tit.* 1. *col.* 1. *lib.* 8. *Ordin.* 2

Si peccauerit in te frater tuus, &c.] De correctione fraterna vide Sylvest. & alios Summistas *verbo correctio.* Adrian. *in quæst. de correctione fraterna*, Sot. *de tegendo secreto memb.* 2. *q.* 1. *cum seq.* Morlan. *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 2. *q.* 3. Iacob. de Graffis *in aureis decisionib. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 69. Fr. Bernard. *in tr. de correctione fraterna*, Nau. *in repet. huius text. notab.* 4 *& in man. c.* 24. *n.* 11. *cum seq.* Gerson. *p.* 2. *tit. de correct. fraterna*, Philiarch. *de offic. Sacerd. tom.* 1. *p.* 2. *lib* 4. *c.* 14. Sanch. *in præcept. Decalog. tom.* 2. *lib* 6. *c.* 18. *n.* 40. *cum seqq.* Thom. à IESV *de Regul. visit. tract.* 1. *c.* 6. *&* 7. *cum seq.* Ceual. *comm. contra comm. q.* 573. Ioan. Baptista Costa *de remed. subsid remed.* 14. Miranda *tom.* 3. *de ordine iudic. q.* 9. *art* 1. Fr. Hieron. Roder. *in compend. q. Regul. resol.* 36. *de correctione fraterna Euangelica.* 3

Sicut ethnicus, & publicanus.] Ergo publicanus est pessimum genus hominum, vt per Tiraq. *de nobilit. c.* 34. *n.* 32. 4

De quolibet mortali peccato corripere.] Ratione enim peccati subiicitur laicus Ecclesiastico iudicio, Steph. Grat. *discept. forens. c.* 154 *n* 25 *cum seqq.* quem refero ego ipse *de offic. & potest Episc. p.* 3. *alleg* 82. *n.* 17. nam de peccato non potest agnoscere sæcularis iudex; quia eius cognitio spectat ad solum iudicem Ecclesiasticum, non solùm post peccatum commissum, sed etiam antequam committatur, vt euitetur, Host. *in c.* 1. *n.* 3. *de offic. Ordin.* Abb. *in c. cùm sit generale, hoc tit. n.* 18. *vers. item statuit, & in c. ex literis* 2. *n* 4. *&* 10. *de sponsal.* quos refert, & sequitur Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de fauore cleric. reali*, §. 2 *n* 19. & ideo vbi agitur de peccato, lex Canonica seruanda est, vt dixi *ad c. clerici* 8. *sup. hoc tit.* quod procedit, etiamsi agatur de solo peccato veniali, Alciat. *hìc n.* 19. *& in c. cùm contingat n.* 5. *infr. de iureiur. & lib.* 5. *paradox. c.* 3. Surd. *de alimentis, tit.* 7. *q.* 19. *n.* 12. Ego ipse *d. tr. de offic. & potest. Episcop. p.* 8. *tit.* 3. *c.* 2. *n.* 97. vbi respondeo ad hunc text. qui videtur ad hoc requirere mortale peccatum. 5

Fuerint pacis fœdera, &c.] Notatur ad hoc quòd frangens iuramentum pacis subiicitur Ecclesiastico iudicio, *gloss. fin. eod.* 2. *in med. in l.* 1. *tit.* 12. *lib.* 2. *legum fori*, vbi habetur quòd ea ratione Summus Pontifex fuit iudex hinc inter laicos, quia agebatur de pace fracta, Abb. *in præsenti, n.* 49. *& in c cùm sit, n.* 28. *infr. de foro compet.* vbi etiam Felin. *n.* 19 Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1 *tit. de fauore clericorum reali*, §. 5 *n.* 75. Ego ipse *d. tract. de offic. & potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 79. *n.* 7. tum etiam, quia contentio, de qua *in hoc text.* orta erat inter Principes alium non habentes superiorem nisi Summum Pontificem; & ideo nil mirum si in ea ipse se iudicem competentem pronuntiet, per ea quæ Carrasco *in explicat. aliquas leges recop. c.* 19. *n.* 81. & ego ipse *d. tract. de offic. & potest. Episcop. p.* 1. *tit.* 3. *c.* 2. *n.* 102. *&* 150. 6

In gloss. *Iurisdictionem* 1. De materia huius glossæ egi latè *d. c.* 2. *n.* 19 *cum multis seqq.*

In gloss. *Consuetudinem*, ibi, *Nota quòd consuetudo parificatur priuilegio.* Vide Perez *l.* 1. *gloss.* 1. *pag.* 137. *tit.* 6. *lib.* 3. *Ordin. & l.* 1. *gloss.* 4. *tit.* 1. *eod. l.* 3. Kirchou. *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 1. *tit.* 4. *n.* 1. *pag.* 167. 7

In

In glos. *Quicunque*, ibi, *cùm hæc lex sit abrogata, pœnam sustinet recitator, & auditor.* Vide Palat. *in repet. cap. per vestras, notab.* 3. §. 26. *n.* 4. *ad fin.* Marc. Anton. *in princ. instit. de testam.* Tiraq. *in tr. cessante causa, p.* 1. *n.* 128. *& seqq.* Marant. *disp.* 8. *n.* 14. Rebuff. *ad l.* 102. *ff. de verborum signif. pag.* 430.

SVMMARIVM.

1 *Persona principalis per se non per Aduocatum debet factum proponere in iudicio, nisi sit indiscreta, & n.* 2.
3 *Positionibus respondere admittitur procurator, vel Aduocatus quando principalis esset homo simplex.*

CAP. Pastoralis. XIV.

1 PRincipales personæ per se ipsas factum proponere debent, & non per alios, nisi sint indiscretæ. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Bald. Panor. Felin. Dec. Butr. Anchar. Host. Barbat. Aretin. Anan. Alex. de Neuo, Henric. Melch. Kling. Cujac. Viu. *in ration. primi libri iuris Pontificij, pag.* 10. Alagona *in compend iuris Canon. pag.* 203. nouissimè Ximen. *in concord p.* 1. *& 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt *l.* 23. *tit.* 11. *p.* 3. vbi *glos.* 8. Hippol. *sing.* 252. *& in l. de vnoquoque, n.* 59. *ff. de re iud.* Perez. *l.* 8. *gl.* 1. *ante fin. tit.* 3. *lib.* 2. *Ord.* Vnde euenit quòd licèt principalis, & non eius procurator, aut Aduocatus debeat respondere positionibus, tamen si principalis esset homo simplex, &
3 grossus, in quo esset præsumptio, quòd de leui, caperetur in respondendo, tunc ad respondendum dictis positionibus admitti potest eius procurator, aut Aduocatus, vt per Hippol. *sing.* 450. *n.* 2. Azin. *in praxi Florent.* §. 19. *c.* 18. *n.* 4. Menoch. *de arbitr. cas.* 193. *n.* 4. *& cas.* 194. *n.* 77. Masc. *de probat. conc.* 1179. *n.* 56. Perez *l.* 1. *tit.* 4 *l.* 3. *Ord. pag.* 549. quicquid contrarium in praxi obseruari dicat Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 59. *n.* 2. & ad mulieres extendat Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 81.

Illud notabile est quòd ad respondendum positionibus mandatum indiuiduo requiritur ad sic & sic respondendum, nec sufficit speciale. Menoch. *cons.* 84. *n.* 68. Honded. *cons.* 66. *n.* 72. *lib.* 1. Rot. *decis.* 779. *num.* 3. *p.* 2 *recent.* Admittitur tamen procurator cum generali tantùm mandato ad respondendum positionibus quando dominus est absens, vt de facili haberi non possit. Thesaur. *decis.* 17. *n.* 3. *&* 4.

SVMMARIVM.

1 *Actio, & intentio si sunt inepta, vel sola intentio, debet reus absolui ab instantia iudicij, iterum tamen actor audietur si aptè egerit.*
2 *Libellus ineptus quis dicatur, remissiuè.*
3 *Lite contestata super vno libello priori mutato partes ad alium descendere non poterunt.*
4 *Libellum vnum offerens, & postea ante litem contestatam alium dans pro emendatione, desistens à primo, non videtur desistere à tota causa.*
5 *Declaratur text. in l. posteaquam, C. de pactis.*
6 *Agens ex certa causa non obtinet ea non probata, licèt aliam probet.*
7 *Conuentum reum quando constat possidere antequam actor probaret suum dominium, tunc reus ipse absoluitur.*
8 *Confessoria actio datur ei, qui non possidet.*
9 *Confessoria possessori etiam competit.*
10 *Possessio an amittatur per sequestrum, ostenditur.*

CAP. Examinata XV.

ACtor quando proponit suam actionem, vel intentionem inepte, v. g. si velit probare quòd
1 inspatronatus possidebat tempore, quo Ecclesia iurispatronatus erat apud tertium sequestrata, tunc reus absoluitur, sed si actor iterum aptè agat, reus tenetur respondere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Bald. Anch. Panor. Felin. Dec. Aret. Barbat. Henric. Alex. de Neuo, Melch. Kling. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 21. Alagon. *in compend iuris Canon. pag.* 203. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. *& 2.* refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. sub tit. de confirmat. vtili, c.* 1.

Et ineptam.] Ineptus libellus quis dicatur, vide 2
Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 49. *de libello, n.* 41. *cum multis seqq.* quem citat parens meus *in remiss. ad Ordin. Regias Lusit. lib* 3. *tit.* 20. § 5. *n.* 15.

Quia cùm testes induxeris, &c.] Ergo lite contestata 3
super vno libello priori mutato partes ad alium descendere non poterunt, *l. edita, C. de edendo,* Tiraq. *de retractu, tit.* 2 §. 1. *glos.* 5. *n.* 3. Soc. *reg.* 89. *fallentia.* Rebuf. *in comment. ad l.* 8. *vers.* 10 *ff. de verb. signif.* Donel. *comment. iuris Ciuilis, lib.* 23. *c.* 5. Mascard. *de probat. concl.* 347 *n.* 18. Steph. Grat. *discept forens. c.* 118. *n.* 52. *&* 58. Ioseph. de Sesse *Arag. decis.* 126 *n.* 26. Soar. à Pace *in pract tom.* 3 *in initio, n.* 7. *&* 8. Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verbo actio, n.* 13. Christoph. à Pace *in scholiis ad leges styli, l.* 1. *schol.* 7. Bernard. Muscatel. *in sua praxi aurea Ciuili Regni Neap. p.* 1. *glos. petitur, n.* 50. Camil. Borrel. *d. tit.* 49. *à n.* 95. optimè D. Barbos. *in l. non potest videri, n.* 28. *ff. de iud.* Si verò qui offerat vnum libellũ, 4
& postea ante litis contestationem offerat alium pro emendatione, desistens à primo, optimè facit, nec ex hoc videtur desistere à tota causa, vt in terminis resoluunt Felin. *in c. significantibus, n.* 7. *de libell. oblat.* Ceuall. *communium contra commun. q.* 81. *n.* 5. D. Barbos. *in l. non potest videri, n.* 31 *ff. de iudic.* Nec aduersatur *l. posteaquam, C. de pactis* quia vel agit de renuntiatione 5
litis, non verò de subrogatione secundi libelli in locum primi, retenta eadem causa; vel loquitur de lite contestata, quia lis mota dicitur postquam litis contestatio facta fuerit, *c. ex parte* 30. *de verborum signif.* Marant. *de ordin. iudic p.* 5. *n.* 64. Cabed. *Lusit. decis.* 15. *n.* 10. *p.* 2.

Vnde intentionem tuam, &c.] Notatur ad hoc quòd 6
agens ex certa causa non obtinet ea non probata, licèt aliam probet, similis text. *in l. habebat, ff. de instit. action.* Tiraq. *in fine retractus, à n.* 99. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit p.* 3. *c.* 3 *n.* 28. Gam. *Lusit. decis.* 332. *incip. in causa, n.* 2. Et si causa, quæ probatur, non fuit deducta, non videtur quòd valeret probatio, quasi extra articulos, ex recepta doctr. Baldi *in l.* 1. *n.* 4. *C. vt in possess legat.* Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 100. *n.* 7. Valasc. *de iure emphyt. q.* 6. *n.* 11. Pinel. *d. n.* 28. vbi *n.* 32. aduertit quòd actori manet saluum ius agendi postea ex alia causa idonea.

Absoluentes eosdem, &c.] Notatur ad hoc quòd quã- 7
do constat conuentum non possidere antequam actor probaret suum dominium, tunc reus absoluitur. D. Barbos. *in l. si constante, §. vlt. num.* 14 *ff. soluto matrim.* Si postea reus possidere cœperit, actor iterum agere poterit, nec submouebitur actione rei iudicatæ, Tiraq. *de retractu lig.* §. 8. *glos.* 7. *n.* 4. vbi *n.* 3. quòd victus ob ineptam actionem potest ad aptam redire. D. Barbosa *in l. si cùm dotem, in princ. n.* 45. *ff. soluto matrim.*

8 In gloss. *Possidebat*, ibi, *& confessoria datur ei qui non possidet*. Dicit notabilem lat. *in §. aquæ si agat. nt. m. 54. Instit. de actionib.*

9 In ead. glos. ibi, *& confessoria similiter datur possidenti*. Notatur ad hoc quòd confessoria actio possessori etiam competit, vt Cou. *var. lib. 1. cap. 16. num. 10.*

10 *Tanquam sequestratam recipit*, &c.] Ergo ex hoc textu colligi videtur per sequestrum non amitti possessionem, nec in sequestrem transire. Ratio est, quia sequester rem tenet non animo, & cogitatione domini, sed tantùm custodiæ causa, vt reddat domino, *l. propriè 6. ff. depositi*, *l. sequester 110. ff. de verbor. signific.* Carrot. *de sequestro*, *p. 1. q. 10.* & facit text. *in l. interesse 39. ff. de acquir. possess.* Veruntamen *in l. licèt*, *§. rei depositæ ff. depositi*, habetur in sequestrem transire possessionem, notant Petr. Gregor. *syntag. l. 23. c. 3. num. 2.* Card. Tusch. *tom. 7. lit. S. concl 206. à n 1.* Ideo Doctores communiter distinguunt inter sequestrationem voluntariam, quæ fit voluntate, & consensu partium, in qua inquiunt possessionem transire in sequestrem, iuxta *d §. rei depositæ*, & necessariam, quæ iubente iudice fit, in qua negant possessionem transire in sequestrem, nisi id expressè actum sit, & procedere text. *in d. l. interesse*, vbi distingnit Bart. Abb. *hic n. 14.* Corras. *miscel. lib. 3. c. 2. n. 12.* Gregor. *l. 1 gloss 2. tit 9. p. 3.* Menoch. *remed. 3. retin à n. 86.* post Card. Felin. Crauet. & alios, quos refert, & sequitur Carot. *q. p. 1. q. 4. à num. 2.* Gam. *dec. 277. n. 3. & dec. 331. n 3.* Azened. *tit. 12. in princ. n. 7. cum seqq. lib. 4. recop.* Cald. Pereira *q. forens. lib. 1. q. 21. n. 3.* Seraph. *dec. 746. n. 3.* Nec obstat text. *in præsenti*, quatenus probare videtur per sequestrum, etiam iudiciale, non amitti possessionem, quia respondetur cum Sahag. *ad c. 1. infr. de sequest. possess. n. 23 cum seqq* in hoc text. Pontificem minimè decidere hanc quæst. de sequestri possessione, sed actorem ab instantia repulisse propter libelli ineptitudinem, quia in ipsius forma intentabat rei vendicationem, petens Ecclesiæ proprietatem, seu iuspatronatus, & insimul se possessorem esse dicebat, quæ duo incompatibilia sunt, iuxta reg. text. *in l. officium 9 ff. de rei vendic. cum similib.*

SVMMARIVM.

1 *Præceptores Templi pro domibus suis agere, & defendere possunt, nec obstat eis regio, vel quòd ignota sit eorum origo.*
2 *Clericus nullus peregrinus sine commendatitiis sui Ordinarij litteris ab vllo Episcopo ad Diuina celebranda est admittendus.*
3 *Præceptores in Ordinibus Militaribus qui dicantur, ostenditur.*
4 *Procurator non potest esse infamis, nec etiam Aduocatus.*
5 *Infames consueuerunt fugere loca nationis suæ.*
6 *Irregularitas quæ per confessionem deleatur, ostenditur.*

CAP. Cùm deputati. XVI.

1 IVdices tam Ecclesiastici quàm seculares inhibentur ne repellant præceptores, qui habentur domi Fratrum Militiæ Templi, & volunt agere, vel defendere suas causas, nec est illis requirendum ex qua natione sint. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Felin. Dec. Anchar. Barbat. Aretin. Panorm. Host. Butr. Henric. Alex. de Neuo, Melch. Kling. Cujac. Viu. *in rationali 2. libri iur Pontif. pag 12.* Alagona *in compend. iur. Can. pag. 203.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1 & 2.*

Qui vndecunque venerunt, &c.] Ideo Concil. Trid. 2 *sess. 23. de reform. c. 6. vers. nullus*, iubet nullum clericum peregrinum sine commendatitiis sui ordinarij literis ab vllo Episcopo ad Diuina celebranda, & Sacramenta administranda esse admittendum, de quo ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p. 2. alleg. 21. à n. 1.* In præsenti verò text. loquitur de exteris, & alienigenis ingredientibus religionem, quòrum macula per illius ingressum sublata fuit, ita Spin. *in speculo testam. gloss. 3. n. 38.*

Præceptores.] In quibusdam Religiosorum Ordini- 3 bus, præsertim ad militandum, vel excipiendos hospitio peregrinos, vel curandos ægrotos, vel ad administrationem domorum, vel annexorum reddituum, vel quorumlibet bonorum ad ipsum Religiosorum Ordinem pertinentium, dicuntur Præceptores, quales apud Italos vocantur in Ordine Militum sancti Ioannis Hierosolymitani, S. Antonij in diœcesi Viennensi, S. Spiritus in Saxia in alma Vrbe: huiusmodi Præceptores tribus votis adstricti, & regulam ipsius Ordinis, & religionis professi ab ipso totius Ordinis Magistro, vel ab aliis illius nomine, & auctoritate, in administrationibus domorum, prædiorum, & aliorum bonorum ad ipsum Ordinem pertinentium, constituuntur, & certos habét annuos reditus, vnde commodè sustentantur, ex quibus aliqui eorum certam pensionem in vsus certos, & præscriptos iuxta ipsius Ordinis regulam impendunt, & reliquum sibi sumunt, ac retinent tanquam suæ operæ ac laboris mercedem, ita Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 26. q 8.* vbi *q. 9. & 10.* disputat an huiusmodi Præceptores regulare beneficium habere intelligantur.

In gloss. *Nationis*, 2. ibi, *& infamis non potest esse* 4 *procurator*. Vide Soar. à Pace *in pract. tom. 1. annot. 4. n. 47.* Nec etiam aduocatus Cardos. *in praxi iudic. & aduocat. verbo, procurator 5.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Camer. Imper. lib. 1. concl. 43. consid. 3.* D. Barbos. *in l. cùm Prætor, ff. de indic. §. vlt. n. 126.*

In ead. gloss. ibi, *Nam infames consueuerunt fugere* 5 *loca nationis suæ*. Aduerte quòd aliquando laudabiliter potest propria Patria relinqui, exemplo Abrahæ, *Gen. 12.* & illud Psalm. *44. obliuiscere populum tuum*, cum adductis per Dionys. Paul. *de vera quat. Patriarch. sedium erectione, c. 13. n. 41. & 42.*

In ead. gloss. ibi, *Omnis tollitur irregularitas*, Hæc 6 glossa quatenus habet professionem Regularem emundare profitentem ab omni macula, & irregularitate, illam præcedente, caret probabilitate, nullam enim deleri irregularitatem præter expressam iure, quæ est orta ex natalium defectu, tenent Nauar. *loco infr. citando*, Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 5 q. 12. & p. 2. lib. 6 c. 4. q. 10.* Soar. *tom. 5. disput. 41. sect. 1. n. 3.* Fr. Emman. *q. Regul. tom. 1. q. 13. art. 5.* Soar. *in præcepta Decalogi, tom. 2. lib. 5. c. 5. n. 9.* Henriq. *in sum. lib. 14. c. 7. n. 2.* Auil. *de censur. p. 7. disp. 10. dub.* . Less. *de iustitia lib. 2. c. 41. dub 8. n. 73.* Barth. de Vecchis *in praxi obseruandæ in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 11. dub. 6. à princ.* cum aliis adductis ad *c. 1. de filiis Presbyt.* nisi hanc glos. intelligamus de absterſione quoad culpam, & omnem pœnam peccatorum, cum professio Regularis facta cum debita contritione indulgentiam plenariam operetur, ita Nauar. *comm. 2. de Regul. n. 60.* Sà *verbo, Religio, n. 17.* Azor. *d. c. 5. q. 11.* Fr. Emman. *tom. 2. q. 87. art. 1.* Sanch. *d. c. 5. n. 2.* Barth. de Vecchis *d. disp. 13. dub. 5.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Prælati debent laicis de clericis (appellatione fruſtratoria non obſtante) iuſtitiam facere, ad ſæculare tamen forum clerici à laicis trahi non debent, etiam data ipſorum Prælatorum negligentia.*
2 *Clerici ad ſæculare forum à laicis trahi non debent, etiam data ipſorum Prælatorum negligentia.*
3 *Declaratur text. in c filiis, vel nepotibus 16. q. 7.*

CAP. Qualiter, & quando. XVII.

1 PRælati exhibere tenentur plenam iuſtitiam laicis conquerentibus contra clericos, non obſtante fruſtratoria appellatione clericorum, ſed nullo modo permittant clericos trahi à laicis ad iudicium ſeculare, etiam data ipſorum Prælatorum negligentia. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Butr. Henric. Bald. Felin. Dec. Barbat. Alciat. Aret. Alex. de Neuo, Melch. Kling, Cuiac. Viu. *in ration. 2. lib. iuris Pontif. pag.* 12. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 204. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

2 Probat hic text. clericos ad ſæculare forum à laicis trahi non debere, etiam data ipſorum Prælatorum negligentia, vt per Farinac. *p. . . conſ.* 68. *n.* 10. Boſſ. *ſub hoc tit. n.* 130. Martin. Vran. *conſ.* 32. *n.* 58. *lib.* 2. Bellug. *in ſpeculo Principum, rubr.* 11. *§. dubitatur, n.* 14. *& n.* 15. *verſ. indifferenter, & rubr.* 18. *n.* 8. *& rubr.* 11. *§. videdum, n.* 15. Mench. *de ſucceſſ. creat. lib.* 3. *§.* 22. *limit.* 17. *n.* 68. Morla *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 2. *de iuriſd. omnium iud. q.* 14. *n.* 3. Segura Dauilos *in direct. iudic. Eccleſiaſt. p.* 2. *c.* 7. *n.* 10. latè Carol. de Graſſis *de effectib. cleric. effectu* 1.
3 *n.* 390. *cum ſeqq.* vbi *n.* 395. *& ſeq.* duobus modis limitat, Azor. *inſtit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 14. *q.* 2. vbi cum Panorm. aſſerit text. *in cap. filiis, vel nepotibus* 16. *q.* 7. non probare Archiepiſcopis vel Epiſcopis negligentibus Regem adiri poſſe, vt gloſſ. *ibi, verbo, Regis,* dicere videtur, ſed tantummodo probare, quòd ſi Metropolitanus rebus Eccleſiaſticis abutatur, Regis auribus hoc intimetur, cuius intimationis effectus ille poteſt eſſe, vt Rex admoneat Metropolitanum, vel inſtet coram Superiore, vt illum reprehendat, vel faciat inſtantiam alteri Superiori pro illius correctione, eundem intellectum præſtat Bellet. *diſquiſit. cleric. p.* 1. *tit. de fauore clericorum perſonali,* §. 2. *n.* 24. vide quæ dixi *ad cap. Eccleſia S. Mariæ* 10. *n.* 15. *ſup. de conſtit.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſimilem cauſam, vel penè conſimilem habens eſt ſuſpectus, & à iudicando remouetur, & n.* 2.
3 *Teſtis conſimilē cauſam habens repellitur à teſtimonio.*
4 *Nominis ſimilitudo non inducit ſuſpicionem.*
5 *Dictio, penè, quid ſignificet, oſtenditur.*
6 *Amicitia ſola, quæ fuerit maxima, & intima, inducit cauſam recuſationis.*

CAP. Cauſam quæ. ij. XVIII.

1 IVdex quando quis creatur in aliqua cauſa, qui cognoſcatur habere ſimilem, vel quaſi ſimilem cauſam cum alio, poteſt & debet deponi ne ſit nimis fauorabilis vni parti, & debet alius ſubrogari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Felin. Dec. Butr. Hoſt. Henric. Barbat. Anchar. Aretin. Alex. de Neuo, Melch. Kling, Ioan. Monach. Cuiac. Viu. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif pag.* 13. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.* 24. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord p.* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 2. *tit.* 1. *c.* 1.

Similis penè.] Notatur ad hoc quòd iudex ſimilem 2
cauſam, vel penè conſimilem habens eſt ſuſpectus, & à iudicando remouetur, vt per Bonacoſ. *communium criminal. p.* 1. *verbo, ſimilitudo, fol.* 152. Maſcard. *de probat. concl.* 1357. *n.* 50. Bobadil. *in ſua politica, lib.* 5. *c.* 2. *n.* 13. Card. Tuſch. *pract. concl. lit. S. concl.* 908. *n.* 33. Carraſco *ad aliquas leges nouæ recop. c.* 9. *n.* 129. Sic etiam teſtis 3
conſimilem cauſam habens repellitur à teſtimonio, Rebuff. *de reprobatione teſtium, n.* 481. Cald. Pereira *de emptione, & vendit. c.* 21. *n.* 17. *in fine.* Nominis tamen 4
ſimilitudo non inducit ſuſpicionem, ſed quandam affectionem, ex *l. cum filius, §. pater,* ibi, *nepoti meo plus tribuas in honorem nominis mei, ff. de legatis* 2. Tiraq. *ad l.* 5. *connub. n.* 27. Rebuff. *de verb. ſignif pag.* 508. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancell. gloſſ.* 8. *n.* 104.

Penè.] Ideo hæc dictio adiicitur, quòd vix vlla 5
reperitur in perſonis, vel rebus ſimilitudo, quæ per omnia congruat, iuxta vulgare dictum, *nullum ſimile eſt idem,* præcipuè cùm hæc dictio demonſtret non ſemper rem, vel perſonam eſſe eandem, Menoch. *de præſ. lib.* 4. *præſ.* 18. *n.* 29.

Nimis fauorabilis parti. &c.] Ex his verbis appa- 6
ret ſimplicem affectionem, vel fauorem non eſſe ſufficientem cauſam ad recuſandum iudicem, ſed requiri nimium fauorem, & affectionem erga partem, & ideo ſola amicitia, quæ fuerit maxima, & intima, inducit cauſam recuſationis, Tiraq. *de pœnis temper. cauſa* 21. *n* 5. Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *actu* 2. *n.* 71. *pag. mihi* 427 Rebuff. *tom* 3. *ad leges Galliæ, art.* 9. *gloſ. vnic. n.* 29. Bellacomb. *tom.* 1. *communium opinion. lib* 3. *tit.* 1. *de iudic. n.* 141. *pag.* 370. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 100. *n.* 19. *& c.* 200. *n.* 2. Carraſc. *d. c.* 9. *n.* 96. vbi *n.* 98. cum Menoch. *de arbitr. caſu* 152. *n.* 12. aſſerit iudicis arbitrio relinqui quæ dicatur intima amicitia.

SVMMARIVM.

1 *Iudices ſi de principali, & exceptionibus præiudicialibus ſimul cognoſcunt, vel ſuper principali, lite non conteſtata, teſtes recipiunt, licitè ab eis appellatur.*
2 *Clauſulæ vocatis vocandis, vis, & effectus, remiſſiuè.*
3 *Ordinis peruerſio delegato in delegatione aſſignati vitiat proceſſum.*
4 *Cauſam vnam ex multis in appellatione probare ſufficiat.*
5 *Appellatio poteſt iuſtificari ex alia cauſa, quàm expreſſa.*
6 *Cauſa ab interlocutoria per appellationem ad Curiam delata an ibi principaliter manere poſſit.*

CAP. Exhibita. XIX.
Honor. III.

IVdices ſi ſimul cognoſcunt de principali cauſa, & 1
de exceptionibus præiudicialibus, vel ſi teſtes recipiuntur ſuper principali, lite non conteſtata, licitè ab illis appellatur, & quicquid attentatum fuerit poſt appellationem eſt irritum, quia cauſa non committebatur illis in forma inquiſitionis, ſed

iudicij. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Collect. Bellam. Host. Ioan. Andr. Imol. Anania, Bald. Anchar. Panorm. Butr. Felin. Dec. Alexand. de Neuo, Henric. Melch. Kling. Aretin. Ioan. Monach. Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 14. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.* 204. remissiuè Ximen. *in concord. part. 2.*

2 *Vt vocatis, qui forent euocandi.*] De vi, & effectibus clausul. *vocatis vocandis*, egi latè *in meis remiss. de dilationibus, & clausulis, claus.* 107. aliàs *claus.* 184 *secundùm Lugdunen. impress.*

3 *Sed peruertendo iuris ordinem.*] Notatur ad hoc quòd in iudice delegato omnis peruersio ordinis sibi in delegatione assignati, etiam in exceptionibus, vitiat processum, vt per Rebuff. *in tract. exceptionum, num.* 135.

4 *Vel aliquo ipsorum.*] Notatur ad hoc quòd sufficit probare vnam causam ex multis in appellatione, vt
5 per Tiraq. *in tract. cessante causa, limit.* 22. *n.* 7. Et appellatio potest iustificari ex alia causa, quàm ex expressa, Sigism. Scacc. *de appell. q.* 11. *n.* 84.

6 *In causa ipsa, &c.*] Notatur ad hoc quòd causa per appellationem ab interlocutoria ad Romanam Curiam delata, & alicui Auditori commissa, nulla facta negotij principalis mentione, si appellatio pronuntietur iniusta, reddit cognitionem causæ principalis ad iudicem à quo fuerat appellatum, vt per Couar. *pract. c* 9 *n.* 5. *vers. prima.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus lapsu triennij non obstante potest in causa sibi commissa procedere.*
2 *Instantia iudicij secundùm Canones per lapsum triennij non perit, sed est perpetua.*
3 *Compromissum non expirat per lapsum triennij, sed ad similitudinem iudicij eius instantia est perpetua.*
4 *Declaratur Conc. Trid. sess* 24. *de reform c.* 20. *vers. causæ omnes.*
5 *L. properandum, C. de iudic. non habet locum in Imperiali Consistorio, vel Principis, nec apud Lusitanos, & Gallos.*
6 *Instantia non currit actori si reus subterfugiens causam trahat, ac differat.*

Cap. Venerabilis. XX.

1 Delegatus lapsu triennij non obstante potest procedere in causa sibi commissa. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Barbat. Bald. Panorm. Butr. Felin. Dec. Bero. Host. Henric. Alex. de Neuo, Melch. Kling, Ioan. Monach. Aretin. Cujac. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 15. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 204. *&* p. 3. *repet. in iure Canonico ad secundum Decret. librum* Marian. Socin. remissiuè Casal. *in annot.* Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 Collige ex text. instantiam iudicij secundùm Canones per lapsum triennij non perire, sed esse perpetuam, vt per Couar. *in cap. quamvis pactum, de pactis, lib.* 6. *p.* 2. §. 1 *n.* 4. Marant. *de ordine iud. p.* 5. *n.* 14. *&* 21. Vant. *de nullit. ex defectu iurisdictionis ordinariæ, n.* 126. Soar. à Pace *in pract. tom.* 1. *annot* 2. *de instantia, n.* 11. Mandos. *in tract. de annalibus casibus, n.* 133. *tom.* 17. Doct. *fol.* 214. Gamb. *de offic. Legati à Latere, lib.* 3. *n.* 469. Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 4. *c* 2. *n.* 15. Guttier. *de iuram. confirm. p.* 3. *c.* 5. *n.* 3. vbi dicit huius text. decisionem extendi ad omnes, nam licèt loqui videatur in iudice delegato, non tamen fit in eo vis, aut fundatur textus decisio. Vnde per lapsum triennij 3
compromissum non expirare, sed ad similitudinem iudicij eius instantiam esse perpetuam, tenent Ioan. Baptista Perus. *de arbitr. lib.* 13. *c.* 1. *n.* 2. Caputaquen. *decis.* 361. *n.* 4. *p.* 2. Rota *decis.* 452. *n.* 5. apud Farin. *p.* 1. *recent.* plures per Rendin. *in prompt. recept. sent. tom.* 1. *tit.* 54. *n.* 2. Non obstat Conc. Trid. *sess* 24. *de reform. c.* 20. quatenus statuit omnes causas ad forum Ecclesiasticum pertinentes etiam beneficiales in prima instantia coram Ordinariis locorum iufra biennium à die motæ litis esse terminandas, quia respondetur Conc. Trid. *dict. loco*, non præfigere instantiam causis, quia lapso biennio acta non pereunt, sed partes si volunt possunt prosequi litem coram eodem Ordinario, vel iudices superiores, aliàs tamen competentes adire, & ita imponit illum terminum inferiori ad causam finiendam, non tamen irritat acta processus, vt per Zerol. *in praxi Episcop. p* 1. *verbo, instantia*, §. 4. Salgado *d. c.* 2. *n.* 66. Sigism. Scacc. *in tract. de appellat. q.* 15. *n.* 278. Alia circa idem Concil. Trid. decretum *in* 4
d. c 20. videas apud praxim Episcop. *p.* 1. *verbo, instantia*, & Modern. *de iurisd. p.* 4. *casu* 32. *n.* 8. Scacc. *d q.* 15. *n.* 277. & alios plures, quos ego ipse refero *de offic. & potest. Episc. p.* 3. *alleg.* 81.

In gloss. *Non obstante*, ibi, *sic ergo patet quòd hodie non* 5
habet locum lex illa, C. de iudic. properandum. Præcipuè in Imperiali Consistorio, Mynsing. *cent.* 2. *observ.* 48. *n.* 4. Sigism. Scacc. *d. q.* 15. *n.* 266. & in causis, quæ ventilantur in Consistorio Principis, Mynsing. *d. observ.* 48. *& cent.* 3. *observ.* 44. *n* 9. Marante *d. p.* 5. *n.* 15. Gail. *de pace publica, lib* 1. *c.* 7. *n.* 15. Scacc. *d. q.* 15. *n.* 266. Et apud nostros Lusitanos, Cabed. *decis.* 15. *n.* 2. *p.* 2. Cald. Pereira *in com. ad l. vnic. C. ex delictis defunctor. p.* 3. *n.* 24. Et apud Gallos, Rebuff. *ad leges Calliæ, in proœm glos.* 5. *n.* 52. Cald. Pereira *in l. si curatorem, C. de in integrum restit. min. verbo, infra legitimum, n.* 1. Scacc. *d. q.* 15. *n.* 267. vbi *n.* 268. asserit nec etiam procedere in aliis Regibus, qui habent liberum arbitrium.

In cad. gloss. ibi, *Sed per subterfugia*, &c. Notatur 6
ad hoc quòd non currit instantia actori, si reus subterfugiens causam trahat ac protelet, vt per Tiraq. *de retractu lig.* §. 12. *gloss.* 2. *n.* 1. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Actor obtinens in possessorio coram iudice rei non tenetur coram eo iudice super proprietate, respondere si est prorsus alterius fori.*
2 *Conuentus super possessione alicuius rei coram vno iudice, non potest coram eodem super proprietate conueniri.*
3 *Dictio, quasi, improprietatem, & fictionem denotat.*
4 *Sententia in possessorio ordinario lata est diffinitiua, non tamen quando summariè contenditur.*
6 *Electus contra quem opponitur interea nullam habet administrationem.*
7 *Electo in officialem ad certum tempus, lapso illo tempore, intra quod officialis fuit impeditus seruire, non debet reintegrari aliud tantum tempus.*
9 *Clericus agens in iudiciis possessoriis, & summariis, non potest reconueniri pro causa summaria.*

Cap. Significauerunt. XXI. & fin.

Reus, qui habet sententiam definitiuam super pos- 1
sessorio, si agitur de proprietate coram eodem iudice

iudice non tenetur respondere si est prorsus alterius fori. Item non obstante tempore feriarum vindemiarum iudex procedere potest ne ex fraude prorogetur tempus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Felin. Dec. Anch. Barbat. Aretin. Panorm. Host. Butr. Henric. Ioan. Monach. Alex. de Neuo, Melch. Kling, Cujac. Vivian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag.* 16. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 120. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. p.* 1. & 2.

2 Collige ex text. conuentum super possessione alicuius rei coram vno iudice non posse reconueniri coram eodem super proprietate, sed quia hæc resolutio aduersatur textui *in c.* 1. *infr. de causa possess.* quatenus causam probat possessionis, & proprietatis sub vno, eodemque iudice esse decidendam, ideo pro concordia vide quæ dixi *ad d. c.* 1. in illis verbis, *sub vno eodemque iudice.*

3 *Vel quasi.*] Hæc dictio, *quasi*, improprietatem, fictionem, & diminutionem denotat, vt tenent plures per me citati *in remiss. de diction. & claus. dict.* 261. *num.* 2.

4 *Diffinitiuam sententiam promulgauit.*] Notant *hîc* Abb. & Felin. sententiam in possessorio latam esse diffinitiuam, intellige de possessorio ordinario, in quo principaliter agitur de possessione, & quidem seruato iuris ordine, & processu iudiciario, non tamen quando summariè contenditur inter partes lite principali pendente quis interim debeat esse in possessione, Damhud. *in pract. c.* 23. & *seq.* Capyc. *decis.* 55. *n.* 2. & 8 bene Cou. *pract. c.* 17. *n.* 2. Gail. *lib.* 1. *observ.* 6. & 7. Menoch. *remed. vlt. retin. n.* 46. & 47. Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 7. *consid.* 1. *n.* 1. Valasc. *cons.* 79. *n.* 18 Dominus meus *ad Ordinationes Regias Lusitanorum, lib* 3. *tit.* 65. *in princ. n.* 2.

5 *Verum pars altera*, &c.] Vide Xuar. *in l. post rem iudicatam, in comment. legum Regni, ampliat.* 4. Guttier. *canon. lib.* 1. *c.* 34 *n.* 20. Ioan. Garc. *de nobilit. §.* 2. *gloss.* 1. *n.* 17. Perez *l.* 1. *gloss.* 3. *pag.* 267. *col.* 1. *ad fin. tit.* 6. *lib.* 2. *Ordin.* Ceuall. *comm. contra comm. q.* 822. *n* 110. Sahag. *ad cap.* 1. *infr. de sequest. possess. & propr. n.* 95. 97. 99. & 100.

9 Quatenus hîc an electus contra quem opponitur, vel excipitur, interea habeat aliquam administrationem, & respondent omnes *in præsenti*, quòd non, teste Ioan. Monach. *hîc n.* 10.

7 *Tempus regiminis electi inuiliter elabatur.*] Notatur ad hoc quòd electus pro officiali ad certum tempus, lapso illo tempore intra quod officialis fuit impeditus seruire, non debet sibi reintegrari aliud tantum tempus, quo fuit impeditus seruire; vt per Abb. *hic notab. penul.* Vincent. de Franch. *decis.* 419. *num.* 1. & 3. optimè Valasc. *consult.* 155. *num.* 4. vbi *num.* 5. affirmat se in facto vidisse iudicatum, quòd cùm quidam electus ad officium ædilitium fuisset impeditus per obiectiones sibi oppositas, quòd non fuerat ritè, & rectè electus, & interim quòd sententiam obtinuit supremi Senatus in confirmationem suæ electionis, lapsum fuit tempus, quo erat seruiturus, & tamen idem Senatus noluit in sententia clausulam adiicere, quòd reintegraretur sibi tempus quo fuerat à tertio malè impeditus seruire.

8 *Propter vindemias.*] De diebus feriatis gratia vindemiarum dicam commodiùs *ad cap. vltim. infr. de feriis.*

9 In gloss. *Super proprietate*, ibi, *& tunc etiamsi vellent*, &c. Notatur ad hoc quòd clericus agens in iudiciis possessoriis, & summariis, non potest reconueniri pro causa summaria, vt per Honded. *cons.* 21. *n.* 27. & 29. *lib.* 1. Carpan. *super statut. Mediolan lib.* 1. *c.* 44. *n.* 109. & 110. Carau. *super ritu Magnæ Curiæ Vicariæ, ritu* 67. *n.* 7. Menoch. *de arbitr. casu* 184. *n.* 3. quos, & alios refert, & sequitur Carol. de Grassis *de effect. cleric. effectu* 1. *n.* 774. vbi *n.* 775. limitat non procedere si causa pro qua clericus reconuenitur esset pariter summaria, vt si ageret remedio retinendæ possessionis, quia in ea poterit legitimè reconueniri remedio recuperandæ, & *n.* 777. limitat etiam quando reconueniens renuntiaret priuilegio reconuentionis, scilicet si esset conuentum ne vtraque causa simul expediatur, sed separatim de eis cognoscatur tunc, enim etiam in summariis datur & conceditur reconuentio.

De Foro competenti.

TIT. II.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hac rubr. scribentes.*
2 *Forum dicitur à fando, siue à Foroneo Rege, & aliquando à ferendo.*
3 *Forus definitur vt sit exercendarum litium locus, constans causa, lege, & iudicio.*
4 *Forus in genere masculino, & neutro reperitur.*
5 *Forus à territorio longè differt.*
6 *Forus non solùm comprehendit iurisdictionem quæ exercetur in litibus dirimendis, sed etiam locum exercendarum litium tanquam aggregatum, & compositum ex vtrisque.*
7 *Forus dicitur exterior, & interior, & differunt.*
8 *Forus interior, seu conscientiæ principaliter tendit ad pœnitentiam & satisfactionem diuinæ offensæ: interior autem ad vindictam culpæ, seu publicam vindictam & Reip. satisfactionem.*
9 *Absolutus ab excommunicatione, seu alia censura vigore Iubilæi, aut Bullæ Cruciatæ an censeatur absolutus in foro iudiciali exteriori, ostenditur*, & num. 10.
11 *Iudices tripliciter possunt considerari, alij dicuntur competentes simpliciter alij incompetentes, prorogabiles tamen, alij tandem, incompetentes, & improrogabiles, & declarantur singulæ species* num. seqq.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. 1
Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Panorm. Felin. Dec. Ioan. Monach. Mar. Socin. Aretin. Cujac. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.* 48. Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum fol.* 165. Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.* 50. Dan. Venator *in analysi methodica iuris Pontificij à pag.* 166. Goffred. & Hostiens. *in summ. huius titul.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in expositt. titulorum iuris Canon.* Zypæ. *in analytica postremi iuris Eccles. enarrat. pag.* 91. nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 2. *summ. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

Foro.] Dicitur à fando, siue à Foroneo Rege, qui 2
primus Græcis legem dedit, secundùm Isidor. *in cap. forus* 10. *de verb. signif.* aliquando à ferendo, quia sicut

ad nundias merces venales deferuntur, *l.*2. ibi *detulerit mercem, ff. de mundiis*, ita ad forum controuersiæ dirimendæ trahuntur, vt aduertit Verrus. *verbo*, *forum*, Varro *lib.*1. *de lingua Latina*; vnde forum suarium, boarium, piscarium, olitorium, in quo olera venduntur. Calepin. *verbo*, *forum*, & refert varias fori significationes ex bonis auctoribus Abb. *in hac rub.n.*2.

3 Definitur autem forus ab Isidor.*vbi suprà*, quòd sit exercendarum litium locus constans causa, lege, & iudicio, cùm tamen in iure forus magis propriè dicatur de iurisdictione, quæ exercetur in litibus dirimendis, quàm de loco quo dirimuntur, sic aliàs præscriptiones fori dicuntur declinatoriæ iurisdictionis, *l. vlt.* ibi, *præscriptiones fori*, *C.de except.l.si fideicommissum* 50. *ff.de ind l.vlt* ibi, *sine aliqua fori præscriptione*, *ff. de iurisd.omn. iudic.l. penult. in princ. C. de pactis*, cum aliis quæ post alios tradunt Duen.*reg.*263. Marant.*de ordine iudic.p.*6.*membr.*9.*n.*1.*& à n.*7. Gam. *Lusit. decis.*340. *n.*3. Cabed. *Lusit.*22.*n.*4. *&* 9 *p.*1. Sic priuilegium fori, sortiri forum, & alia id genus, non ad locum, sed ad iudicem certum, & iurisdictionem præuentam referuntur, *l. si fideiussor* 7. *in princ. ff. qui satisdare cog cap.si diligenti* 12.*cap. proposuisti* 19 *& cap. vlt.infr. hoc tit.* post alios Surd. *cons.*396. *num.*20.*lib.*3. Sic etiam foro interdictus dicitur ille, qui non à loco, sed à forensium negotiorum exercitio remouetur, *l. moris* 9.§. *nonnunquam*, *ff. de pœnis*. Sic denique forenses actiones absque vllius loci præfinitione dicit Iureconsl. *l.*2.§.1. *vers. & quanquam*, ibi, *forenses quoque actiones*, *ff. de incen. ruina, nauf.*

4 Ex quibus moti Butr. Card. Abb. *n.*2. & omnes communiter *in præsenti*, distinguendam credunt inter forum in genere neutro, & in genere masculino, vt primo casu idem importat ac territorium cuiuscunque iudicis, intra quod potest in delinquentes animaduertere *l. pupillus* 239. §. *territorium*, *ff. de verb. signific.* extra quod iudici non paretur impunè, *l.vlt. ff. de iurisd.omn.iudic cap.vlt.*§ *statuto*, *de constitut. lib.*6. In genere verò masculino aliud importet, nempe locum in quo ius redditur, patet ex *d. cap. forus*, *in princ.* quo supposito inquit Abb.*vbi proximè* verius esse & titulo magis conuenire vt forum hîc accipiatur pro territorio, quia *in c.*1. *& in c.*2. *& in cap. si quis contra* 4 *& in cap.ex transmissa* 6 *& in c. verum* 7. *& in cap. quòd clericis* 9.*& in d. cap. si diligenti* 12. *infr. hoc tit.* agitur de competentia fori respectu loci vbi exercetur, sed de competentia fori respectu iudicis. Verùm hæc communis conciliatio gratis discrimen ponit inter vnam, & alteram fori acceptionem; quia non reddit rationem differentiæ, cur magis forum in genere neutro pro territorio, quàm in genere masculino, & vice versa, cur magis hic pro loco exercendarum litium, quàm illud accipiatur; tum etiam, quia huius tit. iura nou agunt de sola competentia respectu iudicis in abstracto, sed in concreto, restricta scilicet ad locum, vbi & reus conueniendus, & iurisdictio exercenda est, *d.c.*1. cum iuribus modò citatis.

Quare exposa differentia fori in genere neutro,
5 vel masculino, faciliùs rem assequentur recurrendo ad partes ex quibus forus componitur, constat enim forus ex causa, lege & iudicio, *d.c.forus*, *in princ.vers. constat autem* vnde à territorio longè differt, quippe cùm absque eo quòd datur causa & iudicium, importet solùm vniuersitatem agrorum intra fines cuiusque ciuitatis, *d.*§.*territorium*, quamvis enim magistratus territorij intra eos fines terrendi ius habeat, vt *ibidem* habetur, adhuc tamen forus non erit, quia vltra fines proprij territorij, qui necessariò antecedere debent, vt ius dici possit, *d.l.vlt d.*§ *statuto*, forus vlteriùs progreditur, & requirit causam, legem, & iudicium, *d cap. forus*, *vers.constat.* sic defenditur nominis etymologia, & Isidor.*in d.c forus*, itaque forus exterior non ex solo loco exercendarum litium neque ex sola iurisdictione, seu iudicio, sed ex vtroque & cæteris, de quibus *in d.cap. forus*, *l.*componitur: vn- 6
de iam colligitur forum non solùm dici, & comprehendere iurisdictionem, quæ exercetur in litibus dirimendis, sed etiam locum exercendarum litium tanquam aggregatum & compositum ex vtrisque: iura autem quæ in variis speciebus in contrarium suprà adduxi, quamvi ad iurisdictionem referantur, non excludunt cætera fori requisita, & ideo ad text. *in l. moris* §.*& nonnunquam*, respondetur foro interdictum eo ipso remoueri non solùm ab exercitio forensium negotiorum, sed etiam à loco vbi talia exercentur, cùm in foro & locus, & causæ ipsæ forenses includantur, iuxta modò dicta. Ad illud denique quod de forensibus actionibus expendi, respondetur quòd cùm actio sit ius prosequendi in iudicio quod sibi debetur, *princip. Iustit. de actionib. l. nihil* 50. *ff. illo tit.* satis inuoluunt locum exercendarum litium, vt patet.

Apud sacræ Theologiæ & vtriusque iuris Pro- 7
fessores passim fit mentio vnius, & alterius fori, exterioris scilicet, & interioris, hoc est, fori pœnitentiæ, quinimo & tertius additur, nempe forus conscientiæ, qui latiùs patet, & multo generalior est quàm pœnitentiæ, iuuat *c. vlt.* ibi, *sed iure fori, non iure poli*, 17.*q.*4.*gl.*1.*in princ. in c. quæ in Ecclesiarum* 7. *de constitut.* Squillante *de priuileg. clar.*80 *cap.*1.*num* 8.
Forus interior plurimum differt ab exteriori, vt no- 8
tant Doctores *in d.cap.quæ in Ecclesiarum*, *& in c. filius noster*, *de testam.* Couar. *in cap. alma mater p.*1.§ 11. *num.*16 *vers. ad hæc.* Ratio est, quia quando actiones tradunt ad diuersos fines, vna per alteram non consumitur, *l. vnic. in princip. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet*, post Alios Felin. *in cap.de his num.*8. *de accusat* Couar.*lib.*2. *var.cap.*10. *Innum. vers. quarto*, planè forus interior, seu conscientiæ principaliter tendit ad pœnitentiam, & satisfactionem diuinæ offensæ, vt per eam pœnitens satisfaciat Deo, & ipsi reconcilietur, exterior autem ad vindictam culpæ, seu publicam vindictam, & Reipub. satisfactionem, & ita in diuersos fines; igitur vnus alterum non consumit.

Ex quibus videtur resoluendum, absolutum ab 9
excommunicatione, seu alia censura vigore iubilæi, aut Bullę Cruciatæ, seu ex vi Bullarum Apostol. non censeri absolutum in foro iudiciali exteriori, & in terminis quòd Cruciata non suffragetur in foro fori, tradiderunt Ledesm.*in* 2.*p.*4.*q.*26.*art.*1.*in fine*, Couar. *in cap.alma mater p.*1.§.10.*n.*16. Nauar.*cons.*47.*de sent. excom.* plenè Guttier. *canon. lib.*1. *c.*2.*n.*10. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*2. *lib.*6.*c.*17 *n.*43. latè Rot. *in Oxonen. Canonicatus* 2. *Martij* 1622. coram R. P. D. Merlino. Et vltra quòd simplici attestationi Confessarij asserentis absoluisse à censuris, non esse credendum in foro externo: dixerunt Emman. Roder. *in addit. ad Bullam Cruciatæ*, §.9.*n.* 51. Nauar. *in c.* 27. *num.* 32. Penia *in direct. inquisit. in* 2. *part. ad Concil. comm.*25.

Verùm licèt huiusmodi absolutio virtute Bullæ 10
Cruciatæ non suffragetur in foro externo, attamen ad effectum validitatis impetrationis beneficij Ecclesiastici dicendum est illam suffragari, secundùm Calder. *in cons.*2. *de testib.* quem semper Rot. sequuta est, & signanter apud Crescent. *decis.* 14. *de probat.*

&

& in terminis Cruciatæ *in Astoricen. Archidiaconatus 17. Iunij, & 23. Nouembris 1593.* coram Clemente VIII. *& decis. 573. p. 3. diuers.* Ratio est, quia cùm beneficium Ecclesiasticum tanquam Christi patrimonium, quid merè spirituale censeatur, & absolutus in vim Cruciatæ sit verè apud Deum ab omnibus censuris, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis absolutus, ideo etiam erit capax beneficij, & absolutio vigoræ dictæ Cruciatæ pro impetratione gratiæ opitulatur, quod & signanter admittit Nauar. *d. cons. 47 n 3. de sent. excom.* Et quo ad hunc effectum Confessori attestanti, se absoluisse à censuris est omnino deferendum, vt præter Calder. Crescent. & decisionem *in d. Astoricen.* firmant Mascard. *de probat. concl. 12. n 4. & 5.* Soar. *de censur. disp. 7. sect. 5. n. 26.* Sebast. à Costa *in com. ad Bullam Cruciatæ q. 59. vers. nec etiam*, latissimè Rot. *in d. Oxomen. Canonicatus.*

An & quando fori appellatione veniat interior, aut exterior, & multa ad hanc materiam spectantia dixi *in tract. de locis communibus argum. iuris loco.*

11 *Competenti.*] Quoad materiam competentiæ, vel incompetentiæ, iudices tripliciter possunt considerari, alij enim dicuntur competentes simpliciter, alij incompetentes, prorogabiles tamen, alij tandem incompetentes, & improrogabiles. Primi dicuntur omnes illi, qui attento iure absque vlla prorogatione, seu consensu litigantium adiri possunt, & debent, itavt illorum forum simpliciter competens sit, qualis est iudex illius loci respectu sui territorij, de quibus *in l. 2 ff. si quis in ius vocatus, & l. pen. ff. de iurisdict. omn. iud.* Sic sanè si laicus trahatur ad iudicium sæculare coram iudice illius loci in quo domicilium habet, necessariò ibi respondere tenetur, quia apud suum iudicem, & omnino competentem conuenitur, iuxta *cap. vlt. hoc tit.* nisi aliquod habeat priuilegium, propter quod sui proprij iudicis possit iudicium declinare, & alterum eligere, vt, v. g. scholaris, qui licèt conueniatur coram iudice domicilij, potest tamen si voluerit illius iudicium declinare, & respondere coram suo iudice particuri, iuxta *auth. habita C. ne filius pro parte.*

12 Secundi verò iudices sunt illi qui licet per se, & attento iure absque partium consensu competentes non sint, prorogari tamen possunt, & ex prorogantium consensu competentes effici, iuxta text. *in l. 1. & 2. ff. de iudic. cap. significasti, in princip. hoc tit.* Sic sanè quamvis iudex Ecclesiasticus respectu laicorum in causis temporalibus incompetens sit, per *cap. cùm ad verum ad 96 dist.* cum similibus; nihilominus tamen si laici in iudicem Ecclesiasticum consentiant, competens efficitur, possunt namque illius iurisdictionem prorogare, iuxta text. *in l. Episcopale n. 9. C. de Episcop aud.* tradunt Bart. *in l. ex consensu, in princip. ff. de appellat.* communis ex Curt. *in l. 1. num. 6. ff. de iudic.* Boër. *decis. 69 num. 4. & 5.* Nauar. *cons. 1. de sent. excommun.*

13 Tertij tandem iudices sunt illi, qui attento iure nec de consensu litigantium competentes effici, nec prorogari possunt, vnde prohibiti, & vetiti appellari solent, sic iudices sæculares respectu clericorum omnino incompetentes, vetiti, incapaces, & directè prohibiti, *cap 2. cap. at si clerici, cap. qualiter, c. clerici, de iudic.* itavt neque ipsis clericis consentientibus possint fieri competentes, vt tradit D. Barbos. *in l. Titia 35. ex num. 21. ff. soluto matrimon.* imo consentientes, & prorogantes laicorum iurisdictionem, pœnam incurrere probat text. *in capit. si diligenti, hoc tit.* adeóque clerici prohibentur sui proprij iudicis iurisdictionem declinare, vt alterius iudicis, quamvis Ecclesiastici iurisdictionem prorogare non possint absque proprij Episcopi consensu, per text. *in cap. significasti, vers. clerici, hoc tit.* Sic etiam iudex sæcularis respectu causarum, quæ sunt merè Ecclesiasticæ, seu spirituales, etiam inter laicos omnino incompetens est, itavt nec de partium consensu competens fieri possit. Sic causa hæresis, simoniæ, beneficij, decimarum, iurispatronatus, natalium, matrimonij, & similes ad solam spectant potestatem Ecclesiasticam, *c. vt inquisitionis, §. prohibemus*, ibid. *cùm mere Ecclesiasticum sit, de hæret. lib. 6. c. tuam, de ordine cognit. cap. quanto, de iudic. cap. accedentibus, de excessib. Prælat. c. peruenit. de decim.* resoluunt gloss. & Doctores *verbo, secundum quòd Canones, in cap. 1. de Offic. Ordin.* gloss. *verbo malefactores, in cap. cùm sit generale. de foro comp.* latè D. Barbos. *in d. l. Titia, ex n. 21. cum multis seqq. & ex n. 39.* Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ c. 49.*

Vnde inferas quoad effectum cognoscendi de causis incidentibus maximum dari inter prædictos iudices discrimen, etenim illi qui sunt vetiti & omnino incapaces, nec principaliter, nec incidenter cognoscere possunt de causis in quibus sunt incompetentes, quia licèt iudex quæstionem incidentem examinet, non tamen super ea primò & principaliter, sed super alia de qua competens est, diffinitiuè pronuntiat, iuxta *l. 1.* ibi, *vniuersam incidentem quæstionem, examinare*, &c. *C. de ord. iudic* explicant Bart. *in c. cum Ecclesia n. 5. de causa poss.* Capyc. *decis. 7. n.* Et sic iam patet inter iudices sæculares & Ecclesiasticos quoad causas incidentes dari maximam differentiam, etenim sæculares cùm sint vetiti & directè prohibiti causas Ecclesiasticas, nec principaliter, nec incidenter definire possunt, imo eas cùm in causa principali, de qua cognoscunt, inciderint, tenentur ad forum Ecclesiasticum remittere, iuxta *d. c. tuam*, cum similibus Iudex tamen Ecclesiasticus cùm respectu causarum sæcularium incompetens tantùm sit, non verò vetitus, aut directè prohibitus, quamvis non possit de ipsis principaliter cognoscere, rectè tamen si illæ inciderint in causa Ecclesiastica, in qua sunt competentes, possunt de illis pronuntiare, ex text *c. 3. de donat. inter virum, & cap. per venerabilem*, ibi, *causaliter exercemus, qui filij sint legit.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus coram suo Episcopo conueniri debet.*
2 *Clericus non potest suum proprium Episcopum deserere, nec alienum ex vi formalis consensus adire.*
3 *Episcopus proprius quis dicatur ostenditur.*
4 *Subditus ratione domicilij propriè, & absolutè subditus est.*
5 *Prælati inferiores, qui aliàs legitimam iurisdictionem habuerint, possunt clericos sibi subiectos iudicare, & excommunicare.*

CAP. Si quis clericus. I.

Ex Conc. Chalced.

NEgotium habens contra clericum tenetur adire 1
Episcopum ipsius clerici conuenti, & non alios, nisi vtraque pars velit aliquem, & de domicilio Episcopali. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panorm. Anchar. Host. Henric. Felin. Aretin. Mar. Soc. Barbat. Butr. Alexand. de Neuo, Melch. Kling. Ioan.

Ioan. Monach. Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 25. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 208. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. desumitur ex Concil. Chalcedon. *cap.* 9. refertur ab Ant. Augustin. *collect.* 1 *Decret. lib.* 2 *tit.* 2 *cap.* 1. & à Buchard. *lib.* 2. *Decretor. cap.* 283. ac Iuon. *part.* 6. *cap.* 328. *&* *cap.* 360.

Non deserat proprium Episcopum.] Notatur ad hoc quòd clericus coram suo Episcopo conueniri debet, non potest enim proprium Episcopum deserere, nec alienum ex vi formalis consensus adire, vt per Doctores *in præsento, & in cap. significasti, infr. hoc tit.* Couar. *pract. c.* 10. *n.* 5. *vers.* 8. Perez *l.* 1. *tit.* 4 *lib.* 3. *Ordin.* Bossi. *sub hoc tit. n.* 146. Roland. *cons.* 4 *à n.* 8. *lib.* 1. *& cons.* 23. *n.* 10. *lib.* 2. Azeued. *l.* 7 *n.* 13. *tit.* 18. *lib.* 9 *nouæ recop. & cons.* 25. *n.* 87. Soar. de Pace *in pract. tom.* 2 *prælud.* 1 *n.* 1 *cum seqq.* D. Barbos. *in l.* 1 *ff. de iudic. articul.* 3. *n.* 179. *cum seqq.*

3 *Proprium Episcopum.*] Quis dicatur proprius Episcopus non abs re inuestigari potest, cùm similia verba reperias *in auth. in clerici apud proprios Episcopos, collat.* 6. *& in cap. si clericus*, ibi, *suum Episcopum*, & ibi, *proprium Episcopum* 11. *q.* 1. *& in cap. nuper* 29. *§. in 2. vero*, ibi, *à suo Episcopo*, & ibi, *proprio Sacerdote, de sentent. excomm. cum similibus*, sanè proprius Episcopus potissimum ille est, cui clericus ratione domicilij subiicitur, est enim hic forus absolutè talis, & qui cum cæteris omnibus concurrit, *cap. dilecti* 17. *& ibi gloss. verbo, domicilium, cap vlt. & ibi gloss. verbo, domicilij, infrà hoc tit. l. si fideicommissum* 50. *§. penult. l. hæres absens*, 19. *§. proinde, ff. de iudic. l.* 2 *vbi gloss. verbo, elegit, C. vbi de crimine*, Alex. *cons.* 16 *n.* 6. *vol.* 6. Bald. *in l.* 1 *n.* 13. *C. de summa Trinit.* alij, vt per Surd. *cons.* 313. *n.* 66. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 13. *n.* 12. *vers. & confirmatur*, Ceuall. *comm. contra commun.* 4 9. 684. *n.* 105. Vnde subditus ratione domicilij propriè, & absolutè subditus est, gloss. *verbo, subditos, in Clem. vnic. hoc tit gloss. verbo, in d. cap. nuper*, §. *in primo*, communis post alios, vt per Tiraq. *de retract. lig. §.* 9. *gloss.* 2. *n.* 22. Couar. *pract. c.* 11. *n.* 4 Paris. *cons.* 12. *n.* 14. *vol.* 3. Roland. *de lucro dotis, q.* 22. *n.* 11. Bursat. *cons.* 16. *num.* 1. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 692. *num.* 3. Surd. *d. num.* 66.

5 Intellige, & extende ad inferiores Prælatos, qui Episcopi non sint, qui alias legitimè iurisdictionem habuerint, hi enim rectè possunt clericos sibi subiectos iudicare, provt excommunicare possunt, Couar. *in cap. alma mater, p.* 1. *§.* 11. *n.* 1. Marant. *de ordine iudic. p* 4 *dist.* 5. *n.* 6 *&* 7. Nauar. *in man. c.* 27 *n.* 5. Sarm. *select lib.* 3. *c.* 15. Soar. à Pace *d. prælat.* 1. *n.* 5. Fr. Emman. *quæst. reg. tom.* 1. *q.* 36. *art.* 3. *col.* 5. *ad finem.* Nec obstat quòd vbi dispositio de Episcopo loquitur, provt *in præsenti*, vel eidem aliquam tribuit prærogatiuam, inferiores excludit, qui Episcopi non sunt, provt in iuribus citatis à Soar. à Pace *d. prælud.* 1. *in princ.* & à Soar. *de censur. disp.* 41. *sect.* 2. *n.* 13. Henriq. *in sum. lib* 6. *de pœnit. c.* 16. *n.* 1. *lit. F.* & Sanch. *de matrimon. lib.* 8. *disp.* 2. *à n.* 1. ac per relatos à Cened. *ad Decretal. collect.* 4. *n.* 3. quia respondetur huiusmodi resolutionem procedere in dubio, non verò quando ex materia subiecta, vel legitimis circunstantiis constiterit de mente contraria disponentis, tunc enim à verborum proprietate reddere licet, *l. non aliter* 62 *ff. de legat.* 3. *cap. intelligentia* 6. *infr. de verborum signific.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex sæcularis si clericum per se distringit, vel condamnat, excommunicari debet.*
2 *Iudices sæculares personas Ecclesiasticas condemnare, vel iudicare non debent.*
3 *Laicus ex delegatione Episcopi non potest de causis clericorum ciuilibus cognoscere.*
4 *Clericus etiam de licentia Episcopi non potest consentire in laicum.*
5 *Clericus etiam primæ tonsuræ tam in ciuilibus, quàm in criminalibus fori priuilegio gaudet, & à sæculari potestate est exemptus.*
6 *Excommunicatus potest iterum excommunicari.*
7 *Censura vna semel ligatus, est adhuc subiectum capax alterius non tantum diuersæ rationis, sed etiam eiusdem.*
8 *Clericus potest reconueniri coram iudice laico.*
9 *Verbum, sit, an inducat canonem latæ sententiæ, ostenditur.*
10 *Inseruientes Ecclesiæ, ac deputati eius seruitio sunt exempti à iurisdictione sæculari.*
11 *Deputati auctoritate Prælati ad aliquod hospitale eius auctoritate erectum, fori priuilegio gaudent.*

CAP. Nullus iudicum. II.

Ex Conc. Parisien.

IVdex laicus sine licentia Papæ iudicans clericum 1
tandiu sit sequestratus ab Ecclesia, quousque se emendet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Panorm. Barbat. Felin. Host. Alexand. de Nello, Melch. Kling, Butr. Mar. Socin. Aretin. Cujac. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 24. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontific. pag.* 208. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 1.

Collige ex text. sæculares iudices Ecclesiasticas 2
personas condemnare, vel iudicare non debere, quod adeò verùm est, vt nec etiam clericus delegatus Principis, seu rectoris sæcularis possit easdem Ecclesiasticas personas iudicare, Felin. *in cap. cùm sit generale, n.* 44. *vers. & hinc est, infra hoc tit.* Bertrand. *cons.* 9 *n.* 7. *vol.* 2. Dec. *tract crimin. lib.* 4. *c.* 9. *num.* 63. *&* 75. Farin. *in praxi crimin. q.* 8. *n.* 46. *vers. amplia* 22. quos refert & sequitur Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit de fauore clericorum personali, §.* 3. *n.* 34. Vnde communiter Doctores asserunt peccare iudices sæculares, & contra iustitiam facere iudicando de rebus spiritualibus, & de personis Ecclesiasticis, quos citat Fr. Francisc. Coriolan. Capuccin. *in tract. de casibus reseruatis iuxta regulam decreti à fel. record Clement VIII. Regularibus præscriptam, p.* 2. *casu* 5. *n.* 11. *pag.* 529. quem mihi ex sua benignitate dono dedit, vbi *n.* 12. ex Russino *lib.* 10. *historiæ Ecclesiast. c.* 2. refert notabile illud exemplum Constantini Magni, cùm enim multi Episcopi in Concil. Nicæno Constantino Imper. scripta, & libellos continentes crimina aliorum Episcoporum tradidissent, vt ab ipso iudicarentur, & punirentur, piissimus Imperator omnibus acceptis publicè in præsentia tertius Concilij omnes illos libellos clausos, nec lectos, igni tradidit, dicens, Deus constituit vos Sacerdotes, & potestatem dedit de nobis quoque iudicandi; & ideo nos à vobis rectè iudicamur, vos autem ab hominibus, scilicet laicis iudicari non potestis,

referunt

referunt etiam D. Auguſt. *epiſt* 76. Bellet. *diſquiſit. clerical. part.* 2. *tit. de diſciplina clericali*, §. 1. *num.* 77. *cap. continua*, §. *Conſtantinus*, & *cap. Sacerdotibus* 11. *quæſt.* 1.

3 *Sine permiſſu pontificis.*] Notatur ad hoc quòd laicus ex delegatione Epiſcopi non poteſt de cauſis clericorum ciuilibus cognoſcere, Barbat. *conſ.* 45. *n.* 8. & 9. *vol.* 2. refert & ſequitur Bellet. *diſquiſit. cleric. part.* 1. *tit. de fauore clericorum perſonali*, §. 3. *n.* 32. *in fine*, vbi reprobat Scacc. *de iudic. lib.* 1. *cap* 11 *n.* 41. Decian. *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 73. & Farin. *in praxi crimin. part* 1. *q.* 8. *num* 4 *verſ. ſublimita*, reſoluentes Epiſcopum laico delegare poſſe cauſas clericorum ciuiles, citra tamen poteſtatem impo-
4 nendi cenſuras. Neque etiam clericus de licentia Epiſcopi poteſt conſentire in laicum, Roland. *conſ.* 4. *num.* 8. & *ſeqq. vol.* 1. Surd. *conſ.* 396. *num* 13. Bellet. *d. tit. de fauore clericorum perſonali*, § 2. *num.* 17 Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 37. *numer.* 17. D. Barboſ. *in l.* 1. *articul.* 3. *à num.* 173. *ff. de iudic.*

5 *Aut clericum vllum.*] Etiam primæ tonſuræ, hic enim tam in ciuilibus, quàm in criminalibus fori priuilegio gaudet, & à ſecuri poteſtate eſt exemptus, Boſſ. *in tit. de foro compet. n.* 127. Decian. *tract. crimin. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 21. & 27. Alexand. de Neuo *conſ.* 56. *num.* 1. Couar. *practic. cap.* 31. *num.* 5. *in fine*, & *cap.* 32. *num.* 1. Bellet. *diſquiſit. cleric. part.* 1 *tit. de fauore clericorum perſonali*, §. 2. *num* 1. Humad. *l.* 23. *gloſſ.* 5. *c.* 3. *tit.* 6 *part.* 1. Menoch. *de arbitr. caſu* 247. *num.* 1. Soar à Pace *in pract. tom.* 2. *prælud.* 2. *num.* 26. Guttier. *de iurament. confirmat. part.* 1. *cap.* 17. *num.* 12. Farin. *in praxi crimin. q.* 8. *num.* 1. & 5. Roland. à Valle *conſ.* 4. *num.* 17. *vol.* 1. & *conſ.* 16. *num.* 12. *vol.* 4. Torreblanc. *in tract. de magia lib.* 3. *de criminis punit. cap.* 9. *num* 34. Hodie tamen attenta nouiori Concilij Trident. diſpoſitione *ſeſſ* 23. *de reformatione c.* 6 huiuſmodi clerici primæ tonſuræ, vel in minoribus Ordinibus conſtituti non gaudent fori priuilegio, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeant, aut clericalem habitum, & tonſuram deferentes alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiant, vel in Seminario clericorum, aut in aliqua ſchola, vel Vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores Ordines ſuſcipiendos, verſentur, ad quos plures citaui Doctores *in tract. de offic. & poteſt. Epiſc. p.* 2. *allegat.* 12. *n.* 1 cum concordantiis legum Luſitaniæ, & Caſtellæ, & *ibi num. ſeqq.* plura ad prædicti Concil. Trid. intellectum tradidi.

6 *Quod ſi fecerit*, &c.] Ergo excommunicatus poterit iterum excommunicari, vt per Perez *l.* 1. *gloſſ.* 3. *pag.* 180. *colum.* 2. *verſ. dubitatur*, *titul.* 5. *lib.* 8.
7 *Ordin.* nam qui ſemel ligatus eſt vna cenſura, eſt adhuc ſubiectum capax alterius, non tantùm diuerſæ rationis, ſed etiam eiuſdem, ita Sylueſt. *verbo*, *excommunicatio* 1. *num.* 10. Soar. *de cenſur. diſp.* 5. *ſect.* 2. Auila *eod. tract. part.* 2. *cap.* 4. *diſp. vnic. dub.* 7. quos refert, & ſequitur Bonacina *eodemmet tractat. diſp.* 1. *q.* 1. *puncto* 5 *n.* 1. & poteſt ab vna abſolui alia remanente, ita Vgolin. *de cenſur. tab.* 1. *cap.* 19. §. 3. *num* 10. Sayr. *tract. eod. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 13. Soar. *eod. tract. diſp.* 7. *ſect.* 9 *n.* 4. & 6. Valent. *tom.* 4 *diſp.* 8. *quæſt.* 17. *puncto* 8. Bonacin. *d. diſp.* 1. *q.* 8. *puncto* 6. *num.* 1.

8 In gloſſ. *Aut condemnare*, ibi, *Niſi fortè cauſa reconuentionis*, &c. vide D. Barboſa *in l.* 2. §. *legatis*, *ff. de indic. num.* 241. Bellet. *diſquiſit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore cleric. reali*, §. 3. & *ad cap.* 1. *infr. de mutuis petit.*

In gloſſ. *Sequeſtratus*, ibi, *Per ſententiam.* Contrarium videbatur dicendum, cùm certiſſima reſolutio apud omnes exiſtat, verbum, *ſit*, præcipuè iunctum participatio præteriti temporis, vt in præſenti, inducere canonem latæ ſententiæ, vt tenent, Tiraquel. Azeued. Guttier. Aldrete, Moneta, & alij per me citati *in remiſſ. de dictionibus*, & *clauſ. dict.* 323. Sed hoc ita indiſtinctè ſumi non debet, imo verò contrarium tenendum, ſi ex ſubiecta materia, aut ex aliis iuribus appareat eſſe ferendam, nam tunc etiamſi verbum, *ſit*, iungatur præterito, adhuc inde non inducitur canon latæ ſententiæ, ſed tantum ferendæ, 9
prout *in præſenti*, ita poſt Imol. & Abb. *hic* ac Felin. *in cap. Rodulphus*, *n.* 31. *verſ. ſi communicatus*, *ſuprà de reſcript.* tradunt Tiraq. *in l. ſi vnquam*, *verbo*, *reuertatur*, *n.* 183. optimè Moneta *de diſtribut. quotid. part.* 3. *quæſt* 1. *num.* 14. Perez *l.* 3. *gloſſ.* 1. *pag.* 98. *col.* 1. *tit.* 4. *lib.* 8. *Ordin.* Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſput.* 12. *num.* 2.

In gloſſ. *Minores*, 1. ibi, *Siue ſeruientes Eccleſiæ de-* 10
putatos ad eius obſequium. Notatur ad hoc quòd ij, qui inſeruiunt Eccleſiæ, & ſunt verè adſtricti, & deputati eius ſeruitio, ſunt exempti à iuriſdictione ſæculari, & gaudent fori priuilegio. Barbat. *hic n.* 29. & Abb. *n.* 5. Decian. *tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4 *c* 9 *n.* 47. Bellet. *d.* §. 2. *n.* 2. Capyc. *deciſ.* 12. *n.* 2 *verſ. ſecundò reſponde.* Bonacoſ. *in tract. de ſeruis & famulis q.* 15. *verſ. etiam*, Grammat. *voto* 33 *n.* 20. Neuizan. *in ſyua nupt. p.* 5. *n.* 25. Marant. *de ordin. iudic. p.* 4. *diſt.* 11. *n.* 4. *verſ. ſed iuxta hoc*, Marſil. *conſ.* 67. Calcan. *conſ.* 71. *n.* 2. *verſ. ſed famuli clericorum*, Rebuff. *de priuil. ſchol. priuil.* 166. *n.* 1. & 2. Caranit. *ſuper ritu* 46. *n.* 27. Viuian. *deciſ.* 116. *n.* 2. Theſaur. *deciſ.* 22. *num.* 2. 3. & 4. Menoch. *de arbitr. caſu* 562. *n.* 8. *verſ. ſecunda eſt opinio.* Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib.* 2. *tit. de foro compet. n.* 2. Carol. de Graffis *de effectibus cleric. effectu* 1. *num.* 131. *verſ. ampliatur vigeſimoſecundo*, Mart. *de iuriſd. p.* 4. *caſu* 111. *num.* 1.

Intellige non ſolùm de perpetuò addictis Eccleſiæ ſeruitio, ſed etiam de iis, qui ad tempus inſeruiunt, ad not. per Bald. *in l* 1. *num.* 5. *verſ. item operatur*, & *in l.* 2 *n.* 5. *C. de Epiſcop.* & *cleric.* & *ibi* Salic. *n.* 3. & Aloyſ. de Leo *n.* 11. & 12. Imol. *in præſenti n.* 2. Natt. *conſ.* 576. *n.* 9. Calcan. *d. conſ.* 71. *n.* 3. *in fine*, Capyc. *deciſ.* 12. *n.* 2. & 3. Menoch. *d caſu* 562. *num.* 10. *verſ. quinto vrget*, Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap.* 341. *n.* 3. Mart. *d. p.* 4 *caſu* 112. *num* 6. *verſ. tertius articulus eſt*, dummodo non inſeruiant ſalario conſtituto dietim, vel per hebdomadas ſecundùm Vulpell. *in tract. de libertate Eccleſ. part.* 3. *num* 24. Bonacoſ. *d. q.* 15. *in fine*, Decian. *d. cap.* 9. *n.* 47. Menoch. *d. caſu* 562. *n.* 14. Stephan. Gratian. *d. cap.* 341. *n.* 4 Mart. *d. p.* 4. *caſu* 111. *num.* 10. *verſ. & licèt contrariam opinionem*, & *num.* 11.

Et licèt plures ex Doctoribus citatis videantur innuere ſe loqui deſeruientibus Eccleſiæ pro ſalario, tamen idem reſoluendum eſt, ſi illi nulla recepta mercede Eccleſiæ inſeruiant, quia licèt obligatione non ſint perpetui, actu tamen poſſunt eſſe, & ideo gratis Eccleſiæ ſeruientibus concedi priuilegium fori, reſoluit Caranit. *ritu* 47. *n.* 27. *verſ. item*, *cum ſine mercede ſeruiunt.* Hos autem homines gratis ſeruientes Eccleſiæ & Epiſcopis in Regno Neapolitano Diaconos ſaluaticos appellant, & illos gaudere priuilegio fori decidit S. Congregatio negotiis Regni Neapolis præpoſita, præciſum numerum aſſignando commodo Eccleſiarum, & Epiſcoporum, vt obuiaretur fraudibus, quæ prætendebantur per eos committi, vt in declaratione, quæ ſequitur.

Sacra

Sacra Cardinalium Congregatio negotiis Regni Neapolitani præpositorum certò reddita in nonnullis eiusdem Regni diœcesibus Diaconos, quos vocant saluaticos, in maximum numerum citra Ecclesiarum necessitatem, aut vtilitatem excreuisse, volens eorundem exemptionis causam declarare, & fraudibus quibuscunque occurrere, de S. D. N. Gregorij XV. mandato vitæ vocis oraculo desuper habito, Diaconos saluaticos huiusmodi pro Ecclesiarum, & Episcoporum seruitio retineri, vel in loco quoquo modo deficientium assumi posse in Cathedralibus, seu superioribus Ecclesiis ad summum quatuor in Collegiatis, in quibus diuina celebrantur, si Episcopo videbitur vnum, quos quidem Episcopi prorsus gratis, & tales, qui omnino per se ipsos, non autem per interpositam personam seruitium debitum præstent, nec vllo modo criminosi, aut malæ conditionis, & famæ eligere debeant, aliàs & hi nullo modo gaudeant priuilegio, & eligentes iudicium Sedis Apostol. seuerum experientur. Eos verò priuilegio Canonis non gaudere, fori autem priuilegio in criminalibus omnino, in ciuilibus quoad corporis districtionem tantùm, & immunitatem ab oneribus personalibus, non autem ab aliis, durante seruitio frui debere. Sed si alicubi maioribus vtantur priuilegiis, & immunitatibus ex legitima consuetudine, cuius cognitionem, & declarationem in casum controuersiæ eadem Sacra Congreg. sibi reseruat, illam deberi attendi. Cognitionem verò aliorum præmissorum ad Ordinarios pertinere hoc præsenti decreto statuit, præcepit, & declarauit, Romæ 10. Kalend. Iulij 1623. Octau. Cardin. Bandinus. Sic etiam deputati auctoritate Prælati ad aliquod hospitale eius auctoritate erectum fori priuilegio gaudent, Valasc. *cons.* 105. *num.* 31. Carol. de Grassis *de effectibus cleric. effectu* 1. *num.* 117. quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p.* 2. *alleg.* 12. *num.* 40.

SVMMARIVM.

1 *Forum sortitur quis ratione rei controuersæ, vbi res sita est*, & n. 2.
3 *Spoliator potest conueniri in eo loco vbi commisit spolium.*

CAP. Sanè. III.

1 FOrum quis sortitur ratione rei controuersæ, vbi res sita est. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Felin. Anch. Host. Mar. Socin. Barbat. Aretin. Alex. de Neuo, Melch. Kling, Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 24. Alagona *in compen. iuris Canon. pag* 208. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1 *&* 2. Casal. *in annot.* vulgò tribuitur Concil. Africano *c.* 88. sed verius est desumi ex Synodo Carthag. *canon* 123. vt aduertit Anast. Germon. *animaduers. lib.* 1. *c.* 29. *propè fin.* refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 2. *c.* 4. & à Burchard. *lib.* 1. *Decretor. c.* 68. & ab Iuon. *p.* 6. *c.* 176.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt apud nostros Lusitanos Ordin. Regia *l.* 3. *tit.* 11. §. 5. *& tit* 45 §. 10. & apud Castellanos *l.* 2. *tit.* 1 *lib.* 2. *fori*, vbi *glos.* 1 *& l.* 5. *styli*, vbi Christoph. à Pace, *& l.* 32. *tit.* 2 *p.* 3. vbi Gregor. Lopez, colligunt Bernard. *reg.* 299. Anton. Gom. *var. tom.* 2. *c.* 14 *n.* 17. Menoch. *remed.* 3. *retin. n.* 316. Redoan. *de rebus Ecclesiæ non alien. q.* 41. *à n.* 38. Surd. *cons.* 168. *n.* 11. *&* 54. *cum seqq.* Donel. *comm. iuris Ciuil. lib.* 17 *c.* 17. *col.* 2 latè D. Barbos. *ad l. hæres absens*, §. *proinde*, *in art. de foro rationis rei sitæ.* Procedit non solùm in iudicio rei vindicationis, sed etiam in iudicio mixto, & personali ac actione hypothecaria, vt per Aloys. Ricc. *in decision. Curiæ Archiep. Neapol. art* 1. *decis* 79. & etiamsi alibi habeat domicilium, data tamen actori electione, vel agere in loco vbi conuentus domicilium habet tempore iudicij moti, vel in loco vbi bona sita sunt, Mich. Graf. *tom.* 1. *com. opin. lib.* 3. *tit.* 15. *n.* 8. *pag.* 405. D. Barbosa *d. art. de foro rationis rei sitæ*, *n.* 15. vbi declarat posse quem habentem alibi domicilium conueniri in loco vbi res sita est, si ibi repetiatur.

Aduerte argumento huius text. spoliatorem posse 3
conueniri in eo loco, vbi commisit spolium, ex *glos. magna, schol.* 1 *ad finem*, *in l.* 2. *C. de interdictis*, Tiraq. *de retractu lig.* §. 8. *glos.* 3. *n.* 10. Menoch. *remed.* 15. *recup. num.* 209.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, vt suspectus recusatus, de cuius suspicione notorie constat, potest dare delegatum partibus non suspectum, cuius sententiam poterit per se executioni mandare.*
2 *Delegatus potest recusari suspectus.*
3 *Ordinarius iudex ante electionem arbitrorum potest si velit negotium principale alteri non suspecto committere.*
4 *Durum est suspecto sub iudice litigare.*
5 *Delegatus ab Ordinario an possit suam sententiam executioni mandare ostenditur.*

CAP. Si quis contra. IV. *Gregor.*

CAusam contra clericum habens adire debet 1
Episcopum clerici, si Episcopus vt suspectus recusatur, ipse Episcopus deputet executorem, & si actor recuset talem executorem, Episcopus deputet aliquem, qui cogat omnes partes mutuo consensu eligere sibi iudices, à quibus, quæ fuerint definita, iuret Episcopus complere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anchar. Host. Felin. Aretin. Mar. Socin. Barbat. Alex. de Neuo, Melch. Kling. Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 24. Alagona *in compendio iuris Canon. pag* 209. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 2. *c.* 5. & est Gregorij *lib.* 9 *epist.* 75 *registri.*

Executor.] Notatur ad hoc quòd delegatus potest 2
recusari suspectus, vt per Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 109. *n.* 1.

Aut si hoc, &c.] Notatur ad hoc quòd index or- 3
dinarius ante electionem arbitrorum potest si velit negotium principale alteri non suspecto committere, vt per Soar. à Pace *in pract. tom.* 1. *part.* 1. *cap.* 6. *num.* 24.

In glos. *Executor*, ibi, *& debet causam committere* 4
personæ neutri parti suspectæ. Durum enim est suspecto sub iudice litigare, Cravet. *cons.* 132. *num* 25 Tiber. Decian. *resp.* 26. *num.* 12. *volum.* 1. *& resp.* 110 *num.* 6. *volum.* 3. Gregor. Lopez *l.* 22. *tit* 4. *part* 3. Escobar *de ratiocinijs*, *cap.* 8. *num.* 17 *&* 28. Perez *l.* 1 *in pr. nc. tit.* 5. *lib.* 3. *Ordin.* Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 45. *num.*

n.1.cum seqq. Seraphin.*de priuilegiis iuram. priuil 7 n.1.* Amat. Roder. *in pract.de modo, & forma videndi seu examinandi processum, c.10.n.37.*

5 In glos. *Ipsius sollicitudine*, ibi, *quia delegatus ab Ordinario non potest suam sententiam executioni mandare.* Hanc primam huius glossæ opinionem sequuntur Ceuall.*comm.contra comm.q 632 n.9.gloss.verbo, à se, in princ.in l.à Diuo Pio, ff. de re iudic* quam sequuntur *ibi* Bart.*n.14.* Alex.*n.6.*Iason.*n.3.& 5* Panorm.*hic*, & Felin. *n. fin.*Soc.*n.14.* Alciat.*in l.imperium, n.20.ff.de iurisd.omnium iudic.& l.2 paradox.c.4.* Ruin.*cons.51. n.3. vol 4.* Verùm contrarium hæc eadem glossa in secunda opinione amplectitur, nempè iudicem delegatum posse suam sententiam executioni mandare, sequuntur Panorm.*hic n.28.* Alex. *in rubr.ff. de officio eius, n.9.& in l.2.ff.de iurisd.omn um iudic.n.10.* Longobal. *in repet.d.l.imperium, n.170. ff.eod.tit.* Bernard. Diaz *reg.1-8.* Bellet.*disquisit.cleric.p.1.tit.de fauore clericorum reali, §.5.n 27.* vbi quòd possit exequi manu militari, late Hieron. Fernandez Ottero *Romanorum lucubrat.q.5. per totam*, vbi contrariis bene respondet, vide alia *ad c. significasti 7. post n.2.& ad c.in literis 9. de officio, & potest.iudic.deleg.*

SVMMARIVM.

1 *Laicus detētator rei Ecclesiasticæ, vel rei alicuius clerici potest coram iudice Ecclesiastico conueniri, nisi laicus negaretrē, vt Ecclesiastica possidere,* & n.2.
3 *Laici rerum Ecclesiasticarum inuasores coram Ecclesiastico iudice conueniri, & ab eo valent arceri.*
4 *Actor forum rei sequi debet.*
5 *Consuetudo valet quòd clericus conueniat laicum coram iudice Ecclesiastico.*
6 *Dominium vtile merè laicum, & profanum est, ac proinde statutis & legibus Principum sæcularium subiectum.*

CAP. Si clericus laicum. V. *Alex. III*

1 LAicus super re Ecclesiæ, vel clerici potest coram iudice Ecclesiastico conueniri, sed probabiliter negat rem esse Ecclesiæ, vel clerici ad iurisdictionem Ecclesiasticam declinandam, conuenitur coram suo iudice. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect.Zabar.Bellam.Ioan.Andr. Imol.Anan. Host. Anchar.Panorm.Barbat.Mar.Socin. Felin. Aretin. Ioan. Monach.Alex.de Neuo, Melch.Kling, Cujac.Viu.*in rationali secundi libri iuris Pontif.pag.*15.Alagon.*in compendio iuris Canon. pag.*209. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.1.& 2.* refertur ab Anton. Aug.*collect.1.Decretal.lib.2.tit.2.c.7.*& est post Conc. Lateran. *p.8.c.7.*

2 Hanc eandem concl.ex hoc text. desumunt Abb. *hic n.1.&* 2.Felin.*n.4.* Socin.*n.15* Rom.*cons 159.n.3.* Card.*cons.146.n.1.* Gabr.*cons.27.n.10 vol 2.* Nauar.*de redditib Eccles.q.1.casu 9.* Ozasc.*decis.32.n.3 & 6.*Afflict.*decis.257.n.2.* Marant. *de ordine iudic. p.4 dist 11. n.6.* Guttier. *canon lib.1.q.34.n.7.* Ozasc. *Pedemon.decis.32.* Soar. à Pace *in pract. tom.2. prælud.2.n.16.cum seqq.* Cur.Philip. *p.1.§ 5.n.10.* Surd.*cons.286.n.4.* Ludou. Miranda *de ordine iudic.q 1. art. 5. concl.4. in fin.* Parlad. *p.3.differ.9. §.3.à n.2.* Camil.Borrel. *in summa omnium decis. tit. 12. n.137.* Mendez à Castro *in praxi Ecclesiastica Lusitan. lib. 2.c.4. à n.1.* Bellet. *disquisit cleric. p.1. tit. de fauore clericorum reali, § 5. n.2. & 3.* hoc adeò verum esse credit, siue agatur actione reali, siue personali, Campan. *super c.Regni Neap.incip. quoad decreta, n.10.* Marcel. Cala *in tr.de modo articulandi, & probandi gloss.1.n.88.* Carol. de Graffis *de effect.cler.effectu 1.n.522.* Cened. *pract. & canon. q.lib.1. q. 14. à princ.* Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad c.iudicatum 5.n.1. dist.89.* Armend. *in addit ad recop.legum Nauar.l.1.tit.4.n.l.4.num.40. & 62.* optimè Cald.Pereira *q.foren.cons.43.*vbi *n.16.*resoluit quòd actione Vnde vi conuenitur laicus coram iudice laico, latè D.Barbos.*in l si quis ex aliena, n.140. cum seq.ff.de iud.* vbi restatur in hoc text. priuilegium quoddam speciale contineri, quòd scilicet Ecclesia, vel clericus si petant rem aliquam tanquam suam,& Conuentus fateatur rem esse Ecclesiæ, vel clerici, neget tamen se illam teneri restituere, allegata aliqua iusta causa retentionis, cognitio illius causæ pertinet ad Ecclesiasticum, & *numeris seqq* ostendit quomodo probetur illa qualitas propter quam Ecclesiæ, vel clerico priuilegium concessum est, si negetur. Si verò laicus conuentus à clerico coram iudice Ecclesiastico negaret rem illam, quatenus dici potest, à clerico possideri, vt rem Ecclesiasticam, sed vt feudalem, quia ista cognitio facit, ne is iudex hac de causa cognoscat, & eam diffiniat, poterit solùm summatim super ea exceptione cognoscere, vt causam ad suum iudicem competentem remittat, & ob id reus ita excipiens probationes deducere debet, quibus exceptionem illam veram esse ostendat, iuxta doctrinam Bart. *in l. præscriptione, C. si contra ius, vel vtilitatem publ.* resoluunt Menoch. *remed.3. retin.n.373.*& ante Host. *hic n.1.* Abb.*n.12.vers. nam ex hoc apertè, & n.15.* vbi hoc bene explicat, & affert intellectum ad text. *in præsenti*, idem Abb.*in c nouit, n 12.sup de iudic.* Anfrer *de potestate Ecclesiæ, n.39.* Bellet. *d.§.5. n.6.* Carol. de Graffis *d.effectu 1 n.522.*

De rebus suis.] Notatur ad hoc quòd laici rerum 3
clericorum inuasores coram Ecclesiastico iudice conueniri, & ab eo valent coërceri, in idem allegantur text.*in cap.si quis de potentibus 34.q.3.& in c 2.*ibi, *nobis,in fi.de priuileg.* & Ordin. Reg. Lusitan.*l.2.tit.1. §.5.in princip.* tenent *hic* Dec.*à n.* . Abb.*n.3. & in c. cùm sit generale, n.4.in fr.hoc tit.*& alij communiter, testes Soar.à Pace *d. prælud. 2. n. 19.* quidquid contra censeant Barbat.*in d.c.cùm sit generale, num.68.in fine*, Couar.*var lib 1.c.4.n.5.* Decian. *tract. crimin.lib.6.c.30. n 23.* Cald.Pereira *in l. si curatorem, verbo, imprandum, n.32.in fine.*

Cùm actor forum rei sequi debeat.] Dicam *infra ad* 4
cap.cùm sit generale, hoc tit.n.2.

Licet plerisque partibus, &c.] Notatur ad hoc quòd 5
valet consuetudo, quòd clericus conueniat laicum coram iudice Ecclesiastico, vt per Palat.*in repet.c. per vestras, de donat. inter virum, not.2. §.1.n.29.* Potest etenim laicus conueniri coram iudice Ecclesiastico ex consuetudine, etiam pro rebus non Ecclesiasticis, Abb.*hic n.5. &7.*Socin.*n.4.* quos refert, & sequitur Bellet.*d.§.5 n.4.*

Vel Ecclesiæ.] Intellige quoad vtile, & directum do- 6
minium, Cur.Philip. & Mendez à Castro *dictis locis.* Si verò laicus de vtili tantùm dominio, aut de causis circa ipsum motis conueniatur, coram iudice sæculari causa agenda erit, ex ea ratione, quia dominium vtile merè laicum, & profanum est, ac proinde statutis, & legibus Principum sæcularium subiectum, vide Menoch. *de arbitr. casu 108. n.6.* Valasc. *de iure emphyt. q.17. n.12. & cons.134.n.13. & cons.147. n.17.* Gama *Iusit. decis.2. n.6. & decis.149.n.5.* Surd. *cons.338. n.1.* Modern. *de iurisd. p.4. casu 20.n.5. & casu 13.n.2. & casu 137. n.32.* Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q.10. n.13.&19.*

SVMMARIVM.

1 *Quæstio feudo inter clericum & laicum est de termi-*

nanda à domino feudi, qui si malitiosè differat determinare, Legatus Papæ, vel Episcopus potest causam determinare.

2 *Feudi dominus iudex est competens in feudorum controuersiis.*

3 *Feudum clericus capere potest.*

Cap. Ex transmissa. VI.

1 QVæstio de feudo inter clericum, & laicum est determinanda à domino feudi, qui si malitiosè differat determinare, Legatus Papæ, vel Episcopus potest causam determinare. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Anan. Imol. Panorm. Anch. Host. Felin. Barbat. Aret. Alex. de Neuo, Mar. Soc. Melch. Kling, Ioan. Monach. Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 25. Alagon. *in compendio iuris Canon. pag.* 209. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 1. *tit.* 2. *c.* 2. & est post Conc. Later. *p.* 46 *c.* 5.

2 Collige ex text. dominum feudi in feudorum controuersiis iudicem esse competentem, ita Menoch. *cons.* 2. *n.* 20. & 21. plures ad hoc citati *in c. cæterùm* 5. *sup. de iudic.* & procedit conclusio textus, quamvis de proprietate feudi ageretur, Menoch. *remed.* 2. *retin. n.* 388. & clericus esset conueniendus coram domino laico, Farin. *in praxi criminali, q.* 8. *n.* 22.

3 Notatur text. hic ad hoc quòd clericus feudum capere potest, vt per Clar. *in §. feudum, q.* 78. *n* 4. Anton. de Olibano *in comm. ad vsaticum, alium namque de iure fisci, c.* 9. *à n.* 8. An, & quibus casibus in eo succedere possit, vide Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. vlt.* §. 19. vbi plures citat Doctores.

SVMMARIVM.

1 *Causa feudi est cognoscenda à domino feudi.*

2 *Ecclesiasticus cognoscit contra laicum de causa feudali, vbicunque aliquis laicus tenet feudũ ab Ecclesia.*

3 *Capitulum Sede vacante nõ potest cognoscere de causis feudalibus, de quibus cognosceret Episc. si viueret.*

4 *Princeps potest exigere iuramentum ab Episcopis tenentibus feuda ab eo.*

5 *Ecclesia quoad bona feudalia, quæ tenet à Rege, alióve domino temporali, ligatur legibus feudalibus laicorum, & subest domino temporali.*

6 *Episcopus electus & confirmatus habet plenam administrationem quantum ad ea, quæ pertinent ad iurisdictionem.*

Cap. Verum. VII.

1 CAusa feudi est cognoscenda à domino feudi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Felin. Host. Aretin. Barbat. Mar. Socin. Henric. Alex. de Neuo, Melch. Kling. Ioan. Monach. Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 26. Alagon. *in compend. iuris Can. pag.* 209. remissiuè Casal. *in ann.* & Ximen. *in conc. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *coll.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 2. *c.* 3.

2 *Sub suo iudicio cognoscatur.*] Notatur ad hoc quòd cognoscit Ecclesiasticus contra laicum de causa feudali, vbicunque aliquis laicus tenet feudum ab Ecclesia, Menoch. *remed.* 3. *retin. n.* 409. Amod. à Ponte *in tr. quis sit iudex in causa feud. col.* 8 *in fin.* Ioan. Borcholten. *de feudis, c.* 10. *n.* 25 Intrigl. *eod tract. cent.* 2. *art.* 94 *n.* 11. Mozz. *eod. tract. tit. de naturalib. feudi, n.* 129 Surd. *cons.* 193. *n.* 2. Carol. de Graffis *de effect. cleric. effectu* 1. *n.* 74. Cur. Philip. *p.* 1. §. 5 *n.* 11. Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 1. *tit.* 4. *c* 4. *n.* 41.

3 *Episcopus*, &c.] Notatur ad hoc quòd Capitulum Sede vacante non potest cognoscere de causis feudalibus, de quibus cognosceret Episcopus si viueret, vt per Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 39. *q.* 1.

Alioquin Imperiali beneplacito, &c.] Notatur ad hoc quòd Princeps potest exigere iuramentum ab Episcopis tenentibus feuda ab eo, vt per Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 5 *consid.* 24. *vers.* 138. Nam Ecclesia quoad bona feudalia, quæ tenet à Rege, alióve domino temporali, ligatur legibus feudalibus laicorum, subest domino temporali, Afflict. *in c.* 1. §. *item si clericus, à n.* 25. *de capitulo Conradi*, Capyc. *decis.* 27. *n.* 28. Sbroz. *de officio Vicarij, lib.* 2. *q.* 26. *n.* 15. 4 5

In gl. *Consecratus*, ibi, *idem esset si electus esset, & confirmatus, quia tunc habet plenam administrationem quantum ad ea quæ pertinent ad iurisdictionem.* Vide Aloys. Ricc. *in praxi aurea ref.* 136. Azor. *d lib.* 3. *c.* 29. *q.* 5. quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p.* 1. *tit.* 1. *c.* 4. *n.* 7. 6

SVMMARIVM.

1 *Malefactores Ecclesiarum in vtroque foro conueniri possunt.*

2 *Actor forum rei sequitur.*

3 *Clericus potest laicos, qui sibi iniuriam fecerunt, accusare coram Ecclesiastico, vel sæculari iudice.*

4 *Sacrilegium est crimen mixti fori, itaut pro eo possit quis corã Ecclesiastico, vel sæculari iudice cõueniri.*

5 *Iudex, qui negligit facere iusticiam, litem facit suam.*

7 *Vsurarum crimen est mixti fori.*

8 *Simoniæ crimen est mixti fori.*

9 *Periurium est mixti fori quando agitur ad pœnam.*

10 *Adulterium est crimen mixti fori quando agitur de puniendo criminaliter.*

11 *Crimen mixti fori committens, & punitus vel absolutus ab vno iudice, an ab alio puniri, vel absolui possit, remissiuè.*

Cap. Cùm sit generale. VIII. *Luc. III.*

1 REctores Ecclesiarum possunt conuenire malefactores Ecclesiarum, id est, sacrilegos coram iudice Ecclesiastico, vel laico. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Barbat. Panor. Felin. Host. Henric. Alex. de Neuo, Melch. Kling, Ioan. Monach. Mar. Soc. Aret. Mantua, Cujac. Alagona *in compend. iur. Can. pag* 26. Viu. *in ration. 2. libri iur. Pont. pag* 209. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1 & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 2. *c.* 3. Vide quæ diximus *ad c.* 2. *infr. de priuileg.*

Vt actor forum rei sequatur, &c.] Concordant apud 2
nostros Lusitanos Ordin. Regia *lib.* 3 *tit* 11. *in princ.* & apud Castellanos *l.* 32. *tit.* 2. *p.* 3. & *l* 8. & 9. *tit.* 3. *l.* 4. *nouæ recop.* exornant Soc. *reg.* 15 Duen. *reg.* 21. Roland. *cons.* 23. *n.* 8. & 12. *vol.* 2. Surd. *cons.* 266. *n.* 8. Carol. Bardel. *cons.* 19. *n.* 14. Gasp. Thesaur. *q. forens. l.* 2. *c.* 15. *n.* 6. Boër. *decis.* 114. *n.* 6. Thom. de Thomass. *in floribus legum reg.* 9. Gut. *de iuram. confirm. p.* 3 *c.* 12 *à n.* 1. Cæs. Argel. *de contract. leg. q.* 2. *n.* 187. Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. A. concl.* 122. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1930. latè D. Barbos. *in l hæres absens, §. proinde, n.* 8. *cum seq. ff. de iudic.* & plures alij citati *in libello de principiis vtriusque iuris, lit A. n.* 29. & per metipsum *in tr. de Axiom. iuris vsufreq. Axiom.* 10. *n.* 1.

Vt malefactores suos, &c.] Notatur ad hoc quòd cle- 3
ricus potest laicos, qui sibi iniuriam fecerunt, accusare corã Ecclesiastico, vel sæculari iudice, qui à quolibet eorum puniri possunt, Ordin. Regia Lusit. *lib.* 2. *tit.* 9. §. 3. Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 3. *n.* 47 Bonacos. *comm. crimin. p.* 1. *verbo, clericus fol.* 27. Rebuff. *in tr. in quibus causis sæculares cognoscere possint, n.* 43. & *in tr. except. n.* 239. Perez *l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. vers. quod tamen, pag.* 61.

pag.61. Azened. *d.l.2.n.10.tit.2.l.1.& l.4.n.4.tit.1.l.4. nouæ recop.* Cur.Philip.*p.3.§.2.n.6.* Parlad.*differ.9.§.2. num.2.* Ceual.*communium contra commun. tom.4. q.897. n.149.* Farin. *in praxi crimin.q.8.n.153.* Cou.*variar.l.1. c.4.n.8.* Decian.*tract.crimin.lib.1.c.26.n.1. & 22.* Thesaur.*decis.224.n.2 & 3.* post Abb. Felin. Guid.Papæ, Roland.& alios, Bellet.*disquisit.clerical.p.1.tit.de fauore clericorum reali, §.4.n.13.*

4 *Quia sacrilegi sunt censendi.*] Notatur ad hoc quòd pro sacrilegio potest quis coràm Ecclesiastico, vel sæculari iudice conueniri, cum sit crimen mixti fori, Cou.*var.lib 2.c.20.n.18.vers.35.& l 3.c 3.n.1.* Clar. *§. fin.q.35.n.6.* Dec.*d.c.26.n.1.& 20.* Vulpel.*de libert. Eccles.p.1.n.29.* Far.*in prax.crimin.q.28.n 62.* Menoch. *remed.15.recup.n.207.* Gutier. *pract lib 3.q 1 n.13.* Farin. *in praxi crimin.q.172.n.16.* Marta *de Iurisdict.p.2 c.11. & in votis nouissimarum decis.voto 235.n.1.* Cur.Philip. *p.3.§.2.q.7.* Cardos. *in praxi iudicum verb. sacrilegium, n.15.* D.Barbos.*in l.Titia,n.51 ff soluto matr.* Bobadil.*in sua politica,lib.2.c 18.n.238.* Ceuall.*in tract.de cognitione per viam violentiæ,p.2.q.59.n.6 & q.60.* Ordin.Regia Lusitan.*lib 2.tit 9 in princ.* ibi, *sacrilegos* Bellet. *d. §.4.n.9.* Diana *resp.mor.d. p.1.tract.2.resp 81.*

5 In glos. *Remissi*, ibi, *iudex, qui negligit facere iustitiam,litem facit suam.* Vide Menoch.*de arbitr.casu 341.* latè Farin.*in praxi crimin. p.111.à n.435.* multa prosequitur circa pœnam iudicis malè iudicantis.

6 In gl. *Malefactores*,ibi,*id est raptores rerum Ecclesiasticarum.* Vide Menoch.*remed.3.retin n.362.cum seqq.*

7 In ead.gl.ibi, *Item crimen vsurarum.* Crimen vsurarum est mixti fori, Auend.*de exequend.mand.p.2.c.29. & ad capita Prætor.cap.28.n.1 p.2.* Auil.*ad eadem capita Prætor.c.50.gl.vsuras,n.1.* Greg.*l.58. verb.vsuras*, & *ibi* Humad.*gl.2.tit.6 p.1.* Perez *in princ. tit.2.lib.8. Ordinam pag.27 vers.est tamen puniendus,& in l.5.tit.19.eod. l.vers dubitari, pag.364.* Azeued.*l.1.n.185.& seq.tit.21. lib.4.nouæ recop.& in l.1.n.86.cum seq.tit.6.l.8.* Peguera *decis.30.n.19. cum seqq.* Anastas. Germon. *de sacrorum immun.lib.3.c.12.n.51.* Guttier. *de iuram. confirm.p 1. c.2.n.9.11.& 16.* Spin.*in speculo test.in glos.rub.13.n.66.* Parlad.*lib.2 rerum quotid.cap.fin.p.5.§.11.n.23.* Soar.à Pace *in pract.tom.2. prælud.2. n.26.* Salzed.ad Bern. *in pract.c.88.alias 91.in nouiss.impress. lit C.* plures plena manu refert Cened.*ad Decr.collect.30.n.2.* quibus adde Gasp. Roder.*de annuis reddit. l.3.q.4. n.122.* Bobadil.*in sua politica,lib.2.c.17.n.40.* D.Barbos. *in l.Titia, num.48.ff.soluto matrim.* Molina *de instit.tr.2 disp.333.* Cur.Philip. *p.3.§.2. num.27.* Renat.Chophin.*de sacra politica,l.2.tit 2.n.14.& 15.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.l. 3.à n.93.* Stephan.Grat.*discept forens.c.14. n.23.* Aloys.Ricc.*in collect.dec.p.5.collect.2078* Vulpel. *resp.crim 140.n.1. & seq.* post Archid. Abb.Ioan.Andr. Alciat.Cabalin.& alios Bellet. *d. §.4. n 130.* Marta *de iurisd p.2 cap.7.* Pradil.*in summa legum pœnalium,p.1. c.30.* Camil.Borrel.*in summa omnium decis.tit.43.de foro compet.à n.135.de compromis.§.2.glos.1 à n.100.* Ceual. *de cognitione per viam violentiæ,p.2 q.7.*

8 In ead.glos.ibi, *Simoniæ.* Crimen simoniæ est mixti fori, & per Ecclesiasticum, vel sæcularem iudicem puniri potest, Gregor. *l.58. glos.3. tit 6. p.1.* Mexi. *in tract.tassæ pants,concl 1.num.9.* Cur Philip. *p.3.§.2.n.9.* Marta *de iurisdict. p 2.c.37.*

9 In ead.glos.ibi, *Periurii.* Periurium est crimen mixti fori, quando scilicet agitur ad pœnam. Vide Anton. Corn.*de absolutione iuramenti,p 3.q 5.num.54. cum seqq.* Morl.*in emporio iur. p.1. tit.2. in prælud. n.126.* Soar. à Pace *in pract tom 2.prælud 2.n.35.* Marta *de Iurisd. p 2. c.9.n.25.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauarr.l.1. tit.4.l.4.num.67.* Ceual. *commun.contra commun.q.897. n.980. tom. 4. & in tr. de cognitione per viam violentiæ,*

p.2.q.31.n.8 & q.67.n.10.& q.83. Mendez à Castro *in praxi Eccles.Lusit.lib.2.c.4.n.4.* Bellet.*d.§.4.n.178.*

In ead.gl ibi, *& adulterij.* Adulterium est crimen 10 mixti fori, vide Cou.*de sponsal. p.2.c.7.§.7.n.12.* Clar. *in pract.§.fin.q.37.n.3. vers. quæro nunquid caus.* Anton. Gom.*l.8.c.Tauri,n.47 vers.verum tamen est*, Menoch.*de arbit.cas.419.* Bermond.*de publicis concub.rubr.de adult.à n.4.* Soar.à pace *d.prælud.1.n.32.* Cur.Philip. *p.3.§.2. n.20.* Vincent.de Franch.*decis.112.* Zerol.*in praxi Episcop. p.1.verbo, casus mixtus*, Azor.*instit. mor. p.2 lib 3. cap.53.q.2. vers. crimina mixti fori*, Marta *de iurisd. p.2. c.19.* Ceuall.*de cognitione per viam violentiæ, p.2 q.88* Aloys.Ricc.*in collect decis.p.1. collect 1076.* Diana *res. moral.p 1. tr 2.res.86.* Farin. *in praxi crimin.p.5.q.141. n.42.* optimè D.Barbos.*in l.2.in princ ff.soluto matr p.1. n.139.in fin.& n.140.* intelligit quando agitur de puniendo criminaliter, siue adulterium sit notorium, siue etiam non notorium; nam si ageretur ciuiliter ad separationem thori, & ad amissionem dotis, solus iudex Ecclesiasticus procedit, vt tenent. Sanch. *de matrim.lib.10.disp.8.n.1. & 16.* Fr.Ludou. Miranda *de ordine iudic.q. art.5.concl.5.* Bellet.*d §.4.à n.65.*

Quærit *hîc* Felin.*n.11.* an committens crimẽ mixti 11 fori punitus, vel absolutus ab vno iudice, ab alio puniri, vel absolui possit. de quo vide Greg. *l.58 verbo, estos,tit.6.p 1.& l.4.verbo,contelies,tit.28.p.7.* Ant.Gom. *tom.3 var.c 1.n.40.* Clar. *in pract.§ fin.q.57.à n.11.* Anton. Queseda *diuers q. iuris c 29. ad fin. vers nec illud omittendum* Brunor.à Sole *in q.legalib.17 ex n.40.* Ant. Scap.*de iure non scripto l.5.c.9.* Petr. Greg.*Syntagm iuris p.2 lib 47.c.4 in fin.* Auil.*ad c.25. Prætorum glos 1.n.11. & 12.* Auendan.*ad c 5. Prator. n.18. p.2.* Perez *l.1 in princ tit 8.l.8.Ordin.& l.3.tit.4 eod.lib.vers.ad quintum*, Penia *in direct.inquis.p.2.schol.20.col.5.* Soar. à Pace *in pract.to 2.præl.2.n.49.cum multis seqq.* Decian.*tr.crimin. lib.4.c.9.n.45.& c.10.n 5.vers & nota & lib.6.c 36.n.8.* Cur Philip.*p.3.§.2.n.33.* Bobadil.*in sua politic lib 1 c.17. n.98.& c.18.n.234.* Lud. Mirand.*de ordin.iud.q.1 art 7. concl.2.* Mendez à Castr. *in praxi Ecclesiast. Lusit.lib.2. c.4.à n.17.* Cened.*ad Decret. collect.113.n.5. & collect. 126.n.4.* Bellet.*d.tit.de fauore cleric.reali,§.vlt.n.106.*

SVMMARIVM.

1 *Clericorum causæ in loco temporalis iurisdictionis Ecclesiæ secundùm ius Canonicum terminandæ sunt.*
2 *Iudex Ecclesiasticus iudicare potest laicos tam ciuiliter, quam criminaliter, vbi habet dominium temporale.*
3 *Conuenire potest quis in loco, in quo assiduè commoratur; quamuis in eo non habeat domicilium.*
4 *Declaratur text. in præsenti*, & n.5.
6 *Dictio*, aliquis, *vniuersalis est, & comprehendit omnes species eius rei, cui adiicitur.*
7 *Paria sunt statutis ligari, & forum sortiri.*
8 *Ordinationes, quæ respiciunt ordinem procedendi etiam contra clericos, si ipsi litigent coram iudice sæculari, seruari debent.*
9 *Consuetudo loci seruanda est in concernentibus processum.*
10 *Consuetudo, seu stylus respiciens ordinatoria iudicij ligat forenses, licèt secus in decisoriis causæ.*

CAP. Quod Clericis. IX. *Cœlest. III.*

CAusæ etiã pecuniariæ, quas habet clericus cõtra 1 laicũ, sunt tractandæ secundùm ius Canonicum, & secundùm consuetudines, vel iura municipalia. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Collect. Bellam, Ioan. Andr. Imol. Anan. Panor. Felin. Dec. Butr. Anch. Host. Mar. Socin. Henric. Barbat. Aret. Alex. de

Neuo, Melch.Kling. Io.Monach.Cujac.Viu.*in ration. 2.libri inr. Pont. pag* 28.Alagon.*in compend.iuris Canon. pag.* 202.remissiuè Casal.*in annot.*& Ximen.*in conc p.1.* refertur ab Ant.Aug.*collect.2. Decret lib 2 tit.2.c.5.*

2 Collige ex text. iudicem Ecclesiasticum iudicare posse laicos tam ciuiliter,quam criminaliter, vbi habet dominium temporale, glos. *verbo, de iure, in c 2. de exempt.in 6.*Abb.*in c.licèt n.6 infr.hoc tit.* Bellet.*disquisit.cler. p.1.tit.de fauore clericorum reali, §.5.n.53.*

3 *Commorantes.*] Notatur ad hoc quòd qĉis conueniri potest in loco, in quo assiduè commoratur, quamvis in eo non habeat domicilium, vt per Panorm.*hic n.5.*&alios, quos refert D. Barbosa *in l.hæres absens, §.vlt.n.111.ff.de iudic.*

4 *Iure Canonico dedicatis*, &c.] Difficilis reputatur hic text.dum probat iure Canonico esse decidendas non solùm causas illas, quas laici habent contra clericos, verùm etiam, quas ipsi clerici habent contra laicos, quemadmodum generaliter intelligendũ esse volunt Doctores,teste Bero.*in c 1.à n 29. de const.* Igitur circa eius intellectum nõ immeritò Doctores torquentur, & communiter intelligunt Parisios ciuitatem in temporalibus Ecclesiæ esse subiectam, & ideò inter laicos etiã ius Canonicum esse seruandum. Alij verò intelligunt eam decisionem specialiter in clericis Parisiis gratia studij commorãtibus, vt scilicet specialiter priuilegium in hoc text.illis cõcedatur, vt eorum causæ siue à laicis conueniãtur, siue etiam laicos conueniant, corã iudice Ecclesiastico debeãt pertractari, & secundùm ius Canonicum decidi. Verùm apertè confunditur primò,quia nullum reperitur verbum in nostro text. ex quo colligi possit, quòd in eo agatur specialiter de clericis studẽtibus, sed potiùs generaliter, & indistinctè loquitur de quibuscunque Parisiis commorantibus, secundò quia nullibi reperitur priuilegium hoc studentibus concessum,vt etiam si clerici sint corã iudice suo,id est,clerici actores, possint laicos reos conuenire,sed solùm, vt iudicem habeant proprium, coram quo priuatiuè conueniantur, vt *in auth.habita, C.ne filius pro patre.* Deinde obstat text. *c super specula, de priuil.* vbi de docẽtibus, & studentibus agitur, & sic coniecturis vti licet, vt colligamus in hoc text. agi de clericis Parisiis commorantibus causa studij, verosimilius erat de iisdem studentibus agi *in d.c. super specula*, & tamen apertè probat solas Ecclesiasticas causas Parisiis secundùm ius Canonicum decidendas, non ita ciuiles, & pecuniarias, vt patet ibi, rarò occurrunt Ecclesiasticæ causæ, &c.

5 His igitur omissis, & longissima distinctione, quã faciunt Butr.Zabar.Abb.& alij *ibid.*Ego contra receptissimam omnium,quos viderim, interpretationem, existimo verba illa,*clerici contra aliquos, vel aliqui contra eos*,non cõcludere,nec posse intelligi de laicis, qui conueniuntur à clericis,sed necessariò esse intelligenda de causis clericorum contra clericos, quasi dictio, *aliqui*, idẽ sonet,atq; *alij*,& sit sensus, causæ pecuniariæ, quas clerici Parisienses habẽt contra aliquos clericos aliunde,vel alij contra eosdem,&c.quẽ intellectum semper probabilẽ iudicaui, & nunc tenendum efficaciter mihi probat integra Decretalis,quã ponit Ant.Aug.*coll.2.c.5.sub hoc tit.*& refertur in nouissimis impressionibus iussu Greg.XIII. in hæc verba;*Nullus Episcoporum, vel clericorum ad iudicia sæcularia est trahendus, habent enim illi iudices suos, nec quidquam est eis publicis commune cum legibus: Bonifacius verò Papa, & Gelasius, & alij plures antecessorum nostrorum antiquioribus Conciliis consonantes, sicut bene patet viris vtriusque iuris peritis, id ipsum in sacris constitutionibus ediderunt. Hac igitur ratione inducti per Apost. Sedis scripta mandamus, quatenus si qui causas saculares clerici Parisios commorantes habuerint contra aliquos, vel aliqui contra eos, appellat.remota iure Can.decidatis, nec permittatis iuri scripto consuetudinem præualere.* Si ergo verba illa,*hac ratione inducti*,referantur ad principium text.nullus Episcoporũ,vel clericorum ad iudicia sæcularia est contrahendus, manifestissimè apparet in tota decisione agi de clericis, qui conueniuntur,& consequenter rẽ iure scripto constitutissimã, non vero aliquid noui iuris decidere Pont.vt etiã ostendũt verba illa,*sicut bene patet vtriusq; iuris peritis*, Rationẽ verò dubitandi fluxisse ex contraria consuetudine, quam in vltimis verbis damnat Pontifex, ibi,*nec permittatis iuris scripto consuetudinem præualere*:indéq; confirmari potest ratio decidendi ad text.*in d.c super specula*,quòd scilicet Parisiis ius Ciuile audiri,vel docere interdicit clericis,& laicis, propter nimiã eiusdem iuris Ciuilis curiositatẽ,ob quam studium sacræ Paginæ despiciebatur. Adhuc nunc non solum in scholis vitium hoc irrepsisse,verum etiam in foro,vt prætermissis Canonicis statutis causæ pecuniariæ aduersùs clericos iure ciuili decidentur. Vnde ad hos,& similes abusus tollẽdos merito Pontifex ius Canonicũ in foro sæculari seruari præcipit,& leges Ciuiles in scholis doceri,& audiri prohibet Parisiis,& in aliis locis vicinis.

In glos. *Aliquos, vnic.*ibi, *etiam laicos.*] Notatur ad 6 hoc quòd dictio, *aliquis*, veluti vniuersalis comprehẽdit omnes species eius rei, cui adiicitur, vt per Tiraq.*in l.si vnquã, C.de reuoc.donat.verb.omnia,n.41.* cætera de hac dictione vide *in meis Remiss. de diction. & clauſ.dict.*14.aliàs *dict.*22.secundùm Lugdun. impress.

In ead.gloss.ibi, *vel iure municipali.*Notatur ad hoc 7 quòd paria sunt statutis ligari & forum sortiri, atque ita iurisdictioni subiici, vt per Menoch. *cons. 351.n.14.*Alciat.*cons.30.n.1. tom.1.lib.2.* Bero.*cons.65. n.99.lib.1.*Surd.*cons.2.n.14.in fine*, Carol.de Graffis *de effect.cleric.effectu 2.n.1.*

Notatur etiam ad hoc quòd ordinationes, quæ re- 8 spiciunt ordinem procedendi etiam cõtra clericos, si ipsi litigent corã iudice sæculari, seruari debent,Rebuff.*ad leges Galliæ, in præm.gloss.1.n.63.* Abb.*hic n.6. & 7.& in c.Ecclesia S.Mariæ,n.25.26.&* 42.vbi Felin. *n 81.vers. tertius casus*, Dec.*n 44.& 145. cum seqq. & 164.de constit.*Lap.*alleg.81.* Cald.*cons.11. n.1.de constit.* Abb.*cons.13.n.4. p.2.* Corn.*cons.114.n.4.in princ.vol.2.* Alex.*cons.33.n.4.col.1.vol.6.*Soc.Sen.*cons.71.n.4.vol.4.* Roland.*cons.48.n.20. & 22.vol.1. cons.57 n 20.vol.2.* Cephal.*cons.654.n.32.vol.5.*Ioan.Franc.Leo *in thesauro fori Eccles. p.1.c.11.n.4.* vbi dicit procedere in præparatoriis,& ordinatoriis litis,non verò in decisoriis, quia statuta concernentia modum procedendi non concernunt personam, sed causam, quæ subiicitur illi foro, Roland.*d. cons 48.n 21.* Et consuetudo loci 9 seruanda est in concernentibus processum, & sic illius tribunalis, vel iudicis coram quo proceditur, Duen.*reg.* 147. Bernard.*reg.* 144. Consuetudo enim, seu stylus respiciens ordinatoria iudicij ligat forenses, licèt secus in decisoriis causæ vt per Viu. *tom.1. comm.opin.lib.1.tit.17.n.298. pag.*249. Mascard.*de probat.concl* 423.*n.*9. Gonzal.*ad reg.*8.*Cancel.gloss.*9.*§.1.in annot.n.*104.

SVMMARIVM.

1 *Laicus laicum super re ciuili coram iudice Ecclesiastico conuenire non potest, nisi in defectu institiæ sæcularis, vel nisi consuetudo id exposcat.*

2 *Iudex sæcularis quando est negligens in faciendo iustitiam, Ecclesia tunc etiam contra laicos cognoscit.*

3 *Consuetudo potest tribuere iurisdictionem iudici Ecclesiastico contra laicum.*

4 *Vnis*

4 *Vniuersitas, vel Synodus recusari potest.*
5 *Imperio vacante succedit Papa in administratione.*
6 *Arbitri sunt eligendi qui iudicet recusationem iudicis.*
7 *Iudex Ecclesiasticus potest se immiscere sæcularis iurisdictioni ratione connexitatis.*

CAP. Licèt ex suscepto. X. *Innoc. III.*

1 LAicus per literas impetratas è Papa in negotio pertinente ad forum sæculare non potest agere corã iudice Ecclesiastico, dummodo iudex sæcularis faciat iustitiam, & qui à iudice laico sentiunt se granatos, possunt appellare ad Episcopum, vel ad Papam, vbi hactenus fuit talis consuetudo; vel quando non habent superiorem sæcularem ad quem recurrant, vt tempore vacationis Imperij, item si iudices laici habeantur suspecti, partes eligant arbitros, corã quibus agant de causa suspicionis, quæ si est iusta, possunt recurrere ad Episcopum, vel Papam pro iustitia, sed ad Papam de iure communi. Collig. ex Ord. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Anch. Panor. Host. Mar. Socin. Henric. Melch. Kling, Aret. Io. Monach. Cuiac. Viu. *in ration. secundi libr. iur. Pont. pag.* 28. Alagon. *in compend. iur. Can. pag.* 120. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 2. c. 1.*

2 *Exhibeat iustitia implementum.*] Notatur ad hoc quòd data negligentia iudicis sæcularis potest Ecclesiasticus procedere cõtra laicos in casibus, in quibus aliàs nõ posset; Ecclesia enim quoslibet laicos in quolibet excessu notorio iudicare potest, quando iudex sæcularis est negligés, vt si requisitus nõ exhibet iustitiã, Abb. *hic n. 1. & in c. qualiter, n. 7. de iud. & in c. 1. n. 7. de offic. Ord. & in c. 1. n. 9. de empt. & vendit.* Cou. *pract. c. 6. n. 1. ad fin.* Marant. *de ord. iud. p. 4. dist. 11. n. 11.* Martin. Monter à Cueua *aragoniæ dec. 23. n. 10.* Gonzal. *ad reg. 8. Canc. §. 2. proœm. n. 26.* Bellet. *disquis. cler. p. 1. tit. de fauore clericorum personali. § 2. n. 25 & tit. de fauore clericorum reali § 5. n. 36.* Bern. Greuæ *ad pract. Imp. lib. 1. concl. 28. n. 10 cum seq.* Armend. *in addit. ad recop. legum Nauar. lib. 1. tit. 4. l. 4. n. 45.* Card. Tusch. *to. 4. lit. I. concl. 447. n. 3. & 13. & tom. 6. lit. P. conc. 41. n. 14.* Carol. de Graff. *de effect. lib. cleric. effect. 1 n. 390* Imò poterit iudex Ecclesiasticus censuris cõpellere iudicem sæcularẽ, vt suo munere fungatur, nam ad commune bonum spectat, & ad pacem fidelium, vt ad iudicem Ecclesiasticum possit haberi recursus, saltem eo titulo, vt peccata publica corrigantur, vt per Soar. *de censur. disp. 28. sect. 1. n. 14.* provt eum refert Bellet. *d. § n. 38.*

3 *Ad tuam sicut hactenus seruatum est.*] Notatur ad hoc quòd consuetudo potest tribuere iurisdictionẽ iudici Ecclesiastico super laico, itavt etiã in causa laicorum pendente coram iudice sæculari possit ab eo appellari ad iudicem Ecclesiasticum, vt per Palat. *in repet. c. per vestras, de donat. inter virum, & vxor. notab. 2. § 1. n. 29.*

4 *Vel ad nostram.*] Notatur ad hoc quòd Vniuersitas, vel Synodus recusari potest, vt per Mant. *dialog. 115.* Boër. *dec. 269. n. 1.* Prosp. de Aug. *in addit. ad Quarant. in summ. Bull. verbo Concilium prouinciale, n. 12.* Rip. *in c. 1. ex n. 44. de iudic.* Perez *l. 1. vers. 18 q. tit. 5 lib. 3. Ordin. pag.* 570. Menoch. *de arbitr. casu* 458. *n.* 10. Torreblanc. *in tr. de Magia, lib. 3. de crimin. punit. c. 26. n.* 10. Scacc. *de appellat. q.* 17. *n.* 16. Carras. *in explicat. ad aliquas leges recop. c. 9. n.* 21. Ciuitas similiter, collegium, & senatus recusari possunt generaliter, Albert. *lib. 2. statut. q. 101. vers. autem potest*, Capyc. *decis.* 138. *n.* 6. Boër. *decis. 269. n.* 4. Azcued. *in Curia Pisan. lib. 4. c. 6. n.* 70. Soar. de Pace *in pract. tom. 1. p. 1 temp* 10. *n.* 21.

5 *Vacante Imperio.*] Notatur ad hoc quòd vacante Imperio succedit Papa in administratione, vt per Peregrin. *de iure fisci, lib. 1. art. de his qui iura fiscalia habent, n.* 35. *pag.* 15. & tunc appellatur ad Papam omisso medio, Sigism. Scacc. *de appellat. q. 7. n.* 112.

Coram arbitris communiter electis.] Notatur ad hoc 6
quòd arbitri sunt eligendi, qui iudicent recusationem iudicis, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocandis donat verbo, susceperit, n.* 247.

In glos. *Vacante Imperio*, ibi, *item ratione connexitatis.* 7
Notatur, ad hoc quòd iudex Ecclesiasticus potest se immiscere sæculari iurisdictioni ratione connexitatis, vt per Palat. *in recept. d. c. per vestras, notab. 2. in princip. n. 20. vers. ad hoc.*

SVMMARIVM.

1 *Vidua laicum coram iudice Ecclesiastico conuenire non potest, nisi super causa Ecclesiastica, vel in defectum iudicis sæcularis.*
2 *Declaratur text. in præsenti.*
3 *Iudex Ecclesiasticus potest cognoscere de causis viduarum, & aliarum miserabilium personarum laicarũ, quãdo iustitia coram sæculari consequi non valent.*
4 *Decimalis causa quando tangit ius indistincte, non cadit in laicum eius cognitio.*
5 *Delegatus iudex, cui est commissa causa appellationis, poterit absque noua commissione cognoscere de causa principali, si appellatio fuerit iustificata.*

CAP. Ex tenore. XI.

CAusa viduæ cum laico corã iudice sæculari tra- 1
ctari debet, nisi super causa Ecclesiastica, vel in defectum iudicis sæcularis, quia tunc corã Ecclesiastico esset discutienda. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panor. Barbat. Felin. Mar. Socin. Aret. Henric. Melch. Kling, Ioan. Monach. Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iur. Pont. pag* 29. Alagona *in compend. iur. Can. pag.* 210. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. &* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 3. c. 2.*

Per iudicem sæcularem, &c.] Aduerte quòd quamvis 2
laici prorogare possint iurisdictionem iudicis Ecclesiastici, tamen in hoc text. non fuit prorogata iurisdictio Ecclesiastici, quia laicus conuentus, non valebat prorogare, imò nolebat coram eo respondere, & ideò cessante prorogatione, meritò remittitur ad suum iudicem, hoc est, dominum temporalem, ita D. Barbos. *in l. 1. ff. de iudic art. 3. n.* 138.

Alioquin non obstante, &c.] Notatur ad hoc quòd iu- 3
dex Ecclesiasticus potest cognoscere de causis viduarum, & aliarum miserabilium personarum laicarum, & coram eo possunt laicum conuenire, quando iustitiam corã sæculari iudice consequi non valent, glos. *verb. procedere, in c. significatib. de offic. deleg.* vbi Host. *n.* 4. Abb. 5. & Felin. 4. Cou. *pract. q. 6. n.* 1. Boër. *sing. 3. n.* 5. Card. Tusch. *to.* 4 *lit. I. concl.* 442. *n.* 3. & 13. & *to.* 6. *lit. P. concl.* 41 *n.* 14. Greg. *l.* 48. *verbo*, adeziri. *tit.* 6. *p.* 1. Auend. *de exequẽdis mand. p. 1. c. 1. n.* 31. *vers. decima causa*, Auil. *ad c.* 1. *Prætorum, glos. vsurpan. n.* 11. Perez *l. 3. vers. fallit quando, tit. 1. l.* 3 *Ord.* Ant. Olib. *in comment. ad vsaticum, alium namq; de iure fisci, c. 3. n.* 54. D. Barb. *in l. 1. ff. soluto matr. p. 1. n.* 49. Moder. *de iurisd. p. c.* 21. Bobadil. *in sua politica, l. 2. c. 17. n.* 106. *cum seq.* Garc. Girond. *de priuileg. & exempt. explic. n.* 464. Bellet. *disquisit. cler. p. 1. tit. de fauore clericorum reali, § 5. n.* 34. Ludou. à Sarauia *de iurisdict. aduersus eccl. q.* 30. *n.* 45. nam propter negligentiam iudicis inferioris, iurisdictio deuoluitur ad superiorem, Bouar. *sing. 1. n. 3.*

In glos. *In iustitia*, ibi, *& præcipue circa dotes.* Vide 4
Palat. *in repet. cap per vestras, de donation. inter virum, & vxor. notab. 2. in princ. n. 3.*

5 In glos. *Ecclesiasticum*, ibi, *item decimarum*. Notatur ad hoc quòd quando causa decimalis tangit ius indistincte, non cadit in laicum eius cognitio, quia est causa Ecclesiastica, vt per Rebuff. *de decimis, q.9.n.2. & q.10.à princ. & in tr. quando saculari, n.13. & in tract. except. num.213.* Azor. *instit. moral. p.1.lib.7.c.16.§.5.* D.Barbos. *in l. Titia, n.39. ff. soluto matr.* latè Moneta *de decimis.c.8.q.1.*

6 In glos. *Terminetis*, ibi, *videtur enim commisti*, &c. Notatur ad hoc quòd iudex delegatus, cui est commissa causa appellationis, poterit absque noua commissione cognoscere de causa principali, si appellatio fuerit iustificata, vt per Cou. *pract.c.9.n.5.vers. quinta conclusio.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus non potest sibi constituere iudicem laicum, etiamsi proprium iuramentum, & aduersarij consensus accedat.*
2 *Clericus nec inuitè, nec voluntariè potest priuilegio fori renuntiare.*
3 *Nobilis an possit renuntiare priuilegio nobilitatis, remissiuè.*
4 *Clericus quare non possit priuilegio fori renuntiare, expenditur.*
5 *Iuri publico priuatorum pacto non derogatur.*
6 *Clericus trahens clericum ad forum iudicis saculatis perdit causam.*
7 *Iuramento non confirmatur actus quoties in fauorem publicum principaliter prohibetur.*
8 *Mulier potest renuntiare Velleiano.*
9 *Macedoniano non potest renuntiari.*
10 *Clericum trahens coram iudice laico non perdit causam ipso iure, sed per sententiam.*
11 *Verbum*, amittant, *non inducit ipso iure.*
12 *Clericum trahens coram iudice laico, non potest amplius pœnitere ad hoc, vt euitet pœnam iam incursam.*

CAP. Si diligenti. XII.

1 CLericus non potest renuntiare iuri suo, & constituere sibi iudicem laicum etiã in causis temporalibus, & liberè, etiamsi iurauerit acceptare, aduersario, quia pacto priuatorum iuri publico non derogatur. Imò in Conc. Mileuitanensi, & Carthaginensi specialiter est decretum, ne clerici ad laicos iudices pertrahant sub pœnà perdendi causam, & excommunicationis, quod idem si Episcopi, vel clerici purgare se voluerint coram laico de criminali, vel ciuili. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Holt. Anch. Bald. Panor. Butr. Mar. Soc. Barbat. Felin. Aret. Henric. Melch. Kling. Cuiac. Viu. *in ration. secundi libri iur. Pont. pag.29.* Alagon. *in compend. iur. Can. pag.210.* remissiuè Ximen. *in concord p.1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect.3. Decret. lib.2. tit.3.c.4.*

2 Collige ex text. clericos nec inuitè, nec voluntariè posse priuilegio fori renuntiare, & sibi iudicem laicum constituere, vt per Cou. *in c. quamvis pactum, de pactis, lib 6.p.2.in initio, n.9. & pract. cap 33.num.2.* Cassan. *in consuet. Burgund. rubr.1.§.5. vers. Archidiaconus, n.45.* Salzed. *in pract. Bernardi, c 65.n.3. in nouiss. impress.* Perez *l.2 glos.1.pag.59.col.2.tit.3 lib.1. Ord. & l.2. glos.1. vers. quari etiam potest, pag.567. tit.1.lib.3.* Menoch. *de arbitr. casu 430.n.2.* Iacob. de Graff. *in dec. aureis p.1.lib.4.c.18.n.54.* Albert. *in c. quoniam, de haret. lib.6 q.11.n.1.* Vincent. de Franch. *dec.400. num.6. p.2.* Bajard. *ad Clarum in §. fin. q.36.n.10.* Franc. Viu. *dec.25. n.1.* Surd. *cons.2. n.31. & cons. 396. num. 15.* Vinc. Hond. *cons.3.n.21.lib.1.* Marches. *de commiss. p.2. c.3. quartic. principalis, n.54.* Anast. Germon. *de sacrorum immun. lib.3.c.15.n.51.* latè Carol. de Graffis *de effectib. cler. effectu 1.n.42.* Gutier. *de iuram. confirm. p.1.c.16. n.50.* Farin. *in praxi crimin. q.8.à n.10.* optimè D. Barbos. *in l. alia, § eleganter, n.14. ff. soluto matr.* Azor. *instit. moral p.1. lib 5.c.22.q.10.* Burg. de Pace *cons.10.n.17.* Zerol. *in praxi Episc. p.1. verbo, clericus, §.12.* Cæs. Argel. *de contradict. legitimo, q.3.n.180.* Card. Tusch. *lit. C. concl.377.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Camera Imper. lib.1.concl.37. n.12.* Steph. Quarant. *in summa Bullar. verbo, forum competens*, vbi refert Bullam Martin. V. per quam fuit innouata, & ampliata decisio huius text. Marta *de iurisdict. p.2.c.6 n.40. cum seqq.* Cald. Pereira *q forens. lib.1.q.15.n.19.*

Amplia primò, vt nec etiam cum iuramento possint Ecclesiastici tali priuilegio renuntiare, Gutier. *de iuram. confirm. p.1.c.18.n.50.* D. Barbos. *in l.1.p.5.n.73. ff. soluto matrim.*

Amplia secundò etiam clerico primæ tonsuræ, qui etiam non potest priuilegio fori renuntiare, vt per Ioan. Andr. *n.8.* & Butr. *n.3. in præsenti*, Alex. de Neuo, *in c.2.n.2. hoc eod. tit.* Ant. Gom *tom.3.var.c 10.n.3.* Farin. *in praxi crimin. p.1 q.8. n.14.* Thom. Valasc. *tom.1. alleg.24.n.1.* Non obstat *glos. vlt. in fin. in c. tuæ, de apostatis*, quia intelligitur provt *ibi* dixi.

An nobilis possit renuntiare priuilegio nobilitatis, 3
vide Cou. *in d.c. quamvis pactum, p.2. in princ. à n.5.* Greg. *l.34. gl. de sangre, tit. fin. p.7.* Menoch. *de successionum creat. §.22. n.75.* Perez *l.1. gl.1. vers. quari potest, tit.1. lib.4. Ordin. pag.789.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.6. n.18.* Gutier. *de iurament. confirm. p.1.c.16.n.50.* Parlad. *rerum quotid. lib.2.c.fin. p.5.§.6.n.11.* Baëc. *de inope debitore, c.16.n.64.* Azeued. *l.4. n.14. cum seq. tit.2. lib.6. nauæ recop. & l.1.n.22. ad fin. tit.10. lib.8. & in Curia Pisan. lib.2.c.7 lit F.* Ceuall. *communium contra communes, q.688. & q.821.n.100.* Eduard. Caldeira *de error. pragmaticorum, l.1.c.4.* D. Barbos. *d. § eleganter, n.13. & à n.21.* Bobadil. *in sua politica, l.3.c.15. n.20. & 21.* Amesc. *de potestate in se ipso. lib.2.c.23.* Surd. *cons.280. n.9. & decis. decis.26.n.10.* Ambrosin. *de immunit. c.16. n.9.* Octau. Glorit. *resp.13.n.6.*

Cum nõ sit beneficium hoc personale, &c.] Nota ratio- 4
nem quare non possit clericus fori priuilegio renuntiare, quia scilicet priuilegium fori est introductum non in priuatum fauorem personæ, sed in publicum totius ordinis clericalis, referunt Cou. *in cap. quamvis pactum, p.2.in initio, n.9.* Roland. *cons.4.n.9.vol.1.* Scac. *de iudic. causar. ciuil. & crimin. lib.1.c.11.n.35. & 36.* Gales. *de Camer. oblig. q.1. n.1. & seq.* Surd. *cons.396. n.14. & seq.* plures per Carol. de Graff. *d. effectu 1.n.43.* & per Bellet. *disquisit. cleric. p.1. tit. de fauore cler. personali, §.2. n.21.* & cæteri citati *sup. n.1.* qui tamen omnes, & alij, quos adducunt, mirè variant in explicanda ratione, quare priuilegium, ne clerici ad sæculare trahantur iudicium iuris publici dicatur, & toti ordini concessum, cùm magis contrariũ, & renuntiabile esse decidat tex. *in l. si quis conscribendo, C. de Episcopis, & cleric. & in l. pen. de pactis*, & non sine aliqua ratione, quia priuilegiũ antiquis Canonibus concessũ fuit sub ea forma, ne clerici clericos ad iudicia publica pertrahant, vt patet ex *c. inolita, 11.q.1.* quæ verba solùm ad inuitos propriè referuntur, non ad volẽtes, vt per text. *in l.1. C. de agricolis, lib.11.* notat Roman. *cons.197.n.5.* Sed audiendus non est Cuiac. qui nostros pontifices temere incusare ausus est *in l. ius publicum, ff. de pactis*, eo quòd dixerit priuilegium

fori

fori clericis competens iuris publici esse, ea verò ratione Pontificem ab hac calumnia vindicare nititur Couar. quòd leges de Sacerdotibus, & Sacerdotiis iuris publici dicantur *in l. 1. §. huius studij, ff. de iustitia, & iure*, sed non conuenit cum *d. l. penultim.* neque etiam cum verbis huius text. dum rationem ad illud refert, quòd priuilegium toti ordini fuerit concessum. Dic igitur meliùs veram rationem deduci ex eo, quòd licèt à principio priuilegium clericis sub ea forma fuerit concessum, ne ad iudicia secularia trahantur, seu venire compellantur, vt *in Concil. Mileuit.* de quo *in d cap. inolita*, per sequentes tamen Pontifices aucta est prohibitio, & meritò constitutum, vt etiam volentes coram sæculari iudice se purgare, aut litigare, aut respondere non possint, vt *in Conc. Carthaginen.* de quo *in cap. placuit*, 11. *q.* 1. ne scilicet redundaret in opprobrium totius ordinis, si clerici diuinis officiis dedicati per iudicia sæcularia vagentur, atque ideò Pontifex in principio huius text. vtrumque illud Concilium coniunxit, vt scilicet ostenderet priorem prohibitionem non sufficere, sed fuisse necessariam posteriorem, quæ specialiter prohibet clericis ne in sæcularem iudicem consentiant, aut priuilegio renuntiare valeant, & iam ex tempore, quo clericis prohibitum est, ne volentes clerici in sæculari iudicio respondere possint, meritò prohibitionem non respicere intelligitur singolorum priuatam vtilitatem, sed potiùs legum publicum fauorem respexisse totius ordinis: indèque facilè respondetur *d. l. si quis in conscribendo, & d. l. pen.* procedere secundùm tempus antiquius, quo illa prohibitio in ipsos clericos volentes scripta non erat; & ita necessarium non est recurrere ad intellectum eorum, qui confingunt ea iura non agere de priuilegio fori, & exemptionis clericorum à foro sæculari, sed de alio quod specialiter aliquibus dabatur clericis, vt ex pluribus iudicibus, quem vellent, eligere possent, vt videtur communis ex Scribentibus vtroque loco, in quo non immoror, quia ibi Deo dante latiùs dicam.

5 *Pacto priuatorum iuris publico minimè derogari.*] Notatur ad hoc quòd priuatorum pacto iuri publico non derogatur, vt per Nauar. *tom. 2. suorum operum, tractat. de finibus hum. action. num.* 29. Armendar. *in addition. ad recopil. legum Nauarræ, in proœm. num.* 23.

6 *Alioquin causam perdeant.*] Notatur ad hoc quòd clericus trahens clericum ad forum iudicis sæcularis perdit causam, vt per Card. Tusch. *lit. C. concl.* 338. Marant. *de ordin. iudic. p. 4. dist.* 11. *n.* 2. Caroc. *sing.* 272. Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordin. in exemptos, part.* 4. *q.* 94. *n.* 1. Carol. de Graffis *de effect. cleric. effectu* 1. *num.* 414.

7 *Nec iuramenta licitè*, &c.] Notatur ad hoc quòd quoties actus in fauorem publicum principaliter prohibetur, non confirmatur iuramento, vt per Butr. *hic n.* 8. *in initio*, & *n.* 16. Abb. *n.* 22. *vers. octauus casus*, Alex. de Neuo *n.* 6. 27. & 35. Alciat. *à num.* 27. Corn. *in auth. Sacramenta puberum, n.* 48. *C. si aduersùs vendit.* Cou. *in d. cap. quamvis pactum, p.* 2. §. 1. *n.* 1. & 5. Anton. Gom. *var. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 24. & 27. Guttier. *de iurament. confirm. p.* 1. *c.* 58. *n.* 15. Seraphin. *de priuilegiis iurament. priuil.* 61. *n.* 13. Matiens. *l.* 1. *gloss.* 3. *n.* 15. & 17. *tit.* 2. *lib.* 5. *nouæ recop.* quos refert & sequitur Sanch. *de matrimon. lib.* 1. *disp.* 32. *num.* 8 & 9. resoluit cum aliis, quos citat, hunc text. manifestè sentire iuramentum contra publicam vtilitatem non posse licitè obseruari, & subinde non indigere relaxatione.

8 In gloss. *Pacto*, ibi, *mulier potest renuntiare Velleiano*, &c. Vide Greg. *l.* 3. *verbo, renuntiando tit.* 12. *c.* 5. Couar. *in d. cap. quamvis pactum, p.* 2. §. 3. *num.* 5. Gam. *Lusit. decis.* 121. Molina *de iustit. disp.* 540. Surd. *cons.* 367. Rebello *de obligationibus iust. p.* 2. *lib.* 16. *q. vnic. de fideiussor. num.* 10. Guttier. *de iuram. confirm. p.* 1. *cap.* 20.

In ead. gloss. ibi, *Sed Macedoniano non potest renunciari.* Vide Guttier. *de iuram. confirm. p.* 1. *c.* 43. Couar. *in d. cap. quamvis pactum, p.* 2. §. 3. *n.* 4. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 8. *tit.* 7. *n.* 32. Mozz. *de contract. tract. de mutuo, tit. quomodo deficiat, seu quando resoluatur, à n.* 15. 9

In gloss. *Causam*, ibi, *sed videtur potiùs quòd per sententiam.* Notatur ad hoc quòd trahens clericum coram iudice laico non perdit causam ipso iure, sed per sententiam, Roland. à Valle *cons.* 23. *n.* 24. *lib.* 2. Roman. *cons.* 369. *c.* 39. Cened. *ad Decretal. collect.* 57. *n.* 2. *in fine*, Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *n.* 436. nam, verbum, *amittant*, vel, *perdant*, non est intelligendum ipso iure, vt per Couar. *in cap. si hæredes, n.* 8. *infrà de testam.* Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocandis donation. verbo, reuertatur, num.* 39. 152. 216. & 217. cum aliis citati per me *de diction. vsufreq. dict.* 251. *num.* 1. 10 11

In ead. gloss. ibi, *Quòd ante litis contestationem sine pœna desistere potest.* Notatur ad hoc quòd trahens aliquid ad forum vetitum, poterit pœnam euitare, si pœnituerit ante litis contestationem, vt per Iafred. Balb. *decis.* 129. *incip trahens*, Azeued. *l.* 10. *n.* 3. *tit.* 1. *lib* 4. *nouæ recop.* Guttier. *pract. lib.* 3. *q.* 3. Camil. Borrel. *in summ. omnium decis. tit.* 43. *de foro competent. à n.* 84. Mart. *de iurisd. p* 4. *cent.* 2. *casu* 126. *n* 6. *cum seqq.* 12

In ead. gloss. ibi, *Sed de rigore*, &c. Notatur ad hoc quòd trahens clericum coram iudice laico non potest ampliùs pœnittere ad hoc, vt euitet pœnam iam incursam, vt per Martin. Vran. *cons.* 2. *à n.* 28. *lib.* 32. Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *n.* 418. vel *n.* 432. limitat vbi actor nesciret illum talem contra quem agit esse clericum, & *c.* 437. similiter limitat in aliis in causa assistentibus pro suo interesse, & *n.* 440, in agentibus per procuratorem. 13

SVMMARIVM.

1 *Clerici super excessibus coram suo Episcopo conuenirì debent, non coram his quibus seruiunt, nisi consuetudo, vel priuilegium aliud inducat.*
2 *Episcopus habet territorium.*
3 *Præuentio datur inter iudicem loci domicilij, & originis.*
4 *Iurisdictio consuetudine acquiritur.*
5 *Dictio*, maximè, *pro dictione taxatiua interdum ponitur.*

CAP. Cùm contingat. XIII.

CLerici alicuius Episcopi, qui inseruiunt Capitulis, vel aliis clericis eiusdem diœcesis, sunt conueniendi coram ordinario eorum, nisi illi, quibus seruiunt, habeant iurisdictionem talem ex consuetudine, vel priuilegio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Panorm. Mar. Socin. Barbat. Felin. Aretin. Henric. Melch. Kling. Ioan. Monach. Cuiac. Vin. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 30. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.* 211. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 2. *tit.* 2. *c.* 1. 1 2 3 4 5

Quod ad te vtpote Ordinarium, &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopus habet territorium, vt per Vincent. de Franch. *decis.* 37. *num.* 3 post Lælii. Iordan. Ioan. Franc. Leon. & Francisc. Molin. Ego ipse *de officio, & potest. Episcop part.* 3. *allegat.* 107. *n.* 4. & nouissimè Taurell. *responsorum pro veritate lib* 1. *resp.* 52. *num.* 85.

Maximè si super his, &c.] Ergo inter iudicem loci originis, & domicilij datur præuentio, vt per Iacob. de Aren. & Alberic. *in l. hæres absens*, §. *si quis tutelam n.* 8 *ff. de iudic.* Couar. *pract. c.* 11. *n.* 6. Guid. Papæ *q* 102. *n.* 2. & 3. Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 39. *n.* 3. quos refert, & sequitur Hier. Fernandez de Ottero *Romanarum lucubrat. disp.* 28. *n.* 12.

Vel consuetudine.] Notatur ad hoc quòd consuetudine acquiritur iurisdictio, vt per Roch. *ad cap. fin. sup. de consuet. sect.* 1. *n.* 25 Perez *l.* 1. *gloss* 1. *pag.* 67 *col.* 2. *tit.* 3. *lib.* 1. Ordin. & *in l.* 1. *gloss.* 4. *in princ. tit.* 3. *lib.* 3. *pag.* 465 & *l.* 1 *tit.* 4. *lib.* 3. *pag.* 528. *col.* 2. & *l.* 6. *gloss.* 3. *tit.* 13. *lib.* 3. Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, notab.* 2. §. 1. *n.* 27. Natt. *cons.* 204. *n.* 2. *lib.* 2. Rebuff. *ad leges Galliæ tom.* 3. *tit. de consuet. in præfat. n.* 79. Tiber. Decian. *cons.* 35. *n.* 45 *tom.* 5. Petr. Greg. *in cap. conquerente de offic. Ordin. c.* 11 *n.* 14. Menoch. *consil.* 302. *n* 44 Lancelot. *de attent. p.* 2. *c.* 12. *limit.* 48. *n.* 4. Surd. *cons.* 465. *n.* 4. & 5. *vol.* 4. Paul. Comitol. *responsor. moral. lib.* 1. *q.* 28. *n.* 1. *ad fin.* Fachin. *cons.* 98. *n.* 4. *lib.* 1.

In gloss. *Maximè*, ibi, *Id est*, *tantùm*. Ergo dictio *maximè*, pro dictione taxatiua interdum ponitur, vt notant Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 100. *num.* 12. Azeued. *l.* 1. *num.* 37. *tit.* 19. *lib.* 8. *nouæ recop.* quos refero ego ipse *in meis remiss. de dictionibus & clausulis, dict.* 168. *num.* 4. & *de diction. visufrueq. dict.* 197. *num.* 9. & 10.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus delicti condemnat clericum de delicto priuando beneficio alibi sito, sed executio realis fit ab Episcopo beneficij.*

2 *Delicti ratione sortitur quis forum in eo loco, quo deliquit.*

3 *Hæreticus in quocunque loco vbi repertus fuerit ab Inquisitoribus potest puniri.*

4 *Fur potest puniri in quocunque loco vbi repertus fuerit.*

5 *Delinquens in mari à quo iudice puniri possit, remissiuè.*

6 *Delinquens in confinio duarum Prouinciarum, à cuius Prouinciæ iudice puniri possit, remissiuè.*

7 *Delictum si sit in vno loco inchoatum, & alibi consummatum, an possit delinquens vtrobique puniri, remissiuè.*

8 *Vagabundus an possit quocunque loco puniri, remissiuè.*

9 *Delicti index priuare potest delinquentem beneficio, quod habet extra territorium, executio verò debet fieri per iudicem loci.*

10 *Sententia iudicis an extendatur ad bona alibi sita, ostenditur.*

11 *Statutum excludens à successione fœminam non extenditur ad bona alibi sita.*

Cap. Postulasti. XIV.

1 SAcerdos quando habet beneficium in vna diœcesi in qua residet, & domicilium ratione patrimonij in alia, in qua, v.g. deliquit tali delicto quòd veniat priuandus beneficio, tunc Episcopus patrimonij vbi deliquit ferre debet sententiam contra eum, dummodo realis executio quoad beneficium fiat ab Episcopo beneficij. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Barbat Felin. Mar. Soc. Aretin. Hentic. Melch. Kling, Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag* 31. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 211. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Augusti. *collect.* 4. *Decret. lib.* 2. *tit.* 2. *c.* 3.

2 *Quod per Episcopum in cuius diœcesi deliquit*, &c.] Notatur ad hoc quòd ratione delicti sortitur quis forum eo loci, quo deliquit, vt per Boss. *sub hoc tit. n.* 49. Afflict. *lib.* 1. *constit. 41. n.* 12. Duen. *reg.* 378. Clar. *in* §. *vlt. q.* 38. *cum seqq & q.* 85 Couar. *pract. c.* 11. *n.* 3. Greg. Lop. *l.* 1. *gloss. vltim. tit.* 19. *p.* 7. Perez *l.* 1. *tit.* 17 *lib.* 8. Ordin. Azeued. *lib.* 1. *à n.* 62. *cum seqq. tit.* 16. *lib.* 8. *nouæ recop.* Christoph. à pace *in scholiis ad leges styli, l.* 9. *n.* 1. *cum seqq* Aules *ad c.* 27. *Prætorum*, Morl. *in emporio iuris Ciuilis, p.* 1. *tit.* 2 *q.* 29. *n* 10. *vers. sed vera*, Donel. *comm. iuris Ciuilis, lib.* 17. *c.* 16. *col.* 2. Steph. Gratian. *discept forens. c.* 181. *n.* 28. Cabed. *Lusit. decis.* 26. *p.* 1. Cardos. *in praxi iudicum, verbo, forus, n.* 2. Cald. Pereira *quæst. forens. cons.* 23. *n.* 5. latè Farin. *in praxi crimin. q.* 7. & D. Barbosa *in l. hæres absens*, §. *proinde, in art. de foro delicti*

Intellige, si ibidem inueniatur, quia delinquens non potest accusari in loco delicti, nisi ibidem inueniatur, Butr. *in cap. fin. n* 6. *hoc tit.* Felin. *ibid n.* 8 *in fine*, Grammat. *cons.* 27. *n.* 56. & *seq.* Menoch. *consil.* 2. *n* 130 Decian. *in tractat. crimin. lib.* 4 *cap.* 16. *num.* 12. vel nisi de more remittatur, *Clem. pastoralis*, §. *verum, de re iudic.* vbi Imol. *num.* 64 & Card. *n.* 12. *vers. denique*, D. Barbos. *in d. art. de foro delicti num* 5. vbi *num.* 134 subdit quòd inter Ecclesiasticos sit etiam remissio.

Quid in hæretico? Dic quòd potest ab Inquisitoribus iustè puniri in quocunque loco vbi ab eisdem fuerit repertus, etiamsi ibi nihil impium fecerit, Villadieg. *de hæretic. q.* 8. *ad finem*, Simanch. *de cathol. instit. c.* 2. Duen. *d. reg.* 378. *n.* 7. Farin. *d. q.* 7. *n.* 17. Morla *d. q* 20. *n.* 15. *vers. sextus casus.* 3

Quid in fure? Dic quòd potest puniri in quocunque loco fuerit repertus cum re furto ablata, vide Duen. *d. reg.* 378. *n.* 5. Farin. *d q.* 7. *à n.* 7. Molina *de iust. tract* 2. *disp.* 696. *n.* 3. vide quæ Aloys. Ricc. *d. praxi aurea, resol.* 85. 4

Quid in delinquente in mari? Vide Gregor. Lop. *l.* 1. *verbo, o ouiere, tit.* 9. *p.* 5. Vincent. de Franch. *decis.* 142. *n* 9. Hieron. de Monte *de similibus regundis, c.* 7. *à n.* 9. Rebuff. *ad l.* 59. *ff. de verborum signif. pag.* 303. Azeued. *ad l.* 1. *n.* 102. *tit.* 16. *lib.* 8. *nouæ recop.* Cald. Pereira *d. cons.* 23. *n.* 7. 5

Quid in delinquente in confinio duarum Prouinciarum? Vide Gregor. Lop. *l.* 15. *verbo, dolo, tit.* 1. *p.* 7. Tiraq. *de iure primog.* 17. *opin.* 4. *n.* 16. Azeued. *l.* 1. *n.* 79. *tit.* 16. *lib.* 8. *nouæ recop.* 6

Quid si delictum sit in vno loco inchoatum, & alibi consummatum, an possit delinquens vtrobique puniri? Vide Abb. *in cap. fin. infrà hoc tit. à. n.* 59. & *à n.* 109. Duen. *reg.* 308. Clar. *in pract.* §. *fin. q.* 38. *vers. item pone*, & *vers. item quæro*, Plaz *de delictis, lib.* 1. *c.* 15. *n.* 16. Farin. *d. q.* 7. *à n.* 44. Vtrùm verò qui inchoat delictum in hoc territorio, & illud consummat in alio, incurrat excommunicationem latam per statutum huius territorij? Vide Vgolin. *de censur. tab.* 1. *c.* 9. §. 3. Azor. *instit. mor. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 25. *q.* 2. Soar. *de censur. disp.* 5. *sect.* 4. *n.* 9. 7

Quid

8 Quid in vagabundo? Vide Abb. *in cap. vlt. infrà hoc tit. n.* 13. & *ibi* Marian. Socin. *n.* 57. Boss. *sub hoc tit. n.* 79. Duen. *reg.* 378. *limit.* 4. Clar. *in §. vlt. q.* 39. *vers. cæterùm.* Couar. *pract. c.* 11. *n.* 7. Tiraq. *de retractu lig. §.* 9. *gloss.* 2. *n.* 34. Peguer. *decis. crimin.* 7. *à n.* 10. Dec. *in tract. crimin. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 3. *à n.* 3. Azened. *ad l.* 1. *n.* 3. *tit.* 11. *& l.* 1. *n.* 33. *cum seqq. tit.* 16. *lib.* 8. *nouæ recop.* Farin. *d. q.* 7. *à n.* 13. Morla *d q.* 20 *n.* 15. *vers. quintus casus*, D. Barbos. *d. art. de foro ratione delicti, n.* 11. Alos. Ricc. *d. praxi aurea resol.* 75. *vers.* 8. *& resol.* 84.

9 *In cuius diœcesi beneficium obtinet.*] Notatur ad hoc quòd iudex delicti priuare potest delinquentem beneficio quod habet extra territorium, executio tamen debet fieri per iudicem loci, in cuius territorio situm est beneficium, vt per D. Barbosa *in d. l. hæres absens, §.* 1. *in art. de foro delicti, n.* 5. *&* 6.

10 *Erit quoad illud executio facienda.*] Notatur ad hoc quòd sententia iudicis non extenditur ad bona alibi sita, nam licèt iudex delicti condemnet delinquentem etiam priuando illum bonis alibi existentibus, executio tamen realis, hoc est, ablatio possessionis, facienda est per iudicem sub quo bona sita sunt, Kirchou. *tom.* 1. *comm. opin. lib* 3. *tit.* 13. *n.* 42. *pag.* 401. Verùm si quis priuetur bonis ex dispositione iuris communis, veluti propter crimen læsæ maiestatis, tunc sententia vnius iudicis extenditur etiam ad bona vbicunque sita, *l. à Diuo Pio, §. sententiam. ff. de re iudic.* Alex. *cons.* 31. *lib.* 1. Roman. *sing.* 430. Lud. *sing.* 94.

11 Notatur etiam ad hoc quòd statutum excludens à successione fœminam, non extenditur ad bona alibi sita, vt per Panorm. *n.* 10. *in præsenti*, Hyppol. de Masil. *sing.* 124.

SVMMARIVM.

1 *Miserabilis persona potest laicum interdicto, Vnde vi, coram iudice Ecclesiastico conuenire, etiamsi res subtracta dicatur feudalis.*
2 *Mulieres post mortem virorum, dum in viduitate permanserunt, retinent eandem dignitatem, honores, &c.*
3 *Declaratur text. in præsenti.*
4 *Domicilium habere quis dicitur, vbi habet maiorem partem bonorum.*
5 *Feudalia bona non veniunt in rescriptis simpliciter impetratis, nisi de eis specialis mentio facta sit.*
6 *Viduæ spoliatores, seu violentos rerum suarum inuasores ad iudicium trahere possunt Ecclesiasticum.*
7 *Miserabilis persona vbi quis est simul & oppressus poterit contra laicum, & super re temporali agere coram iudice Ecclesiastico.*

CAP. Ex parte B. XV.

Honor. III.

1 MIserabiles personæ, vt sunt viduæ, possunt conuenire laicum coram iudice Ecclesiastico, etiãsi agatur de possessione feudi, si feudum est in diœcesi, & ille nõ distat vltra duas dietas à diœcesi, vbi est res litigiosa. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Butr. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Mar. Socin. Barbat. Felin. Aretin. Melch. Kling. Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 31. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 212. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2.

Quondam Angliæ Reginæ.] Ex his verbis quidam 2
euincere volunt mulieres post obitum maritorum non ampliùs retinere dignitatem, & honorem, quem viuentibus adhuc prioribus maritis retinebant. Contraria tamen sententia verior est, quòd scilicet mulieres etiam post mortem maritorum retineant eandem dignitatem, honores, nobilitatem, ius, priuilegia, domicilium, & forum, donec in viduitate permanserint, & castè, ac honestè vixerint, & quousque nupta fuerint viro inferioris dignitatis, *l. filij* 22. *§. vidua, ff. de municip. l. mulieres, C. de dignitatibus lib.* 12. Otal. *de nobilit. p.* 5. *cap.* 8. Ioan. Garc. *eod. tract. gloss.* 1. *§.* 1. *num.* 8. *&* 45. D. Barbosa *in l. quia tale, num.* 25. *ff. soluto matrimon.* Palat. *in repet. rubr. de donat. inter, §.* 67. *num.* 1. Guid. Papæ *decis.* 379. *&* 380. Tiraq. *de nobilit. cap.* 18. *à num.* 7. Azened. *l.* 9. *tit.* 11. *lib.* 2 *nouæ recop.* Cabed. *Lusit. decis.* 98. *p.* 1. Pichard. *de nobilitate communicatiua, n.* 55. *cum seqq.* Gironda *de priuilegiorum explicat. à num.* 175. *cum multis seqq.* Non obstat dictio illa, *quondam*, quæ videtur tempus præteritum inducere, quia etiam verificari potest de tempore præsenti, per ea quæ tradunt citati per me *de diction. & clausul. dict.* 283. *num.* 1.

Ratione dotalitij.] Id est, donationis propter nuptias, 3
quia illa Regina erat vidua oppressa, & spoliata, non autem fauore donationis propter nuptias, vide Palat. *in repet. c. per vestras infr. de donat. inter virum, notab.* 2. *num.* 16. & de dotalitio vide Cassan. *in consuetud. Burgundiæ, fol.* 149. *n.* 2.

Et redditus plures habet in ipsa.] Ergo quis dicitur 4
habere domicilium, & fortiri forum in eo loco vbi habet maiorem partem suorum bonorum, vt per citatos à metipso *de effic. & potest. Episcop. p.* 2. *alleg.* 3. *n.* 23. & *ibi* relatis addo Rot. *in Ariminen. gabellæ* 10. *Decembr.* 1625. Coram R. P. D. Merlino, & vide quæ dixi ad *c. vlt. infr. hoc tit. n.* 7.

Cùm non faciebant mentionem.] Notatur ad hoc 5
quòd in rescriptis simpliciter impetratis non veniunt bona feudalia, nisi de eis specialis mentio facta sit, vt per Tiraq. *de retractu lig. §.* 1. *gl.* 3. *n.* 4. *& in tract. le mort, p.* 4. *declar.* 5 *n.* 9. Cald. Pereira *de resol. emphyt. c.* 5. *n* 66.

Ad hoc autem fuit, &c.] Notatur ad hoc quòd 6
viduæ pupilli, vel aliæ personæ pauperes & miserabiles, possunt ad Ecclesiasticum iudicium trahere spoliatores, seu inuasores violentos rerum suarum, ita Abb. *hic n.* 11. & alij communiter teste D. Barbos. *in l.* 1. *p.* 1. *n.* 49. *ad finem, ff. soluto matrim.* Tanner. 2. 2. *disp.* 4 *q.* 4 *dub.* 1. *n.* 31. Anguian. *in tract. de legib tom.* 1. *lib.* 3 *controu.* 22 *n.* 48. Diana *resol. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 117. & esse communi omnium consensu receptum testatur Couar. *pract. c.* 6. *n.* 1. *vers. imo*, licèt non satis iure probari contendat, & nitatur respondere in hoc text. dari præsumptionem defectus iustitiæ. Item notatur ad hoc quòd vbi quis est miserabilis persona, simul & oppressus, nempè per vim, 7.
vel alio modo re propria spoliatus, itavt possit agere interdicto recuperandæ, poterit etiam contra laicum, & super re temporali coram Ecclesiastico iudice agere, vt per Couar. *d. c.* 6. *n.* 1. *vers. imo*, Menoch. *remed.* 3. *retin. n.* 411. *cum seqq. & remed.* 15. *recup. num.* 248. Nec obstat quòd *in hoc text.* Regina Angliæ vidua conuenit laicum coram iudice Ecclesiastico, quia responderi potest quòd illa Regina, inspecta tunc qualitate sua, poterit dici miserabilis, Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de fauore clericorum reali, §.* 5. *n.* 39.

Mandatum quatenus, &c.] Notatur ad hoc quòd 8
actione in rem scripta potest quis conueniri, & in loco

loco rei, & in loco conuento, sicut & reali, vt per Tiraq. *de retractu lig.* §. 8 *gloss.* 5. *n.* 8. & 9.

SVMMARIVM.

1 *Laici vsurpantes iura Ecclesiastica, seu ipsis rebus Ecclesiasticis violentiam inferentes, vti sacrilegi per iudicem Ecclesiasticum sunt puniendi,* & num. 2.
3 *Clausula*, pleno iure, *quos effectus habeat, remissiuè.*
4 *Iudici Ecclesiastico permittitur laicos compellere de iniuriis & damnis Ecclesiæ illatis satisfacere.*

CAP. Conquestus. XVI.

Gregor. IX.

1 IVdex Ecclesiasticus potest censuris compellere laicos vsurpantes iura Ecclesiastica, seu ipsis rebus Ecclesiasticis violentiam inferentes, vt cessent, & satisfaciant damnis, & iniuriis postposita appellatione, quia sunt sacrilegi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Barbat. Felin. Mar. Socin. Aretin. Henric. Melch. Kling, Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag.* 32. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag* 212. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Doct. *in c.* 2 *de priuil.* Boss. *in praxi crimin. tit. de sacrileg. n.* 7. Fusc. *de visit. lib.* 2. *c.* 21. *n.* 28. Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *c.* 36. *à princ.* Soar. à Pace *in pract. tit.* 2 *prælat.* 2. *n.* 19. Card. Tusch. *tom.* 4. *lit. I. concl.* 445. *n.* 19. *& concl.* 446. *num.* 10.

3 *Pleno iure.*] De vi, & effectibus huius clausulæ, vide D. Mart. *de clausulis, part. claus.* 89. Card. Tusch. *lit. P. concl.* 364. & alios citatos per me *de dictionib. & clausulis, claus* 58. alias *claus.* 101. secundùm Lugd. impress.

4 *Et satisfacere de præteritis damnis*, &c.] Notatur ad hoc quòd iudici Ecclesiastico permittitur laicos compellere de iniuriis, & damnis Ecclesiæ illatis satisfacere, vt per Palar. *in repet. c. per vestras, de donat. inter virum, not.* 2. §. 1 *n.* 3. vide quæ dixi *ad cap. si clericus laicum* 5. *& ad cap. cum sit generale, sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiatus vt non teneatur respondere nisi in certo loco, si in alio loco respondere, vel soluere promittit, ibi poterit conueniri, & etiam vbi habet domicilium.*
2 *Successor conuenitur ex contractu prædecessoris in loco contractus.*
3 *Hæres ex submissione defuncti ad omnes Curias cum renuntiatione fori, potest vbicunque conueniri.*
4 *Declaratur text in præsenti.*
5 *Priuilegium simpliciter concessum hominibus alicuius loci comprehendit clericos illius loci, si eo vti vellent.*
6 *Clerici vti possunt, non tamen tenentur, statuto, vel consuetudine laicorum generali merè fauorabili.*
7 *Verbum*, respondere, *duo significat, litigare scilicet, & soluere.*
8 *Solutionem vbi quis contulit in certum locum, ibi videtur contraxisse, in eóque potest conueniri.*
9 *Damna non veniunt appellatione expensarum.*
10 *Soluere qui promittit in certo loco, & non soluit aduersario tenetur ad interesse eius, quod sua interest inibi solutionem non factam.*
11 *Vsurarum absque labe licitè à creditore exigitur id, quod illius verè interfit tam ratione lucri cessantis, quàm damni emergentis.*
12 *Reus quando iure communi habet duos iudices, potest actor ex iis quem maluerit, eligere ad actionem prosequendam.*
13 *Expensæ probantur per iuramentum illius, qui eas fecit præmissa taxatione à iudice.*
14 *Damna, & interesse probari debent per testes.*

CAP. Dilecti. XVII.

PRiuilegium à Papa habentes vt non possint conueniri, v. g. in causis pecuniariis, nisi in certo loco, vt in Anglia, si promittunt respondere in aliis locis, tenentur in illis respondere & possunt conueniri alibi vbi habent domicilium, soluendo etiam licitum interesse. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Felin. Host. Aretin. Barbat. Mar. Soc. Henric. Melch. Kling, Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag.* 32. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.* 212. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. 1

Contra R. prædecessorem tuum.] Notatur ad hoc quòd successor conuenitur ex contractu prædecessoris in loco contractus, vt per Greg. *l.* 32. *verbo, en agnella tierra, tit.* 2. *p.* 3. Et hæres ex submissione defuncti ad omnes Curias cum renuntiatione fori, potest vbicunque conueniri, Balb. *tom.* 2. *com. opinion. lib.* 4. *tit.* 44. *n.* 62. *pag.* 180. Et aduerte ob id in præsenti instantiam ad successorem transisse, quia inchoata fuit nomine dignitatis, Decian. *in c. quia V. n.* 8. *supra de iudic.* 2 3

Citra mare conueniri non possunt.] Ex his verbis colligit D. Barbosa *in l.* 2. § *legatis, n.* 120. *ff. de iudic.* hunc text. esse intelligendum in eo, qui tempore contractus iam habebat priuilegium, cui tacitè videtur renuntiare, quoad eum effectum, vt in loco contractus conueniri possit. 4

Quod ab omnibus Anglicis, &c.] Notatur ad hoc quòd priuilegium simpliciter concessum hominibus alicuius loci comprehendit clericos illius loci, Carpan. *super stat. Mediolanens. p.* 1. *c.* 375. *n.* 131. Carol. de Graffis *de effectib. clerical. in præl. n.* 378. Tiraq. *de iure primog.* 9. 44. *n.* 9. intellige si eo vti vellent. Nam clerici vti possunt statuto, vel cõsuetudine laicorum generali merè fauorabili, Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *glos.* 8. *n.* 41 Guttier. *pract. l.* 2. *c.* 156. *n.* 2. nullo modo tamen huiusmodi statuta comprehenderent clericos, quamvis illis essent vtilia, & fauorabilia, Abb. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, n* 26. *sup. de constit.* Lap. *alleg.* 100. *n.* 4. Menoch. *remed* 14 *recup. n.* 156. Costa *de remed. subsid. remed.* 93. Surd. *cons.* 361. *n.* 13. 14. 29. *&* 67. cum aliis citatis per Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de exempt. clericorum à statutis secular.* §. 1. *n.* 3. 5 6

Respondere.] Verbum hoc duo significat litigare scilicet, & soluere, D. Barbos. *ad l.* 1. *art.* 3. *n.* 23. *ff. de iudic.* quem refero ego ipse *de dictionibus, & clausul. diction.* 300. *& in tract. de dictionib. vsufreq. dict.* 849. *num.* 4. 7

Et soluere.] Notatur ad hoc quod vbi quis contulit solutionem in certum locum, vbi videtur contraxisse, in eóque potest conueniri si ibi inueniatur, vt per Couar. *pract. cap.* 10. *num.* 5. *vers. sexto, in fine*, & 8

vers.nono, Mich. Graf. *tom 2 communium opinion.lib.3. tit.15 n.4. pag.405.* D. Barbosa *in l.hæres absens*, §.1. *n.57 ff.de iudic.* vbi *num.61.* tenet quòd clericus potest conueniri in loco contractus, etiamsi non accesserit consensus proprij Episcopi, & *num.7.* resoluit quòd iudex loci contractus potest procedere contra personas contrahentes, tanquam coram personas sibi subditas.

9 *Expensis, & congrua satisfactione damnorum.*] Ergo damna non veniunt appellatione expensarum, vt per Surd. *decis 291. à num.1. & 2.* resoluit damna, quæ contingunt ratione personæ, venire nomine expensarum, & *num.3.* tenet quòd iudex reseruans sibi facultatem taxandi expensas non poterit taxare damna, & *n.4.* asserit remittentem iniuriam, & violentiam non censeri remittere damna.

10 Notatur ad hoc quòd ille, qui in certo loco soluere promisit, & non soluit, aduersario tenetur ad interesse eius, quod sua interest, in ibi solutionem non factam, vt per Burg.de Pace *cons.49.n.2.*

11 *Vsuris omnino cessantibus*, &c.] Notatur ad hoc quòd id, quod creditoris verè interfit tam ratione lucri cessantis, quàm damni emergentis, licitè ab eo exigitur absque vsurarum labe, vt per Couar. *var.lib.3.c.4. n.1.* Vnde Palat. *in repet.cap. per vestras, de donat. inter virum, notab.6 n.1.* infert quòd si mutuaui tibi centum ad certum tempus, & cùm hac pecunia indigerem, & tu restituere non valeres, tantam pecuniam sub vsuris recipi, tunc possum à te exigere non solum debitum, sed etiam vsuram, quam solui, non vt vsuram, sed vt interesse.

12 In gloss. *Vbi domicilium*, ibi, *sic est in electione creditoris vbi malis ipsum conuenire.* Notatur ad hoc quòd quando reus iure communi, non iure speciali habet duos iudices, poterit actor ex his, quem maluerit, eligere ad actionem prosequendam, vt per *gloss. 2. post princ.& gloss.7. l.2.tit.1.lib.2. fori leg.* Couar. *var. lib.1.c.18 n.6.*

13 In gloss. *Cùm iustus, vlt.* ibi, *expensæ probabuntur per iuramentum illius, qui eas fecit, præmissa taxatione à iudice*, Vide Couar. *pract.c.27. n.6.* Mascard. *de probat. concl.717 & concl.1259 n.1.*

14 In ead.gloss.ibi, *de damnis, siue interesse dic quòd debent probari per testes.* Vide Mascard. *concl.929. & concl.930 n.6. & concl.934.* Hieron. Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuilia & crimin.differ. 22.n.2.* vbi intelligunt in ciuilibus in criminalibus verò, & in obligatis alicui ex delicto, putà ex dolo, violentia, rapina, & similibus dolo commissis, sufficit illa probari per iuramentum interesse, & damnum passi, si tamen de violentia & crimine plenè constiterit, Seraphin. *de priuil.iuram priuil.31. à n.79.* Menoch. *de arbitr casu 108.n.6.* Hieron. Buccaron. *vbi supr.n.1.* vbi multipliciter declarat.

SVMMARIVM.

1 *Laici quamvis possint iurisdictionem non sui iudicis prorogare, clerici tamen non possunt, nisi Episcopi diœcesani consensus accedat, & iudex, cuius iurisdictionem prorogare volunt, sit Ecclesiasticus.*
2 *Petitio partis requiritur in citatione facienda.*
3 *Citationem in dubio ad petitionem partis esse factam præsumptio stat.*
4 *Prorogatio vt valeat oportet quòd ille, cuius prorogatur iurisdictio, illam habeat.*
5 *Laici possunt prorogare iurisdictionem iudicis Ecclesiastici.*
6 *Clericus non potest prorogare iurisdictionem iudicis sæcularis, etiamsi consensus accedat Episcopi.*
7 *Clericus absque voluntate Episcopi diœcesani non potest consentire in alterius iudicis Ecclesiastici iurisdictionem, & num 8. & 9. rationes assignantur.*
10 *Decisio huius text. an habeat locum in causis Ecclesiasticis laicorum, ostenditur.*
11 *Exemptus per Papam non potest prorogare iurisdictionem iudicis ordinarij absque licentia ipsius Papæ.*
12 *Regulares exempti non possunt absque ipsius Papæ licentia renuntiare priuilegio exemptionis.*
13 *Prorogare iurisdictionem coram delegato Papæ bene licet clericis, etiam sine consensu Episcopi.*
14 *Clericus prorogans iurisdictionem iudicij non sui præsente Episcopo, & non contradicente, videtur Episcopus consentire.*
15 *Argumentum à contrario sensu non procedit quando ex eo induceretur aliorum iurium correctio.*

CAP. Significasti. XVIII.

LAici quamvis possunt iurisdictionem non sui iudicis prorogare, clerici tamen non possunt, nisi Episcopi diœcesani consensus accedat, & iudex, cuius iurisdictionem prorogare volunt, sit Ecclesiasticus. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar.Bellam.Ioan.Andr.Imol.Anan. Host. Anchar. Mar. Socin. Barbat. Felin. Aretin. Henric. Melch. Kling. Ioan. Monach. Cujac. Vinian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.33.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag 212.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1.& 2.* 1

Ad petitionem C. mercatoris.] Ergo petitio partis requiritur in citatione facienda, vt per Palat. *in repet.c.per vestras, de donat. inter virum, notab.1. in princ.* Hyppol. *in l. de vnoquoque, n.114. ff. de re iudic.* Nam citatio ad partis instantiam committenda est, Azin. *in praxi*, §.8. *c.1.n.4.* Schard. *de feudis, p.9.c.7. n.34.* Vant. *de nullit tit. ex defectu citat. n.44.* Ant. Correa *in fragment. ad lib.5. Ordin. Lusit.n.35 p.30.* Duen. *reg.96.* Bouer. *sing.9.n.1.* Perez *l.2.tit.2.lib.8. Ordin. pag 492.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, citatio, n.5.* Et in dubio ad instantiam partis esse factam præsumptio stat, Menoch. *cons.145.n.43. & de præs. lib.2. præs.23.n.1.* licet dissentiant Azin. *d. §.8.c.1.n.3.* Soar. *recept.sent. lit.C.n.63.* Cur. Philip. *p.1.§.12.n.14* 2 3

Iurisdictioni præesse.] Notatur ad hoc quòd vt valeat prorogatio, oportet quòd ille, cuius prorogatur iurisdictio, illam habeat, vt per Marant. *de ordine iud. p.4.dist.12.n.18.* D. Barbos. *in l.1.art.1.n.20. ff. de iudic.* 4

Suum possit iudicem constituere.] Ergo laici possunt prorogare iurisdictionem iudicis Ecclesiastici, vt per Boer. *decis.65.n.5.* D. Barbosa *d l.1. art. 3. n.133.* Marant. *de iurisdict. part. 4. casu 92.* vide *infrà n.10.* intellige cum Menoch. *cons.322. num.20.* Quomodo intelligatur Ordin. Regia Lusitan. *lib. 2. tit.1. §.14.* differunt Cabed. *Lusit.decis.32.n.6. part.1.* D. Barbos. *d l.1. art.3. à n.139.* insignis Gabr. Pereira & Castro *Lusit.decis.29.* & de simili lege apud Castellanos tractant Perez *l.2. tit.1. lib.3. Ordin.* Ioseph. Sesse *de inhibit. c.9. §.3.* Paradil. *in summa legum pœnalium p.2. casu 12.* 5

Nisi fortè sit persona Ecclesiastica.] Notatur ad hoc quòd clericus non potest prorogare iurisdictionem iudicis sæcularis, etiamsi consensus Episcopi accedat, vt per Bertachin. *in tract.de Episcopo, p.5. lib.4. num.85* Socin. *regul.56. in princip.* Farinac. *in praxi crimin.* 6

crimin. q. 8. *n.* 13. Sigism. Scacc. *in tract. de iud. part.* 1. *cit* 1. *n.* 38. Cened. *ad Decretal. collect* 52 *n* 1. *in fine*, Bajard. *ad Clar. §. fin. q.* 36. *n.* 10. Vulpell. *de libertate Ecclesiast. part.* 1. *num.* 15. plures per Carol. de Graffis *de effectib. clerical. effectu* 1. *num.* 47. Bernard. Græuæ. *in pract. Cameræ Imper. lib* 1. *concl.* 37. *n.* 17. D. Barbos. *d. l.* 1. *art.* 3. *à num* 173. Surd. *cons.* 396. *num.* 15. Bellet. *disquisit. clerical part.* 1. *tit. de fauore cleric. person. §.* 2. *num.* 17.

7 *Et Episcopi diœcesani voluntas accedat.*] Ergo absque illa non potest consentire in alterius iudicis Ecclesiastici iurisdictionem, vt per Couar. *pract. c.* 10. *num.* 5. *vers. octauo*, Perez *l.* 2 *vers. quia autem, tit* 1. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 467 Azeued. *l.* 7. *à num* 13. *tit.* 18. *lib.* 9 *nouæ recop.* Surd. *de aliment. tit* 7. *q* 37 *num.* 49. Bellet. *d. §.* 2. *num.* 12. plures per Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *num.* 53. vbi *numeris seqq* ampliat, vt nec etiam cum iuramento, & aliis casibus ampliat, & similiter limitat in pluribus, Marc. Anton. Genuens. *in practicabilibus Ecclesiast. q.* 714. latè de intellectu Mench. *de successionum resol. §.* 9. *num* 95 D. Barbos. *in d l.* 1. *art.* 3. *num* 122. *cum seqq.* Circa tamen assignandam rationem specialitatis, quam in Clericis constituit text. *in præsenti*, vt scilicet consentire non possint in iudicem non suum sine Episcopi diœcesani voluntate, recedens à dispositione iuris Ciuilis, secundùm quam priuatorum consensus sufficit, vt eum, qui iurisdictioni præst, iudicem suum faciat; torquentur maximè Doctores, ties enim rationes ponit gloss. *verbo Pontifice*, *in cap inolita* 11. *q.* 1. quæ parum concludunt, quia solùm gloss. percurrit aliquos casus, seu actus, quos clerici gerere non possunt sine suo Episcopo, & tamen laici possint, veluti pro testimonio ferendo, vel de calumnia iurare, vt *in cap* 1. *vers. verum, de iuramento calumn.* Ordines accipere, iuxta *cap. nullus Primas* cum multis *ibid.* 9 *q* 2. atque animæ iudicium, scilicet in Sacramento Pœnitentiæ, iuxta *cap. placuit, de pœnit. dist.* 6. Verùm has rationes nihil concludere apparebit si consideres primam de iuramento omnino separatam ad hoc proposito de prorogatione iurisdictionis, & magis spectare ad religionem iuramenti, & honestatem, & decentiam, & personæ clericorum debitam, vt explicant Salzed. *in practic. cap.* 98. *à num.* 27. Spar *de relig. tom.* 2 *de iurament. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 10. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1 *lib.* 3 *cap.* 3. *num.* 7. & 8 Secunda verò, & tertia ratio pariter concludunt in laicis, quos etiam constat sine proprij Episcopi consensu primam tonsuram, aliosque minores Ordines accipere non posse, iuxta *d. cap. nullus Primas*; neque etiam sine proprij Sacerdotis licentia ab alio accipere possunt Pœnitentiæ sacramentum, iuxta *d. cap. placuit, cap. omnis, de Pœnitent.* Bart. igitur *in l.* 1. *num.* 1 *ff de pactis*, specialitatem in eo ponit quòd Episcopus perpetuam habet iurisdictionem, & clerici ratione beneficij ei tenentur præstare censum. Sed meritò improbat D. Barbos. *d. art.* 3. *num.* 187. *cum seqq.* quia huiusmodi ratio solùm militat in clerico habente beneficium, decisio autem huius text. generalis est.

8 Altera ratio magis communiter recepta est quod clerici magis subditi sunt Episcopis, quam laici iudicibus suis, & ideo clerici iuramentum fidelitatis præstant Episcopo, non ita laici, *cap ego enim, de iureiur. cap. quanquam* 23. *dist.* ita Abb. *hic num* 7. *cum seqq.* Felin. *num.* 2. Socin. *num* 44 & alij, quos refert D. Barbos. *d. art.* 3. *num.* 190. & defendere nititur *num* 199. Sed adhuc obstat, quia huius rationis ratio quæri potest, quare scilicet magis subiecti sunt clerici quam laici suis Superioribus: deinde ratio iuramenti quod clerici præstant, solùm viget in clericis beneficium, vel administrationem rerum Ecclesiasticarum ab Episcopo accipientibus, vt probat text. *in cap. legebatur, de maior. & obed. & in cap. nullus, de iureiur.* cum aliis similibus. Alij igitur alias excogitarunt rationes, quòd scilicet tota Ecclesiastica potestas ad bonum spirituale supernaturales ordinatur, cuius finis postulat, vt propriè Prælati subiectorum mores cognoscant, vt possint corrigere. Verùm hæc ratio nihil in Clericis ponit speciale, sed magis respicit naturam causarum spiritualium respicientium bonum animæ, in quibus vera, & recepta sententia docet etiam laicos in alienum Prælatum consentire non posse, vt *infra* dicam Deinde nihil omnino concludit ratio in causis temporalibus pecuniariis clericorum, de quibus directè, & principaliter agit text. *in præsenti*, adducunt etiam clericos in Ecclesia primitiua communem duxisse vitam sub Episcoporum disciplina, & ideò licèt postea ab hac communi vita recesserint, semper tamen strictiori modo suis Episcopis subiecti remanserunt. Verum & hæc ratio ad præsentem statum minimè pertinet, iuxta *reg. text. in cap. translato, de constit.* multoque minus arridete potest nouissima ratio, quam adducit D. meus Barbosa *d. art.* 3. *n.* 295. *cum seqq.* quòd scilicet clerici ratione Ordinis efficiantur res spirituales, & ideo sine Episcopi, à quo Ordines acceperunt, consensu, in alium consentire non possunt; ratio enim hæc ad summum concluderet vbi de persona ipsius clerici agitur, & de crimine ab eo commisso, iuxta text. & quæ *ibi* notantur *in cap. si iudex laicus, de sentent. excom lib.* 6. minimè autem concludit in dictis causis pecuniariis.

Quare iis, & aliis reiectis aliorum rationibus 9
concludit Alex. *in l.* 1. *§. & post operis, num.* 19. *ff. de noui operis nuntiat.* primariam & formalem rationem huius decisionis ponendam esse in speciali sacrorum Canonum prohibitione, nullámque efficacem, & concludentem rationem assignari posse, quæ prædictam differentiam inter clericos, & laicos concludat, licèt omnes prædictæ, & aliæ, quas afferunt simul iunctæ, vel aliqua ex illis sufficiant ad iustificandam prohibitionem sacrorum Canonum, qui prohibuerunt, ne clerici possint sine Episcopi consensu alium iudicem Ecclesiasticum adire in causis suis, siue spiritualibus, siue Ecclesiasticis, vt *in d. cap. nullus Primas.*

Intellige supradictam conclusionem ex text. desumptam procedere in clericis prorogantibus iurisdictionem in iudicem non suum ex vi tantum formalis consensus, non verò quando illa eis competit ex dispositione iuris, quod dictat qnem ratione contractus forum sortiri in loco vbi contraxit, *l. hæres absens, §. proinde ff. de iudic cap vlt. hoc tit.* & quamvis Doctores id communiter intelligant, si contrahens in loco contractus reperiatur, per *cap Romana, §. contrahentes de foro comp. lib.* 6. tamen si clericus in aliquo loco contraxit, ibique se obligauit soluere certo tempore proprij foro domicilio renuntiando, poterit iudex loci contractus, licèt ibi non inueniatur, contra eum absentem iuxta formam suæ obligationis procedere quoties de promissa solutione tractabitur iuxta *gloss.* 2. *in l.* 1. *ff. si quis in ius vocatus*, quam celebratissimam dicit Couar. *pract. cap.* 19. *n.* 5. *in princip* Gutrier. *de iurament confirm. p.* 3. *cap.* 16. *n.* 4. & 6. D Barbos. *in l.* 1. *ff de iudic. art.* 3. *numero* 224. & in puncto de clerico, qui si soluere promiserit, in eum locum remittendus est, etsi non sui iudicis, & Episcopi id fecerit assensu tradunt Rip. *in d. c.* 1. *num.* 68.

*n.*68. Conar. *d.c.*19. *n.*5. *vers. nono*, Franc. Molin. *de bracchio Regio lib.* 1. *c.*28. *n.*14.

10 Vtrùm autem decisio huius text. locum habeat in causis Ecclesiasticis laicorum, quæstio est ad præsens institutum non contemnenda, in qua Host. quem refert Abb. *hic n.*15. & alij, de quibus statim referendi indistinctè tenent partem negatiuam, quòd scilicet minimè possint laici in causis Ecclesiasticis absque sui Episcopi voluntate in alium consentire, adducentes pro hac parte text. *in d.c. omnis, & in c.* 9 *q.*3. ibi, *nec alterius Parochianum iudicare*, quæ verba pariter comprehendunt laicos, quia & ij Parochiani propriè dicuntur, iuxta *c. nullus, & per totum de Paroch.* Verùm meritò distinctione alij, quæstionem resoluunt, vel enim agitur de causis spiritualibus sacramentalibus, veluti ad Ordines conferendos, vel quoad iudicium in Sacramento Pœnitentiæ, & procedit prædicta Host. doctrina, & ratio, quam *supra* consideraui, quòd in hoc sacramentali iudicio multum interest quòd à proprio Pastore subiecti iudicentur, cognoscantur, vt eos corrigat: aut agitur de aliis causis Ecclesiasticis, quæ Sacramentales non sunt, veluti decimis, iurepatronatus, & similibus, & verius est, atque receptius posse laicos sine sui iudicis consensu in alium Ecclesiasticum iudicem consentire, vt efficaciter deducitur ex generali reg. huius text. quæ in solis clericis specialiter limitata reperitur; atque ita tenuerunt Innoc. *in c. de causis, de officio deleg.* Abb. *in c. P. & G. eod. tit. n.*15. *vers. item dubitat* testatur communem Socin. *hic n.*30. & post Felin. Imol. & alios, sequitur D. Barbosa *d. art.* 1. *a n.*206.

11 Aduerte quòd exemptus per Papam non potest prorogare iurisdictionem iudicis ordinarij absque licentia ipsius Papæ, vt per Panorm. *hic n.*12. & D. Barbosa *ad d.l. ari. a.n.*43. vide quæ latè diximus *in collect.*
12 *ad c. cum tempore, num. vlt. de arbitr.* Sic etiam Regulares exempti non possunt absque ipsius Papæ licentia renuntiare priuilegio exemptionis, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.*2. *q.*63. *art.*10. dixi *ad c. cum tempore* 5.
13 *super verba sine licentia, sup. de arbitris.* Verum coram delegato Papæ bene licet clericis prorogare iurisdictionem, etiam sine consensu Episcopi, Bellam. *in c. Romana, in princ. n.*7. *hoc tit. lib.*6. Bellet. *d.* §.2 *n.*19. Vnde Auditor Cameræ, ex quo sit à Papa delegatus ad causas obligatione Camerali munitas, circa ea omnibus est iudex competens. Massa *ad form. Camer. q.*1. *p.*2 *n.*3 & 4. Vestr. *in pract. lib.*2. *c.*4. *n* 4 & 6. Erasm. à Cochier. *de iurisdict. Ordinar. in exemptos, p.*2. *q.*46. *num.*7.

14 In gloss. *Clerici, vlt.* ibi, *sine consensu expresso sui Episcop.* Dic contra, sufficit enim tacita Episcopi voluntas, nam si clericus prorogat iurisdictionem iudicis non sui præsente Episcopo, & non contradicente, videtur Episcopus consentire, D. Barbos. *in d.l.*1. *art.*3. *n.*180. Mascard. *de probat. concl.*1218. *n.*20. vbi *n.*21. resoluit quòd si quis submittat se iurisdictioni iudicis non sui iudice illo præsente, is iudex præsumitur acceptare.

15 In ead. gloss. ibi, *Sed ibi non habet locum argumentum à contrario sensu.* Notatur ad hoc quòd argumentum à contrario sensu non procedit quando ex eo induceretur aliorum iurium correctio, vt per multos citatos *in meo tract. de locis communibus, argum. iuris loco* 27. *num.*...

SVMMARIVM.

1 *Citatus legitimè tenetur coram iudice citante causam prosequi, non obstante quòd post citationem mutauerit forum.*
2 *Petitio in citatione partis requiritur.*
3 *Citatio de mandato iudicis fieri debet.*
4 *Citationis commissio an & quando præsumatur nuntio facta, remissiuè.*
5 *Iurisdictio non perpetuatur per citationem nullam.*
6 *Citatio illegitima sustinetur ex comparatione partis.*
7 *Clericatus post delictum commissum an proficiat assumenti ad effectum exemptionis à iudice seculari, remissiuè.*

CAP. Proposuisti. XIX.

CItatus legitimè à suo iudice tenetur prosequi 1
causam coram citante, licèt forum mutauerit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan Andr. Imol. Anan. Anchar. Panorm. Butr. Felin. Host. Aretin. Barbat. Mar. Socin. Henric. Melch. Kling, Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 1. Alagona *in compend. iur. Can. pag.* 213. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. & 2.

Ad petitionem eiusdam aduersarij sui.] Ergo in ci- 2
tatione partis petitio requiritur, vide quæ dixi *ad c. præcedens, in princ.*

A te.] Notatur ad hoc quòd citatio de mandato iu- 3
dicis fieri debet, vt per Hyppol. *in l. de vnoquoque, n.*115. *ff. de re iudic.* Mynsing. *cent.*6. *obseru.*10. *n.*1. Soar. *in thesauro receptarum sentent. lit. C. n.*62. Brederod. *tr. de appellat. p.*2. *tit.*22. *vers. an nuntius, col.*462. Soar. de Pace *in pract. p.*1 *tom* 1. *temp* 3. *n.*27. & *seq.* Mench. *q. freq. c.*24. *n* 2. D. Barbos. *in l. si quis posteaquam, n.*63. *ff. de iudic.* Ordin. Reg. Lusit. *l.*3. *tit.*1. §.1. vbi parens meus, resoluentes citationem sine iudicis iussu esse nullam, pro nihilòque haberi, conualidari tamen de commissionis defectu non excipiente citato, tenet Mascard. *de probat. concl.*244. *n* 11. Commissio citatio- 4
nis an & quando præsumatur nuntio facta, disserunt Masc. *concl.*294. *a n.*1. Menoch. *de præs. l.*2. *præs.*24. Bonacos. *comm. p.*1 *verbo, commissio.*

Legitimè citatus ad causam.] Ergo per citationem 5
nullam, & inualidam non perpetuatur iurisdictio, quia prænentio per citationem validam inducitur, de quo vide Azened. *l.*10. *n.*51. *tit.*13. *lib.*8. *nouæ recop.* Mascard. *concl.*1216. *n.*17. Mench. *freq. c.*24. *n.*8. Sanch. *de matrim. lib.*8. *disp.*8. *n.*16. Farin. *in praxi crimin. q.*7. *n.*61. Cabed. *Lusit. decis.*142. *à n* 4. *p.*1. & *decis.*15. *n* 13. *p.*2. D. Barbos. *in l. si quis posteaquam, n.*60. & 21. Ordin. Reg. Lusitan. *lib.*3. *tit.*11. § *vlt.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.*156. *n.*9. vbi etiam resoluit sufficere notitiam citationis, quam citatus habuerit, vt inducatur prænentio; quod autem per solam citationem inducatur prænentio tanquam indubitatum tradiderunt Ludou. Schrad. *de feudis, p.*10. *sect.*1 *n.*203. *vers. & præoccupatio, sine prænentio.* Nicol. Reusner. *decis* 18. *num. fin. & decis.*22. *n.*3. *c. lib.*4. Mascard. *de probat. concl.* 1226. *n.*6. Stephan. Gratian. *discept forens. c.*389. *n.*12. *cum seqq.*

Aduerte citationem illegitimam sustineri ex 6
comparatione partis, Granat. *ad Vestrium, lib.*7. *c. vlt. n.*37. Cotta *in memorabil. verbo, citatio, il.*3. *vers. fallit. tertiò*, Pinel. *in l.*1. *C. de bonis matern. p.*2. *n.*67. *ad fin.* Lancelot. *de attentat. part.*2. *in præfat. cap.*4. *num.*116. Soar. *in thesauro receptarum sentent. lit. C. num* 67. Anton. Gabr. *commun. lib.*2. *tit. de citat. conclus.*2.

*n.*196. Menoch. *conſ.*100. & 112. Ozaſc. *conſ.*63. *n.*13. Alex. Raudenſ. *reſp.*21. *n.*159. & 162. *vol.*1. Baptiſta Coſta *de remediis ſubſid. remed.*13. *n.*12. Flamin. Chartar. *Genuenſ. deciſ.*14. *n.*8. & 9. Verall. *Romana deciſ.*97. *n.*5. *p.*1. & *deciſ.*112. Anton. Gama *Luſit. deciſ.*326. *n.*1. Cornaz. *Lucenſi deciſ* 54. *n.* 42. Guttier. *pract. lib.*1. *q*133. *n.*12. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloſſ.*9. §.1. *in annot. n.*158 Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*6. *n.*4. & *c.*156. *n.*1. Farin. *p.*4. *deciſ.*99 *n.*4. Alex. Trentacinq. *var. reſol. lib*2 *tit. de except. reſ. vlt. n.*17. Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit.*44. *de citat. n.*285. & 486.

1 *Quia poſtmodum alterius iuriſdictionis eſſe cœpit*] Facit ad illam quæſt. an receptio clericatus, beneficij, vel ſeruitij in Eccleſia poſt delictum commiſſum proficiat aſſumenti ad effectum exemptionis à iudice ſæculari, de qua vide Couar. *practic. c.*3. *n.*4. Anton. Gom. *tom.*3 *var. c.*10. *n.*5. Plaz. *de delictis, lib.*1. *c*35. *n.*1 Boſſ. *tit de pœnis, n.*38. Clar. §. *fin q*36. *n.*38 & 43. Cancer. *lib*2 *var. c.*2 *à n.*133. Decian. *tr. crimin. lib.*4 *c.*9. *n.*60 Azeued. *de exequendis mand. c.*22 *n.*12. *lib.*1. Menoch. *de præſ. lib.*6. *præſ.*76. *n.* 35. Perez *ad lib.*3. *Ordinamenti, in rubr. tit.*1. *reg. mihi* 450. Flamin. Cartar. *de exequutione ſent. capto bannit. cap. fin. ſub n.*308. Guttier. *practic. lib.*1. *q* 5. Lancelot. *de attent. p.*2. *c.*4. *limit.*20. *n.*16. Azeued. *l.*1. *n.*3. *tit.*4 *lib.*1. *nouæ recopil.* plures refert Doctores Cened. *ad Decretal. collect.*23. *n.*1. quibus adde Surd. *conſ.*396. *n.*26. *vol.*3. Praxim Epiſcop. *p.*1. *verbo, clericus*, §. 6. Ceual. *communium contra communes, q.*563. *à n.*5. Farin. *in praxi crimin. p.*1. *q.*8. *n.*108. *cum ſeqq.* Valaſc. *conſult.* 48. Bellet. *diſquiſit. clerical. p.*1. *tit. de fauore clericorum perſonali*, §.4.

SVMMARIVM.

1 *Clericus quilibet poteſt in Curia Romana conueniri, licèt aliàs ſpecificè forum ibi non ſortiatur, habet tamen ex cauſa ius reuocandi domum.*
2 *Delicti ratione efficitur quis de iuriſdictione alterius.*
3 *Contrahens ſortitur forum iudicis in cuius territorio contraxit ſi ibi reperiatur.*
4 *Contractus confirmati ratione non ſortitur ibi quis forum.*
5 *Contractus attenditur locus vbi celebratus fuit, non verò vbi reſoluitur.*
6 *Mandati ratione ſortitur quis forum.*
7 *Domicilij ratione ſortitur quis forum, & ibi poteſt conueniri.*
8 *Rei ratione ſortitur quis forum, vbi res ſita eſt.*
9 *Romana Eccleſia omnium aliarum mater eſt & magiſtra.*
10 *Declaratur text. in præſenti.*
12 *Contractus nomen largiſſimè ſumitur.*
13 *Domicilium in pluribus locis poteſt quis habere.*
14 *Sacerdos domicilium habet in loco beneficij.*
15 *Forum quis ſortitur coram illo iudice, in cuius iuriſdictione res etiam mobilis ſita eſt.*
17 *Roma communis patria eſt omnium.*

CAP. Licèt. XX. & fin.

1 CLericus quilibet licèt non ſortiatur forum Romanum, ratione delicti, aut contractus, vel rei de qua agitur, conueniri poteſt in Curia Romana, quia & magiſtra, & mater omnium, niſi pro iuſta & neceſſaria cauſa veniret, qua allata iure poſſit reuerti domum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Butr. Innoc. Anan. Imola, Panorm. Anchar. Henric. Hoſt. Felin. Barbat. Aretin. Mar. Soc. Mantua, Melch. Kling, Ioan. Monach. Cujac. Viu. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.*34. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.*213. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.*1. & 2. & *p.*3. *repet. in iure Canonico ad ſecundum Decret. librum* Conſtantin. Coptius.

Ratione delicti,] Notatur ad hoc quòd ratione delicti efficitur quis de iuriſdictione alterius, vide quæ dixi *ad cap. poſtulaſti* 14. *ſub hoc tit.* vbi citaui plures Doctores, quibus adde Franc. Molin. *de brachio ſæculari, c.*40. 2

Seu contractus.] Notatur ad hoc quòd contrahens ſortitur forum iudicis, in cuius territorio contraxit, *l. hæres abſens,* § *proinde, ff. de iudic.* vbi latè D. Barboſa *c.*1. §. *contratrahentes, hoc tit. lib.*6. Bernard. *reg.*641. Auiles *ad cap.*27 *Prætorum in gloſſ. entreguen, n.*6. Couar. *practic. cap.*10. *n.*3. Guttier. *de iuram. confirm. p.*3. *c.*16. Surd. *conſ.*106. *n.*16. Ceuall. *communium contra commun. q.*64. & in eo conueniri poteſt ſi ibi reperiatur, vt per Franc. Molin. *de brachio ſæculari, c.*28. *n.*6. ac proinde ſecundùm leges, & conſuetudines laicorum, in quibus partes contraxerunt regulandus eſt contractus, *l. ſi fundus*, vbi Barth. *ff. de euiction l. ſi non ſpeciali, C. de teſtam.* Bec. *conſ.*62. *n.*8. *lib.*1. Surd. *deciſ.*119. *n.*16. & *deciſ.* 197. *per tot.* quia forenſis & extraneus contrhaens in loco, ligatur ſtatutis illius loci *l. venditor,* §. *ſi conſtat ff. com. præd.* Iaffred. Lanfranc. *deciſ.*176. *incip. licèt*, Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tom.*1. *tit.*43 *de foro comp.* n. 107. Brun. à Sole *in locis commun. verbo forenſis, n*5. & partes ſemper videntur habere intentionem, & mentem contrahendi iuxta conſuetudinem loci in quo fit contractus, vt dicit Bart. *in l. cunctos populos, n.*43. *verſ. ſed poſtea dubitari, in fin. C. de ſumma Trinit.* quem refert, & ſequitur Bertaz. *de clauſ. inſtr. claus.*4 *gloſſ.*38. *n.*1. & *clauſ.*20. *gloſſ.*19. *n.*1. & illius verba ſunt intelligenda ſecundùm ſtatuta, & conſuetudines illius loci, in quo fuerunt prolata, *d. l. ſi fundum, d. l. ſi non ſpeciali.* Card. Mantic. *de tacit. & ambig conuent. lib.*14. *tit.*39. *n.*24. Ozaſc. *deciſ.*114. *n. vltim* Cald. Pereira *quæſt. forenſ. lib.*1. *q.*12. *n.*1. vbi *n*2. quòd contractus factus à Luſitano extra regnum debet regulari ſecundùm ſolemnitates loci, vbi celebratus eſt. 3

Intellige ſupradictam reſolutionem procedere ſi contractus fiat, non verò ſi ibi tantùm confirmetur, quia ratione contractus confirmati ibi non ſortitur quis forum, Iaſ. *in l. more maiorum, n.*29. *ff. de iuriſd. omnium iud.* Gail. *lib.*2. *obſerv.* 1. *n.*4. Franc. Molin. *de brachio ſæculari, c.*27. *n.*13. & 14. Et ideo non attenditur locus in quo conditio fuit adimpleta, ſed potiùs locus in quo contractus conditionalis fuit celebratus, vt per D. Barboſ. *in l.*2. § *legatis, n.*164. *ff. de iudic.* Sic etiam pro diſtractu, & reſolutione, ac reſciſſione contractus attenditur locus, vbi celebratus fuit, quatenus debitor ibi reperitur, vt per Matth. Coler. *de proceſſib. execut. p.*2. *c.*1. *n.*24. *ad med.* Tiraq. *de iure mariti, gloſſ.*5 *n.*8. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c.*14. *n.*22. Et ratione mandati ſortitur quis forum, vt per Hyppol. *ſing.*404. 4 5 6

Aut domicilij.] Notatur ad hoc quòd ratione domicilij ſortitur quis forum, & ibi poteſt conueniri, tetigi *ad c. dilecti, ſup. hoc tit.* Ad acquirendum autem domicilium requiritur animus, *l. domicilium ff. ad municip.* Dec. *conſ.*283. *n.*11. Hieron. Gabr. *conſ.*189. *n.*2. *lib.*1. & licet animus conſtituendi domicilium in aliquo loco colligatur ex eo quòd inibi vbi habitat, habet maiorem partem ſuorum bonorum, vt tetigi ad *c. ex parte* 15. *n.*4. *ſup. hoc tit.* tamen quia facto etiam contrahitur, veluti ſi in eo habitauerit per decennium, 7

nium, est aduertendum tempus illud, nec aliud quodcunque expectandum esse vbi quis declarauit se velle in aliquo loco habitare. Abb. *in c. fin. in fine, vers. & per hoc dico, de paroch.* Socin. iun. *in præsenti, n.* 25. Surd. *cons.* 346. *n.* 4. Menoch. *de arbitr. lib.* 2. *casu* 86. *n.* 2. Gail. *lib.* 2. *obseru.* 35. *n.* 7. *vers. licèt autem*, Rot. *decis.* 150. *n.* 7. *p.* 2. *diuers. & decis.* 188. *n.* 3. *p.* 2. *recent. & in Ariminen. gabellæ* 10. *Decembris* 1625. coram R. P. D. Merlino.

8 *Siue rei.*] Notatur ad hoc quòd ratione rei sortitur quis forum, vbi res sita est, dixi *ad cap. sanè* 3. *supra hoc tit.*

9 *Omnium Ecclesiarum mater est*, &c.] Notatur ad hoc quòd Romana Ecclesia omnium aliarum mater est, & magistra, dixi *ad c.* 1. *de sum. Trinit. n.* 6.

10 *Vt ibi sua aduersariis responderet.*] Vide Azeued. *l.* 1. *n.* 21. *&* 22. *tit.* 16. *lib.* 8. *nouæ recop.* vbi considerat ideo Episcopum, de quo *in præsenti*, potuisse conueniri Romæ pro delicto alibi commisso, quia ibidem concurrebat partis accusatio contra illum Episcopum voluntariè Romam accedentem, iudice delicti remissionem minimè petente.

11 *Tunc.*] Vide quæ D. Barbos. *in l.* 2. *§. legatis, n.* 70. *cum seqq. ff. de iudic.*

12 In gloss. *Seu contractus*, ibi, *hoc nomen contractus largissimè sumitur, siue sit contractus, vel quasi contractus.* Vide Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, & vxor. §.* 68. *num.* 8. *&* 9. Tiraq. *de iure mariti, gloss* 5. *n.* 121. *&* 127.

13 In gloss. *Aut domicilij*, ibi, *& potest quis habere domicilium in pluribus locis.* Vide Sebast. Næui. *ad l. Labeo* 5. *ff. ad municip.* Farin. *fragm. crim. p.* 1. *verbo, domicilium n.* 222. Domicilium enim statim contraxisse censetur, qui declarat se velle in aliquo loco habitare, nec est expectandum aliud tempus. Gail. *lib.* 2. *obseru.* 35. *n.* 7. *vers. licet autem.* Menoch. *de arbitr. casu* 86. *n.* 2. Rot. *decis.* 150 *n.* 7 *p.* 2. *diuers. & decis.* 188. *n.* 3. *p.* 2. *recent.* & fuit dictum *Toletana matrimon.* 10. *Decembris* 1625. coram R. P. D. Merlino, *& in Ariminen. Gabellæ* 10. *Decembris* 1625. *coram eodem.* In dubio autem ex decenali habitatione præsumitur animus perpetuò habitandi absque alia declaratione. Roland. *cons.* 69. *n.* 51. *&* 53. *lib.* 3. Surd. *cons.* 371. *n.* 47. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 824. *n.* 39. Rot. apud Marches. *de commis. p.* 2. *pag.* 228. *sub n.* 1.

14 In addit. huius glos. ibi, *vt Sacerdos domicilium habet in loco beneficij.* Dixi *in tract. de offic. & potest. Episc. p.* 2. *alleg.* 3. *n.* 53.

15 In gloss. *Contra*, ibi, *etiamsi res sit nobilis.* Notatur ad hoc quòd sortitur quis forum coram illo iudice in cuius iurisdictione res etiam nobilis sita est, vide Tiraquel. *de retractu lig. §.* 8. *gloss.* 5. *n.* 9. *& de iure primog. q.* 48. *num. vlt.*

16 In gloss. *Compelli, vlt.* Vide quæ D. Barbos. *in l.* 2. *§. legatis, n* 11. *ff. de iudic.*

17 In ead. gloss. ibi, *Roma communis patria est omnium.* Vide Alciat. *lib.* 2. *disiunct. c.* 21. Quintil. Mandos. *in reg.* 20. *Cancel. q.* 10. *n.* 2. Ias. *in l. qui Romæ, in princ ff. de verb. oblig.* Rot. *in Collen hæreditatis* 26. *Iun.* 1624. coram bon. mem. Buratto inter eius impressas *decis.* 813. Et ideo in ea tanquam in communi omnium patria sunt ferè omnes nationes de mundo, vt dicit Burg. de Pace *in repet. cap. cognoscentes. n* 210. *sup. de constit.* & Ioan. Quintinus (licèt cum aliqua nota Curiæ) *in repet. cap. de multa, n.* 110. *de præbend.* quos refert Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium sedium erectione, c.* 16. *n.* 26. *&* 27.

De Libelli oblatione.

TIT. III.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Mar. Socin. Panorm. Felin. Dec. Barbat. Aretin. Ioan. Monach. Cujac. Guillelm. Durand. *in breuiar. aureo iur. Can. fol.* 49. *verso*, Petr. de Rauenna *in compend. iur. Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol.* 52. Dan. Venator *in analysi method. iuris Pontif. à pag.* 173. Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. *in instit. Canon.* Canis. *in summ. iur. Canon.* Barthol. Carthag. *in exposit. tit. iur. Canon.* Zipæ. *in analytica postremi iuris Eccles. enarrat. pag.* 124. Cafarel. *in erotem. iur. Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 2. *sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. agunt Guillelm. Durand. *in speculo iuris, l.* 2. *sub hoc tit.* & apud Castellanos *l.* 40. *tit.* 2. *p.* 3. Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *tit. de libelli oblat.* Kirchou. *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 1. *tit.* 1 *à n.* 63. *pag.* 282. Matiens. *de dialogo relatorio, p.* 3. *c.* 43. *n.* 1. Rebuff. *de except. n.* 335. *cum seqq.* Azeued. *in rubr. tit.* 2. *lib.* 8. *nouæ recop.* Soar. de Pace *p.* 1. *tom.* 1. *temp.* 4. Cur. Philip. *p.* 1. *§.* 11. Brunor. à Sole *in loci com. verbo, libellus*, Cardos. *in praxi iudicum, & aduoc. eod. verbo*, Cotta *in memorab. eod. verb.* Ludou. Miranda *de ordine iudic. q.* 19. Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.* 5. *de libello actoris*, Camil. Borrel. *in summ. omnium decis. tit.* 49. *de libello*, Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. l.* 1. *concl.* 61. *cum seqq. & concl.* 66. *de libelli ineptitudine.*

SVMMARIVM.

1 *Actor tenetur in scriptis libellum porrigere.*
2 *Libellus in scriptis offerendus est.*
3 *Episcopi in Concilio prouinciali sunt coniudices.*
4 *Libellus quid sit definitur.*
5 *Libellus quæ continere debeat, remissiuè.*

CAP. Ignarus. II.

IVdex non debet admittere actorem ad litigandum nisi offerat libellum in scriptis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Host. Felin. Aretin. Henric. Mar. Socin. Melch. Kling, Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iur. Pontif. pag.* 42. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 215. remissiuè Casal. *in annot.* Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 3. *c.* 1. desumitur ex Conc. apud S. Medardum, quod est Monasterium in vrbe Suessionensi, vbi id Concilium habitum fuit tempore Carol. Lud. Imper. filij anno Christianæ salutis 853. *ex tertio vel Concil.* apud Burchar. *lib.* 2. *Decret. c.* 192. additur *c.* 9. sed Iuo *p.* 6. *c.* 269. ait reperiri *in veteri libro c.* 8. 1

Libellum conscribentes.] Ergo in scriptis libellus offerendus, vt constitutum est apud Lusitanos per Ordin. Regiam *lib.* 3. *tit.* 20. §. 5. Et apud Castellanos *l.* 1. *tit.* 2. *lib.* 4. *nouæ recop.* Matiens. *in dialogo relatoris, p.* 3. *cap.* 43. *n.* 1. Perez *l.* 11. *gloss.* 1. *verbo, la demanda no fue dada en escripto, tit.* 1. *l.* 3. *Ordin.* Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verbo, libellus, n.* 6. Kirchou. *tom.* 1. 2

communium opinionum, lib. 1. tit. 1. num.63. pag. 282. Soar.de Pace in practica, p.1. tom 1. temp. 4. numer.4. Cur. Philip. p. 1. §.11. num.3. Math. Coler. Germaniæ decis. 111. num.5. Amat. Roder. in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap. 5. n.4. Camill. Borrell. in summa omnium decis. tit.49.de libello, num.33.

3 *Ignarus Episcopus dixit.*] Ergo in Concilio Prouinciali Episcopi sunt coniudices, vt per Stephan. Quarantam in summa Bullarij, verbo, Concilium Prouinciale, vers.14. pag.mihi 179.

4 In gloss. *Libellum*, ibi, *est ergo libellus scriptura in qua continetur res, quæ petitur, & causa petendi, nomen actoris, & rei, & coram quo iudice.* Vide Soar. de Pace d. temp. 4. num. 2. Surd. de aliment. tit. 3.q.9. num.2.

5 In ead.gloss.in addit.ibi, *quæ debeant in libello comprehendi.* Vide Soar. de Pace d.temp.4 n.8.cum seqq.

SVMMARIVM.

1 *Rei vendicatione quando agitur, semper designanda est res, quæ petitur certo loco, & etiam finibus certis.*
2 *Libellus generalis, & incertus vti inualidus non est admittendus.*
3 *Citatio generalis non valet.*
4 *Libellus generalis in petitione fructuum, vsurarum, damnorum, expensarum, & interesse valet.*
5 *Libellus incertus in ciuilibus parte non opponente valet.*
6 *Libellus incertus in petitione hæreditatis valet, vel quando incertitudo causatur ex parte rei.n.7.*
8 *Libellus alternatiuus non valet.*
9 *Libellus alternatiuus validus est, quando tractatur de rescissione contractus in materia l.2.C.de rescinden.vend. & in actione hypothecaria, n.10. & in minore, n.11.*

Cap. Significantibus. II.

Innoc. III.

1 QVando agitur rei vendicatione, non sufficit generaliter repetere, sed in libello res quæ petitur specificanda est cum suis circunstantiis. Colligunt ex Ordin.Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam.Ioan.Andr.Imol. Anan. Host.Anch. Panorm. Henric.Barbat.Mantua,& Mar.Soc. Felin. Aret.Ioan. Monach. Alex. de Neuo, Melch.Kling, Cujac. Viu.in ration.secundi libri iuris Pontif. pag.43. Alagona in compend.iuris Canon. pag.216. remissiue Casal. in annot. & Ximen.in concord. p.1.& 2.

2 Probat hic text.libellum generalem, & incertum vt inualidum,non esse admittendum, vt per Hyppol. sing.348. Perez l.1.tit.4.lib.3.Ordin. pag.535. Soar. de Pace in pract. p.1.tom.1. temp.4.n.16. Cardoso in praxi iudicum, & Aduocatorum verbo libellus, à n.19.Rebuff. in tract. de reprobatione testium, n.3. Camil. Borrel. in
3 summa omnium decis.49 de libello, n.65. Ita etiam citatio generalis non valet, Tiraq. de retractu lig. §. 8. num. 5. & 6.

4 Limita primò hanc textus conclusionem in petitione fructuum, vsurarum, damnorum, expensarum, & interesse, in qua libellus incertus validus est, vt per Iafred.Lanfranc. decis.24.incip.libellus, Ioan.Cop. de fructibus, lib 4. tit. 3. c.1. quos refert, & sequitur Camil.Borrel.d.tit.49.n.75.

Secundò limita in ciuilibus parte non opponente, 5
vt per Iofred.Lanfranc.decis.294.incip.libellus incertus, Brunor. à Sole in locis comm. verbo, libellus, 3. Gerard. sing.4. Soar. de Pace d. temp.4. n.21. Vant. de nullitat. tit. ex defectu processus, n.26. Marc. Anton. de Amatis Marchiæ decis.98. num.21.Camil. Borrel. d. tit.49. num.67.

Tertiò limita in petitione hæreditatis, vt per Ia- 6
fred. Lanfranc. decis.186. incip. in iudicio, Cacheran. Pedem.decis.74.n.15.& 18. Ioan. Barber. in viatorio iuris, p.3.tit.de indic.n.157. Camil. Borrel.d.tit 49.n.72. vbi n.73.declarat procedere, dum tamen res generaliter & vniuersaliter in libello deductæ in executionis tempore exprimantur, & liquidentur.

Quartò limita quando libelli incertitudo causatur 7
ex parte rei, glos.& Bart.in l.1.§.quia autem, ff.quorum legat.Franc. Marc.decis.558.n.6.& decis.710.n.4.vol 1. Nicol. Reusner. Senensi decis. 18. n.23. lib 1. Camill. Borrel.d.tit.49.n.59.

Probat etiam text. libellum alternatiuum, quia 8
incertum, minimè valere, in idem est text.in l. prætor edixit, §.quod autem ff de iniur.l.vbi autem, § qui illud, aut illud, ff.de verbor obligat Franc.Marc.decis 807.n.4. vol 1 Gail.lib.1.obseru 62.n.1.Mynsing.cent.4.obseru.11. Camil.Borrel.d tit.49.n 78.

Limita primò quando tractatur de rescissione 9
contractus in materia l 2.C.de rescind. vend.quia tunc alternatiuus libellus admittitur, Pinel. in ead. l.2.C. de rescind. vend. p.3. cap.3.n.8. Camil. Borrel. d. tit.49. num.84.

Secundò limita in actione hypothecaria, puta pe- 10
to Titium condemnari ad traditionem rei hypothecatæ, vel ad soluendum debitum, in l. si fundus, §.in vendit.ff.de pignor l. fin.C. si vnus ex plurib. hæred. Lud. Mayn.in tract.actionum in artem redact. lib.2.c.12. post alios Camil.Borrel.d.tit.49.n 83.

Tertiò limita in minore qui potest libellum alter- 11
natiuum facere, veluti dicere contractum nullum, aut si validus sit, illum rescindi, séque in integrum restitui, cap.constitutus, vbi Doct. sup.de in integr. rest. Camil.Borrel.d tit.49.n.82.

In gloss. *Significantibus*, ibi, *sed sufficit dicere, petо talem hæreditatem.* Vide Cou. pract.cap.12.num.3.col.3. Perez l.1. gloss. 3. pag. 536. col. 1. ante fin.tit. 4. lib. 3. Ordin.

In ead. gloss.ibi, *In generalibus vero iudiciis*, &c. Vide Perez l.11.gloss.6.pag.483.ante fin.tit.1.lib.3. Ordin. Et differentiam inter vniuersalia, & generalia iudicia, vide apud Iason. in rubr. ff. soluto matrimon. num.29.

In ead. gloss.ibi, *Item nota quod libellus potest mutari, & emendari, & corrigi sicut placet vsque ad litis contestationem.* In idem est l.edita, C. de edendo, vide Socin. reg 89. fallent.1. Tiraquel.de retractu, tit.2.§.1. gloss.5 num.3. Rebuff. ad l.8. vers. decimo, ff.de verbor. signif. Donel. commentar. iuris Ciuilis, lib. 23. cap. 5. Reusner. decis. 18. num. 26. lib.3. Mascard. de probat. concl. 347. num. 18. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 118. num. 52. & 58. Muscatel. in sua praxi aurea Ciuili Neapol. p.1. gloss. petitur, n.50. Camill. Borrel. d.tit à n.95. D. Barbosa in l.non potest videri, n.28. ff. de iudic.

SVMMARIVM.

1 *Reus non tenetur respondere libello in actione personali, si non exprimitur causa petendi.*
2 *Actione personali agens semper tenetur causam exprimere in libello, ex qua competat sibi, quod petit.*

3 Causa

3 *Causa ex qua competat actio citatione est exprimenda.*
4 *Decreti irritantis effectus qualis remissiuè.*

CAP. Dilecti. III. & fin.

Gregor. IX.

1 REus non tenetur respondere in actione personali, si in libello non apponitur causa. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Felin. Anchar. Bald. Host. Mar. Socin. Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag. 44.* Alagona *in compendio iur. Can. pag. 216.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 Collige ex text. quòd qui agit personali actione, semper tenetur causam exprimere in libello ex qua competat sibi quod petit, Azeued. *in l. 4 n. 1. cum seq.* per text. *ibi, tit. 2 lib. 4. nouæ recop.* Perez *l. 1. gloss. 3 pag.* 3 *535. col 2. vers. 2 regula, tit. 4. lib. 3. Ordin.* Sic etiam in citatione causa ex qua competat actio est exprimenda, vide Vant. *de nullit. tit. ex defectu citat. n. 5.* Ludou. Schrad. *de feudis, p. 9. c. 7. sub n. 55.* Veral. *Rom. decis. 116. n. 6. p. 1.* Franc. Viu. *Neapol. decis. 274.* 8 Maranta *de ordine iudic. p. 6. de citat. memb. 1. n 69.* Nic. Reusner. *decis. 22 n 29. lib. 2.* Mench. *vsufreq. lib. 2. c. 24. à n. 10.* Cardoso *in praxi iudicum, verbo, citatio, n. 14.* Azeued. *l. 3. n. 41. tit. 3. lib. 4 nouæ recop.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis tit. 44 n. 28.*

4 *Reuocato in irritum.*] De hoc decreto irritante vide Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 67. à n. 2.* per me citatos in remiss. *de diction. & claus. claus 112. & in tr. de claus. vsufreq. claus. 40.* secundùm Lugdunen. impress.

De Mutuis petitionibus.

TIT. IV.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Felin. Barbat. Ioan. Monach. Mar. Socin. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol. 50. verso*, Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canon. fol. 165.* Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol. 52. verso*, Dan. Venator *in analysi method. iuris Pontif à pag. 178.* Goffred. & Hostiens. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. *in instit. Can.* Canis. *in summ. iur. Can.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iur.* Barth. Carthag. *in exposit. tit. iuris Can.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 2. sum in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. vide Ordin. Regiam Lusit. *lib. 3. tit. 33.* vbi parens meus, Guillelm. Durand. *in speculo iur. lib. 2. sub tit. de reconuentione*, Galganet. *de iure publico, lib. 2. tit. 26.* Azeued. *in rubr. & l. 1 à n. 59. tit. 5. lib. 4 nouæ recopil.* Marant. *de ordine iudic. p. 4. dist. 6.* Cardoso *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo, reconuentio*, Bernard. Muscarel. *in praxi aurea Ciuili Neapol. p. 3. gloss. actorem*, D. Barbos. *in l. qui prior, n. 7. cum seq. ff. de iudic.* Alex. Trentacinq. *var. lib. 2. tit. de mutuis penit.* Rendina *in prompt recept sent. tom. 1. tit. 92. de reconuentione.* Theoph. Gisbert. *in tr. de reconuent.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex etiam delegatus compellit actorem ad respondendum reo in causa reconuentionis, & vtramque causam ordine successiuo simul audiet, & vna sententia terminabit.*
2 *Reconuentio fit coram iudice conuentionis.*
3 *Reconuenire non potest reus actorem coram alio diuerso iudice, nisi pars non opponat, quia tunc valebit processus.*
4 *Conuentionis iudex etiamsi sit incompetens, coram eo potest quis reconueniri.*
5 *Reconuentio habet locum coram iudice delegato.*
6 *Reconuenire autem litem contestatam, vel incontinenti post paria sunt.*
7 *Reconuentio in criminalibus locum non habet.*
8 *Reconuentio non admittitur in causa spoliationis, nec in actione de dote, nec in causa appellationis.*
9 *Conuentio, & reconuentio pari passu ambulant, & eadem sententia terminari debent.*
10 *Reconuentionis locus est etiamsi actor à conuentione desisteret.*
11 *Clericus agens coram laico reconuentione obstringitur vsque ad finem, etiamsi postea à conuentione velit desistere.*
12 *Reconueniens non potest iterum à conueniente reconueniri.*
13 *Reconuentio potest fieri in quacunque parte iudicij.*
14 *Dictionis*, incontinenti, *vis, & effectus, remissiuè.*
15 *Clericus conueniens laicum coram iudice seculari in quibus casibus non possit coram eo reconueniri, ostenditur.*

CAP. Ex literis. I. *Alex. III.*

IVdex delegatus in causa reconuentionis compel- 1
lere debet actorem respondere reo, & auditis hinc inde rationibus partes concordet, vel sententiet cum instiria. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Butr. Innoc. Anan. Imol. Panorm. Anch. Henric. Host. Felin. Barbat. Aret. Mar. Socin. Mantua, Melch. Kling, Ioan. Monach. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag 45.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 216.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 1. tit. 4. c. 2.* & est post Concil. Lateranens. sub Alex. III. *p. 11, c. 1.*

Coram vobis.] Notatur ad hoc quòd conuentio fit 2
coram iudice conuentionis, Ordin. Regia Lusit. *lib. 3. tit. 33. §. 2.* Marant. *de ordin. iudic. p. 4. dist 6. n. 3.* Bern. Muscatel. *in praxi aurea Ciuili Neap. p. 3. gloss. actorem, n. 4.* Cardoso *in praxi iudicum, verbo reconuentio, n. 5.* D. Barbos. *in l. qui prior, n. 10. cum seqq. ff. de iudic.* nam 3
reus actorem coram alio diuerso iudice reconuenire non potest, Ord. Regia Lusit. *d. tit. 33 §. 2.* D. Barbos. *d. l qui prior, n. 19.* nisi pars non opponat, quia tunc valebit processus, vt per Card. Pereira *de resol. emphyt. c. 17. n. 10 vers. infero decimoquinto.*

Amplia principalem textus conclusionem etiamsi 4
iudex conuentionis sit incompetens, veluti laicus tatione clerici, vide Greg. *l. 57. tit. 6. part. 1.* per text. *ibi*, Afflict. *decis. 173. à num. 1.* Couar. *practic. cap. 31.* Duen. *reg. 202* Marant. *d. dist. 6, n. 53. & 59.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 36.* Quesad. *diuers. quæst. cap. 29. numero 4.* Soar. *recept. sentent. litera C. num. 114.* Marcel. Cala *in tract. de modo articulandi, & probandi, §. 1. gloss. 1. n. 45* Decian. *tract. crimin. p. 1 lib. 4 cap 9. n. 17.* Sigism. Scacc. *de iudic. p. 1. c. 11. n. 93.* Ioseph. Ludou. *concl. 78. num. 24.*

num. 42. Vincent. de Franch. *decis.* 193. *num.* 3. Franch. Viu. *Neapol. decis.* 49. *num.* 4. Mench. *illustr. cap* 5. *sub num.* 8. *vers. adeo*, Surd. *consil.* 222. *n.* 19. & *cons.* 396. *num.* 6. Bobadil. *in sua politica*, *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 162. Morla *in emporio iuris*, *p.* 1. *tit.* 2 *q.* 13. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 37. *consid.* 7. Ludou. Rodelph. *in tract. de brachio seculari*, *num.* 60. Marta *de iurisdict. p.* 4. *casu* 107. Modern. *de cognitione per viam violentiæ*, *p.* 2. *q.* 23. *n.* 22. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *sub hoc tit. resol.* 1. *n.* 32. Amat. Roder. *in pract. de modo*, & *forma videndi*, *seu examinandi processum*, *cap.* 1. *n.* 49. Muscatel. *d. gloss. actorem*, *n.* 7. D. Barbos. *d. l. qui prior*, *à n.* 10. & *à n.* 82. Fr. Anton. de Sousa *in select. Bullæ in Cœna Domini c.* 82. *à n.* 3. Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit.* 7. *de clericis*, *num.* 81. & 81. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 8. *n.* 99. *cum seqq.* Cur. Philip. *p.* 1. §. 8. *num.* 18. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1 *q.* 25. *num.* 16. & *lib.* 2. *q.* 51. Mendez à Castro *in praxi seculari Lusitana*, *lib.* 3 *cap.* 8. cum quibus declarabis multipliciter, & præcipuè cum Carol. de Graffis *de effectibus cleric. effectu* 1. *n.* 746. *cum seqq.*

5 *A Sede Apostolica delegatis.*] Ergo coram iudice delegato locum habet reconuentio, de quo tamen vide Marant. *d. dist.* 6. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 44. *n.* 2. & 3. Carpan. *super statuta Mediolanen. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 77. Honded. *cons.* 21. *num* 4. & 16. *lib.* 1. Tepat. *var. res. tit. de reconuent. vers. iudex etiam*, Squillante *de priuileg. cleric c.* 7. *n.* 62. vbi subdit non admitti reconuentionem si delegatus fuisset impetratus à reo, latè Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *n.* 752. *cum seq.* D. Barbos. *in d. l qui prior*, *num.* 51. & *in l.* 1. *art.* 1. *n* 67. *ff. de iudic.* Cardos. *d. verbo*, *reconuentio*, *num.* 9. Alex. Trentacinq. *d. resol.* 1. *à num.* 45. Rendina *in prompt. recept. sent. tom.* 1. *tit.* 97. *n.* 2. & *n.* 5. quid coram arbitro, de quo etiam Carol. de Graffis *d. effect.* 1. *num.* 779.

6 *Incontinenti.*] Quia paria sunt reconuenire ante litem contestatam, vel incontinenti post, Ordin. Regia Lusit. *lib.* 3. *tit.* 33. §. 1. Tiraq. *de retract. tit.* 2. §. 1. *gloss.* 5. *n.* 11. Marant. *d. dist* 9. *n* 5. Cardoso *d. verbo*, *reconuentio* 2. D. Barbos. *d. l qui prior*, *n.* 20. Amat. Rod. *d. tract. c.* 1. *n.* 50. Marta *de iurisd. p.* 4 *casu* 107. *n.* 5. vbi *num.* 6. cum Marant. *d. dist* 6. *n.* 6. concludit post litem contestatam ex interuallo reconuentionem non admitti parte contradicente, Squillante *de priuilegiis cleric. cap.* 7. *num* 64. Intellige ad effectum vt iudex debeat in vtraque causa pari passu procedere, at verò ad effectum vt actor teneatur stare iuri, & assistere iudicio coram iudice, quem ipse elegit, potest reconuentio fieri etiam facta conclusione in causa conuentionis. Marant. *d. dist.* 6. *n.* 5. Morl. *in emporio iuris p.* 1. *tit.* 2. *q.* 13. *n.* 11. Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *num.* 762.

7 *Super suis quæstionibus.*] Aduerte reconuentionem in criminalibus locum non habere, Hyppol. *in pract. crimin. § expedita*, *n.* 68. Clar. *lib.* 5 *§ fin q.* 2. *n.* 3. Gregor. *l.* 4. *verbo*, *no lo podrian*, *tit.* 3. *p.* 4. Marant. *d. dist.* 6. *n.* 64. Bernard. Muscatel. *d. verbo*, *actorem*, *à n.* 28. Cardos. *d. verbo*, *reconuentio*, *n.* 16 & 18. latè D. Barbos. *ad l.* 2. *§. legatis*, *n.* 263. *cum multis seqq. ff. de iudic. & in d. l. qui prior*, *à n.* 51 *ff. eod.* vbi *n.* 63. tenet quòd accusatus criminaliter non potest recusare suum accusatorem coram eodem iudice, nisi ille iudex sit vtriusque partis competens, de quo etiam latè Alex. Trentacinq. *d. resol.* 1 *n.* 40.

8 Deinde aduerte in causa spoliationis reconuentionem non admitti, Maranta *d. dist.* 6 *à n.* 42. Bernard. Muscatel. *d. verbo*, *actorem*, *n.* 27. Cardoso *d. verbo*, *reconuentio*, *num.* 23. Alex. Trentacinq. *d. resol.* 1. *num.* 19. *cum seqq.* Squillante *d. cap.* 7. *n. m.* 73. nisi reus spoliator reconueniat actorem de alio spolio contra se per eum commisso, Cardos. *vbi sup. num* 23. D. Barbos. *ad d. l.* 2. *§. legatis*, *n.* 251. *cum seqq. & in l. si de vi*, *à n.* 181. *ff. de iudic.* vbi *n.* 185. declarat quòd si spolium ex vtraque parte commissum sit super eadem re, non admittetur reconuentio de alio spolio in eadem re commisso. Sic etiam in actione de dote reconuentionem non admitti tenuerunt addit. ad Afflict. *decis.* 111. *n.* 10. Ranchin. *p.* 2. *concl.* 402. & in deposito firmarunt Carauita *super ritibus magnæ Curiæ*, *tit.* 67. *n.* 15. Bernard. Muscatel. *d. gloss. actorem*, *num.* 27. Cardos. *d. verbo*, *reconuentio*, *n.* 14. Carol. de Graff. *de effectu* 1. *num.* 77. Alex. Trentacinq. *d. resol.* 1. *n.* 15. Squillante *d. cap.* 7. *n.* 71. Et quando agitur pro rebus Ecclesiæ male administratis. Alex. Trentacinq. *d. resol.* 1. *n.* 35. vbi *num* 36. idem dicit in causa, quæ non est talis quòd excat iurisdictionem commissarij, & *n.* 37. in conuento super nullitate. Item & in causa appellationis non datur locus reconuentioni, Ordin. Regia Lusit. *lib.* 3. *tit.* 33. §. 7. Marant. *d. dist.* 6. *n.* 24. Balb. *tom* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 40. *pag.* 247. Cæs. Barz. *decis* 106 *num.* 14. Honded. *cons.* 21. *n.* 14. *lib.* 1. Carol. de Graff. *d. effectu* 1. *num.* 778. Cardos. *d. verbo*, *reconuentio*, *num.* 20. D. Barbos. *in d. l. qui prior*, *n* 49. Alex. Trentacinq. *d. resol.* 1. *num* 29. Squillante *d. c.* 7. *n.* 69. Et in causa executionis, Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. c. fin. p.* 5. §. *n.* 31. Alex. Trentacinq. *d. resol. n.* 14. Modern. *de cogitatione per viam violentiæ*, *p.* 2 *q.* 68. *num.* 13. Plures alios casus, in quibus reconuentio non admittitur, adducit Carol. de Graff. *de effectu* 1. *à n.* 779. vbi *num* 781. quando clericus ageret nomine Ecclesiæ tanquam Prælatus, vel Rector, & *n.* 785. quando, clericus ageret nomine proprio, & reconuentio fieret nomine alieno, & *num.* 786. quando clericus conueniret laicum super actione famosa, vel iniuria sibi illata.

Vel iudicio vtriusque negotium terminetis.] Notatur 9 ad hoc quòd conuentio, & reconuentio pari passu ambulant, & eadem sententia terminari debent, Ordinat. Regia Lusit. *lib.* 3. *tit.* 33. *in princ.* Marant. *de ordine iudic. p.* 4. *dist.* 6. *n.* 10. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1969. *in fin.* Rota *decis.* 39. *n.* 3. apud Farin. *p.* 1. *recent.* Bernard. Muscatel. *d. verbo*, *actorem*, *num.* 5. *in fine*, D. Barbos. *d. l. qui prior*, *à num.* 7. vbi *num.* 9. aduertit quòd si prius constet de veritate vnius causæ, quàm de alia, tamen differenda est sententia donec vtraque causa vna sententia terminari possit. Et sic reconuentio eadem habet priuilegia, quæ conuentio, Cancer *var. lib.* 2. *c.* 13. *de reconuent.* & perempta instantia in causa conuentionis, erit etiam perempta in causa reconuentionis, Magon. *Lucensi decis.* 48. Et quando à sententia causæ conuentionis appellari non potest, similiter à reconuentione non appellabitur, vt per Giurb. *decis.* 3.

Aduerte reconuentioni locum esse etiamsi actor à 10 conuentione desisteret, vt per Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 44. *n.* 5. Marant. *d. dist* 6. *num.* 55. Cardos. *d. verbo*, *reconuentio*, *n.* 28. Et clericum agentem coram laico 11 reconuentione obstringi vsque ad finem, etiamsi postea à conuentione velit desistere, tenuerunt Marant. *d. dist* 6 *num.* 66. Menoch. *d. q.* 44 *n.* 5. Vincent. de Franch. *Neapol. decis.* 193. *sub n.* 5. Ambrosin. *de immun. Ecclesiast. cap.* 20. *n.* 36. Squillante *d. cap.* 7. *n.* 66. Marcel. Cala *in tract. de arte*, & *modo probandi*, *gloss.* 1 § 1 *n.* 46. Alex. Trentacinq. *d. resol.* 1. *p.* 33. Camill. Borrell. *in summa omnium decisionum*, *tit.* 7. *num.* 108. Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *num.* 748. Et 12 reconueniens non potest iterum à conueniente reconueniri, ne detur processus in infinitum, Specul.

tit.

tit. de reconuent. §. nunc dicamus, in fine, Bern. Muscatel. *d. gloss. actorem, n.* 23. Cardos. *d. verbo, reconuentio. n.* 28. Alex. Trentacinq *de resolut. 1. n.* 65.

13 In gloss. *respondere,* ibi, *concluſum in causa,* &c. Notatur ad hoc quòd reconuentio potest fieri in quacunque parte iudicij, & admitti tantùm vsque ad concluſionem in causa, vt per Carauit. *super ritu Magnæ Curiæ Vicariæ ritu* 67. *n.* 6. Verùm reconuentionem posse fieri etiam facta concluſione in causa conuentionis principalis, immò in calculo ferendæ sententiæ, dummodo non sit lata, communis tenet opinio, licèt verùm sit quòd quando tali tempore intentatur, non operatur, vt iudex debeat in vtraque causa pari passu procedere, & simul causas terminare, sed tantùm vt actor teneatur stare iuri, & assistere iudicio coram iudice, quem ipse elegit, Vincent. de Franch. *decis.* 376. *lib.* 1. Marant. *de ordine iudic. p.* 4. *dist.* 6. *n.* 5. Morl. *in exaporio iuris, p.* 1. *tit.* 2. *de iurisd. omnium iudic. q.* 13. *n.* 11. Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *n.* 762. quicquid dicat Honded. *cons.* 41. *n.* 5. *lib.* 1. Vnde si esset finitum iudicium lata sententia super conuentione non posse clericum reconueniri coram iudice laico, tenent Vincent. de Franc. *d. decis.* 193. *n.* 9. *lib.* 1. *& decis.* 76. *lib.* 2. Socin. *reg.* 332. *in vlt. fallent.* Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *n.* 784.

14 In gloss. *Incontinenti.* De hac dictione latè Menoch. *de arbitr. casu* 9. *à n.* 10. Francisc. de Sousa *in commen. ad tit. ff. de pactis, artic.* 8. *q.* 1. *n.* 6. *cum seqq* & plures citati per me *de dictionibus, & clausul. d.* 133.

15 In gloss. *super suis quæstionibus,* ibi, *cùm clericus conuenit laicum coram laico iudice, tunc clericus tenetur respondere coram eodem iudice.* Vide Doctores per me citatos *suprà n.* 4. *in vers. amplia principalem*; limita in causa criminali, in qua clericus nec etiam ciuiliter potest coram iudice sæculari conueniri, Decian. *tract. crimin. lib.* 4. *c.* 9. *n.* 17. Ludou. Rodolphin. *in tract. de brachio sæculari, n.* 60. Farin. *d. q.* 8. *n* 100. Modern. *de iurisdict. d. casu* 107. *n.* 8. D. Barbosa *in d. l. qui prior, n.* 86. Alex. Trentacinq. *d resolut.* 1 *n.* 23. *vers. tertio,* Camil. Borrel. *d. tit.* 7. *n.* 84. Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *n.* 763 Carpan. *sup. statuta Mediolanens. c.* 44. *n.* 119. *lib.* 1. Sayr. *in claui Regia, lib.* 12. *c.* 7. *n.* 9. *vers. secundus,* Scacc. *de iudic. p.* 1. *c.* 11. *n.* 93. *vers. in criminali,* vel quando conuentio tangeret causam spiritualem, vel illi annexam, Sebast. Medic. *de compensat. p.* 2. *q.* 1. *n* 9. Mozz. *de contract. tit. de naturalib. feudi, sub n.* 114. *ad fin.* Farinac. *d. q.* 8. *n.* 102. Morl. *d. q.* 13. *n.* 10. Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *n.* 766. vel quando laicus conuentionem in se intentatam studio reconueniendi, seu in fraudem procurasset, Vincent. de Franch. *Neapol. decis.* 193. *n.* 4. Farin. *d. q.* 8. *n.* 101. Sigism. Scac. *d. c.* 11. *n.* 93. *vers. etenim isto,* Carol. de Graffis *d. effectu* 1. *n.* 93. Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordin. in exempt. p.* 4. *q.* 71. *n.* 29.

SVMMARIVM.

1 *Conuentionis in causa modus procedendi datus per rescriptum intelligitur repetitus in causa reconuentionis.*
2 *Declaratur text. in præsenti.*
3 *Actor, & reus à pari procedunt.*
4 *Actor, & reus sunt correlatiua.*
5 *Actori non licet quod reo denegatur.*
6 *Appellare si non licet in causa conuentionis, nec etiam in reconuentione licebit.*

CAP. Prudentiam. II. & vlt.

Cæleſt. III.

ACtor si per rescriptum appellatione remota con- 1
uenit reum, & reus conuenit actorem, non potest actor reconuentus appellare, quia actoris & rei est eadem conditio & eiusdem iuris circa appellationis remedium censentur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Bald. Panorm. Felin. Henric. Barbat. Mar. Socin. Butr. Anch. Ioan. Monach. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 46. Alagona *in compend. iuris Canon. pag* 217. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 3. *c.* 2.

Cum causa appellatione remota committitur &c.] Pro 2
intellectu huius textus aduertit Paulad. *lib* 2. *verum quotid c. fin. p.* 5 §. 10. *n.* 19. non constare appellationem solius actoris fauore remotam fuisse, nec in dubio id præsumendum, cùm sit res maximi præiudicij, atque ex qua maxima inter actorem, & reum inæqualitas introduceretur, & ideo vel motu proprio, aut legis diffinitione in hoc casu appellationem iam fuisse remotam præsumere debemus, vt actoris & rei æqualis sit conditio, & fauor introductus.

Cùm actoris, & rei eadem sit conditio.] Notatur ad 3
hoc quòd à pari procedunt actor & reus, Gabr. *communium opin. tom.* 2. *tit. de clausul. concl. à n.* 66. Valasc. *cons.* 25. Card. Tusch. *tom.* 6. *concl.* 40. Et actor, & reus 4
sunt correlatiua, Marc. Anton. *var resol. lib* 3. *resol.* 9. *n.* 3. Ego ipse *Axiom* 10. *n.* 8. Vnde actori non licet, 5
quod reo denegatur, *reg. non licet actori* 21. *de regulis iuris in* 6. Thom. de Thomas. *reg.* 204. Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 18. *limit.* 7. *n.* 23. Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. A. concl.* 119. Ego ipse *d. Axiom* 10. *n.* 7.

Et vno, eodémque iure, &c.] Nam in causa conuen- 6
tionis si non licet appellare, nec etiam in reconuentione licebit, vt per Magon. *Lucensi decis.* 52. *num.* 14. Lancelot. *de attentat. p.* 2. *c.* 14. *limit.* 8. *n.* 53. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 6. *n.* 167.

De Litis contestatione.

TIT. V.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Bald. Panorm. Felin. Barbat. Mar. Soc. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici, fol.* 51. Ioan. Monach. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretalium, fol.* 53. Dan. Venator *in analysi methodica iuris Pontificij, à pag.* 181. Goffred. & Host. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Lancel. *in instit. Canon.* Canis. *in sum. iur. Canon.* Cafatel. *in erotem. eiusdem iuris.* Barthol. Carthag. *in exposit. titul. iur. Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 2. *sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. vide apud Lusitanos *Ordin. Regiam lib.* 3. *tit.* 51. vbi parens meus notat, & apud Castellanos *l.* 3. *tit.* 10. *part.* 3. vbi Gregor. Lopez, *& tit.* 6. *lib.* 2. *for. legum, & tit.* 2. *lib.* 3 *Ordinam.* vbi Perez, *& tit.* 4. *lib.* 4. *noua recopil.* vbi Azeued. Rebuff. *in tract. de effectibus litis contestationis,* Guillelm. Durand. *in speculo iuris, lib.* 2. *sub hoc tit.* Marant. *de ordine iudic.*

p.6.n.cu.br.10. Villalob. Kirchou. & alios, *tom.1 communion.opinion.lib.2.tit.7.pag.384.* Donel. *comment.iuris Ciuilis, lib.14.c.1.* Prax. Episcop. *p.1.verbo, litis contestatio.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, lis, n.6.* Cur. Philip. *p.1. §.14 verbo contestacion,* Mascard. *de probat. concl. 434.* Soar. à Pace *in pract. tom.1 temp.6.p.1.* Ludou. Miranda *de ordine iudic. q.20. art.5* Parlad. *lib.1. rerum quotid. c.14.* Christoph. de Pace *in schol. ad l.1. styli,* Armand. *in addit. recop. legum Nauarræ, lib.1. tit. de litis contest.* Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.6.* Mendez à Castro *in praxi seculari Lusitaniæ, lib.1.c.6.* D. Barbos. *in l. si debitori, n.21. cum seqq. ff. de iudic.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Camer. Imper. lib.1. concl.73.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.50. de litis contest.* Brederod. *tract. de appellat. p.1. tit.30. de litis contest.* Rendina *in prompt. recept. sentent. tom.1. tit.70.* Galganet. *de iure publico, lib.2. tit.27.*

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio fit per petitionem appositam, & responsionem sequutam, non verò per positiones, & responsiones,* & n.2.

3 *Litis contestatio inducitur, etiamsi per verbum* credit, vel non credit, vel nescit, *responsum articulis conuentionalibus esset.*

4 *Litis contestatio non fit quando responsio conditionalis esset, vel respondens protestaretur se citra animum contestandi litem respondere.*

5 *Litis contestatio est terminus substantialis iudicij sine qua sententia lata, & probationes factæ vitio nullitatis laborant.*

6 *Litis contestatio in quibus casibus non requiratur, ostenditur.*

Cap. Olim, vnic. *Gregor. IX.*

1 LItis contestatio in aliquâ causa non fit per positiones factas coram iudice, vel per responsiones factas ad eadem, nam talis processus est irritus, sed fit per petitionem in iure positam, & responsionem sequutam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Host. Felin. Mant. Butr. Melch. Kling, Barbat. Anchar. Mar. Socin. Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.47.* Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.217.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

2 *Et per responsionẽ sequutam litis contestatio fiat.*] Notatur ad hoc quòd litis contestatio fit per petitionem appositam, & responsionem sequutam, vide Menoch. *de præsumpt. lib.2. præs.30. num.1. cum seqq.* Gam. *Lusit. decis.147. n.3.* Iacob. de Graffis *tom.2. consil. tit. de iudic. cons.2. n.19.* Prax. Episcop. *p.1. verbo, litis contestatio,* §.5. Cardoso *in praxi iudicum, verbo, lis, n.6.* Peregrin. *variar. ad rubr. de iudic. n.54.* Mascard. *de probat. concl. 434. a n.1.* Viuian. *Neapol. decis.310. n.2.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.50. de litis contest. num.6. & 7.* Et in Regno Portugaliæ post partis contrarietatem dicitur litis contestatio, provt decisum fuisse testantur Melch. Phœbos *p.1. suarum decisionum. Aresto* 84. Mendez à Castro *in praxi seculari Lusitan. lib.3. cap.6.*

3 Amplia procedere etiam per verbum, *credit, vel non credit, vel nescit,* responsum articulis conuentionalibus esset, Mascard. *d. concl.334. n.13.* Ceual. *communium contra communes, q.434.* Amat. Roderic. *de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.6. n.2.* Et etiamsi reus in iudicio negaret simpliciter narrata actoris, Mascard. *d. concl.434. n.1. & 5.* asserit nihil referre an simul vnico tempore, vel ex interuallo negatiua illa responsio accedat narrationi actoris, Perez *l.1. gloss.1. vers. quæro 2. tit.3. Ord. lib.3.* Amat. Roderic. *d. c.6. n.2.*

Limita tamen textus conclusionem quando responsio conditionalis esset facta, Capell. Tholos. *decis.* 287. Franc. Viuian *Neapol. decis.110. n.1.* Dec. *resp.10. n.6. vol.5.* Menoch. *præs.30. n.4.* Camil. Borrel. *d. tit.50. n.8.* Limita etiam quando respondens protestaretur se citra animum contestandi litem respondere, Viuian. *d. decis.110. n.4.* Decian. *de resp.10. n.6. vol.5.* Menoch. *de præs.30. n.4.* nisi iudex mandauerit, vt semota protestatione lis contestetur, ex Mascard. *de concl.434. n.20. cum seqq.* 4

Processum ipsorum, &c.] Notatur ad hoc quòd litis contestatio est terminus substantialis iudicij, sine qua sententia lata, & probationes factæ vitio nullitatis laborant. Auend. *resp.1. num.2. & 4.* Peregr. *var. ad rubr. de iudic. num.55.* Cur. Philip. *p.1. §.14. num.3.* Mendez à Castro *in praxi Eccles. Lusitan. lib.2. cap.8.* Amat. Roder. *d. cap.6. num 4.* Ludouic. Miranda *de ordine iudic. q.20. art.5. concl.4.* Camil. Borrel. *d. tit.50. n.13.* 5

Plures casus in quibus lis non contestatur, congerunt Cardos. *in praxi iudicum, verbo, lis, n.12. cum seqq.* Camil. Borrel. *d. tit.40. num.20. cum seqq.* In primis litis contestatio non requiritur in causa hæresis, Cardos. *d. verbo, lis, n.10.* Camil. Borrel. *d. tit.50. n.52.* Nec in causa matrimoniali, Cardos. *num.15.* & Camil. Borrel. *num.45.* dictis locis. Nec in causa appellationis, si in prima instantia interessisset, Mynsinger. *cent.1. obseru.2.* Franc. Marc. *Delphin. decis.1182. n.23. p.1. & decis.706. p.2.* Brederod. *tract. de appellat. p.2. tit.40. de litis contest.* Sigism. Scacc. *eod. tract. de appellat quæst.11. à num 37.* Camil. Borrel. *d. tit.50. num 9.* Bellacomb. *tom.1. communium opinion. lib.3. tit.7. num.22. & 28.* quod etiam non requiritur, vbi petitur quem declarari excommunicatum. Nec in iudicio processionis recuperandæ, Mascard. *de probat. concl.33. n.19.* Scac. *d. tract. q.17. limit.6. memb.1. num.60.* Nec in notoriis Farin. *in praxi crimin. q.21. n.65.* Nec in causis summariis, Cardos. *d. verbo, lis num.12.* Scac. *d. tract. quæst.15. num 245.*

Vt Lite non contestata, &c.

Tit. VI.

SVper hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Mar. Soc. Panorm. Felin. Barbat. Ioan. Monach. Butr. Bald. Cujac. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol.164.* Petr. de Rauenna *in compend. iur. Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal fol.53.* Dan. Venator *in analysi methodica iuris Pontificij, a pag.180.* Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expos. tit. iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.2. sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicari potest reus ante litis contestationem contumax, si agatur de adulterio ad separationem thori,*

thori, sest testes recipi non possunt, nec causa definiri.

2 *Sententia diuortij ferenda inter Indos an seruandus integrè ordo iudiciarius, & remissiuè.*

3 *Actio ad separationem thori, & repetitionem dotis datur vxori ob mariti adulterium.*

CAP. Ad hoc I. *Innoc. III.*

1 QVando agitur de separatione thori ob adulterium, vel de receptione dotis, & reus est contumax, potest excommunicari, sed testes contra ipsum non possunt recipi, nec ferri sententia definitiua ante litis contestationem. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Host. Henric. Felin. Barbat. Butr. Mar. Socin. Ioan. Monach. Melch. Kling, Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 40. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 218. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 3. *c.* 1.

2 *Quia tamen in præsenti negotio*, &c.] Non abs re quærit Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 29. an in sententia diuortij ferenda inter Indos seruandus sit integrè ordo iudiciarius: & ibi partem negatiuam probabilem, & rationi magis consentaneam sibi videri affirmat.

3 *Quo virum ad separationem thori*, &c.] Notatur ad hoc quòd vxori ob mariti adulterium datur actio ad separationem thori, & repetitionem dotis, vt per Cou. *de sponsal. p.* 2. *c.* 7. §. 6. *n.* 5. & 6. Surd. *de alimentis, tit.* 7. *q.* 25. *n.* 5. D. Barbos. *in l.* 2. *in princ. ff. soluto matrim. p.* 1. *n.* 98. vbi etiam quòd propter adulterium mariti mulier ab eo separari potest, etiamsi non procedat monitio, quem refert, & sequitur Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 2. *n.* 8.

In glos. *Suspectum.* Vide quæ dixi ad *cap. literas, in fine, de restit. spoliat.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia ferri non potest in causa restitutionis contra contumacem, lite non contestata.*

2 *Ordo iuris in possessione requiritur.*

3 *Instrumentum probatio euidens est, & manifesta.*

4 *Suspicionis causa semper est exprimenda.*

5 *Affinis potest testificari in causis ciuilibus paruis.*

6 *Dictio, fortè, non notat dubitationem, sed potius affirmationem.*

CAP. Accedens. *j.* II.

1 QVando agitur de restitutione, & aliquis est contumax, si lis non est contestata, non potest ferri sententia definitiua contra contumacem, licèt possit excommunicari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Host. Barbat. Mar. Socin. Henric. Melch. Kling, Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iur. Pontif. pag.* 50. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 219. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 3. *c.* 2.

2 *Possessionem iuris*, &c.] Ergo in possessione iuris ordo requiritur, vt per Dec. *in cap. consultationibus, n.* 9. *sup. de officio delegati.*

3 *Manifestè pateret.*] Notatur ad hoc quòd probatio instrumentorum euidens est, & manifesta, vt per Tiraq. *de retractu lig.* §. 2. *glos.* 1. *n.* 22. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 64. *num.* 4. & 5. Card. Tusch. *tom.* 4. *lit. I. concl.* 237.

In glos. *Appellauit*, ibi, *debuit enim causam suspicionis coram iudicibus allegare probabilem*, &c. Nam suspicionis causa semper est exprimenda, vt per citatos à parente meo *in comm. ad Ordin. Regiam Lusit. lib.* 3. *tit.* 21. §. 4. 4

In glos. *Subesse*, ibi, *idem videtur si esset affinis.* Notatur ad hoc quòd affinis potest testificari in causis ciuilibus paruis, vt per Ias. *in reper. l. admonendi, n.* 180. *ff. de iureiur.* Mascard. *de probat. concl.* 688. *n* 10. *vel* quando est affinis in gradu remoto, Mantic. *decis.* 327. *n.* 5. Affinitate verò soluta, affinis semper est idoneus testis, Sebast. Medic. *in tract. mors omnia soluit p.* 2. *concl.* 6. *ante n.* 22. Anton. Gabr. *com tit. de testib. concl.* 15. *n.* 4. Rot. *in Ferentina bubalarum* 4. *Iulij* 1618. coram Burat. inter eius impressas *decis.* 349. *n.* 3. 5

In glos. *Propter*, ibi, *fortè non notat dubitationem, sed potius affirmationem.* Vide Rebuff. *ad tit ff de verborum signific. super l. ostentum* 38. *vers. fortè, pag.* 208. Menoch. *cons.* 25 *n.* 14. Bernard. Græuæ. *ad pract. Camer. Imper. lib* 2 *concl.* 10. *n.* 10. quos refero ego ipse *de dict. & claus. dict.* 109. *n.* 3. 6

CAP. Tuæ fraternitatis. III.

LIte contestata si reus est contumax, actor mitti debet in possessionem rerum petitarum causa custodiendi: si verò actor mitti non potest, reus contumax excommunicetur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Anchar. Barbat. Panorm. Felin. Hostiens. Henric. Boich. Melch. Kling, Butr. Mar. Socin. Ioan. Monach. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 51. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 219. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 3. *cap.* 3. 1

In glos. *Contumaciter*, ibi, *pluribus modis dicitur quis contumax.* Vide Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 50. *num.* 1. Mendez à Castro *in praxi Lusitan. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 6. Melch. Phœbos *Lusitan. decis.* 79 Camill. Borrell. *in summ. omnium decis. tit* 43. *de contumac.* Fulu. Pacian. *de probat. l.* 1. *cap.* 72. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 18 *n.* 25. *cum seqq.* Bernard. Muscatel. *in sua praxi aurea Ciuili p.* 2. *gloss. veniens.* 2

SVMMARIVM.

1 *Testium receptio facta contra non contumacem lite non contestata in causa matrimoniali est nulla.*

2 *Clericus potest recusare Prælatum consanguineum suæ partis, etiamsi causa versetur super bonis suæ Ecclesiæ.*

3 *Inimicitia capitalis contrahitur ex retentione vxoris alienæ inter virum, & retinentem.*

4 *Iudex vnius ex litigantibus commensalis recusari potest.*

5 *Iudex conciuis vnius ex litigantibus, an & quando vt suspectus recusari possit, remissiuè.*

6 *Citatus non tenetur comparere, etiamsi ipse iudicij locus esset tutus, si tamen loca per quæ transeundum esset, tuta haud essent.*

7 *Inimicitia est iusta causa non manendi in aliquo loco.*

8 *Protestatio de impedimento facta congruo tempore, & cum ipsius causa, iuuat.*

9 *Comparere coram iudice capitaliter inimico non tenetur quis, etiamsi cum citatorio mittat saluum conductum.*

10 *Restitutio plenaria quæ dicatur, ostenditur.*
11 *Præsumptiones plures ad probationem faciendam coniunguntur.*
12 *Amicitia non omnis repellit iudicem, sed maxima.*
13 *Matrimonij causa quando principaliter agitur, potest idem iudex de causa dotis cognoscere.*

CAP. Accedens. §. IV.

1 TEstium receptio facta contra non contumacem lite non contestata in causa matrimoniali est nulla. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Barbat. Felin. Mar. Socin. Panorm. Henric. Melch. Kling, Ioan. Monach. Butr. Host. Bald. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 52. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 3. *cap.* 4.

2 *Corisopiten. Episcopus.*] Ergo clericus potest recusare Prælatum consanguineum suæ partis, etiamsi causa vertatur super bonis suæ Ecclesiæ, vide Dec. *in cap. postremo, n.* 8. *infr. de appellat.* Zerol. *in praxi Epicop. p.* 1. *verbo, Episcopus, §.* 34. Martam *in votis nouiss. decisionum, voto* 57. *n.* 23.

Vtpote qui vxorem suam, &c.] Notatur ad hoc quòd ex retentione vxoris alienæ contrahitur inter virum, & retinentem capitalis inimicitia, vt per Mascard. *de probat. concl.* 898. *n.* 10. plures quos refert, & sequitur Farin. *in praxi crimin. q.* 49. *n.* 83.

4 *Sit clericus commensalis.*] Notatur ad hoc quòd iudex vnius ex litigantibus commensalis recusari potest, Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Galliæ, tract. de recusat. gloss. vnic. art.* 9. *n.* 26. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 100. *num.* 22. Corrasc. *in explicat. ad aliquas leges nouæ recop. c.* 9. *n.* 117.

5 *Et magister P. de terra vxoris suæ oriundus.*] An & quando iudex, qui est conciuis vnius ex litigantibus, vt suspectus recusari possit, vide Rebuff. *de reprobat. testium, n.* 359. Nau. *in cap cum contingat, de rescriptis, causa* 10. *nullit. n* 4. vbi quòd extra patriam conterranei plus debito se diligere solent, Ludou. Miranda *de ordine iudic. q.* 4. *art.* 6. *in fine.*

6 *Nec nisi per districtum ipsius,* &c.] Notatur ad hoc quòd citatus non tenetur comparere etiamsi ipse iudicij locus esset tutus, si tamen loca per quæ transeundum esset, tuta haud essent, vt per Dec. *resp.* 18. *num.* 46. *vol.* 1. Matth. Coler. *de processib. executo p.* 4. *cap.* 8. *num.* 173. *vers. quod extenditur*, Barthol. Blarer. *ad l. diffamari, C. de ingenuis, & manumiss. cap.* 6. *n.* 112. Bernard. Græuæ. *ad practic. Camer. Imp. lib* 1. *concl.* 52. *consid.* 1. *num.* 12. vbi *num.* 13. declarat nisi declinata recta via per obliquam tutò ad iudicij locum venire posset.

7 *Nisi in terra inimicorum suorum.*] Ergo inimicitia est iusta causa non manendi in aliquo loco, vt per Fusc. *de visitat. lib.* 1. *c.* 28. *n.* 8. Flamin. *de resignat. lib.* 5. *q.* 3. *n.* 355.

8 *Vbi sine mortis periculo accedere non audebat.*] Notatur ad hoc quòd in omni casu bonum est protestari de impedimento, & quòd per eum non stetit, nec stat, & debet talis fieri protestatio tempore congruo, & publicè, & continere causam impedimenti, vt per Boër. *decis.* 40. *n.* 8.

9 *Si tamen misse ei fuissent,* &c.] Notatur ad hoc quòd non tenetur quis comparere coram iudice capitaliter inimico, etiamsi cum citatorio mittat saluum conductum, vt per Menoch. *cons.* 100. *num.* 216. Et notatur etiam ad hoc quòd vbi odium est capitale non debet coniux cautionis fragilitate fidere, vt per Sanch. *de mat. m. lib.* 10. *disp.* 18. *n.* 23.

Plenariam restitutionem.] Plenaria restitutio illa dici potest, quæ fit ad possessionem, & fructus, expensas, damna, & interesse per spoliatum passa, ex resolutis per Viuian. *tom.* 2. *comm opinion. lib* 8. *tit.* 3. *n.* 3. *in med.* nam si de possessionis restitutione tantùm loqueretur, ad damna minimè traheretur, quia quo illa, possessio scilicet, & damna sunt diuersa, ita vt alterum attingere minimè videatur, optimè Menoch. *remed.* 1. *recup. n.* 305. & 306. Purgatio autem spolij consistit in restitutione bonorum & fructuum, Card. Canaler. *decis.* 108. *n.* 1. 10

In gloss. *Oriundus.* Notatur ad hoc quòd præsumptiones plures ad probationem faciendam coniunguntur, vt per Mascard. *de probat. concl.* 1223. *num.* 1. *cum seqq. ad gloss. verbo legitimè in l.* 2. *ff. de excusat. tutor.* Dec. *cons.* 146. *num.* 14. *vers.* 6. & *vltimo*, Socin. *cons.* 89. *n.* 9. *vers. quo supposito lib.* 1. Parisi. *cons.* 104. *n.* 16. *volum.* 2. 11

In gloss. *Nimis fauens*, ibi, *non omnis amicitia repellit iudicem, sed maxima.* Vide Tiraq. *de pœnis temper. causa* 21. *num.* 5. Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *actu* 2. *n.* 71. Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Galliæ, art.* 9. *vnic. num* 29. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 142. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 100. *n.* 19. & *cap.* 200. *n.* 2. Carrasc. *in explicat. ad aliquas leges recop. cap.* 9. *n.* 96. vbi *num.* 98. cum Menoch. *de arbitr. casu* 152. *num.* 12. dicit iudicis arbitrio relinqui quæ dicatur maxima amicitia. 12

In gloss. *Terræ fin.* Notatur ad hoc quòd quando principaliter agitur de matrimonio, potest idem iudex de causa dotis cognoscere, quæ est annexa & dependens à matrimonio ne continentia causæ diuidatur, vt per Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, notab.* 2. *in princ. n.* 20. *vers. ad hæc.* 13

SVMMARIVM.

1 *Lite non contestata non recipiuntur testes regulariter super principali, nisi timeretur de morte, vel diuturna absentia testium, tunc enim seruata solemnitate hic posita possunt etiam lite non contestata testes examinari.*
2 *Testes regulariter examinari non possunt ante litem contestatam.*
3 *Examen factum ad perpetuam rei memoriam si non sit seruata forma tradita in hoc text. est nullum.*
4 *Testes ante litem contestatam possunt actore petente examinari si de illorum morte timeatur.*
5 *Senes, valetudinarij, & diu abfuturi ante litem contestatum examinari possunt si tamen tempore moti iudicij viui, & præsentes sint, vt probent denuo recipi.*
6 *Testis iuramento statur super diuturna absentia.*
7 *Senes, qui dicantur, ostenditur.*
8 *Senectus facit recedere à regulis iuris.*
9 *Infirmi, & valetudinarij dicuntur consilio Medicorum.*
10 *Testes valetudinarij, & diu abfuturi eo casu, quo ante litem contestatam examinari possunt personaliter, citari debet pars aduersa contra quam examinantur, nisi periret, vel occultaretur veritas.*
11 *Examine peracto necesse est, vt actor intra annum actionem instituat, nisi producens, seu futurus actor non posset intra annum illũ experiri, vt n.* 18.
23 *Præsumptio fraudis insurgit aduersùs illum, qui peracto examine intra annum actionem non instituit.*
14 *Latitans, vel se occultans ne citatio ad ipsius peruenia notitiam, per edictum citari potest.*

15 Citan

15 *Citandus non est, qui non patitur citationem ad se peruenire.*
16 *Lite non contestata ad diffinitiuam sententiam proceditur aduersùs reum contumacem.*
17 *Iudex excles iasticus non debet facultatem concedere mulieri, vt secundo nubat viro, nisi verosimiliter præsumatur de morte prioris.*
18 *Dictio,* maximè, *aliquandaponitur pro tantùm.*
19 *Concilium Trid. sess 23. de reform.cap.1. vers. quoniam,vbi declaretur,ostenditur.*
20 *Sententia priuationis ob non residentiam minimè tenet,non seruata forma à Concil. Trident. præscripta.*
21 *Mora vt probetur requiritur interpellationis, siue requisitionis probatio.*
22 *Mors non probatur per famam, nisi aliis adminiculis adiuuetur.*
23 *Testes ad perpetuam rei memoriam ante litem contestatam produci, & recipi possunt.*
24 *Contumace reo actor mittendus est in possessionem rei petitæ,si actione realiactum esset.*
26 *Missus in possessionem ex primo decreto post annum verus fit professor.*
27 *Concessum ad tempus post illud censetur prohibitum.*
28 *Prohibitum ad tempus post illud videtur esse permissum.*
29 *Iudex ob causam pœnas à iure statutas minuere, & remittere potest.*
30 *Electio iudicis, vel rei in pœnis attentatiuè impositis quando sit ostenditur.*
31 *Cautio sufficiens dicitur fideiussoria, vel pignoratitia.*
32 *Semiplena cognitio de debito requiritur ad primum decretum.*
33 *Secundum decretum non habet locum in realibus actionibus.*
34 *Fieri dicitur in tempore, quod fit parum post tempus.*
35 *Executio fit prius in mobilibus, quàm in immobilibus bonis.*

Cap. Quoniam frequenter. V.

1 LIte non contestata regulariter testes recipi non possunt,sed si agatur ciuiliter,siue pars conuenta sit contumax,siue sine fraude sit absens,vt conueniri non possit,recipi possunt testes senes, & valetudinarij, vel alij de quibus timetur probabiliter copia, ne veritas occultetur, & tunc si actor intra annum non conuenit aduersarium, vel illi nuntiat tales testes, testificatio recepta non valet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anchar. Hostiens. Felin. Bald. Mynsing. Melch. Kling, Ioan. Monach. Butr. Barbat. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 52. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 219. *& part.* 3. *repet. in iure Canonico ad secundum Decretal.librum.* Ambr.de Vignate, remissiue Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. Augustin. *collect.*3. *Decret. lib.*2.*tit.*3.*cap.*5.

2 *Regulariter verum esse,* &c.] Notatur ad hoc quòd regulariter ante litem contestatam testes examinari non possunt, vt per Crot.*de testib.n.*258. Gregor. *l.*2. *tit.*16. *p.*3. Mich. Graff. *tom.*1. *communium opin. lib.*4. *tit.*10.*num.*305. *pag.*548.vbi Viuian.*n.*310. Menoch. *de arbitr.casu* 61.*& de præsumpt.lib.*2.*præs.*54. Mascard. *de probationibus, conclus.* 1367. Farinac. *in praxi crimin. p.*76.*num.*2. Bernard. Græuæ.*ad practic.Camer. Imper. lib.* 1. *conclus.*92. Perez *l.*1. *gloss.*5. *pag.* 518. *col.* 2. *in princ.tit.*3.*lib* 3. *Ordin.* Christoph. à Pace *ad l.* 175. *styli.*

Nisi fortè.] Notatur ad hoc quòd examen factum 3
ad perpetuam rei memoriam, est nullum, si non sit seruata forma tradita in hoc textu, ita tenuit Rota apud Mantic. *decis.*142.*n.*4. iunctis quæ de dict. *nisi* adduco ego ipse *in remiss.de dict. & claus.dict.*184.*n.*4. & quòd vt locus sit huic examini ad perpetuam rei memoriam septem requiri copulatiuè, tradit Ioan. Baptista Costa *de remed. subsid. remed.*68. vide apud illum.

De morte testium timeatur, &c.] Notatur ad hoc 4
quòd quando timetur de morte testium,possunt ante litem contestatam examinari actore petente, veluti si testes in locis pestilentibus commorentur, Rurger. Ruland.*in tract.de commis.p.*2.*lib.*1.*c.*7. *n.*4. Ludouic. Schrader.*in tract.de feudis, p.*9. *sect.*13.*sub n.*110 *vers. & inter cæteras causas.* Vel si mulier vicina partui sit, Farin.*d.q* 76.*n.*91.

Vel absentia diuturna, &c.] Notatur ad hoc quòd 5
din abfuturi, & senes valetudinarij ante litem contestatam examinari possunt, Ordin. Regia Lusitan. *lib.*3.*tit.*55.§ 7. Marant. *de ordine iudic. p* 4.*dist* 9 *n.*70. Ant.Gom.*var.tom.*4.*c.*1 *n.*15. *ad finem,* Ioan. Garc.*de nobilit.gloss.*48.*n.*21.Viu.*tom* 1.*commun opin.lib* 4.*tit* 10. *n.*340.*vers.& eo magis, pag.*555. vbi Bonacos. *n.* 343. Mascard.*de probationib.concl* 681.*n* 2.*& concl.*1367.*n.*4. Farin.*d.q.*76 *à n.*82.Melch.Phœbos *Lusit.decis.tom.*1. *Aresto* 46. Aduerte tamen quòd si huiusmodi testes propter absentiæ, vel mortis periculum recipiantur ante litis contestationem, vel eam motam, & tempore moti iudicij, viui, & præsentes sint, tunc non probant nisi denuo recipiantur, de quo vide Vestr. *in practic.Romana,lib.*6.*c.*2.*n.*3.*vers.qua in re,*Lancellot. *de attentat.cap.*12.*limit* 38.*num.*4. Mascard.*concl.*1367. *num.*10. quos refert, & sequitur Farinac. *d. quæst* 76. *num.*109. Aduerte etiam quòd super diuturna absen- 6
tia statur iuramento testis,Vestr. *d. n.*3.*vers.in qua specie,*Roland.*cons.*23.*num.*29.*ad finem, l.*3. Farin. *d.q.*76. *num.*94.

Senes.] Qui dicantur, arbitrio iudicis relinquitur, 7
nisi sint in septuagesimo anno,& vltrà,quia tunc non potest iudex arbitrari eos non esse senes, Menoch. *de arbitr.casu* 59.*à n* 1.*& n.*4. *vers. secunda conclusio. & de præsumpt.lib.*6.*præs.*46.*n.*25. Farin. *d.q.*76.*à num* 83.
nam senectus facit recedere à regulis iuris, Flamin. 8
*de resignat.benefic.lib.*5 *q.*6.*n.*4.

Et valetudinarij.] Infirmi,& valetudinarij dicuntur 9
ex consilio medicorum,Roland.*d.cons.*22.*n.*20.*ad fin. lib.*3.Menoch. *d.casu* 60. Farinac. *d.q.*76. *n.*90. & qui sint iudicis arbitrio relinquitur, Menoch. *d.casu* 60. *num.*5. Flamin. *de resignat.benefic.lib.*5.*quæst.*6.*num.*11. *&* 12.

Aduerte quòd eo casu, quo din abfuturi, & testes 10
valetudinarij ante litem contestatam examinari possunt, citari debet pars aduersa contra quam examinantur, vt disponit Ordin. Regia *d.* §. 7. *vers. fendo ouzroſy, &c.* resolunt Vestr.*d.cap.*2. *num.*5.Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuil.*30. *num.* 11. Farinac. *d.q.*76. *num.* 141. Amat. Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, & examinandi processum, cap.* 7.*num.*37. *cum multis seqq.* Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit.*44.*de citat.n.*166. Et huiusmodi citatio debet esse personalis, nec sufficit ad domum, Azin. *in praxi Florent.*§.7.*c.*5.*limit.*29. Ludou. Schrader. *tract. de feudis, p.*9. *sect.* 13. *num.* 113. Mascard. *concl.* 1366. *num.* 3. Farin. *d.quæst* 76 *num.*142. præcipuè si non sit in longinquo, Camill. Borrel. *d. tit.*44. *num.* 168. Si verò antequam aduersarius comparere posset, periret, vel occultaretur veritas ob timorem absentiæ, vel mortis testium

testium, tunc examen absque citatione subsistet, Anton. Gabr. *tom. 3. commun. opinion. tit. de citat. concl. 1. n. 302. & 342. vers. declara.* Schard. *d. n. 113. vers. eodem modo*, Farin. *d. q. 76. n. 147. & 167.* Camil. Borrel. *tit. 44. num. 167.*

11 *Sed si actor non conuenerit aduersarium intra annum*, &c.] Notatur ad hoc quòd examine peracto necesse est, vt actor intra annum actionem instituat, vt per Masuer. *in praxi tit. de testib. sub num. 1. vers. verum est*, quem refert Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 92. consid. 1. num. 9.* vbi etiam tenet huiusmodi annum ab initio vtilem censeri, atque ita non incipere currere nisi à tempore, quo aduersarius conueniri potuerit, de quo etiam Farin. *d. quæst. 76. num 17.* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 54. sub num. 3. vers. & præterea intelligitur currere tempus.*

12 *Attestationes sic receptæ non valeant.*] Limita quando producens, seu futurus actor non posset intra annum illum experiri, vt quia debitor in diem conditionalis, &c. resoluit Menoch. *d. præs. 54. sub n. 3. vers. & præterea*, quem refert Bernard. Græuæ. *d. consid. 1. n. 18.* Et nota quòd examen non intelligitur ipso iure nullum, sed requiritur vel indicis declaratoria, vel partis exceptio, vt per Mynsinger. *hic in princ. n. 33.*

13 *In fraudem.*] Notatur ad hoc quòd aduersùs illum intra annum non agentem præsumptio insurgit fraudis, testes scilicet fecisse examinari in fraudem rei, vt processu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum testes, vel alium locum habere non possint, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 65. num. 5.* Et hæc præsumptio est iuris & de iure, probationem contrariam non admittens, vt per Menoch. *de præsumpt. 54. sub num. 3.* vbi *in vers. aduersus tamen*, asserit aduersùs huiusmodi præsumptionem iuris, & de iure admitti indirectam probationem contrariam, probando scilicet lapsum non esse annum à tempore examinis citra: & Farin. *d. q. 76. num. 170.* asserit contrariam probationem non admitti respectu fraudis, at verò admitti respectu eius, quòd actor non habuisset facultatem intra annum conueniendi reum.

In gloss. *Non valeant*, ibi, *illi qui testes produxit, sed aduersario bene valebunt.*] Notatur ad hoc quòd attestationes si non producuntur infra certum tempus, non valent in odium illius, qui tenebatur producere, secus autem ad fauorem alterius partis, vt per Butr. *hic num. 18. vers. nisi fortè*, Innoc. & Hostiens. *in c. 2. de testib. in fine*, Rot. *in Romana societatis officij scutorum mille 8. Februarij 1627.* coram Patriarcha Manzanedo.

§. Porrò.

In causa matrimoniali carnali si citatus venire contemnit, vel se occultat, vel impedit ne citetur lite non contestata, testes sunt recipiendi, & procedendum ad sententiam definitiuam. Si verò reus, siue maritus abest ex causa & sine sua culpa, citari non potest, vt si sit in captiuitate, est expectandum donec verisimiliter præsumatur de obitu, & interim coniux, quamvis sine culpa, non tamen sine causa, cogitur esse continens. Item in matrimonio spirituali contracto, v. g. in electione ad Prælaturam, si pars est contumax, procedi debet sicut ius præcipit, si est absens, & per ipsum non stat quin citetur, & agatur de promouendo, expectetur per sex menses vel ad arbitrium iudicis. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

Siue quia malitiosè se ipsum occultat.] Aduerte quòd latitans, vel se occultans ne citatio ad ipsius notitiam perueniat per edictum citari potest, Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de citat. n. 96.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. sit. 44. de citat. n. 90.* 14

Seu quia impedit ne possit ad eum citatio peruenire.] Notatur ad hoc quòd non est citandus, quia non patitur citationem ad se peruenire, vt per Tiraquel. *in tract. res inter alios actæ, vers. limita duodecimo, & de retractu lig. §. 2. gloss. 1. num. 9.* nam hoc casu habetur pro citato, Franc. Marc. *Delphin. decis. 400. num. 14. p. 1.* Lancelot. *de attent. p. 2. c. 4. n. 106.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 66 n. 32.* Rot. *in Hispalens. legitimitat. 11. Decembris 1611.* coram bonæ mem. Vbaldo, Buratt. *decis. 416. n 5.* quia quando per alium stat quominus quid fiat, id vtique pro facto habetur in ipsius præiudicium, vt dicit Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 10. num. 9.* 15

Ad definitiuam sententiam procedendum.] Notatur ad hoc quòd ad definitiuam sententiam lite non contestata proceditur aduersùs reum contumacem, vt per gloss. *1. post med. l. 11. tit. 1. lib. 3 fori*, Soar. de Pace *in pract. tom. 2. p. 2. cap. vnic. n. 114.* vbi dicit id specialiter inductum esse propter periculum fornicationis, & propter fauorem libertatis, & propter periculum vacationis beneficij. 16

Si autem de carnali coniugio, &c.] Notatur ad hoc quòd iudex Ecclesiasticus non debet facultatem concedere mulieri vt secundo nubat viro, nisi verosimiliter præsumatur de morte prioris viri, vel adsint aliqua indicia, quæ pariant verosimilem præsumptionem, quæ quidem verosimilis præsumptio, & existimatio mortis habetur per certum nuntium, vel alias probationes æquiualentes, provt iura de hoc loquentia concordant Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 46. n. 5. & 9.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 31. n. 70. & 71.* 17

In gloss. *Maximè*, ibi, *alij exponunt, maximè, id est tantum.* Vide Menoch. *de præs. lib. 4. præs. 100. n 12.* Azened. *l. 1. n. 37. tit. 19. lib. 8 nouæ recop.* quos refero ego ipse *de diction. & claus. dict. 168. n. 4.* alias *dict. 197. num. 9.* 18

In gloss. *Canonibus.* Hodie Concil. Trid. *sess. 23. de reformat. cap. 1. vers. quoniam*, statuit nulli Parochorum licere abesse à parochiis suis singulis annis vltra quos, aut ad summum tres menses, dummodo tamen æqua ex causa, & absque vllo gregis detrimento fiat, quod decretum multipliciter declaro ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 53. à num. 93.* 19

In ead. gloss. ibi, *Episcopus semper ipsum primò monere debet.* Et ita priuationem præcedere debet monitio, deinde pœna censurarum, postea subtractionis fructuum, itavt inter vnam, & alteram pœnam expectetur ad minus per sex menses, aliter enim non seruata hac forma à Concil. Trident. *dicto loco* præscripta, non teneret sententia priuationis, vt decisum fuisse in Rota refert praxis noua Episcop. *p. 2. c. 4. n. 97. in fine.* 20

Notatur etiam ad hoc quòd ad probandam moram, aliquémve in mora esse requiritur, vt probetur interpellatio, siue requisitio, vt per Mascard. *de probat. concl. 1066. n. 8.* 21

In gloss. *Præsumatur.* Notatur ad hoc quòd per famam non probatur mors, nisi aliis adminiculis adiuuetur, vt per *gl. 2. post princ. in l. 11. tit. 1. lib. 3. fori legum*, Couar. *de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 12. n. 6.* Guttier *tract. lib. 2. q. 8. n. 3. & 4.* Farin. *in praxi crimin. q. 140. num. 35.* plures per Sanch. *in matrimon. lib. 1. disp. 46. num. 15.* 22

§. Sunt

§. Sunt & alij.

23 Probat hic §. quod testes ad perpetuam rei memoriam ante litem contestatam produci, & recipi possunt, de quo vide Mich. Graff. *tom. 1. comm opin. lib 4. tit. 10. n 305. & 306. pag. 548.* vbi Viu. *n. 310. vers. licèt*, Farin. *in praxi crim. p. 2. q. 67. n. 11* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam. Imp. lib. 1. concl. 92. n. 2.*

§. In aliis.

Reus in actione reali si est contumax, actor mittitur in possessionem, & si reus infra annum venit, & dat cautionem de stando iuri, solutis expensis recuperat possessionem, si post annum, non, sed potest agere de principali. Item si quis conuenitur super immobilibus, qui possidet nomine alieno, nominet dominum in iudicio, & citetur dominus, qui si non comparet, est interrupta præscriptio, & iudex examinare debet negotium summariè, & dare possessionem actori. Item si agatur de personali post contumaciam, mittatur actor in possessionem nobilium si non sunt, immobilium, vel excommunicetur, & reus si infra annum venerit, audiatur modo super dicto. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

24 *Virum contumax actione reali*, &c.] Probat hic §. reo contumace actorem mittendum esse in possessionem rei petitæ, si actione reali actum esset, si verò actione personali actor ageret, mitti debere in possessionem bonorum debitoris pro modo, & quantitate debiti similis text. *in auth. ei qui, C. de bonis auctor. iud. possid.* concordant apud Castellanos *l. 2. tit. 8. p. 3. & l. 4. tit. 3. lib. 2. for. legum, vbi gl. 10. & l. 1. tit. 11. lib. 4. nouæ recop.* Perez *l. 1. gloss. 1. pag. 654. col. 1. vers. quæro, & vers. executionem, tit. 9 lib. 3. Ordinam.* Soar. de Pace *in pract. tom. 2. p. 1. vnic. n. 43. cum seqq.*

25 *Qui si venerit infra annum*, &c.] Vide *l. 6. tit. 8. p. 3.* Soar. de Pace *d. c. vnic. n. 45.* Surd. *decis. 46. n. 10.* vbi etiam resoluit procedere quando immissio facta est ex primo decreto nulla præcedente re iudicata, quo casu efficitur pignus prætorium, sed vbi iam lata est sententia, & post eam facta missio, tunc veniens debitor non recuperat possessionem, nisi facta reali solutione, per text. *in l. pecunia, in fine, ff. vt in possess. legat.*

26 *Verus constituetur possessor.*] Notatur ad hoc quòd missus in possessionem ex primo decreto post annum verus fit possessor, vide *gloss. 4. post princ. in l. 5. tit. 3. lib. 2. for. leg.* Perez *l. 1. gloss. 1. pag 657. col. 1. vers. sciendum est, tit. 9 lib. 3. Ordin.* Negusant. *de pignor. part. 3. membr. 2. à n. 6.* Menoch. *remed. 3 retin. n. 164. & 206.*

27 *Si vero post tempus*, &c.] Notatur ad hoc quòd concessum ad certum tempus post illud censetur prohibitum, *l. si vnus, §. 1. ff. de pactis*, cum aliis citatis per Tiraq. *de retract. lig. §. 2. gl. 2. n. 46. & de retractu conuent. §. 1 gloss. 2. n. 44.* Menoch. *cons. 68. n. 10. decis. Pedem. 83. n. 13.* Surd. *de alimentis, tit. 5. q. 3. n. 9. & 10. & decis. 75. n. 1. & decis. 189. n. 9. & decis. 244. num. 10. & cons. 57. n. 9. & cons. 354. n. 18.* Bertaz. *in tract. clausul. instrum. clausul. 15. gloss. 2. n. 21.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 1. proœm. n. 4.* Cald. Pereira *de renouat emphyt. q. 10. n. 1. & de resol. emphyt. q. 1. n. 8* Rot. Rom. apud Farin. *decis. 617. n. 2. t. 2. p. 1. recent.* D. Barbosa *in l. cum Prætor, in princ. n. 45. ff.*

28 *de iudic.* Et è contra ad tempus prohibitum post tempus videtur esse permissum, *l Imperator 8. ff. de postulando*, Tiraq. *d. gloss. 2. n. 46.* Surd. *decis. 75. n. 1. & cons. 247. n. 18. & cons. 294. n. 6.* Gonzal. *gloss. 65. n. 8.* D. Barb. *d. num. 45*

29 *Ita videlicet quod alterutra pœna*, &c.] Notatur ad hoc quòd iudex ob causam pœnas à iure statutas minuere, & remittere potest, vt per Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. n. 17.* Marant. *de ordine iudic. p. 6. n. 115.* Hyppol. *in l. vnius, § custodiæ, ff de quæstionibus.*

Vel post annum etiam audietur, &c.] Notatur ad hoc quòd in pœnis alternatiuè impositis iudicis erit electio, si verba legis pœnas irrogantis ad iudicem referantur, in idem est text. *in l. si fugitiui*, vbi Bald. *n. 8. C. de seruis fugit. & in l. 1. C. de his, qui latrones.* Si verò reum respiciant, veluti soluat centum, vel recedat à ciuitate ad illum electio spectabit, quo casu intelligitur text. *in l. quicunque, in princ. iuncta gl. 2. C. de seruis fugit.* colligunt hæc ex Doctrina Bart. *in l. 1. vers. expilatores, n. 2. ff. de effractor.* quam sequuntur Clar. *in pract. §. fin q. 85. n 6.* & Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 94. n. 1. cum seqq.* resoluunt Nauar. *in cap. consideret, §. ponat, n. 12. de Pœnitent dist. 5.* Anton. Gom. *var. tom. 3. c. 1. n. 39.* Sayr. *in claui Regia, lib. 3 c. 8. n. 14.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q 10. n. 81.* plures per Cened. *ad Decretal. collect. 59 n 4.* faciunt quæ D. Barbos. *in l. peremptoriam, n. 54. cum seqq. ff. de iudic.* 30

In gloss. *Cautione*, ibi *imo sufficientem cautionem præstare debet.* Quòd hæc cautio sit præstanda fideiussoria, vel pignoratitia, tenent *gloss 8. per text. ibi in l. 5. tit. 3. lib. 2. for. leg.* Perez *l. 1. gloss. 1. pag. 654. col. 2. vers. executionem, tit. 9. lib. 3. Ordinam.* Surd. *decis. 46 n 10.* Soar. de Pace *in pract. p. 1 tom. 2. c. vnic. n. 45.* vide quæ dixi *ad gloss. verbo, sufficienti cautione, in cap. ex transmissa, de restit spoliat.* 31

In gloss. *Summatim.* Notatur ad hoc quòd requiritur ad primum decretum quòd præcedat semiplena cognitio de debito, vel saltem quòd actor præstet iuramentum de calumnia antequam in possessionem mittatur, vt per Panormit. *hic n. 31. & l. 2. tit. 8. p. 3.* Perez *l. 1. gloss. 1. vers. quæro 15. pag. 653. tit. 9. lib. 3. Ordin.* Soar. de Pace *d. c. vnico, n. 39.* 32

In glos. *Constituetur*, ibi, *verum est quod in realibus actionibus non habet locum secundum decretum.* Vide Perez *d. l. 1 gloss. 1. vers. quæro 27. pag. 656. col. 1.* 33

In gloss. *Statim*, ibi, *vel etiam post, antequam respondeat.* Nam dicitur fieri in tempore, quòd fit parum post tempus, *l. electa, ff. si certum petatur*, Tiraq. *de retractu conuent. §. 1 gloss. 5. n. 2.* Coler. *German. decis. 117. num. 1.* 34

In gloss. *Vel immobilium.* Notatur ad hoc quòd hæc missio primò fieri debet in bonis mobilibus, & eis deficientibus in immobilibus, & in eorum defectu in iuribus, actionibus, & nominibus debitorum, *l. 2. tit. 8. p. 3. l. 1. tit. 11. lib. 4. nouæ recop.* Soar. de Pace *d. c. vnico, n. 44.* Sic etiam executio fit prius in mobilibus, quàm in immobilibus bonis, *l. à Diuo Pio, § in venditione, ff. de re iudic.* apud Lusitanos Ordin. Regia *lib. 3. tit. 86. §. 7* apud Castellanos *l. fin. tit. 21. lib. 4. nouæ recop.* Parlad. *lib. 2. rerum quotid. c. fin. p. 5. §. 3. num. 2.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 7. n. 25.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de expensis, resolut. 2. à num. 3.* 35

In gloss. *Declarari.* Vide Azeued. *fin. n. 28. tit. 21. lib. 4 nouæ recop.*

In gloss. *Distinctionem*, ibi, *vel in solidum data auctoritate iudicis.* Vide Perez *l. 1. gloss. 1. pag. 655. col. 2. in princ. tit 9. lib. 3. Ordinam.* Ceuall. *com. contra communes, quæst. 176.*

De Iuramento calumniæ.

TIT. VII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panorm. Butr. Barbat. Mar. Socin. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 51. verso*, Ioan. de Londris *in breuiario sanctor. Can. fol. 168.* Petr. de Rauenna *in compend. iur. Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol. 54. verso*, Dan. Venator *in analysi methodica iuris Pontif. à pag. 194.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlo ad quinque libros Decret. sub hoc tit.* Lancel. *in institit. Canon.* Canis. *in sum. iur. Canon.* Casarel. *in erotem. iur* Barthol. Carthag. *in exposit. tit. iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 2. summ. in Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. tractant Ordin. Regia Lusitan. *lib. 3. tit 43.* vbi parens meus; & apud Castellanos *l. 23. tit. 11. p. 3.* vbi Greg. Lop. *& tit. 7. lib 4. noua recop.* vbi Azeued. & ex professo peculiarem tractatum edidit Anton. del Rè Tiburt. *de iuramento calumniæ*, vide Guillelm. Durand. *in speculo iuris, lib. 2. sub hoc tit.* Marant. *de ord. iudic. p. 6. vbi de iuram.* Viu. Kirchou. Soar. & alios *tom. 1. comm. opin. lib. 1. tit. 28.* Perez *l. 1. verbo, iuramento, de calumnia, tit. 4. lib. 3. Ordin.* Donel. *comm. iur. Ciuilis, lib. 24. c. 3* Mench. *vsufreq lib 2. c. 25.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, iuramentum, à n. 16.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 51. de iuram. calumniæ*, Sigism. Scacc. *de iudic. lib. 2. c. 1.* Galganet. *de iure publico, lib. 2. tit. 28.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus in causa Ecclesiæ suæ iuramentum calumniæ potest alteri committere, & per se iurare non cogitur, nec debet, sine superioris licentia.*

2 *Episcopi, & cæteri clericali Ordine insigniti immunes sunt ab onere præstandi iuramentum calumniæ.*

3 *Procurator non potest subire iuramentum calumniæ, nisi habeat mandatum speciale ad illud, secus si sit procurator clerici.*

4 *Clerici non possunt iurare de calumnia coram iudice sæculari sine Episcopi, seu Superioris licentia.*

5 *Clericus vt iustè possit testimonium sum proferre, regulariter necessaria est sui Prælati facultas, secus tempore pestis.*

6 *Regulares, & Monachi sine suorum Superiorum licentia testimonium perhibere non possunt.*

7 *Episcopus hodie subire potest iuramentum calumniæ sine speciali licentia Papæ.*

8 *Clerici si absque licentia suorum Prælatorum, coram non suo iudice iurent, non exinde vitiaretur processus, seu iudicium redderetur nullum, provt in Monachis, & Regularibus.*

9 *Clericis quare petere debeat licentiam à suo Episcopo ad iurandum de calumnia coram iudice non suo ostenditur.*

CAP. Inhærentes. I. *Honor. III.*

1 CLericus in causa suæ Ecclesiæ non debet in iudicio iuramentum calumniæ præstare, nec Episcopus consulto Papa, sed hoc iuramentum præstare debent clerici per actores, & defensores. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Butr. Innoc. Anan. Imol. Panorm. Anchar. Host. Bald. Barbat. Mar. Socin. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iur. Pontif. pag. 58.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 120.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 1. tit. 34. cap 2.* & est post Concil. Lateran. sub Alexnd. III. *p. 13. c. 1.*

2 Collige ex text. quòd Episcopi, & cæteri clericali Ordine insigniti, immunes sunt ab onere præstandi iuramentum calumniæ, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. n. 103.* latè Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de clerico teste, § 4.* Carol. de Graffis *de effectibus clericalibus effectu 34. per totum.*

3 *Sed aliis idoneis defensoribus*, &c.] Clerici ergo huiusmodi calumniæ iuramentum præstare poterunt per procuratorem, Bellet. *d. §. 4 n 2.* Et quamvis procurator illud subire non possit nisi habeat speciale mandatum ad iurandum de calumnia, Ordin. Regia *lib. 3. tit. 43. §. 4.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 111. n. 4.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, implorandum, n. 6.* Anton. del Rè Tiburt. *de iuram. calumniæ, c. 16.* Ant. Gabr. *tom. 3 comm. opin. tit. de mandato, concl. vnic. vers. 4. requiritur*, Camil. Borrel. *in summ. omnium decis. tit 51. de iuram. calumniæ, n. 16. & tit. 66. de procurat. n. 181.* Steph. Grat. *discept. forens. c. 105. n. 21.* tamen procurator clerici potest iurare de calumnaa sine speciali mandato, vt post Butr. & Abb. *in præsenti*, resoluit Bellet. *d. §. 4. n. 3.*

4 *Vel quisque clericus inconsulto Prælato*, &c.] Notatur ad hoc quòd clerici non possunt iurare de calumnia coram iudice sæculari sine Episcopi, seu Superioris licentia, Innoc. *n. 1. & 2.* Abb. *à n. 16. in præsenti*, Specul. *tit. de testibus, n. 36.* Bellet. *d. §. 4. n. 4* vbi etiam cum Socin. *n. 15. & 16. in cap. cum in causa, infr. hoc tit.* resoluit huiusmodi licentiam debere esse specialem ad iurandum de calumnia, ac debere esse verbis expressam, nec sufficere tacitam, & *n. 5.* quòd debet etiam peti huiusmodi licentia in constituendo procuratorem ad iurandum de calumnia, & *n. 6.* cum Abb. *hic n. 10.* tenet clericum non excusari à petendo huiusmodi licentiam iurandi de calumnia, licèt habuerit licentiam litigandi à Prælato suo; nam regulariter

5 vt clericus iustè possit testimonium suum proferre, necessaria est sui Prælati facultas, Paris. *cons. 83. n. 35. vol. 1.* Natt. *cons. 39. n. 1 vol. 4.* Cranet. *cons. 2. n. 1. vol. 1.* Mascard. *de probat. concl. 306. n. 6.* Franc. Marc. *decis. 777. n. 4.* Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 98. aliàs 101. n. 23. in nouissima edit.* Bellet. *d tit. de clerico teste, §. 2.* nisi tempore pestis propter imminens periculum, Ripa *in tract. de peste, tit. de priuileg. iudic. caus. post n. 45.* Farin. *in praxi crimin. quæst 61. num. 85.* Bellet. *d. §. 2. num. 4.*

6 Eodem modo Regulares, & Monachi sine suorum Superiorum licentia testimonium perhibere non possunt, Boss. *in praxi crimin. tit. de oppos. contra test. num. 92.* Specul. *tit. de teste, §. 1. num 36.* Farin. *d. q. 6. num. 124. & 130. cum seqq.* Mascard *concl. 261. num. 1. 2. 5. & 12. & concl. 1358. num. 3.* Illud tamen aduertendum est, quòd licèt clericis non tantùm Episcopus, sed etiam alius Prælatus inferior possit dictam licentiam concedere, id in ciuilibus causis non verò in criminalibus ad tutelam & defensionem rei accusati procedit, quia in istis ab Episcopo, vel ab eius Vicario generali maturo iudicio, & præuia causæ cognitione concedenda est, non verò ab inferioribus iudicibus, qui causarum criminalium cognitionem non habent, vt ex Abb. *in præsenti*, resoluit Salzed. *d. cap. 101. num. 23. in fine.* Et licentia danda per Episcopum clerico, vt depenat coram iudice sæculari,

seculari esse deberet sub hac, siue simili forma. Conceditur licentia N. clericò deponendi in Curia seculari in tali causa, dummodo non deponat super articulis concernentibus criminalitatem, infamiam, negatiuam, aut repulsam.

7 In glos. *Inconsulto*, ibi, *hoc non seruatur*, &c. Notatur ad hoc quòd hodie Episcopus iurare potest iuramentum calumniæ sine speciali licentia Papæ, Abb. *hic n.16.& 19.* Bellet. *d.§.4.n.10.*

8 In ead. glos. ibi, *sed iudicium propterea non vitiatur.* Notatur ad hoc quòd si clerici absque licentia suorum Prælatorum coram non suo iudice iurent, non exinde vitiaretur processus, seu iudicium redderetur nullum, Abb. *hic n.17.& in c.cùm nuncius, n.4.* vbi etiam Felin. *n.1. de testib.* Anton. del Rè *d. tract.c.15.n.344.* Aret. *cons.160. vers. venio ad octauum*, Roland. *cons.24. n.77. vol 1.* Bellet. *d.tit.de clerico teste, §.2.n.3.& §.4.n.7.* Guid. Papæ. *decis.65. in princ.* Salzed. ad Bernard. *d. c.101. n.25.* Sic etiam in Monachis, & Regularibus resoluunt Guid. Papæ *decis.157.* Farin. *d. q.61. n.134.* Fr. Emman. *q.Regul.tom.2.q.10.artic.4.* Bellet. *d.tit.de clerico teste §.3. n 4.*

9 In ead. glos. ibi, *quia non potest in iudicem suum consentire.* Nota rationem quare petere debeat clericus licentiam à suo Episcopo ad iurandum de calumnia coram iudice non suo, ea est, quia iuramentum calumniæ defertur auctore prætore, & sic clericus consentiret in iudicem non suum, quod facere non potest, Socin. *in cap. cùm in causa, n.15. circa fin. infr. hoc tit.* Anton. del Rè *d. tract. cap.16. n.320. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum calumniæ non præstatur in spiritualibus causis.*
2 *Ius percipiendi decimas est spirituale.*
3 *Ordinationes fauorabiles clericis, & non contradicentes Canonibus seruari debent, etiàm quoad Ecclesias, & clericos.*
4 *Spirituale quomodo qui dicatur, remissiuè.*

CAP. Literas. II.

1 IVs Canonicum in causis Ecclesiasticis, decimis, & rebus spiritualibus non ordinat iuramentum calumniæ, nec Ecclesia tale consuenit, quia hæ causæ debent tractari ex Canonum æquitate, & non ex districtione legum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Panorm. Butr. Anchar. Bald. Host. Marc. Soc. Barbat. Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.59.* Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.221.* remissiuè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Anton. August. *collect.1. Decret. lib.1. tit.34 c.3.* & est post Conc. Lateran. sub Alex. III. *p.23.c.2.*

2 *Decimis.*] Ergo ius percipiendi decimas est spirituale, vt per Monet. & plures ab eo citatos, *de decimis cap.5. q.3. num.57.* & dixi *ad cap. tua, 25. de decimis.*

3 *Non ex legum districtione.*] Notatur ad hoc quòd omnes ordinationes fauorabiles clericis, & non contradicentes Canonibus seruari debent etiam quoad Ecclesias, & clericos, vt per Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœm. glos.1. n.72.* intellige vi rationis, nam vi statutorum laicalium clericos ligare non possunt, Surd. *cons.120.n.42.* Palat. *in rep. et c.per vestras, notab.2. §.sed est pulchra dubitatio. num.13. inf. de donat. inter vir. um,* Alder. *de generali stat. interp. conclus.1. n.204.* Bellam. *tom 2. de clericis, c.28. propositt.2.* Azor. *instit. moral. p.2. lib.10. cap.7. vers. animaduertendum*, plures per Bellet. *disquisit. cleric. p.1. tit de exemptionibus clericorum à statutis sæcularium, §.2.n.34.& 36.* resoluit quòd ordinationes sæcularium prosunt clericis, non æquè nocent, & *n.37.* quòd possunt induci à clericis in quantum faciunt pro seipsis, sed non acceptari in quantum faciunt contra ipsos.

In glos. *Rebus spiritualibus.* Quomodo, & quo sensu 4
aliquid spirituale dicatur, tradunt Rebuff. *de decimis, q 43.n.38.39.& 73.* Vgolin. *de simon. tab 1. cap 33.§.1. & 2.& cap.34. in princ.* Nau. *in manuali, c.23. num.99.* Anastas. Germon. *de sacrorum immun. lib.3. c.19. n.57. & 8.*

In ead. glos. ibi, *Tamen si agatur possessorio*, &c.] Notatur ad hoc quòd possessio rei spiritualis dicitur quid temporale, vt per Cou. *pract. cap.35. num.1.* Boër. *decis.69 n 23. in princ.* Aym. Cravet. *cons.258. à princ.* Anton. Granat. ad Vestrium *lib.5. cap.1. num.6.* Rebuff. *tom.3. ad leges Gallia titul de mater. possess. art.7 glos.1. n 22.* Menoch. *remed.15. recuper. num.211 in princ.* Ioan. Garc. *reg.9. ex num.15.* Guttier. *canon lib 1. c.34. ex num.16.& ex num.42.* latissimè de hac materia agit parens meus *in comment. ad Ordin. Reg. Lusit, lib. 2. tit.1.§.2.*

SVMMARIVM.

1 *Persona principalis non indistinctè releuatur ab onere iurandi de calumnia, licèt compareat per œconomum, sed sibi vel œconomo est deferendum inspecta qualitate causæ, & personarum.*
2 *Syndici Communitatum ad omnes causas peragendas constituti in animam propriam de calumnia iurant.*
3 *Procurator in animam propriam iurare tenetur aduersario exigente.*
4 *Tutores, curatores, œconomi, & cæteri habentes administrationem alieni patrimonij sine speciali mandato iuramentum de calumnia præstant.*
5 *Procurator fisci non tenetur iurare de calumnia.*

CAP. In pertractandis. III.

Eugen.

IVramentum calumniæ potest quandoque præstari 1
per principales personas, quandoque per œconomos, & fit in animam iurantis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Bald. Hostiens. Anch. Panorm. Barbat. Mar. Socin. Butr. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iur. Pontif. pag.60.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.221.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 2.* refertur ab Anton. August. *collect 1 Decret. lib.1 tit.34. cap.4.* est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. *part. 23. cap. 3.*

Collige ex text. Syndicos Communitatum ad om- 2
nes causas peragendas constitutos in animam propriam de calumnia iurare, cùm habeant legitimam illarum causarum administrationem, & non debeant constitui nisi illi, qui plenam illarum notitiam teneant, Sayr. *in clavi Regia, lib 5.c.6.n.6.* Soar. *tom.2. de reg. tract. de iuram lib.2.c.31.n.3.* Sigism. Scac. *de indic. lib.2 c.1.q.21.n.255.*

In animam iurantis.] Ergo procurator tenetur iu- 3
rare in animam propriam, præcipuè aduersario exi-

gente, de quo vide Ordin.Regiam Lusit.*lib.3.tit.43. §.2.* Anton. del Rè *in tract. de iuram. calumniæ, c.16. n.45* Surd.*decis.18.n.3.* Camil. Borrel.*in summ.omnium decis.tit.41.n.19.*

4 In glosſ. *Iurantis*, ibi, *ſic tutores, & curatores, cùm habeant legitimam adminiſtrationem.* Notatur ad hoc quòd tutores, curatores, œconomi, ac cæteri habentes adminiſtrationem alieni patrimonij ſine ſpeciali mandato iuramentum calumniæ præſtant, vt per Couar.*var.lib.1.c.6.n.6.verſ.9.* vbi aſſerit hanc gloſſam ab omnibus eſſe receptam, & per hanc gloſſ. reſoluit Scac.*d.q.21.n.250* Syndicum tam Collegij Eccleſiaſtici, quàm ſæcularis iurare de calumnia in animam ſuam propriam ſine alio mandato, dummodo habeat notitiam cauſæ, & *n.258.* limitat in Syndico particu-
5 lari. Aduerte procuratorem fiſci non teneri iuramentum calumniæ ſubire, provt reſoluunt Surd.*deciſ.18. à n.11.* Anton.del Rè *d.c.16.n.171.& 172.* Stephan. Gratian.*diſcept.forenſ.c.56.n.21.* Camil.Borrel.*d.tit.51. n.37 cum ſeqq.*

CAP. Imperatorum. IV.

1 ABbas, & monachi non per ſe, ſed per œconomum à ſe conſtitutum ſubeant calumniæ iuramentum, qui illud pro eis perat, accipiat, & præſtet, & ſi ipſi non eligunt, Epiſcopus idoneum œconomum eligat pro monaſterio, ne cedat à iure ſuo. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anchar. Hoſt. Bald. Butr. Henric. Barbat. Mar. Socin. Cujac. Viuian.*in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag 61.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.221.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib.1. tit.34 c.5.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.23.c.4.*

2 Probat hic text. quòd Prælatus, & Capitulum, contumaces in non iurando de calumnia, præiudicant Eccleſiæ, cuius nomine inſtituta eſt lis, vt per Sigiſm. Scacc. *de iudic.lib.2 c.1 à n.283.*

3 In gloſſ. *Decidant*, ibi, *qui enim de calumnia iurare non vult, ſi eſt actor cadit à cauſa, & reus habetur pro confeſſo* Dixi *ad cap.vlt. de pœna, infr.hoc tit.*

4 In gloſſ. *O Economum.* Per hanc gloſſ. tenet Sigiſm. Scac. *de iudic lib.2.c.1.q.21.n.251.* œconomum, Syndicum, ſeu procuratorem generalem iurare de calumnia, & *n.252.* reſoluit quòd quando Vniuerſitas, ſeu Collegium non conſtituit Syndicum, ſeu procuratorem generalem, ſi Vniuerſitas eſt ſæcularis, iurabunt principaliter, ſeu maior ſaltem pars principaliorum; ſi eſt Eccleſiaſtica, debet iurare maior pars Capituli, & Prælatus. De œconomo, & ſyndico, vide Alciat. *lib.1. Parerg. c.5* Azeued. *ad Curiam Piſanam, lib.2.c.18. n.14.* & 43. Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.3.q.41.art.1.*

SVMMARIVM.

1 *Clerici etiam in eorum cauſis iurant de calumnia contraria conſuetudine non obſtante.*
2 *Morbis nouis noua conuenit antidota præparari.*
3 *Iuramentum calumniæ non ſubiit, qui iam plenè probauit.*
4 *Periurium in iuramento calumniæ eſt inculpabile.*
5 *Conſuetudo valet vt iuramentum calumniæ non præſtetur.*
6 *Auxilio nouo indigent, quæ de nouo emergunt.*

CAP. Cæterùm. V. *Luc. III.*

CLerici ſuis cauſis debent iurare de calumnia, 1 non obſtante conſuetudine. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anchar. Anan. Hoſt. Bald. Panorm. Mar. Socin. Butr. Barbat. Cujac. Viu. *in ration. ſecundi libri iur. Pontif. pag.61.* Alagona *in compend. iur. Can. pag.221.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.1. Decret. lib.1. tit.34.c.6.* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.23.c.5.*

Hanc eandē concl. ex hoc text. deſumunt, & multipliciter declarat Marta *de iuriſd. p.4. caſ.65 à princ.*

Quia nouis morbis noua conuenit antidota præparari. 2 Vide Theſaur. *Pedem. deciſ.239 n.11. cum ſeqq* relatum *in libello de principiis vtriuſque iuris, lit.E.n.8.* meripſum *in tract de Axiom. iur. vſufreq. Axiom.81.n.1. cum ſeqq.* vbi multipliciter ampliatur.

Ad veritatem eliciendam.] Ergo iuramentum ca- 3 lumniæ non ſubit, qui iam plenè probauit, vt per Mench. *illuſtrium quæſt c.31.n.41* Illud verò aduerten- 4 dum duxi in iuramento calumniæ periurium eſſe inculpabile ex gloſſ. *verbo, religione, in princ. Inſtit. de pœna temerè litig.* recepta per Cou. *in c. quamvis pactum, p.1 §.7.n.7* Menoch. *de arbitr. caſu 319 n.18.* licèt ſecus ſit apud noſtros Luſitanos, ex Melch. Phœbos *deciſ. 69.n.22.tom.1.*

Conſuetudine, quæ legi contraria eſt, non obſtante.] 5 Notatur ad hoc quòd non valet conſuetudo, vt iuramentum calumniæ non præſtetur, Perez *1. gloſſ.5. dub.6.verſ.iſtud tamen iuramentum, pag.541.tit.4.lib.3. Ord.* Alex. *conſ.45.n.3.lib.2.* Galgan. *de iure publico, lib.2. tit.28.n.2.*

In gloſſ. *Nouis morbis*, ibi, *& quæ de nouo emergunt* 6 *nouo auxilio indigent.* Vide Surd. *conſ.418.n.9.* Thom. de Thomaſ. *reg.240.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloſſ 4.n.97.* Anton. Monach. *Lucenſi deciſ.21. n.32.* Card. Tuſch. *tom.3.lit.E concl.45.*

SVMMARIVM.

1 *Procurator, vel ſyndicus vniuerſitatis Eccleſiaſticæ, vel ſæcularis de calumnia iurare poteſt.*
2 *Cauſa, quæ ex ſui natura non requirit præſentiam corporalem, per procuratorem expediri poteſt.*
3 *Iuramentum calumniæ lite conteſtata eſt præſtandum, vel parum poſt incontinenti.*
4 *Iurare debens de calumnia poteſt petere tempus ad deliberandum, quando eſt dubius de facto ſuper quo interrogatur.*
5 *Reus ſi fuerit per actorem interrogatus an rem petitam poſſideret necne, & neget, poſſidere, ſi poſtea conuincatur de mendacio, poſſeſſione priuatur.*

CAP. Cùm cauſam. VI.

Innoc. III.

PRior vniuerſitatis habens mandatum de rato iu- 1 rare poteſt de calumnia. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Henric. Hoſt. Bald. Panorm. Anch. Mar. Socin. Butr. Barb. Cujac. Viu. *in ration 2. libri iur. Pontif. p.62.* Alagona *in compend. iuris Can. pag.222.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.3. Decret. lib.1 tit.26.c.1.*

Noſtro ſe conſpectui præſentare.] Notatur ad hoc quod 2 quando materia ſubiecta ex ſui natura non requirit præſentiam corporalem, tunc poterit expediri per procu

procuratorem, vt per Tiraquel. *ad leges connub. gloss. 6. num. 35.* quem refert Gonzal. *ad reg. 7. Cancel. gloss. 48. num. 41.*

3 *Et lite coram nobis*, &c.] Ergo iuramentum calumniæ lite contestata est præstandum Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 3. tit. 43. in princ.* & apud Castellanos *l. fin. tit. 10 & l. 23. tit. 11. p. 3.* Stephan. *de priuileg. iuram. priuil. 12. n. 2.* Marant. *de ordine iudic. p. 6. ad 2. iudicis partem, n. 1.* Anton. del Rè *in tract. huius tit. c. 1. num. 19.* intellige de vera litis contestatione, ex Gama *Lusit. decis. 147. num. 3.* Et sufficit fieri incontinenti parum post illam Camil. Borrel. *in summa omnium decisionum, tit. 51. n. 14.* nam dicitur fieri in tempore, quod fit parum post tempus, *l. lecta, ff. si certum petatur*, Tiraq. *de retractu conuent. §. 1 gloss. 5. n. 2.* Colet. Germ. *dec. 107. num. 1.*

4 In gloss. *Per procuratorem*, ibi, *nunquid potest petere tempus ad deliberandum super eo de quo interrogatur*, &c. Notatur ad hoc quòd pars iurare debens de calumnia potest petere tempus ad deliberandum, quando est dubius, vel incertus de facto super quo interrogatur, vt per Mench. *vsufreq. c. 25. ad fin.* late Guttier. *practic. lib. 1. quæst. 59. à prine.* vbi tenet hoc procedere quando pars non potest esse instructa, vel factum de quo interrogatur, esset antiquum, vel intricatum.

5 In gloss. *Interrogationibus*, ibi, *an possideat rem, quæ petitur ab eo*, &c.] Notatur ad hoc quòd si reus fuerit per actorem interrogatus an rem petitam possideret necne, & neget possidere, si postea conuincatur de mendacio, possessione priuatur, vt per Roland. *cons. 88. num. 10. volum. 4.* Anton. Gabr. *tom. 3. communium opinion. tit. de acquirenda possess. conclus. vnic. num. 33. pag. 275.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus litigans per se ipsum iurat de calumnia sine Papæ licentia, si verò per syndicum litigat, per illum poterit iurare*, & n. 2.

3 *Clerici in sacris constituti ex obseruantia indubitata non iurant tactis Scripturis, sed tacto pectore.*

4 *Iuramentum calumniæ sine causa subire recusans cadit ab instituta actione, intellige per sententiam*, num. 5.

6 *Tutoris, seu curatoris contumacia in non iurando de calumnia præiudicat pupillo, & adulto.*

Cap. Cùm in causa. VIII. & vlt. *Gregor. IX.*

1 Episcopus in causa pecuniaria si per se litigare vult debet per se iurare propositis, & non tactis Euangeliis, si per procuratorem, per eundem poterit iurare de calumnia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Host. Bald. Panorm. Anchar. Mar. Socin. Butr. Barbat. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 62.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 222.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Castill. *ad l. 67. Tauri, glos. Iglesia, col. 2. post med. vers. in contrarium*, quod quidem calumniæ iuramentum hodie sine licentia Papæ subire potest, ex Abb. *in c. 1. n. 16. & 19. sup. hoc tit.* resoluit Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico teste*, §. 4. *n. 10.*

3 *Propositis tantum, sed non tactis Euangeliis.*] Ex obseruantia indubitata omnes Ecclesiasticæ personæ, siue sint Cardinales, siue Episcopi, aut aliæ personæ in sacris constitutæ, non iurant tactis Euangeliis, nec tactis Scripturis aliquibus, sed tacto pectore, Vestr. *in pract. Ciuili, lib. 6. c. 3. n. 7.* Ant. del Rè *in tract. huius tit. c. 15. num. 351. & seq.* quos refert Bellet. *d. §. 4. num. 12.*

§. Pœna.

Probat hic §. actorem recusantem subire iura- 4
mentum calumniæ sine causa cadere ab instituta
actione, & reum haberi pro confesso, Ord. Regia
Lusitan. *lib. 3. tit. 43. §. 2. in fine*, Perez *l. 1. gloss. 5. pag. 541. col. 2. tit. 4 lib. 3. Ordin.* Mench. *vsufrequent. cap. 25. num. 24.* Anton. del Rè *in tract. huius tit. c. 21.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit 51. num. 29.* Mendez à Castro *in praxi seculari Lusit. lib. 3. c. 7.* nam recusans quodlibet iuramentum, quod debebat deferre, habetur pro confesso, Cachetan. *Pedem. decis. 11. n. 2.* Matth. Coler. *German. decis. 123. & seqq.*

Cadat actione.] Intellige per sententiam, Ordin. 5
Regia Lusit. *vbi proximè*, Mench. *d. c. 25. n. 25.* Anton. del Rè *d. tract. c. 14. n. 3. & 4.* vbi *n. 167. cum seqq.* an possit purgari mora, faciunt quæ Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, reuertatur, n. 187. & 217. C. de reuocandis donat.*

Amplia in tutore, seu curatore, cuius contumacia 6
in non iurando de calumnia præindicat pupillo, &
adulto, vt contra Specul. probat. Sigism. Scac. *de iudic. lib. 3. c. 1. q. 23. n. 271. & num. 288.* etiam resoluit quòd contumacia syndici non iurantis de calumnia præiudicat Ecclesiæ.

De Dilationibus.

Tit. VIII.

Vper hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Bald. Panorm. Mar. Socin. Butr. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iur. Canon. fol. 52.* Petr. de Rauenna *in compend. iur. Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol. 51. verso*, Dan. Venator *in analysi methodica iuris Pontif. à pag. 201.* Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in exposit. tit. iur. Canon.* Zipæ *in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag. 126.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 2. summ. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. agunt Ordin. Regia Lusitan. *lib. 3. tit 54.* vbi parens meus, & apud Castellanos *tit. 15. p. 3.* vbi Gregor. Lop. *& tit. 6. lib. 3. Ordin.* vbi Perez Specul. *in rub. de dilationib.* Damhand. *in praxi Ciuili, c. 114. cum seqq.* Marant. *de ordine iudic. p. 6. tit. de dilation.* Duen. *reg. 200.* Bauer. *in sing. verbo, dilatio*, Socin. *reg. 126.* Soar. Vezin. Graff. & alij *tom. 1. communium opinion. lib. 3. tit. 9.* Gabr. Roman. *lib. 2. sentent. tit. de dilationib.* Octauian. Vestr. *in praxi, lib. 5. cap. 3. cum seqq.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de dilationib.* Menoch. *de arbitrar. casu 52. & consil. 367. à num. 28.* Cardin. Tusch. *lit. D. concl. 436. cum seqq.* Sigismund. Scacc. *de iudic. lib. 2. cap. 3. & 4.* Galganet. *de iure publico, lig. 2. tit. 20.* Mascard. *de probation. concl. 516.* Fulu. Pacian. *eod. tract. lib. 1. cap. 32.* Petr. Gregor.

Synagm. iuris, lib. 48. c. 8. Cut. Philip. p. 1 §. 16 sub tit. dilationes, Camil. Borrel. *in tract. de compromiss. §. 2. gloss. 2. n. 6. cum seqq & in summa omnium decis. tit. 47. de dilation.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, dilatio*, Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib. 2. tit. de dilationib.* Amat. Roder. *in pract. de modo & forma videndi, seu examinandi processum, c. 7. à n. 24.* Mendez à Castro *in praxi secular. Lusitan. lib. 3. c. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Terminus peremptorius si est nimis breuis in litibus, præsertim rerum Ecclesiasticarum, licitè appellatur & appellatio tenet*
2 *Grauaminis timor idem operatur, quod ipsum grauamen.*
3 *Dilationes sunt suapte natura arbitrariæ.*
4 *Termini probatorij, licèt sint arbitrarij, coarctari, restringi, ac prorogari à iudice valent.*

CAP. Dilecti. 1. *Alex. III.*

1 TErminus peremptorius si est nimis breuis in litibus, præsertim rerum Ecclesiasticarum, licitè appellatur, & appellatio tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Panorm. Anch. Host. Bald. Butr. Henric. Melch. Kling, Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iur. Pontif. pag. 67.* Alagon. *in compend. iuris Canon. pag. 223* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 10. de dolo, & contum. cap. 3.* & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. *p. 3 c. 5.* vbi est integra facti species.

2 *Ipsi timentes.*] Notatur ad hoc quòd idem operatur timor grauaminis quod ipsum grauamen, vt per Corset. *sing. 173. verbo, metus.*

3 In gloss. *Nimis breuem*, ibi, *hoc relinquo arbitrio iudicis.*] Notatur ad hoc quòd dilationes sunt suapte natura arbitrariæ, vt per Couar. *var. lib. 2. c. 12. n. 5.* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, omnia, n. 33. C. de reuocandis donationib.* Menoch. *de arbitr. casu 52. n. 5.* Mench. *vsufreq. c. 24. n. 12.* Vestr. *in praxi Romanæ Curiæ, lib. 4 c. 1 in fine*, Franc. Viu. *decis. 112. n. 9.* Qzalsch. *Pedem decis. 22. à n. 15.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 47 num. 52.* Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi, seu*
4 *examinandi processum, cap. 7. num 29. in fine*, vbi resolvit quòd licèt termini probatorij sint arbitrarij, coarctari, restringi, ac prorogari à iudice valent, veluti attenta conditione, & qualitate personarum, & causæ & locorum distantia.

In gloss. *Peremptorium*, ibi, *vnde quia nimis*, &c. Vide Perez *rubr. tit. 9 gloss. 1 pag. 218. col. 2. lib. 8. Ordin.*

SVMMARIVM.

1 *Inducia deliberatoria non dantur reo quando vocatus ad iudicium potuit instrui ex transmisso rescripto.*
2 *Iudex in scriptis citare debet.*
3 *Citationis relatio debet fieri à Nuntio sua manu confecta, & non per alium.*
4 *Citationem non esse factam probatur ex inspectione actorum.*
5 *Rescripti præsentatio sufficit ex parte actoris, vt litis contestatio inducatur.*
6 *Citans aliquem, qui non sit suæ iurisdictionis, ille comparere non tenetur.*
7 *Dilatione concessa per iudicem, illius officium conquiescit.*
8 *Dilatione pendente nihil innouandum.*
9 *Iudex non potest prorogare terminum legalem certum.*
10 *Dilatio instantia à iure, vel statuto præfixa à partibus prorogari nequit.*

CAP. Præterea. II. *Cælest. III.*

INduciæ ad deliberandum denegantur reo, si per 1
literas citatorias plenè potuit instrui, & deliberare super eo, de quo quæritur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Host. Bald. Henric. Butr. Melch. Kling, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iur. Pontif. pag. 68.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 223.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 4 c. 2.*

Et in literis citatorijs.] Notatur ad hoc quòd iu- 2
dex in scriptis citare debet, vt per Duen. *reg. 93. vers. limita 1.* Maranta *de ordine iudic. p. 6. memb. 1. n. 75.* Sic 3
etiam relatio citationis debet fieri à nuntio sua manu confecta, & non per alium, Bajard. *ad Clar. §. fin. q. 31. n. 59.* Mascard. *de probationib. concl. 1115. n. 25.* vbi resoluit quòd ipso infirmo, vel impedito debet iudex ad eum mittere: & quia huiusmodi relatio in scriptis redigenda, de ea debet in actis constare, aliàs citatio esset nulla, nec qui diceretur citatus contumax reputaretur, Marant. *de ordine iudic. p. 6. de citat. num. 55.* & postquam in actis redacta, & scripta fuerit, eam ampliùs nuntius corrigere non valet, Cassan. *in consuetud. Burgundiæ, rubr. 1. §. 7. num. 32. fol. 77. verso.* Vnde ex inspectione actorum pro- 4
batur citationem non esse factam, Surd. *cons. 28. num. 115.*

Sed procedendum potius est, &c.] Ergo rescripti præ- 5
sentatio sufficit ex parte actoris, vt litis contestatio inducatur, quia text. disponit, quod post rescripti præsentationem ad examinationem causæ procedendum est, quæ lite non contestata fieri non potest. Contrarium tamen verius attestantur omnes *in præsenti*, supplentes hic libello priùs oblato, lite contestata, & iuramento de calumnia præstito, alioqui contradicere textui *in c. 1. de libelli oblat.* refert Rendina *recept. sent. tom 1. tit. 70. in fine.* Notatur ad hoc quòd citans ali- 6
quem, qui non sit suæ iurisdictionis, ille comparere non tenetur, nec contra eum, siue veniat, siue non, procedere potest, vt per Socin. *reg. 69. & reg. 70.* resoluit quod citans aliquem de sua iurisdictione, si ille non compareat, excommunicari potest, & alius in possessionem mitti.

In gloss. *Plenè potuit* ibi, *& data dilatione iudicis offi-* 7
cium conquieuit. Notatur ad hoc quòd dilatione concessa per iudicium illius officium conquiescit, Ias. *cons. 44 lib. 3.* Anchar. *cons. 36. col. 2. in fine*, Cardin. Tusch. *lit. D. concl. 441. à princ.* vbi multipliciter am- 8
pliat, & limitat, nam dilatione pendente nihil innouandum. Anton. Gabr. *lib. 1 sent. concl. 1.* Lancelot. *d attent p. 2. c. 7.* Mench. *vsufrequent. lib. 2. c. 27. per totum*, vbi *n. 11.* ampliat etiam fauore libertatis, & *n. 14.* etiamsi dilatio interpretatiuè finita videatur, & *n. 16.* licèt persona, cuius causa dilatio fit, de medio subducatur. Sic etiam in criminalibus data dilatione officium iudicis conquiescit, vt nihil aduersùs reum tentari pendente dilatione possit, ex Farinac. *in praxi crimin. q. 9. n. 7. vm seqq.*

In cad. gloss. ibi, *non debet iudex maiorem dilationem* 9
dare

dare. Ergo iudex non potest prorogare terminum legalem certum, Menoch. *de arbitr. casu 52. n. 6.* Soar. *recept. sentem. lit. D. n. 77.* Sic etiam tempus, ac dilatio instantiæ à iure vel statuto præfixum à partibus prorogari nequit, Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit. 57. n. 61.* Cardin. Tusch. *lit. D. conclus. 445.*

SVMMARIVM.

1 *Inducia nouæ deliberatoriæ dandæ non sunt declaratione verbi generalis, vel ambigui possit in libello, si per expressa potuit reus deliberare super ambiguitate illa.*
2 *Emphyteuta cessando à solutione canonis an, & quando amittat vsumfructum, remissiuè.*
3 *Emphyteusis nobili concedi potest.*
4 *Dictio, vltra, refertur ad modicum tempus.*

CAP. Literæ III. *Honor. III.*

1 VErbum aliquod generale, vel ambiguum vbi in libello reperitur, quod deinde declaratur, non ideo sunt petendæ nouæ dilationes, nec si non concedantur, appellari potest, & hoc intelligunt quando per libellum satis bene potest deliberare reus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Henric. Ioan Andr. Imol. Innoc. Anan. Host. Bald. Panorm. Anchar. Melch. Kling, Butr. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif pag.* 69. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 223. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

2 *Iam tribus annis.*] An & quando emphyteuta cessando à solutione canonis amittat empyteusim, dixi *ad c. vlt. in fr. de locato, super verbo, vel cessando à solutione canonis, &c.*

3 *Nobilibus verò*, &c. Notatur ad hoc quòd nobili potest concedi emphyteusis, vt per Tiraq. *de nobilit. c. 57. n. 81.*

4 *Quod per hanc adiectionem, & vltrà*, &c.] Notatur ad hoc quòd dictio, *vltra*, refertur ad modicum tempus, vt per Abb. *hîc n.* 10. Octauian. Vulpel. *de præposit. & aduerbiorum signif. super dict. vltra, n.* 3. Farin. *de delictis, p.* 4. *cons.* 55. *n.* 42. Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. D. concl.* 290. *n.* 10. quos refero ego ipse *de dictionib. & clausul. dict.* 573. *n.* 5. quibus adde Castr. *cons.* 17. *n.* 3. *p.* 1. Corn. *cons.* 186. *n.* 6. *volum.* 4. Grat. *de dictionib dict.* 287. *n.* 2. vbi *n.* 3. intelligit quando profertur à lege.

SVMMARIVM.

1 *Citatus in causa ardua de longinquo vocatus pro publica vtilitate etiam ad locum iudicij, ita quod infra terminum citationis deliberare, & alia sibi necessaria ad comparendum explicare non potuit, in termino respondere non cogitur, si reperiatur in loco iudicij, sed habebit nouas inducias.*
2 *Bituricensis Archiepiscopus est Primas.*
3 *Dilatio probatoria in causa ciuili est peremptoria.*
4 *Mora purgatio non admittitur elapso termino dilationis, seu legis, secus in casibus relatis.*
5 *Dilatio non currit nisi postquam fuerit assignata, intimetur parti, vel eius Aduocato, seu procuratori.*
6 *Dilatio vni partium concessa, alteri fit communis, etiamsi concessa fuisset minori iure speciali per restitutionem in integrum.*
7 *Dilationi vnus renuntiare non potest in alterius inuiti præiudicium.*
8 *Charitatiuum subsidium Papa imponere potest.*
9 *Vocatus ad curiam per Principem non potest ibi citari, sed reuocandi domum priuilegium habet.*

CAP. Exposuit. IV.

Gregor IX.

QVando quis vocatur ad respondendum suo aduersario Romæ, cui dantur certæ inducia, si interim vocatur Romam pro vtilitate Sedis Apost. non tenetur respondere illi causæ particula i, sed potest reuerti domum, & nouæ inducia sunt illi dandæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, nania, Hostiens. Bald. Panorm. Henric. Boich, Melch. Kling, Butr. Anchar. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif pag.* 69. Alagon *in compendiuris Canon. pag.* 224. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. 1

Vt super iure primatiæ, &c.] Ergo Bituricensis Archiepiscopus est Primas, vide quæ dixi *de officio, & potestate Episcopi, p.* 1. *tit* 3 *c.* 9. *n.* 9. 2

Quòd ei terminum peremptorium assignamus. Aduerte dilationem probatoriam in causa ciuili esse peremptoriam, vide Franc. Viuian. *Nouel. dec.* 28. *n.* 33. Aym. *cons.* 97. *sub num.* 2. Thom. Treusan. *Venetiæ decis.* 37. *num.* 1. & *decis.* 85. *num* 3. & 4. *lib.* 1. Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib.* 48 *cap* 8. *num.* 10. Mynsing. *cent.* 1. *obserr.* 71. Cornaz Lucensi *decis.* 55. *num.* 1. Mascard. *de probation. conclus.* 517. *num.* 3. Surd. *cons.* 97. *à num.* 16 Rutger. Ruland. *tract. de commiss. p.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 10. Camill. Borrell. *in summa omnium decis. titul.* 47. *num.* 20. *cum seqq.* cuius dilationis elapso termino moræ purgatio non admittitur, ex Socin. *reg.* 331. *incip. mora purgari, lim.* 1. Surd. *cons.* 97. *à num.* 16. quia mora non purgatur vbi lapsus est terminus legis, Surd. *cons.* 8. *num.* 9. tum quia cùm quid faciendum est in termino, factum post terminum non relenat, Flamin. Carthar. *rec.* 85. *n.* 5. Camill. Borrell. *d tit.* 47. *num.* 116. nisi imp. ditus fuerit facto aduersarij, Marant. *de ordine iudic part.* 5. *num.* 30. *pag. mihi* 226. Benedict. Capra *tom.* 1. *communum opin. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 272. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 3. *proœm. num.* 40. *cum seqq.* vel facto iudicis. Mascard. *de probation. concl.* 1229. *n.* 89. *cum seqq & concl.* 1236. *num.* 40. vel si steterunt in compromissum partes, Boër. *decis.* 294. *num.* 17. Lancelot. *de attent. part.* 2. *cap.* 15. *à n.* 34. Vel si incontinenti post terminum elapsum probatio offeratur; Tiraq. *de retractu, tit.* 2. §. 1. *gloss.* 5. *num.* 10. Rebuff. *ad leges Galliæ, tract de dilationib. gloss. vnica, num.* 1. Menoch. *remed.* 1. *recup. num.* 241. *cum seqq.* Perez *tit.* 6. *l.* 5 *Ordin. pag.* 577. Vel si dilationis terminus fuit finitus durantibus feriis, quibus prouideri non potuit, quia tunc debet in integrum restitui, ex Franc. Marco *q.* 25. *num.* 2. Vel si testes inrarunt in termino licèt examinati fuerint post terminum, quando sumus in dilatione arbitraria data à iudice, secus in legali, Gutier. *practic. lib.* 1 *q.* 54. Alphons. à Villadieg. *in gloss l.* 2. *tit.* 4 *lib.* 2. *del fuero in ago, num.* 3. & 4. Morl. *in emporio iuris Ciuilis, part.* 1. *tit.* 11. *numer.* 25. Amat. Rodetic. *de modo, & forma videndi, & examinandi processum, c.* 7. *num.* 33. *cum seqq.* Camill. Borrell. *d tit.* 47. *numer.* 117. quicquid dicat Surd. *cons.* 18. *n.* 16. Vel si probationes quæ intra certum tempus fieri debuerunt, admissæ sint post tempus aduersario opponente, vt ex Hippol. *in l. si quis ne quæstio, numero* 91. *ff. de quæst.* resoluit Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.* 17. *num.* 10. *vers. infero septimò.* 3

5 Aduerte etiam dilationem non currere nisi postquam fuerit assignata, intimetur parti, vel eius Aduocato, aut procuratori, Azeued. *l.2.n.64.tit.18.lib.4. nouæ recop.* Gutier. *alleg. 3.n.9.& pract.lib.3.q.37.n.10.* Marant. *d.p.sub tit.de dilationib.n.14.* Mascard. *de probat. concl.516.n.6.* Parlad. *lib.2.rerum quotid.c.fin. p.5.§.10.* 6 *n.19.* Cur. Philip. *p.1.§.16.n.6.* quæ quidem dilatio vni partium concessa, alteri fit communis, etiamsi concessa fuisset minori, iure speciali per restitutionem in integrum, Marant. *d.titul.de dilat.n.18.* Ozasc. *Pedemont.decis.97.n.4.* Vincent. de Franch. *decis.269. num.3.* Caualcan. *p.1.decis.21.num.8 p.1.* Cur. Philip. *d.§.16. num.9.* Petr. Gregor. *d.cap.8. num.18.* Gutier. *practic.lib.2.q.32. num.2.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, dilatio, num.8.* Amat. Roderic. *d.c.7. num.25.* Cald. Pereira *in l.si curatorem, verbo, vel aduersarij dolo, n.22.* Camil. Borrel. *d.tit 47. num.50.* Menoch. *cons.367.num.33.* vbi *num.28.vers. primo*, resoluit quòd non est communis ei, qui iam probationibus renuntiauit, & *num.35.& 38.* idem asserit vbi verosimiliter subornationis periculum in aduersario dilationem sibi communem esse contendente, timeri posset.

7 Denique aduerte quòd alter in alterius inuiti præiudicium huiusmodi dilationi renuntiare non potest, nisi daretur in fauorem minoris per restitutionem in integrum, quia si tunc minor renuntiat dilationi sibi concessæ, non potest aduersarius ea vti, Caualcan. *d.decis.21.num.9.* Perez *l.vlt in fine, tit.5 lib.3. Ordin. pag.578.* Soar. *in thesauro recept.sentent. lit. D. num.76.* Guttier. *d.q.32.num.3.* Rutger. Ruland. *d.lib.2. cap.9.numer.6.* Azeued. *l.3.num.3.titul.8.lib.4. nouæ recop.* Valasc. *cons.25.num.11.* vbi tenet quòd si altera pars, cui dilatio restituitur ex iure speciali re integra dilationi renuntiet, tunc renuntiatio hæc obest aduersario.

8 *Pro Ecclesiæ Romanæ subsidio.*] Ergo Papa potest imponere charitatiuum subsidium, Boër. *decis.133. num.1.* Mench. *illustr.c.8.n.3.* Bellencin. *de charitatiuo subsidio, q.6.* Azor. *instit. moral.p.2.lib.9. cap.14.q.5 in princ.* Ego ipse *de officio, & potest.Episcop. p.3. alleg.87. n.22.* vbi *num.24.* cum Cochier *de iurisdictione Ordinarij in exemptos, p.4. q.7.* resolui generalem exemptionem non censeri eximere à subsidio per Papam impositio.

9 *Dictus Burdegalen. vocatus*, &c.] Notatur ad hoc quòd vocatus ad Curiam per Principem non potest ibi citari, sed reuocandi domum priuilegium habet, Ordin. Regia Lusit. *lib.3 tit.3 in princip.* ibi, *se à ella vejo chamado por nos*, apud Castellanos *l.4.tit.3.p.3.* ibi, *ou se llamasse el Rey para alguna causa*, optimè D. Barbos. *in l.2.§.legatis, n.277.& 285.ff. de iudic.*

In gloss. *Personaliter*, ibi, *cum quis personaliter vocatur, non sufficit mittere procuratorem.* Vide Perez *l.8. gloss.1.tit.3.lib.2. Ordin.*

De Feriis.

TIT. IX.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Bald. Panorm. Butr. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici, fol.93.* Petr. de Rauenna *in compend. iur. Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.56.* Dan. Venator *in analysi methodica iuris Pontificij, à pag.206.* Gosfred. & Hostiens. *in summ. huius titul.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in expositit. iuris Canon.* Zippæ. *in in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag.127.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.2. summ. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. agunt Ordin. Regia Lusit. *lib.3. tit.18.* vbi parens meus, & apud Castellanos *l.33.cum seqq tit.2.p.3.* vbi Greg. Lopez, *& tit 5.lib.2. for.leg.& tit.7.lib.3.Ordin.* vbi Perez, Viu. Kirchou. & alij *tom.1. communium opin. lib.3.tit.16.* Damhaud. *in praxi Ciuili cap.119. de feriis*, Lanfranc. de Oriano *in praxi cap.12. de feriis*, Cotta *in memorabili b. verbo feriæ*, Couar. *var. lib.4. cap.16.* Menoch. *de arbitr. lib.1.q.30.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. c.20. à princ.* Donel. *commentar. iuris Ciuilis, lib.24 c.7.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, feriæ*, Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib.14 c.16.* Card. Cæsar Baron. *annalium Ecclesiæ, tom 1. anno Christi 58. pag.629.* Aloys. Ricc. *in collect.124.* Sigism. Scac. *de iudic. lib.2.c.5.& 6.* Christoph. de Pace *in scholiis ad l.156 styli*, Azor. *instit. moral. p.2. lib.1. cap.27.* Carrasc. *in interpret. ad aliquas leges recop. cap.2.* Soar. de *relig. tom.1.tract.2.lib.2. de diebus festis.* Vincent. Filliuc. *tom.2.tract 27.*

Feriæ vnde dicantur inuenies apud Marant. *ad lib.3. Offic. Ciceronis, fol.162.* Durand. *in rationali diuinorum, lib.7.c.1.n.11.* Azor. *d.c.27.*

SVMMARIVM.

1 *Diebus Dominicis mercari, litigari, iudicari, vel iurari non debet, sed de vespera in vesperam debent celebrari.*
2 *Quæ die Dominica peracta sunt, ostenditur.*
3 *Festa quoad Officium incipiunt à vespera in vesperam.*
4 *Circumstantia peccati mortalis commissi in die festo, an sit necessariò confitenda, ostenditur.*
5 *Nundinas, & mercatus prohibere possunt Episcopi Dominicis, & festiuis diebus.*
6 *Placiti nomine venit qualibet lis, iurgium causa forensis, quæ in iudicio agitur.*
7 *Pœna corporalis exequi non potest in die festo, nisi vrgente necessitate, vel si immineat periculum in illius retardatione.*
8 *Testes in diebus feriatis recipi non possunt.*

CAP. Omnes dies. I.

Ex Conc. apud Compend. c.2.

DIes Dominici à vespera in vesperam seruari de- 1
bent, itavt in eis non fiat mercatum, placitum, iudicium, iuramentum, nisi pro pace, & necessitate, & tandem homines abstinere debent ab omni opere illicito. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Host. Anchar. Panorm. Barbat. Butr. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.71.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 224.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect.1. Decret. lib.2.tit.7. cap.1.* Burchard. *lib.2. Decret.c.81.* & Iuo. *p.4 c.16.*

Dies Dominicos.] Dominicum diem Apostoli, & 2
Apostolici viri ideo religiosa solemnitate habendum sanxerunt, quia, teste August. *in serm. 251. de tempore*, ipse dies Dominicus fuit primus dies sæculi,

in

in eóque formata sunt elementa mundi, & creati Angeli, de quo Parlad. *lib. 2 rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 4. n. 7.* In eo manna in eremo pluit Dominus, & veterem Hebræorum populum liberaliter ac mirificè pauit, Bed. *de offic. Eccles. c. 1. Concil. sext. gener. Constantinop. cap.* 8. cur manna Dominica die ceciderit, referunt Origen. *hom. 7. in Exod.* & R. P. Gregorius Baptista Col-Lusitanus noster *in c. 13. Ioann. annot. 21. vers. secunda.* In eo nasci dignatus est Dominus, ita Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 1 cap. 9. q 2* ex Rupert. *lib. 3. de diuinis offic. cap. 16.* & Cassiodor. *in Psalm. 117.* super illa verba: *Hæc dies, quam fecit Dominus, &c.* In eo Stella Magis refulsit, Azor. *d. lib. 1. c. 11. q. 7. vers. quæres.* In eo Baptismum à Ioanne in Iordane suscepit, Azor. *d. lib. 1. cap. 11. q. 20.* In eo ipse pius Redemptor humani generis sponte pro salute nostra à mortuis resurrexit, *cap. sabbato 13. de consecrat. dist. 1.* Fr. Gregor. Baptista *vbi proximè vers. in quantum.* In ipso descendit de cœlis super Apostolos Spiritus sanctus. Vnde S. Augustus. *serm. 54. de tempore*, sic ait, *Venerabilis est hæc dies qui Dominicus dies, & primus atque perfectus est, & dies clarus, in quo visa est prima lux: in quo transeuntes sunt filij Israël mare rubrum siccis pedibus: in quo pluit manna filiis Israël in deserto: in quo Dominus baptizatus est in Iordane: in quo vinum de aqua in Cana Galilæa factum est: in quo benedixit Dominus quinque panes, quibus satiauit quinque millia hominum: in quo resurrexit à mortuis: in quo Dominus intrauit in domum clausam, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum: in quo Spiritus sanctus descendit in Apostolos: in quo denique speramus Christum Dominum IESVM CHRISTVM venturum ad iudicandum.* Hactenus S. Augustus. Vnde dominicum diem Regalem, & eminentissimum appellat S. Ignat. *epist. 3. ad Magnesianos*, diem libertatis vocat S. Clemens *lib. 7. constit. c. 71.* & aliis encomiis extollunt Soar. *de relig. tom. 1. lib. 2. de diebus festis c 4. n. 6.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 1. lib. 1. c 2. num. 1.*

3 *A vespera in vesperam.*] Notatur ad hoc quòd modus incipiendi, & terminandi festa quod officium incipit à vespera in vesperam, Couar. *lib. 4. variar. cap. 19. num. 9. vers. de his, & in cap. alma mater, de sent. excommun. lib. 6. part. 5. §. 5. num 5.* Ludou. Beja *responsa casuum Consc. part. 1. casu 2.* Surd. *cons. 558. numero 8.* Praxis Episcop. *part. 1. verbo festa*, Sayr. *in claui Regia, lib. 7. cap. 3. num. 13.* Azor. *d. lib. 2. c. 26. q. 12.* Anton. Monach. *Lucensi decis. 32. n. 1.* Filliuc. *tract. 27. cap. 12. num. 208.*

4 *Ab omni illicito opere.*] Vtrùm circunstantia peccati mortalis commissi in die festiuo sit necessariò confitenda? vide Sylvest. *in summ. verbo confessio il 1. num. 11. & verbo, circunstantia, num. 4. vers. quintò quæritur*, Sot. *in 4. dist. 18. q. 2 art. 4. vers. dies autem festos, & de iustit. lib. 2 q. 4 art. 4. vers. colligamus ergo peccatum*, Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 5. ex num. 3.* Nauar. *in man. cap. 6. n. 9. & in cap. consideret, de Pœnit. dist. 5. in princ. ex n 22. & ex n. 33.* Cordub. *in quæst. Theolog. lib. 1. q. 6.* Victor. *de Sacram. n. 178.* Tolet. *in instruct. Sacerd. lib. 4. c. 24. n. 20* Guttier. *canon. quæst. lib. 1. c. 31.* Soar. *de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 2. cap. 18.* Sayr. *in claui Regia, lib. 7. c. 7. n. 7.* plures per Cened. *ad Decret. collect. 142. num. 8.*

5 *Vt in eis mercatum minimè fiat.*] Vide Layman. *in Theol. mor. lib. 4. tract. 7. cap. 2. num. 6.* Attenta huius text. dispositione, & Bullæ Pij V. incip. *Cùm primùm*, ac Sacræ Congreg. Concil. Trident. decisione, mercatus, & prophanæ negotiationes Dominicis, & festiuis diebus sanctificandis & obseruandis sub præcepto fieri non licet, & ideo Episcopi possunt prohibere nundinas, & mereatus, qui etiam ex antiquâ consuetudine celebrantur, provt censuit Sacra Congregat. referentibus Steph Gratian. *Marchia decis. 71.* Quarant. *in summa Bullarij*, *verbo, dies festus*, Bellet. *disquisit. clerical. part. 1 tit. de fauore clericorum*, §. 5. *num. 90.* Item & ead. Sacra Congreg. in hac materia edidit infrascriptum decretum relatum à Stephan. Gratian. *vbi proximè, num. 20.* & à Quarant. *loco citato* cuius tenor talis est. *Præceptum de Dominicis, & festiuis diebus sanctificandis, & obseruandis sub pretextu mercatuum, nundinarum, & feriarum nullatenus esse violandum. Cæterùm his diebus licere agasonibus, ac aliis iumentorum vectoribus, seu mercium conductoribus, baiulis, & aliis huiusmodi seruientibus ac ministris sarcinas, & onera nundinarum causa exonerare, & deponere, inceptumque iter, Missa tamen prius audita, transeundo prosequi, & continuare, non autem debere sarcinas componere, & iumenta onerare ad iter de nouo incipiendum. Neque mercatoribus, aut aliis ciuibus, & viatoribus his diebus etiam clausis apothecis merces vendere, emere, aut asportare licere, nisi tantùm ad victum necessaria, aut alia minuscula & modici momenti opera iam constata, & elaborata pro transeuntium hospitum, aduenarum, & exterorum vrgenti, & præsentanea necessitate, & opportunitate: in quo partes erunt Episcopi propositis edictis prouidere, vt in primis hi festi dies debita obseruatione colantur, similque populorum eò confluentium necessitatibus, quantum sine diuina offensione fieri poterit, consulatur. Quoad iudicia autem, quæ Dominicis, & festis silere debent, id obseruari poterit, quod iure communi permittitur in quibusdam vrgentibus casibus, qui moram & dilationem non patiuntur: in quibus, & aliis iurisdictionem consulum nundinis præpositorum concernentibus constitutiones, & Summorum Pontif. si quæ habent priuilegia, & allegatum Breue sel. record. Pij V. seruanda esse statuit.* Vide Azor. *d. lib. 1. cap. 27. num. 10.* Sayr. *d. lib. 7. cap. 2. n. 18.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 1 lib. 1. c. 12. à princ.*

6 *Neque placitum.*] Placiti nomine venit quælibet lis, iurgium, & causa forensis, quæ in iudicio agitur, Azor. *d. c. 27. q 11* vbi etiam resoluit licere in die festo Aduocatum consulere, cum procuratore de lite priuatim agere, apud iudicem totam causam referre, vt ea probe cognita, sententiam postea commodius ferat, refert Filliuc. *tract. 27. c. 10. n. 183.*

7 *Neque aliquis ad mortem, vel ad pœnam iudicetur.*] Intellige de quacunque pœna corporali, hæc enim fieri non potest in die festo, nisi vrgente necessitate, veluti si immunitas notorij sceleris exigat captum subitò suspendi, aut decollari absque processu, ita Sayr. *d. lib. 7. c. 2. n. 18. vers. nomine*, Clar. *§ fin q. 97. n. 6.* Tiraq. *de pœnis causa 49. n. 31.* Vel si immineat periculum in illius retardatione, Bobadil. *in sua politica, lib. 2. c. 21. n. 212.*

8 *Æquè Sacramenta, &c.*] Ergo testes in diebus feriatis recipi non possunt, quia priusquam recipiantur, & testimonium dicant, iusiurandum interponi oportet, quod tamen in his diebus præstare, & adhibere non licèt, provt text. *hic* probat, & ex eo colligit Azor. *d. c. 27. q. 14.* Sed hoc non esse vsu receptum, vel forsan postea abrogatum; dicit Layman. *in Theol. mor. lib. 4 tract. 7. c. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Festorum finis, & principium seruari debent secundùm eorum magnitudinem & consuetudinem regionis.*

2 *Consuetudo regionum seruanda est in festorum celebratione.*

3 *Festi*

3 *Festi dies à vespera in vesperam iure Ecclesiastico, & non diuino seruantur.*

4 *Dominicis diebus Christiani genua non flectebant, sed stantes orabant.*

CAP. Quoniam. II. *Alex. III.*

1 FEstorum finis & principium seruari debent secundùm eorum magnitudinem, & consuetudinem regionis. Item in Dominicis, & præcipuis festiuitatibus, & inter Pascha, & Pentecosten non fit genuum flexio, nisi ex deuotione & in secreto, & nisi in ordinationibus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Bald. Panorm. Anch. Innoc. Henric. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 73. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 224. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 5. *c.* 2.

2 *De vespera in vesperam celebrabitis*, &c.] Notatur ad hoc quòd in festorum celebratione seruanda est regionum consuetudo, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 9. *n.* 3. *vers. atque*, Soar. *de relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 16. Ex præ lictis & sequentibus huius text. verbis sunt qui teneant, præcipuè Panorm. *hic*, iuris esse diuini, vt dies festi incipiant à vespera vnius diei, & in sequentis diei vespera terminentur, ex *Leuit.* 23. quod quidem consuetudine laxari ac mutari potuit, cùm in hoc text. habeatur festorum principium, & finem pro diuersarum regionum consuetudine attendi oportere. Alij verò, ex quorum numero est Sylvest. *verbo Dominica*, *q.* 2. aiunt dies festos primæ classis, quales sunt dies Dominica, Natalis, Epiphania, Pentecoste, & Ascensio Domini iure Diuino celebrari, & de illis esse intelligendum text. *in* 2. *c.* 2. *sup hoc tit.* quasi iuris Diuini sit vt in prædictis diebus festis diuinitus institutis à vespera in vesperam, spatio scilicet viginti quatuor horarum, feriemur: si verò sint dies festi iuris Canonici, hoc est, secundæ classis, seu generis, quales sunt cæteri alij, qui instituto Ecclesiæ coluntur, non solùm citiùs, & tardiùs incipere, & terminari queùt, sed etiam pro varia consuetudine absque peccato multo minori tempore coli possunt, & hoc esse aiunt
3 quod absolutè, & simpliciter dicitur in hoc text. Verùm ego omnes dies festos tam primæ, quàm secundæ classis à vespera in vesperam iure Ecclesiastico, & non Diuino seruari & coli probabilius duco, & ideo consuetudine moribus vtentium recepta dierum festorum initium & finis variari, ac mutari queunt, vnde ferè vbique vsu, receptum est, vt dies festi seruentur à media nocte vsque ad mediam noctem proximè sequentem: ad auctoritatem verò *Leuit* 23. respondetur Christi morte sublata n esse, cùm spectaret ad cæremonias veteris legis, & hodie cùm Ecclesia præcipiat idem, quod illic habeatur, non seruatur, quia lex antiqua iusserit sed quia Ecclesia custodiendum sua auctoritate decreuerit.

4 *Genuum flexio nequaquam debet fieri.*] Aduerte quòd in diebus Dominicis Christiani genua non flectebant, sed stantes orabant. Azor. *d. lib.* 1. *c.* 2. *q.* 5. Et ex hoc text. colligit Nau. *in com de orat. & horis canon c.* 4. *n.* 4. inter Pascha, & Pentecostē non esse geniculandū.

Præterea festiuitatis S. Trinitatis, &c.] De festo sanctissimæ Trinitatis agunt Pisanel. *in verbo*, *feria*, 8. 1. vbi ait in nostro tempore celebrari mandato Ioan. XXII. Durand. *in rationali diuinorum offi. lib* 4 *c.* 114. Azor. *d. lib.* 1. *c.* 13 *q.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Operi seruili intendere licet diebus feriatis in honorem Dei propter necessitatem alimentorum, maximè circa rem tempore perituram.*

2 *Dies vnus ex septem Ecclesiastico iure consecratus est diuino cultui.*

3 *Studium literarum, & magistri doctrina etiam quæstus & lucri causa, minimè redduntur seruilia.*

4 *Scribere in die festo lucri, seu mercedis causa, an liceat ostenditur.*

5 *Piscari licet propter necessitatem in diebus festis.*

6 *Segetes iacentes in agris, & fœnum in pratis ad locum securum licet in festis deferre, si imminet necessitas.*

CAP. Licèt. III.

IN diebus festis, non tamen in maioribus solemnitatibus licitum propter necessitatem halecia piscari, & operi seruili intendere, maximè circa rem tempore perituram. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Butr. Innocent. Anania, Imola, Panorm. Anchar. Hostiens. Bald. Henric. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 75. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 225. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 5. *c.* 3. 1

Tum veteris, quam noui, &c.] Aduerte ex his verbis negari non posse in nouo Testamento sicut in veteri vnum ex septem diebus consecratum esse diuino cultui, attamen non iure diuino, sed tantùm Ecclesiastico per auctoritatem Apost. esse consecratum, ita Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 19. *num.* 3. vide quæ Soar. *de relig. tom.* 1. *tractat.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 15. 2

Ab omni opere seruili cessandum, &c.] Notaliterarum studium, & magistri doctrinam, cùm ad animum illustra dum, perficiendum, & ornandnm referantur, minimè reddi seruilia, etiamsi quæstus, & lucri causa fiant, alioquin enim non liceret consilium mercede dare, nec stipendio conciones ad populum habere, nec Theologiam, aut ius Canonicum profiteri, vide Rebuff. *de priuilegiis scholarium, priuil.* 1. *num.* 13. Azeued. *l.* 4. *n.* 12 *tit.* 1. *lib.* 1. *nouæ recop.* Tolet. *in summ. lib.* 4. *c.* 14. *n.* 9. Azor. *instit. moral. p* 2. *lib.* 1. *c.* 27. *q.* 3. Sayr. *in claui Regia*, *lib.* 7. *c.* 2. *n.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib* 19. *c.* 3 *n.* 37. plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decret. collect.* 142. *n.* 7. Carrasc. *in explic. ad aliquas leges nouæ recop. c.* 1. *§.* 1. *n.* 4. Vnde scriptio non est opus seruile, ideóque festis diebus concessa, Caiet. 2. 2. *q.* 122. *art* 4. *vers. dubitatur quoque*, Nauar. *in man. c.* 13 *n.* 13. *& conf. vltim. de feriis.* Azor. *d. c.* 17. *q.* 4. Soar. *d. lib.* 2. *c.* 24. idem quoque sentiendum est de transcriptione, Azor. *q.* 5. Soar. *c.* 25 *dictis locis.* Quæstio ex dictis non contemnenda oritur, an die 4
festo liceat scribere lucri, seu mercedis, & stipendij causa? in qua Azor. *d. c.* 17. *q.* 4. resoluit opus seruile facere cum quis locat operas suas ad scribendum, siue cùm quis mercede conductus scribit, eandem quoque sententiam tenent Nauar. *in man. c.* 13. *n.* 14 Card. Tolet. *in instruct. sacerd. lib.* 4 *cap.* 24. *num.* 14. Caiet. 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. *ad* 2. Sylui. *ibid etiam art.* 4. Vega *in summ. tom* 1. *cap.* 114. *casu* 3. Fagundez *in quinque Eccles. præcepta, præc.* 1. *lib.* 1. *cap.* 11. *ex num.* 3 Anton. *de literatis etiam in summa*, *part.* 2. *cap.* 17 *numero* 2. Paul. Comit. *resp. moral. lib.* 4. *q.* 58. *n.* 3. Valer. Regin.

in praxi fori pœnit. lib. 19. cap. 1. n. 40. in fine. Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 1. c. 22. q. 5.* Et ratio est quia transcribere chartas ex officio, & mercede pacta est opus seruile, non qui ratione lucri, sed ratione operis, & officij, simul latum est enim discrimen inter scribere, & transcribere pro officio, & mercede pacta: nam scribere simpliciter est opus honestum & liberale, ingenuorumque hominum; transcribere verò pro officio, & mercede pacta est mechanicus, & purè corporalis labor, nec est opus mentis, neque artis liberalis, quia solùm est ita pingere characteres, sicut in originali leguntur.

Cæterùm contrarium, imo non facere opus seruile nec peccare mortem, qui in die festo transcribit libros propter lucrum, mihi probabilius videtur, maximè quando esset pauper, aut ex causa curaret aliquid breui tempore transcribere, hoc enim non est opus seruile, etiamsi fiat non gratia addiscendi, sed sine proprio profectu, nam talis actio de se mentalis, & spiritualis est, & per accidens ad illam est quòd hac, vel illa intentione fiat ab operante, quare ita resoluunt Ludou. Lop. *in instruct. Conscient. part. 1. cap. 52.* Gallet. *in margar. casuum conscient. verbo, festa,* Sayr. *d. cap. 2. num. 14. & 15.* Molfes. *in summ. Theolog. moral. tom. 1. tract. 11. cap. 17. num. 42.* Soar. *d. lib. 2. cap. 25 num. 4.* Filliuc. *in quæst. moralib. tract. 27. cap. 9. num. 164.* Layman. *in Theolog. mor. lib. 4. tract 7. cap. 2. num. 4.*

Sic eodem modo pingere in aliqua tabella sine apparatu, & magno labore, opus seruile non est, ideoque nec prohibitum festo die, per se loquendo, ita Medin. *lib 1. instruct. cap. 14. §. 8.* Ludou. Lop. *d. cap. 42.* Ratio est, quia talis pictio perinde est ac scriptio, & consistit in ducendis lineis ac figuris, tum quia non minus pictores in pingendo, quàm studiosi literarum in studendo animi quadam voluptate capiuntur, & detinentur, quod signum est artem pingendi non seruilem, sed liberalem esse, quippe ad animum recreandum institutam, liberoque homine dignam; tum denique quia licitum est pingere gratia artis discendæ, temporis fallendi, animi recreandi, secundùm Angel. *verbo feria §. 31.* Sylues. *verbo Dominica, q. 5. dicto 5.* Azor. *d. c. 27. q. 6.* Filliuc. *d. c. 9. n. 166.* ergo fatentur & ipsi pingere suapte natura non esse opus seruile, nam alioquin etiam ligna findere, ferrum cudere ob similem causam die festo licitum esset, quod nemo ait. Vide Fagundez *d. præc. 1. lib. 1. c. 11. ex n. 10.*

5 *Eorum captioni,* &c.] Notatur ad hoc quòd in diebus festiuis propter necessitatem piscari licèt, vt per Vezin. *tom. 1. communium opinion. lib. 3. tit 10. num. 14. pag. 388.* Azor. *d. cap. 27. quæst. 7.* Filliuc. *d. cap. 9. à num. 172.*

6 *Ingruente necessitate.*] Ergo licitum est segetes iacentes in agris, & fœnum in pratis ad locum securum in festis deferre, si imminet tempestas, vel pluuia, quæ corrumperet si in agro remanerent; eadem ex causa licitum est tempore vindemiarum vuas colligere ne pereant, & prosequi opus inceptum, quando notabile damnum sequeretur ex delatione, & omissione operis. Vide Sayr. *d. cap. 2. n. 10.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo, festa, §. 3.* Quarant. *in summa Bullari], verbo, dies festus,* Palat. *in repet. cap. per vestas, infr. de donation. inter virum, notab. 17. n. 10. pag 162.* vbi etiam quòd diebus feriatis licitum est studere propter fragilitatem memoriæ, vt in die Dominica non obliuiscantur scholares, quod in aliis didicerunt. Vnde ex hoc text. vulgò colligitur quòd necessitas instans, & moræ imminens periculum non recipit dilationem, cùm tunc à iuris regulis meritò recedatur, vt per Tiraquel. *de retract. lig. §. 1. gloss. 9. n. 32. & §. 26. gloss. 1. ex num. 18.* Cassan. *in consuet. Burgund. rub. 14. gloss. 1. num. 26.* Cacheran. *Pedem. decis. 68. num. 28.* Quesad. *diuers. quæst. cap. 4. num. 3.* Bobadil. *in sua politica lib. 2. cap. 21. num. 71. & ex num. 169. & lib. 2. cap. 18. num. 318.* Mart. *de iurisdict. part. 1. cap. 48. ex num. 27.*

Congruam faciant portionem, &c.] Hanc eleemosynam non imungi de præcepto, sed tantùm de consilio, resoluit Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 10. n. 11.* 7

In gloss. *Ecclesiis, vlt.* ibi, *pro decima parte eis soluant.* Vide Cabed. *Lusit. decis. p. 2. decis. 54. num. 7.* Monet. *de decimis, c. 4. n. 21.* 8

SVMMARIVM.

1 *Declarat quibus temporibus interdictum sit nuptiarum solemnitates contrahere.*
2 *Nuptiæ attento iure Concilij Tridentini quibus temporibus prohibeantur, ostenditur.*
3 *Matrimonium si quis contrahat temporibus prohibitis, licèt peccet mortaliter, quia illicitè facit, validè tamen contrahit.*
4 *Legis diuinæ habentis varios intellectus violatio non est peccatum mortale.*
5 *Tempus primum includitur, ac computatur in termino.*
6 *Opinio probabilis in foro Conscientiæ sequi potest relicta probabiliori.*
7 *Matrimonium consummare tempore prohibito, quod fuerat iam contractum tempore non prohibito, nulla culpa est.*

CAP. Capellanus. IV.

Clem. III.

NVptiarum solemnitates contrahere quibus temporibus interdictum sit ponitur *hic* Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panorm. Anchar. Bald. Hostiens. Henric. Cened. *collect. 22.* Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pœtif. pag. 76.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 225.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. Decretal. lib. 2. tit. 5 cap. 4.* Burchad. *lib. 13. Decret. cap. 21.* 1

Nuptias tribus septimanis, &c.] Hodie nouiori Concilij Trident. dispositione, *sess 24. de reform. Matrim. c. 10.* à prima die Aduentus Domini vsque ad diem Epiphaniæ, & à quarta feria Cinerum vsque ad octauam Paschæ inclusiuè antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones diligenter omnibus obseruari præcipitur, in aliis verò temporibus nuptias solemniter celebrari permittitur, Couar. *de sponsalib. p. 1. c. 8. §. 11 n. 1.* Matiens. *ad rub. tit. 1. gloss. 1. n 147. lib. 5. nouæ recop.* plures per Cened. *ad Decret. collect. 22.* quibus adde Petr. de Ledesma *in summ. p. 1. de Sacram. Matrim. c. 20. concl 8. dub. 1. vers el tercier,* Henriq. *in summ. lib. 11. c. 16. § 2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 31. n 188.* Posseuin. *de officio Curati, c. 10. de Matrim. n. 25. vers. quæritur,* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 7. c. 32. quæst. 3.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp 7.* Bonacina *eod. tract. q. 3. puncto 14. n. 4.* Ego ipse *de offic. & potest. Episcopi, p. 2. alleg. 32. n. 193.* 2

Vt quocunque tempore matrimonium contrahatur.] Intellige validè, etiamsi illicitè, nam si de facto temporibus prohibitis matrimonium quis contrahat; licèt 3

licet peccet mort. quia illicitè facit, validè tamen contrahit, vt tenent Matiens. *d. gloss. 1. n. 147.* Cened. *d. collect. 22. n. 2.* Sanch. *d. disp. 7 à n. 3.* Bonacina *d. n. 4.* Ego ipse *d. alleg. 32. n. 196.* Vel intellige de tempore habili, & non prohibito, vt etiam aduertit Valer. Reginald. *d. tract. lib. 32. tract. num. 28.* & nuncupatim agens de intellectu huius text. ego ipse *d. alleg. 32. n. 202.*

Vera istarum opinionum, &c.] Hinc colligi videtur violationem legis diuinæ habentis varios intellectus non esse peccatum, vt per Ias. *in l. diem, n. 34. ff. de officio Assessoris*, Ioan. Garc. *de nobilit. in initio, n. 12.*

5 *Vsque ad septem dies.*] Ergo hoc primum tempus includitur ac computatur in termino, Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 11. n. 35.* faciunt quæ ego ipse *de diction. & claus. dict. 179.*

6 In gloss. *Alij*, ibi, *in his vero, quæ ad solemnitatem spectant, diuersa tenere non est peccatum.* Hanc glossam singularem dicit. Alex. *cons. 1. col. 3. lib.* prout refert Nauar. *in cap. cùm consideret, de pœnit. dist. 5. in princ. num. 38. & in cap. si quis autem, etiam de pœnitent. dist. 7. n. 5.* Vnde opinionem probabilem in foro Conscientiæ sequi posse, relicta probabiliori, tenent Armill. *verbo, opinio*, Aragon. *1. 2. q. 63. art 4.* Vbi Salon. *contro. 2.* & Bannez *q 19. art 1.* Barthol. Medin. *1. 2. q. 19. art. 6.* vbi Lorca *disp. 39. membr 2.* Salas *tract. 1. disp. vnic. sect. 6.* Soar. *tom. 4. de pœnitent. disp. 22. sect. 9. num. 6. & tom. 5. de censur. disp. 40. sect. 5. num. 6.* Sanch. *de Matrim. lib. 2. disp. 41. num. 30. & l. 3. disp. 20. n 4. & lib 8. disp. 6. n. 18. & in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 14.* Nicol. Garc. *de benef. p. 11. c. 5. num. 361.* Tanner. *in p. 2. disp. 2. q. 4 dub. 3. n. 36.* Filliuc. *tom. 2. tract. 21. c 4. n. 128.* Malder. *in p 2. S. Thom. q 19 art. 5. disp. 86. asser. 3.* Paul. Layman. *in sum. Theolog. moral. lib. 1. tract. 1. cap. 5. §. 2. n. 7.* Villalob. *in sum. tom. 1. tract. 1. difficult. 10. num. 2.* Sancius *in pract. disp. 42. n 12.* Basil. Pont. *de Matrim. lib. 10. cap. 15 num. 4.* Sanctar. *variar. resol. p. 1 q. 59. n. 4.* Diana *resol. moral. part 2. tract. 13. de opin. probabili, resol. 1.* vbi citat meipsum *in hoc loco*, & parentem meum *in remiss. Doct. ad Ordin. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 64. num. 10.*

6 In gloss. *Quocunque tempore.* Aduerte tam prohibitionem huius text. quàm illam de qua nouiori iure Concil. Trident. esse tantum quoad matrimonij solemnitatem, traductionem scilicet ad domum, conuiuium, & benedictionem resoluunt Sanch. *d. lib. 7. disp. 7. n. 11.* Valer. Reginald. *d. lib. 31. n. 188.* Bonacina *d. n. 4.* Coninch. *de Sacram. disp. 30. Matrim. dub. 3. n. 36.* & decisum referunt Galet. *in margarita casuum Conscientiæ, verbo, matrimonium*, Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p. 3. c. 9. n. 57.* Vnde consummare matrimonium tempore prohibito, quod fuerat iam contractum tempore non prohibito, nullam culpam esse tradunt Sanch. *d. disp. 7. n. 21.* Coninch. *d. disp. 30. n. 3.* Reginald. *d. lib. 31. n. 189.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicium exerceri non potest etiam de consensu partium in diebus festis, nisi necessitas, vel pietas suadeat, secus vero in feriis introductis fauore hominum.*

2 *Citatio in die in honorem Dei feriato exequi non potst nec potest fieri, vt cadat in die Dominico.*

3 *Citatio inualida est facta die non feriata, si mandatum de citando fiat die feriata.*

4 *Die festo in honorem Dei feriato fieri possunt dispensationes, collationes beneficiorum, scripturæ, & actus extraiudiciales, ac voluntariæ iurisdictionis.*

5 *Dies festi Natalis Domini, SS. Stephani, Syluestri, Innocentium, Circumcisionis Dominicæ, Epiphaniæ, Ascensionis Domini, & Pentecostes, ac Resurrectionis cum septem sequentibus, & Natiuitatis S. Ioannis, vbi declarentur, ostenditur, & cum seqq. vsque ad n. 17.*

18 *Festiuitates Sanctissimæ Virginis quæ sint remissiuè Pauli, Beati Michaëlis, & solemnitas omnium Sanctorum vbi tractentur, & seqq.*

23 *Episcopus potest in sua diœcesi constituere, atque decernere, vt aliqui dies festi colantur, ac celebrentur.*

24 *Episcopus nullo modo potest dies festos sacrare iis, qui non sunt auctoritate Romani Pontificis in Sanctorum numero adscripti.*

25 *Episcopus sine populo præsente, aut ad id vocato, an possit dies festos instituere, ostenditur.*

26 *Causæ piæ die in honorem Dei feriato licitè apud iudicem tractari possunt.*

27 *Pietatis causa in hoc text. ea solùm intelligitur, qua respiciat opera misericordiæ.*

28 *Debitor suspectus de fuga in carcerem festis diebus detrudi potest.*

29 *Fugæ suspicio vt debitor diebus festis in carcerem detrudi possit, quæ sit sufficiens, relinquitur arbitrio iudicis.*

30 *Feriatis diebus in honorem Dei partes renuntiare non possunt.*

31 *Acta facta die feriata sunt nulla, nisi sint Tribunalis S. Inquisitionis.*

32 *Sententia die feriato in honorem Dei prolata inualida est, sicut executio ex illa proueniens.*

33 *Sententia in causa hæresis an possit ferri in die festiuo ostenditur.*

34 *Sententia excommunicationis lata diebus feriatis in honorem Dei valida est.*

35 *Feriis rusticalibus non modò expresè, verùm etiam tacitè partes renuntiare possunt.*

36 *Feriis rusticalibus vti possunt qui colligunt castaneas, & non habent prædia vbi panem, aut vinum colligant.*

37 *Fiscus quando habeat priuilegium vt in eius causis procedatur etiam die feriato, ostenditur.*

38 *Diebus feriatis de alimentis potest contendi.*

39 *Causa dotis ferialibus diebus agi potest, & in eis tutor dari.*

CAP. Conquestus. V. & vlt.

Gregor. IX.

IN diebus festis, nisi necessitas, vel pietas suadeat 1
ita est abstinendum ab opere seruili, vt in illis processus factus, vel sententia lata & pronuntiata etiam de consensu partium non valeant. In feriis verò introductis fauore hominum, v.g. vindemiarum, vel messium, de consensu partium possunt ista fieri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Host. Henric. Butr. Anchar. Cened. *collect. 142.* Cujac. Vin. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 76.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 225.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Debet tamen iudicialis strepitus, &c.] Ergo citatio in die in honorem Dei feriato exequi non potest, Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 13. titul. 1. §. 17.* vbi parens meus apud Castellanos *l. 34. tit. 2. part. 3.* vbi Gregor. Lopez Tiraquel. *de retractu lig. §. 36. gloss. 2. num. 54. & seq. & ad finem tit. num. 58. cum seq.* Damhaud. *in pract. ciuili,*

ciuili, c.60. *de competenti die*, §. *citationes facta diebus festis*, Marant. *de ord. iudic. p.6. c. de citat. à n.116.* Vant. *de nullitatib. ex defectu citat. n.66.* Vezin. *tom.1. commun. opin. lib.3. tit.9. n.9. pag.387.* Grauat. *ad Vestrium lib.4. c.3. n.3.* Iaffred. *decis.169.* Thesaur. *Pedem. decis.95.* Camil. Lepid. *Rotæ Lucens. decis.115. sub num.4.* Soar. *in thesauro receptarum sentent. lit. C. n.64.* Cur. Philip. *p.1. §.8. num.6.* Vinian. *Neapol. decis.274. num.13. & 14.* Hieron. de Laurent. *Auenion. decis.5. num.2.* Parlad. *rerum quotid. lib.2. cap.fin. q 5. §.4. num.3.* Caualcan. *Eiuſd. decis.4. num.41. p.2.* Azeued. *l.4. n.5. tit.1. lib.1. nouæ recop.* Bernard. Muſcatel. *in praxi aurea Ciuil. p.1. gloſſ. Intimata, n.20.* Ceuall. *communium contra commun. q.366.* Chriſtoph. de Pace *in ſcholiis ad leges ſtyli, l.159. ſchol.3. n.13.* Camil. Borrel. *in ſumma omnium decis. tit.44. de citat. n.563.* Azor. *inſtit. moral. p.2. lib.1. c.27. q.15.* Farin. *in praxi crimin. q.21. num 106.* Soar. *de relig. tom.1. tract.2. lib.2. cap.38. num.11.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.19. num.45.* nec poteſt fieri vt cadat in die Dominico, Bald. *in l. dies, num.6. C. hoc tit.* Abb. *hic num.21.* Vant. *vbi ſuprà n.66.* Decian. *in tract. crimin. lib.5. cap.38. num.27.* Marc. Antonin. *var. reſol. lib.3. reſol.48.*

3 *num 15.* Sic etiam inualida eſt citatio facta die non feriata ſi mandatum de citando fiat die feriata, Azeued. *l.4. n.6. tit.1. lib.1. nouæ recop.* Azor. *d. c.27. q.15.* quia neque citatio facta die feriata in honorem Dei poteſt fieri pro die non feriata, Vant. *n.46.* Marc. Ant. *n.16. dictis locis.*

4 Limita tamen textus concluſionem in diſpenſationibus, collationibus beneficiorum, tranſactionibus, & ſcripturis contractuum, in quibus ex generali conſuetudine non procedit, Ceuall. *communium contra communes, q.760. n.30.* Carraſc. *in explicat. ad aliquas leges recop. c.2. §.2. n.16.* provt etiam non procedit in reliquis extraiudicialibus, Cald. Pereira *de reſ. emphyt. c.13 n.5.* Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo, feria, n.3.* Modern. *in tract. per viam violentiæ, p.2. q.107. n.4.* & in actibus voluntariæ iuriſdictionis, Marant. *de ordine iudic. p.4. n.86. pag.207.* Azor. *d. c.27. q.12.* Cardoſ. *vbi proximè.*

5 *Natalis Domini.* De die Natalis Domini, vide Perez. *tit.7. lib.3 Ordin. pag.581.* Azor. *d. lib.1. c.9.* Durand. *in rationali diuinorum, lib.6. c.13.* Filliuc. *tract.27. c.3. n.32.* Soar. *3. p. tom.2. diſp.13. ſect.1. cum ſeq.* Tanner. *tom 4. diſp.2. q.2. dub.2.* latè Bonac. *de ſacroſ. Chriſti Incarnat. diſp.3. q.1. punct.2.* vbi an Chriſti natiuitas peracta ſit ſine dolore matris, & ſordibus puerperij, & *puncto 3.* quo loco, & quo tempore facta ſit Chriſti natiuitas, & *punct.4.* quibus ſignis, & quibus perſonis manifeſtata fuerit Chriſti Natiuitas.

6 *Sancti Stephani.*] Vide de feſto S. Stephani Protomartyris, Azor. *d. lib.1. c.25. verſ. S. Stephani.* Filliuc. *tract.27. c.5. n.71.*

7 *Syluestri.*] De feſto S. Syluestri agit Azor. *d. lib.1. cap.25. verſ. primò quæritur.* Filliuc. *d. tract.27. cap.5. num.73.*

8 *Innocentium.*] De feſto ſanctorum Innocentium,
9 vide Azor. *d. lib.1. c.25. verſ. ſanctorum*, vbi etiam de feſto ſancti Laurentij, Filliuc. *d. c.5. n.72.*

10 *Circunciſionis.*] De die feſto Circunciſionis Dominicæ, vide Durand. *in rationali diuinorum officiorum, lib.6. c.15* Azor. *d. lib 1. c.10.* Filliuc. *d. tract.27. c.3. n.31.* Soar. *p.3. tom.2. diſp.15. ſect.1.* Tanner. *tom.4. diſp.2. q.2. dub.3. n.53.* Bonac. *de ſacroſ. Chriſti Incarnat. diſp.3. q.2. punct.1.*

11 *Epiphaniæ.*] De feſto Epiphaniæ. vide Durand. *d. l.6. c.16.* Azor. *d. lib.1. c.12.* Filliuc. *d. tract.27. c.3. num.32.*

12 *Aſcenſionis.*] De die feſto Aſcenſionis Domini, vide Durand. *lib.6 c.114.* Azor. *d. lib.1. c.12. & cap.25. verſ. quarto quæritur.* Filliuc. *d. c.3. n.42.* Soar. *in 3. p. diſp.51. ſect.1. col.5. & 6 & ſect 2.* Tanner. *tom.4 diſp.3. q.3. dub.5. ex n.118.* latè Bonacin. *de Sacroſ. Chriſti Incarnat. diſp. 3. q.4. puncto 2.*

Pentecoſtes.] De die ſancto Pentecoſtes cum duo- 14
bus, qui ſequuntur, vide Durand. *d. lib.6. c.117.* Filliuc. *d. c.3. n.44 & de miſſione Spiritus ſancti in die Pentecoſtes.* Bonacin. *de ſacroſ. Chriſti Incarnat. diſp. 3. q.4. punct.4.*

Septem dies Dominicæ Paſſionis.] Quamvis text. hic 15
inter dies feriatos numeret ſeptem dies Dominicæ Paſſionis, conſuetudo tamen eius conſtitutum abrogauit etiam in tribus, vel duobus diebus proximè præcedentibus Paſchæ, nam licèt feria quinta, & ſexta oporteat omnes intereſſe diuinis officiis, tamen iis abſolutis liberum quoque eſt ſe in operibus etiam ſeruilibus exercere. Verùm licèt ab oneribus ſeruilibus in his diebus vacare nemo teneatur, in illis tamen, & tota hebdomada ſancta nec iudicia habentur, nec cauſæ forenſes, ſeu iudiciales exercentur, & in hoc ſeruari huius text. conſtitutionem aſſerit Azor. *d. lib.1 c.25. verſ. quinto quæritur.* Filliuc. *d. tr 27. c.3. n.37.*

Reſurrectionis cum ſeptem ſequentibus.] Cauſæ foren- 16
ſes, ſeu iudiciales non tractantur ſex diebus proximè Paſcha ſequentibus, de conſuetudine tamen duo tantùm, qui proximè Paſcha ſequuntur, vt feſti ſeruari ſolent, reliqui inter profeſſos habentur, ita poſt Sylueſt. Armil. S. Antonin. & Angel. dicit Azor. *d. l. c.25. verſ. ſexto ſequitur.* Filliuc. *d. tract 27. c.3. n. 40.* & de Chriſti Reſurrectione, vide Bonacin. *de ſacroſ. Chriſti Incarnat. diſp. 3. q.4. puncto 1.*

Natiuitatis Ioannis Baptiſtæ.] De feſto Natiuitatis 17
Sancti Ioannis Baptiſtæ : vide Durand. *in rationali diuinorum offic. lib 7. cap.114.* Azor. *d. lib 1. cap 25. in princ.*

Feſtiuitatum omnium Virginis gloriosæ.] De feſtis Bea- 18
tiſſimæ Virginis, vide Soar. *tom 3. de relig. tract. 2. lib 2. de diebus feſtis, c.5. cum ſeqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.2. c.43. num.9* optimè Azor *d. lib.1. c.17.* vbi de Annuntiatione Beatiſſimæ Virginis, & *cap.18.* de die feſto Purificationis, & *cap. 19.* de die feſto Natiuitatis B. Virginis, & *cap.20.* de feſto Aſſumptionis B. Virginis, & *cap.21.* de Conceptione, & *c.22.* de Præſentatione, & *cap. 23.* de Viſitatione. Et de omnibus feſtiuitatibus Beatiſſimæ Virginis agit Filliuc. *d. tract.27. cap.4. num.48 cum ſeqq.* & de aliquibus Bonac. *de ſacroſanct. Chriſti Incarnat. diſp. 1. q 1* vbi de Conceptione, & Natiuitate Beatiſſimæ Virginis, & *quæſt.4.* de Annuntiatione, & *quæſt 5.* de Aſſumptione; & de feſtiuitate Aſſumptionis, Soar. *tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus feſtis, c.8. n 24 & tom 2. in 3 p.* qui eſt de vita Chriſti, *diſp 21. & 22.* Illuſtr. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. Sanctorum 2. num. 27. diſt. 70.*

Duodecim Apoſtolorum.] De diebus feſtis duodecim 19
Apoſtolorum, vide Azor. *d. lib. 1. c.24.* Filliuc. *d. tr. 27. c.5. n.66. & 67.*

Et præcipuè Petri, & Pauli.] De die feſto SS. Apo- 20
ſtolorum Petri, & Pauli, vide Durand. *d. lib 7 cap.15.* Azor. *d. cap.24. in princ. & verſ. Paulus*, Filliuc. *d cap.5. num.68.*

Dedicationis B. Michaëlis.] Vide Azor. *lib.1. c.25. in* 21
med. verſ. dedicatio.

Solemnitatis omnium Sanctorum.] De feſto omnium 22
Sanctorum agit Azor. *d. lib.1. c.25 verſ. omnium Sanctorum.*

Quas ſinguli Epiſcopi, &c.] Notatur ad hoc quòd 23
Epiſcopus poteſt in ſua diœceſi conſtituere, atque

decernere, vt aliqui dies festi colantur, ac celebrentur, vt per Felin. *in c. 1. n. 18. de sponsalib.* Azor. *d. lib. 1. c. 26. q. 1.* Con. *var. lib. 4. c. 19. n. 4. vers. præter hos.* Vnde colligit ex hoc text. Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 2. consid. 47.* posse Episcopum in sua diœcesi facere
24 quem voluerit pro Sancto venerari. Sed contrarium verius est, nam Episcopus nullo modo potest dies festos sacrare iis, qui non sunt auctoritate Romani Pont. in Sanctorum numerum adscripti, vt tenet Azor. *d. c. 26. q. 4.* Carrasc. *super aliquas leges recop. c. 2. n. 32.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 2. c. 43. n. 9.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta prec. 1. lib. 1. c. 3. a n. 5.* vbi *à n. 14.* post Soar. *tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis c. 11. n. 4. & 5.* subdit posse Episcopum sacrare dies festos in honorem ac venerationem illorum Sanctorum, qui sunt beatificati tantùm.

25 *Cum Clero, & populo.*] Ergo Episcopus sine populo præsente, aut ad id vocato dies festos instituere non potest; adhibetur autem populus non quia vt cum Episcopo statuat venerandos dies, sed potiùs vt ab eo audiat Præsul si multiplicitate festorũ oneretur, quæve sint, quæ ex consuetudine coli omissum est, Petr. Gregor. *lib. 1. p. iuris Can. tit. 19. c. 4. schol. 3.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 4. alleg. 105. n. 36.* Filliuc. *d. tr. 27. c. 6. à n. 83.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 3. consid. 48.* Sylueest. *in sum verbo Dominica, n. 3.* Soar. *de legibus, lib. 2. c. 11. vers. in præsenti,* latè allegatio iuris pro patronatu sancti Iacobi impressa Romæ de anno 1629. At licèt de iure communi, de quo *in hoc text.* procedere possint supradicta, nunc consuetudine receptum est, vt dies festi populo minime vocato sola Episcopi auctoritate adhibito clericorum consilio constituti iudicentur, vt attestatur Azor. *d. c. 26. q. 2. in fin.* quicquid Marc. Anton. Genuens. *in praxi Curiæ Archiep. Neapol. c. 51.* nimis offendens literam huius text. intelligat eum non probare quòd Episcopus debeat indicere festa cum Clero, & populo, sed quòd festa, quæ duxerint Episcopi veneranda, celebrentur à Clero, & populo. Aduerte quòd Episcopus in Synodo semper absque populi consensu potest indicere festa obseruanda de præcepto, Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 3. consid. 48.* Marc. Anton. Genuens. *d. c. 51.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 19. n. 6.* Ego ipse *d. alleg. 109. n. 39.*

26 *Vel pietas suadeat.*] Notatur ad hoc quòd causæ piæ die in honorem Dei feriato licitè apud iudicem tractari possunt, vt per Tiraq. *de pia causa, in præfat.* Surd. *de aliment. tit. 8. q. 2. n. 10. & cons. 367. n. 11.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam. Imper. lib. 1. concl. 26. consid. 1. n. 14.* Fr. Emman. *q. Regul. tom. 2. q. 70. art. 2.* Valer. Reginald. *d. tit. 19. n. 44.* Filliuc. *d. tr. 27. c. 11. n. 219. & 220.* Soar. *d. lib. 2. de diebus festis c. 10. ad fin.* vbi notat latronem de fuga suspectum posse festo die capi, & incarcerari, item in prauis oppidis posse die festo causas ciuiles agitari, si aliis diebus rusticani homines adesse, vel commodè vocari nequeunt. Andr. Gail. *lib. 1. obseru. 53.* vbi ait tales causas, quæ festis diebus expediri possunt, esse alimentorum, carceratorum, pupillorum, viduarum, & miserabilium personarum, item causas, quæ celeritatem requirunt, quia alioquin res peritura sit, refert Layman. *in Theologia morali*
27 *lib. 7. tit. 7. c. 2. n. 7. vers. contra vero.* Verùm cùm pia causa dicatur multipliciter, vt ostendit Tiraq. *in d. præfat.* non erit abs re intelligere causam pietatis *in hoc text.* eam solùm, quæ respiciat opera misericordiæ, iuxta dicta per Abb. *in præsenti, n. 14.* Armil. *in summ. verbo, festum, n. 3 & 13.* Nau. *in man. c. 13. n. 4.* Tolet. *in summ. lib. 4. c. 25. n. 7* quos refert Marc. Ant. *var. lib. 3. ref. 48. n. 1.* alioquin si supradicta huius text. verba intelligenda essent de omni causa pia, infinita prope modum possent fieri in die Dominico, quod ita dicendum non est, causa enim matrimonialis dicitur causa pia, Tiraq. *in d. tract. de pia causa, priuil. 56. circa finem,* & tamen in illa procedi non potest in diebus feriatis in honorem Dei, *gloss. verbo, necessitates in Clem. sæpè, de verbor. signif.*

Necessitas vrgeat.] Ergo festis diebus debitor suspectus de fuga in carcerem detrudi potest, Soar. *ad l. post rem iudicatam, in declarat. ad legem Regni, extent. 4. n. vlt de los emplazamientos, §. sed attende, n. 23.* Surd. *tit. 8. priuil. 2. n. 12* Parlad. *l. 2. rerum quotid. c. fin. p. 5. §. 4. n. 9.* Ceuall. *communium contra communes, q. 760. n. 25* Carrasc. *d. c. 2. §. 2. n. 10.* vbi *n. 17.* etiam resoluit 29 posse exequi sententiam diebus festiuis si suspicio sit de fuga; quæ autem suspicio sit sufficiens in his terminis, relinquitur arbitrio iudicis, ex citatis per Menoch. *remed. 2. adipisc. n. 9. & de arbitr. casu 124.* qui loquitur de cautione, Matiens. *l. 10. gloss. 1. n. 7. tit. 10. lib. 5. nouæ recop.* Valdes. *ad Soar. in l. 2. de los emplazamientos, n. 17.*

Vt consentientibus etiam partibus.] Notatur ad hoc 30 quòd partes diebus feriatis in honorem Dei renuntiare non possunt, nec processus, & sententia in eis habitus consentientibus etiam partibus tenet, vt per Ordin. Regia Lusit. *l. 3. tit. 18. in princ. vers. postquæ, gloss. fin. tit. 5. lib. 2. for. leg.* Perez *l. 1. gloss. 1. pag. 581. col. 2. vers. vtrum autem, tit. 7. lib. 3. Ordin.* Lanfranc. de Oriano *in praxi, c. 12. de feriis, n. 13.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 30. n. 3* Damhaud. *in praxi Ciuili, c. 119. de feriis, n. 18* Christoph. de Pace *in scholiis ad leges stili, l. 156. à n. 10.* Cardos. *in praxi Iudicum, & Aduocat. verbo, feriæ, n. 2.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 2. cap. 1. num 27.*

Nec processus habitus teneat, &c.] Notatur ac hoc 31 quòd acta facta die feriata sunt nulla, vt per Cardos. *verbo, processus, n. 11.* Soar. *de relig. tom. 1. tr. 2. lib. 2. de diebus festis, cap. 30. n. 1.* Fagundez *d. lib. 1. c. 13. n. 22.* Carrasc. *d. cap. 2. §. 2. num. 1.* Inquisitores tamen contra hæreticam prauitatem possunt conficere acta in die feriato in honorem Dei. Armil. *in summ. verbo, festum, n. 3 & 17. & verbo, Inquisitor, n. 19.* Tabien. *verbo, feriæ, n. 2.* Rojas *de hæret. p. 2. n. 414.* quos refert Mar. Anton. *d. resol. 48. n. 8.* Fagundez *vbi sup. n. 28.* Soar. *d. lib. 2. c. 30. n. 19.*

Nec sententia.] Ergo sententia prolata die feriato 32 in honorem Dei inualida est, vt per Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p. 2. cap. 1. n. 27.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 144. num. 2. cum seqq.* vbi *n. 8.* nititur defendere sententiam latam die feriato posse in causa appellationis confirmari, provt etiam inualida est executio ex sententia, vel contractu guarentigio diebus feriatis facta, præcipuè vbi non datur periculum suspicionis de fuga, Parlad. *d. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. p. 5. §. 4. à princ.* Ceual. *d. q. 760. n. 3.* Vtrùm autem 33 sententia in causa hæresis possit ferri in die festiuo, latè disputat Mar. Anton. *in var. resol. lib. 3. resol. 48. per totam,* vbi *n. 20.* asserit in hoc dubio rescriptum fuisse à supremo Tribunali S. vniuersalis Inquisitionis Vrbis sub die 26. Iulij 1605. sententias condemnationis in causis S. Officij posse ferri in die Dominico, & in aliis diebus festiuis.

Limita in sententia excommunicationis, quæ si 34 feratur diebus feriatis in honorem Dei valida erit, vt per Fr Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 59. art. 2.* Soar. *d. c. 30. n. 9.* Layman. *d. c. 2. n. 7. in fine.*

Licèt diebus feriatis, &c.] Notatur ad hoc quòd ru- 35 sticalibus feriis non modò expressè, verum etiam tacitè partes renuntiare possunt, Ordin. Regia Lusit. *lib. 3. tit. 18 §. 2.* vbi parens meus, Marant. *de ordine iudic. p. 4. num. 83. pag. 207.* Azin. *in praxi Florent. §. 3. cap. 7.*

c.7.n.1. Perez *l.2. gloss.1. pag.582. vers. sunt praterea, tit.7.lib.3. Ordin.* Thesaur. *Pedem. decis.39.n.1.* Azor. *d.lib.1 c.27.q.18.*Cald.Pereira *de resol.emphyt.c.17.n.10. col.5.*Camil.Borrel.*in summ.omnium.decis. tit.42.de iud.*

36 *n.86.* Et huiusmodi rusticalibus feriis vti posse, qui colligunt castaneas, & non habent prædia, vbi panem, aut vinum colligunt, tenent Felin.*in c.vlt.n.12. de indic.* Bald.*in l.ligni appellatio, §.lignorum, ff.de legatis 3.*Iason.*in l.1.n.1.ff.de feriis*, Montalu. *l.1 verbo, ni de Iulio, tit.5.lib 2.for.legum*, Greg.*l.3.verbo,pane,vino,*

37 *tit.2.p.3.* Cotta *in memor.verbo, feriæ.* Aduerte fiscum in iudicialibus, præsertim in exactionibus debitorum, habere priuilegium, quod in eius causis procedatur etiam die feriato, per *l.publica, C.de feriis*, tenet Farin.*fragmentorum crim. p 1.lit.F, n.202.*

38 In glos.*Putas.*Notatur ad hoc quòd feriatis diebus de alimentis potest contendi, Ordin. Regia Lusitan. *lib.3.tit.18.§.6.*Tiraq.*de priuileg. pia causa, priuil.156.* Perez *tit. 1. l.3. Ordin.pag.451.* Surd. *de aliment.tit.8. q.2.n 7.& decis. 323. n 5.* Cardos.*d.verbo, feriæ, n.5.* Ceuall.*comm.contra comm. q.760 à n.4. & de cognitione per viam violentiæ, p.2 q.38.n.8.* Cald. Pereira *q.forens. lib.2.q.50.* Corras.*d.c.2 §.2. n 6.* vbi *n.7.& 8.* limitat quando contenditur de alimentis præteritis, vel quando à diuite petuntur.

39 Notatur etiam ad hoc quòd de causa dotis ferialibus diebus agi potest, Tiraq. *de pia causa priuil.156.* Viu.*tom.2.comm.opin.l.7.tit.27.n.6. vers.2. eadem opin.* Lara *in l.si quis à liberis, §.si vel parens, n.9 cum seq. ff. de liberis agnosco.*Cald.Pereira *d.l.2.q.50.*Et in eis tutor dari potest, *l.nec mandante, §.dari tutor, ff de tutor, & curat.* Paul. Montan.*de tutelis & curis, c.25. n.1.& 2.* Cardos.*d.verbo, feriæ, n.5.*

De Ordine cognitionum.

TIT. X.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr.scribentes.*
2 *Ordo multis capitur modis.*
3 *Ordo est parium dispariúmque rerum sua cuique loca tribuens dispositio.*
4 *Ordo in hac rubr. accipitur pro ordine iudiciario, quia est quædam dispositio, qua mediante iudicia, & ipsius acta suo loco, & tempore disponuntur.*
5 *Ordo in omnibus rebus seruandus.*
6 *Cognitio in genere est qualitas potentiæ intellectiuæ, quæ cognoscit rem quid sit per suum obiectum.*
7 *Ordo cognitionum in hac rubr. importat modum & ordinem à iudice obseruandum in examine plurium quæstionum inter easdem personas.*
8 *Cognitio iudicialis duplex, altera ordinaria, altera verò extraordinaria, & qua sint, ostenditur.*

1 SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam.Ioan.Andr.Imol. Anan. Bald.Panorm.Butr.Guillelm.Durand.*in breuiario aureo iuris Canon. fol. 53. verso*, Petr.de Ranen.*in compend.iur.Can.* Martin. Mesnart.*in epitome Decret. fol.57.*Dan.Venat.*in analysi method.iuris Pontif à pag 280.* Goffred. & Host.*in summa huius tit.* Alex. Cassan.& Anast. Germ.*in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthag.*in exposit. tit.iur. Canon.*nouissimè Ioan. Honor. *lib.2. summ.in Decretal.* omnes *sub hoc tit. & volum. 3. repet. in iure Canonico ad secundum Decretalium librum*, Ioan.Calderin.

Ordine.] Ordo multis capitur modis, quandoque 2 pro statu, & conditione, *l. Diuus 14.ff.de Offic.Præsid.* quandoque pro serie, collatione, & dispositione, vt per tot.*ff.quis ordo in bon. poss.l. Imperat. 21.ff.de appel. l.quid ergo 13 ff.ad municip.l.1 ff.de distract. pign.l.si liber ff. de pactis dot.* sic debet intelligi *tit. C. vt dignit. ordo seruetur, l.12.* interdum pro solemnitate & formula, vt per *gloss.1.in §. fin.Instit.de interdict.* optime Rebuff.*in l. pupillus, in §.munus, ff.de verb. signif.* Variéque à Doctoribus definitur, nam Bald.*in cons.schismatis*, posito *sub rubr.si quis aliquem testari prohib. n.3.* definit vt ordo sit modus cuiusque rei agendæ, quo 3 prætermisso nihil geritur, subscribit Marant.*de ordine iud.in proœm.n.3.*& rursus aliter definit Bald.*in proœm. Digestorum, in princ.*quem sequitur Menoch.*de arbitr. in princ.* vt ordo sit entium modus, Alitérque Cicero *l.10.offic.* relatus à Luca de Penna *in l.id quod col.1.qui milit. non poss. lib.12.* vt ordo sit compositio rerum in aptis, & accommodatis locis;& tamen aliter Aristot. relatus à Thom. Canon.*in proœm Decreti n.84 tom.1. repet.Canon.*vt sit dispositio rerum secundum prius & posterius. Mihi verò placet definitio S. Aug. *lib.19. de ciuitate Dei, c.14.* quam tradunt Alberic.*in suo diction.verb.ordo*, Roland. *tit.de testam.rubr.6.n 10.tom.8. nouorum tract.p.1.* & Meminit Nau. *in man.c.22.n.17.* vt scilicet ordo sit partium, dispariumque rerum, sua cuique loco tribuens dispositio; & inde dicimus ordinem Religiosorum, coniugatorum,& virginum; & in Republ.ciuili ordinem opificum, & nobilium; & in militia ordinem peditum, & equitum, vt refert Rebuff. *vbi supra* Duaren. *ad tit. ff. de senatorib. c.1.* & denique tunc dicimus Rempub.bene habere quando vnusquisque suum seruat ordinem, teste Sot. *in 4. dist 44 q 1 art.1.* Hinc etiam vnum ex septem Sacramentis Ecclesiæ appellatur Ordo ex Concil. Trident. *sess.cap.23.c.3. & canon. 3.* quia ex illo ordinatus disponitur ad certum ministerium determinatum in Ecclesia militante. Hinc etiam regula iudicij, quia est dispositio quædam ad sententiam proferendam, nuncupatur Ordo *in l. prolatum, C.de sentent. & in cap.ad nostram 3. de iureiur.* quo modo accipitur Ordo 4 *in hac rubr.* scilicet pro ordine iudiciario, quia est quædam dispositio qua mediante iudicia, & ipsius acta suo loco & tempore disponuntur, vnde meritò S. Ambros. referente Bald. *in d. proœm.* ait scire quid 5 facias, & nescire quo ordine, non est perfectæ cognitionis; & inde ordinem in omnibus rebus seruandum esse docuit Sebast. Medic.*de definit. p.1 n.15. tom.18. nouorum tract.* & ad praxim applicat Marant. *vbi supra n.6.* Indéque Aristot. *lib. 2. meth.* docuit sapientis esse ordinatim tractare, & dicere; iunctis his, quæ cumulaui *in tract. Axiomatum iuris vsufreq. Axiom 172.*

Cognitionum.] Cognitio in genere est qualitas po- 6 tentiæ intellectiuæ, quæ cognoscit rem quid sit per suum obiectum, ex D.Thom.*in 3.sentent.dist.23.q.1. art.10.ad 2.* Gabr.*in 2. sent.dist.4.q.2.col.7.*Sicuti ergo quis cognoscit naturaliter rem per obiectum, ita etiam iudex per testes, & alia instrumenta instruitur circa quæstionis in iudicio propositæ intellectum, quæ instructio cognitio dicitur, *l.ob carmen 21.§.fin. ff.de testib.iuncta l.vbi 22.C.ad leg Cornel.de falsis, c.1. de litis contest.lib.6.* Inde *in hac rub.* ordo cognitionum 7 importat modum & ordinem à iudice obseruandum in examine plurium quæstionum inter easdem personas, ex Fulgos. *in rubr.C.de ordine iudic.*Abb.& communis *hic*, apud quos videbis, in quo is tit. differat à tit.*de mutuis petit.*

Hæc autem cognitio iudicialis duplex, altera extraordinaria, altera verò ordinaria. Extraordinaria est vbi à lege, vel Principe aliquod committitur sub ea forma, vt relinquatur cognitio iudici, vel ad ipsius cognitionem pertinere statuatur, nam tunc iudex procedit summariè, & in criminibus poterit moderari pœnam lege præscriptam, quia non ordinario iure, sed extraordinario procedere permittitur, vt aduertit Alciat. *lib. 6. pareg. c. 5.* Conan. *l. 1. comment. cap. 16. col. 5.* subdens cognitionis nomen, quia generale est, ad ea plerumque iudicia referri, quæ extra ordinem habentur. Ordinaria autem cognitio est quædam iudicis instructio ex variis speciebus probationum, scilicet ex confessionibus, depositionibus testium, qualitatibus instrumentorum insurgens, arg. *in cap. nostra 32. & c. cùm causam 32. de testib.* quibus quantam fidem adhibere debeat, residet in ipsius arbitrio, *l. 3. vers. tu magis, de testib.* qua ratione probationes arbitrariæ dicuntur ex Paul. *in l. admonendi n. 39. ff. de iureiur.* Ideo autem ordinaria appellatur, quia ex ipso ordine iudicali sine alia speciali commissione nascitur, secundùm relatos. Quare autem hæc rubr. scripta sit de ordine cognitionum, & non de ordine iudiciorum, explicant Carder. *n. 2.* & Bellam. *n. 1 in præsenti.*

SVMMARIVM.

1 *Exceptio consanguinitatis admittitur contra mulierem vindicantem aliquem in maritum, quæ quidem prius discutienda est, quam super matrimonio pronuntietur, & sufficit super ipso principali pronuntiare.*
2 *Exceptio peremptoria, illa est, quæ iudicium peremit, & tollit.*
3 *Exceptio peremptoria de sui natura litis ingressum impedit, cum per eam concluditur nullum ius agendi competere actori.*
4 *Exceptione consanguinitatis opposita contra mulierem petentem quendam in virum, de ea est tractandum priusquam de causa principali.*

Ex hoc text. illa communiter deducitur conclusio 4
quòd opposita exceptione consanguinitatis contra mulierem petentem quendam in virum, de ea est tractandum priusquam de causa principali, non tamen super ea est pronuntiandum, sed sufficit super matrimonio pronuntiare, quam quidem conclusionem multis declarat Hieron. Fernandez de Ottero *in interpret. ad hunc text.* & citat *l. 10. & 11. tit. 3. part. 3. & l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. & l. 1. tit. 5. lib. 4. nouæ recopil.*

SVMMARIVM.

1 *Spoliationem opponens excipiendo contra actorem spoliatorem priùs est audiendus, & probata exceptione non cogitur respondere donec restituatur, si verò agendo opponat, vtraque quæstio simul terminabitur, & ea probata restituetur.*
2 *Declaratur text. in præsenti.*
3 *Possessionis restitutio cessat quando castrum est munitissimum.*
4 *Spolium primum, & secundum, quando proponuntur per viam actionis, in nullo eorum supersedendum est, sed de vtroque pariter cognoscendum.*
5 *Delictum probatum per modum exceptionis, non punitur pœna ordinaria.*
6 *Abbatis dolus an noceat Ecclesiæ, remissiuè.*
7 *Operarij scienter laborantes in re aliena turbare dicuntur.*
8 *Lis introducta per modum exceptionis non interrumpit præscriptionem.*
9 *Præscriptio non interrumpitur per iudicem in quo actor succumbit, limita, vt n. 10. & 11.*

CAP. Intellexímus. I. *Clem. III.*

1 EXceptio peremptoria est examinanda ante sententiam ferendam rei principalis, v. g. mulier vult probare quendam esse suum maritum, vir excipit de consanguinitate, priùs est cognoscendum de consanguinitate, quia hæc perimit principalem quæstionem, qua probata absoluitur vir. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Host. Henric. Panorm. Barbat. Butr. Melch. Kling, Cujac. Hieron. Fernandez de Ottero, Viu. *in ration. 1. libri iuris Pontif. pag. 78.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 225.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2. & vol. 5. repet. in iure Canonico ad secundum Decret. librum* Ioan. Calderin. refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 5 cap. vnico.*

2 *Quæstio principalis perimatur.*] Ergo exceptio peremptoria illa est, quæ iudicium perimit, & tollit, Petr Greg. *syntagm. iuris, lib. 2. c. 21. n. 8.* Ioseph. Cumia *in vitibus Siciliæ, c. 25. n. 36.* Camil. Borrel. *in summ. omnium decis. tit. 48. de except. n. 16.* & ideo cùm per eam concludatur ius agendi non competere actori, de sui natura litis ingressum impedit, Honded. *cons. 83. n. 26. vol. 1.* Viu. *Neap. decis. 44 n. 1.* Fulu. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 57. n. 29.* Zanger. *de exempt. p. 3. c. 20.* præcipuè si notoria sit, vel incontinenti offeratur probari, quia tunc etiam ante litis contestationem potest opponi ad impediendum processum, Alex. Trentacinq. *variar. resol. lib. 1. tit. 1. de rescript. resol. 5. n. 27. & 28.* & interim ad huiusmodi peremptorias exceptiones probandas terminus præscribitur, intra quem pars aduersa super negotio principali non auditur, gloss. *verbo, partes, in Clem. sapè, de verbor. signif.* Felin. *in cap. exceptionum, n. 5. insf. de except.* Cald. Pereira *q. forens. lib. 1. q. 25. post princ.*

CAP. Cùm dilectus. II. *Innoc. III.*

1 SPoliationem opponens excipiendo contra actorem spoliatorem priùs est audiendus, & probata exceptione non cogitur respondere donec restituatur; si verò agendo opponat, vtraque quæstio simul terminabitur, & ea probata restituetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Bald. Anchar. Panorm. Henric. Butr. Melch. Kling, Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 79.* Alagona *in compend. iur. Can. pag. 226.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 4. cap. vnico.*

2 De materia, & intellectu huius text. latè agit insignis dominus meus D. Barbos. *in l. si de vi, ff. de iudic. n. 38. cum multis seqq.* vbi *n. 63.* cum Corras. *in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 89. ff. de acquir. poss.* & Menoch. *remed. 1. recup. num. 161.* asserit procedere text. *in præsenti,* quando spoliatus consensit agi de dominio spoliatoris, renuntiando expresè priuilegio à iure concesso, quòd spoliatus ante omnia restituatur, licèt *num. 68.* alium intellectum à se relatum veriorem profiteatur.

3 *Et cum exercitu ad castrum,* &c.] Aduerte cessare omnino possessionis restitutionem, quando castrum est munitissimum, quia tunc non erit facultas iterum illud

illud consequendi si in causa petitorij pro spoliatis ferri sententiam contingat, vt per Menoch. *cons.* 2. *n.*202. vbi *n* 103. aduertit hunc text. prædictæ resolutioni non obstare, quia hic non fuit exceptum, oppositúmve castrum non esse munitissimum, ob idque minimè restituendum, ea fortè ratione, quia tale non erat cùm de facili possit recuperari.

4 *Sed quoniam*, &c.] Aduerte quòd quando primum, & secundum spolium proponuntur per viam actionis, in nullo eorum supersedendum est, sed de vtroque pariter cognoscendum, D. Barbos. *in d.l. si de vi, num* 4, 9. Si tamen priùs agatur petitorio, & deinde obiiciatur possessorium, quando per viam exceptionis opponitur, suspendendum est petitorium, & de solo possessorio agendum, quo casu procedere text. *in præsenti* asserit idem D. Barbos. *vbi proximè*, *n.*446. etiam tenens procedere decisionem text. *in cap. fin. infr. hoc tit.* quando priùs est propositum petitorium, & postea sequutum fuit possessorium.

5 *Quemadmodum sit in modum actionis*, &c.] Notatur ad hoc quòd delictum probatum per modum exceptionis, non punitur pœna ordinaria, provt puniretur si via exceptionis, vel accusationis probatum fuisset, vt per Rebuff. *de exception. n.* 137. & 454.

6 In gloss. *Ipsius*, ibi, *quare debuit nocere Ecclesiæ dolus Abbatis.* Vide Rip. *in l. vlt. n.* 174. *col.* 2. *C. de reuocandis donat.* Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum*, §. 66. *n.*22. & 23.

7 In gloss. *Contra*, ibi, *vel contra eum, qui mandauit, vel ratam habuit spoliationem*, vide quæ D. Barbos. *in l. si alienam*, *n.*48. *ad finem*, *ff. soluto matrim.* & ideo operarios, & laborantes per mandatum excusari tenuit Ioseph. Sesse *Arag. decis.* 112. *n.*7. Si verò scienter laborauerint in re aliena, non excusantur, quia turbare dicuntur, ex Mascard. *de probat. concl.* 1390. *n.*82. Bonacos. *comm. crimin. p.* 1. *verbo, laboratores, fol.* 106. Ant. Gom. *var. tom.* 3. *c.* 3. *n.*42. Mench. *illustr. c* 80. *n.*8 Ioseph. Lud. *Perus decis.* 103. Azeued. *l.* 2 *n.* 6. *tit.* 11. *lib.* 7. *recop.* Farin. *in praxi crimin. q* 97. *n.* 12.

In gloss. *Eadem sententia*, ibi, *nam quot sunt articuli, tot sunt sententiæ.* Notatur ad hoc quòd sententia quæ continet diuersa capitula & separata, tot sunt sententiæ, quot sunt capitula separata, vt per Franch. *in cap. si duobus, n.*8. *vers.* 2. *quæritur, de appell* Cæs. Contar. *in l. vnica, limit.* 1. *n.*38. *C. si de mom. possess.* Cardin. Tusch. *lit. S. concl.* 164. *per tot.* Scac. *de appellat. q.* 17. *limit.* 21. *sub n.* 191. Salgado *de protect. Regia, tom.* 1 *p.* 3. *cap.* 15. *n.* 4.

In gloss. *In modum*, ibi, *quia non opponitur actioni depositi.* Vide D. Barbos. *in l. diuortio*, § *ob donationes*, *n.*13 *ff. soluto matrim.*

8 In ead gloss. ibi, *Illud potest hic quæri, an exceptio spoliationis interrumpat præscriptionem*, &c. Notatur ad hoc quòd lis introducta per modum exceptionis non interrumpit præscriptionem, vt tenent *in præsenti* Imol. *n.* 10. Abb. *num* 20. idem *in c. illud, n.* 13 *post med. vers. per exceptionem vero*, & Felin. *n* 11. *de præscript.* Bald. *eod. tract.* 3 *p.* 6 *partis princ q* 4. *princ. n.*38. quos refert Rot. coram Buratto *decis.* 436. *n.*4.

9 Item præscriptio non interrumpitur per iudicium in quo actor succumbit, Burat. *decis.* 172. *n* 16. & *d.*

10 *decis.* 436. *n.*7. nisi sententia esset nulla, vel iniusta, Felin. *in c. illud, n.* 5. *de præscr.* & fuit dictum *in Romana Vineæ* 11. *Decembris* 1609. corã Ortembergo, & per

11 Beltram. *ad decis.* 477. *Greg. lit. A.* Vel nisi à sententia fuerit appellatum, si pars appellationem fuit prosequuta, Seraph. *decis.* 1023. *n.*14. & *decis.* 1086. *n.*6. Beltramin. *citato loco.*

SVMMARIVM.

1 *Hæreditatem petenti obstat exceptio natiuitatis, quæ priùs debet coram Ecclesiastico iudice terminari.*
2 *Declaratur text. in præsenti.*
3 *Iudici Ecclesiastico non permittitur de damnis, & eo quod interest pronuntiare, quando alterius sponsi culpa matrimonium non initur.*
4 *Sponsus nolens matrimonium contrahere, & fidem datam adimplere, an teneatur ad damna, & interesse ostenditur.*
5 *Utilitas quando insurgit non est vitandus circuitus.*

CAP. Tuam. III. *Honor. III.*

HÆreditas quando petitur, & excipitur de illegitimitare, priùs est determinandum de illegitimitate coram iudice Ecclesiastico. Colliguntex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Henric. Anchar. Butr. Hostiens. Bald. Melch. Kling, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iur. Pontif. pag.* 81. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 226. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. 1

Repetibilem, & magnæ, ac profundæ materiæ hunc text. dicit Ioan. Garc. *de nobil gloss.* 1. *n.*27. de cuius intellectu agunt, pluraque tradunt Vincent. de Franch. *p.* 1 *decis.* 36. Guttier. *de iuram. confirm. p.* 1 *c.* 2 *n.* 13. *cum seqq. & practicarum quæst. lib.* 3. *q.* 26. *n.*4. Anast. Germon. *de sacrorum immun lib.* 3. *c.* 15. *n.*96. Torreblanc. *in tract. de Magia, lib.* 3. *de crimin. punit. c.* 26. *n.*11. *cum seqq.* Morla *in emporio iuris Ciuilis, p* 1. *tit.* 2. *in prælud. n.*150. D. Barbos. *ad l. Titia, n.* 21. & *n.* 36. *ad fin. ff. soluto matrim.* Valasc. *cons.* 159. Cabed. *p.* 1. *decis. Lusitan. Aresto* 102. Ceual. *communium contra communes, q.*739. *num.*26. & *quæst.* 818. *num.* 7. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 54. *num* 4. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p.* 3. *alleg.* 84. *à num.*25. Menoch. *cons.* 367. *num.*14. & *cons.* 366. *num.* 11. *cum multis seqq.* vbi *à num.*46. asserit decisionem huius text. procedere quando vno, & eodem tempore coram diuersis iudicibus, putà Ecclesiastico, & sæculari, tractatur causa legitimitatis, & causa bonorum, cùm causa legitimitatis sit præiudicialis causæ bonorum, & si constaret petentem successionem esse illegitimum iudicium causæ bonorum, redderetur inane, & elusorium, ideo decidit text. causam legitimitatis priùs esse tractandum coram Ecclesiastico, & interim supersedendum à sæculari in causa bonorum. Verùm nouissimè Anton. d. Fuertes *canon. lect. lib.* 2 *c.* 8. considerat causam successionis fuisse primo loco motam super comitatu Campaniæ, & deinde coram Pontifice illegitimitatis exceptio disputata, nisi velimus ponere priùs fuisse exceptionem quàm sit actio, quòd non est credendum, præsertim *hîc*, cùm verosimile non sit aduersarium Reginæ Cypri principaliter illegitimitatem deduxisse, sed, tantùm incidenter, ad *l.* 2 *ff. de except.* & hoc significat Pontifex *in præsenti*, ibi, *ad examẽ Apost. delatã.* Et præterea verba illa, *patienter expectes*, quid aliud significant nisi Regis desiderium, quo tenebatur, vt finem imponeret præfatæ successionis causæ? quia forsitan à Regina requirebatur, vt significant illa verba, *si fortè ab ipsa Regina fueris super hoc requisitus.* Sed Pont. desideriũ Regis exprimẽs verba illa adiecit vt patiẽter expectaret, quandoquidẽ etiam causa legitimitatis, vt præiudicialis prius erat discutiẽda, & terminanda, quam causa principalis, *c. princ.* 3. *q.* 2.

cap. lator, qui filij sint leg. Nec aliud cuincunt verba alia huius text. *dependentem ex illa successi nis*, quia verba hæc explicanda sunt non vt significent causam successionis fuisse posteriorem, sed vt sic intelligamus ita esse contingentem atque connexam, vt definitio successionis ab illegitimitatis pronuntiatione dependeat, & verbum, *incipere*, quod Pontifex adiecit, non significat successionis causam tunc inchoari; nam, vt ex originali deprehenditur, Regis a principio egit coram Philippo Francorum Rege, coram quo etiam illegitimitas fuit obiecta, & ad Romanum Po t. remissa, interimque causa principali suspensa moritur Philippus, & succedit Ludouicus, qui inflatus à Regina causam vsque ad finem protrahere volebat, de quo Pontifex certior factus hanc Decretalem epistolam Regi direxit, vt patienter expectaret donec hæc causa finem in illegitimitate acciperet, sicque tanquam nouus successor, informatur de statu negotij, & inde verbum *incipere*, relatum ad Ludouicum interpretandum est, vt ab eo causa successiuè incipere dicatur, non autem de nouo; nisi subtiliùs dicere velimus causam non fuisse adhuc cœptam coram Rege Philippo effectualiter, sed tantùm motam, arg. text. *in l. nuda 5. C. de contrah. & commit. stipul.* Sed quare Ecclesiasticus cognoscat *hic* de causa legitimitatis, cùm laicus de quæstione facti, an scilicet quis sit filius legitimus, & naturalis, vel an matrimonium fuerit inter aliquos contractum in facie Ecclesiæ, vel clam, à qua abest omnis spiritualitas, cognoscere possit, considerat Menoch. *cons. 366. n. 11.* qui tamen *remed 15. recup. n. 338.* resoluit quæstionem non iuris, sed facti incidentem in principali causa, quæ tractatur coram iudice laico, non esse Ecclesiastico remittendum; cui obiectioni respondet D. Barbos. *d. l. Titia n. 46* text. *in præsenti* loqui de Regina Cypri, quam non est verosimile natam fuisse ex personis, de quibus dubitaretur an matrimonium de facto contraxissent, sed an fuisset legitimum, & sic vertebatur quæstio iuris, pertinebatque ad iudicem Ecclesiasticum.

3 Vidi dubitari an Ecclesiastico iudici cognoscere liceat, & pronuntiare de damnis, & eo quod interest, quando alterius sponsi culpa matrimonium non initur, in quo dubio Æn. Robert. *rerum iudicatarum lib. 3. cap. 5.* resoluit quòd quamvis liceat Ecclesiastico iudici de fœdere matrimonij cognoscere, de damnis tamen, & eo, quod interest, pronuntiare non permittitur, quòd etiam tenet Modern. *in tract. de cognitione per viam violentiæ, q. 10.* Illud tamen ad hoc propositum inquirendum est quo casu, & quo iure damna, & interesse huiusmodi peti possint, vt intra hæc Ænæi Roberti, & Moderni resolutio; in primis quidam dicebant damna in hoc casu venire habito respectu ad interesse, quod euenire posset si fides data, & promissio de contrahendo matrimonio adimpleretur, cum obligatus sit ad factum, & loco facti succedat interesse *l. stipulationes non diuiduntur, §. Celsus, ff. de verb. obligat.* Verùm Sanch. *de matrim. lib. 1. disp 30. num. 14.* ait exigi posse interesse consistens in damno emergenti, vt si alter sponsus ratione sponsalium expensas fecerat, non autem consistens in lucro cessante, quod ex matrimonio prouenire debebat, & rationem reddit, quamvis promissionis pœna virtute interesse & damni peti non possit, eo quòd promissio illa, vti omnino inualida nullam obligationem pariat, peti tamen potest ratione iniustitiæ à violante fidem admissæ, licèt enim ea promissio pœnæ adiecta non esset, teneretur iniustus fidei violator hoc interesse restituere, sicut iniustè recedens à quocunque alio contractu Verùm ego dicendum puto nulla damna, & interesse in hoc casu peti posse, quia contrahens sponsalia de futuro præcisè tenetur ad factum, hoc est, ad contrahendum de præsenti, factum enim ad quod tenetur, est res spiritualis, quæ nullo modo capit æstimationem, quo casu non habet locum *d. l. stipulationes non diuiduntur, §. Celsus*, & in his terminis notauit Abb. Panorm. *in c. ex literis 2. n. 5. de spons.* sibi, 4 *vltimo nota, quod si alter ex sponsis non vult. perficere matrimonium, potest ad petitionem alterius compelli per iudicem, & compellitur quis præcisè ad factum, maximè quia hic non potest solui interesse, quia spiritualia non capiunt æstimationem*, eleganter Fr. Basil. Ponce Legion. *in suo nouissimo tr. de matrim. lib. 12. c. 6. n. 3.* hoc ipsum eo citato dicit in hæc verba: *Sed obstare videtur primo quod in obligatione facti nemo compelli debeat, sed persoluto interesse liberetur, l. stipulationes 72. §. Celsus ff. de verbor obligat.* Sed hoc locum non habet in his, quæ non recipiunt æstimationem, vt est matrimonium, & alia spiritualia, in his enim præcisè ad factum compelli potest, iuxta doctrinam Panorm. *in d. cap. ex literis n. 5* & ratio est, quia quòd in hi, quæ æstimationem recipiunt, liberatur quis præstando interesse, neque ad factum præcisè obligetur, id nascitur ex voluntate tacita contrahentium, cùm enim facta ab inuito non rectè præstari soleant, iuxta illud, rarò respondent coacta ingenia, videtur tacitè inter contrahentes id actum, vt si res non fiat in locum facti, succedat interesse, quod secus est in iis, quæ æstimationem non recipiunt, ac proinde præcisa eorum obligatio est.

Patienter expectet.] Notatur ad hoc quòd quando 5 insurgit aliqua vtilitas, non est vitandus circuitus, vt per Tiraq. *de retractu, tit. 2. §. 2. gloss. 1. n. 71.*

SVMMARIVM.

1 *Agens possessorio recuperandæ non tenetur ante restitutionem suis spoliatoribus (nisi super quæstione spoliationis) respondere, potest tamen ab agendo repelli per exceptionem spoliationis.*

2 *Spoliator reus potest reconuenire actorem de alio spolio contra se per eum commisso, secus si spolium ex vtraque parte commissum sit super eadem re.*

3 *Retineri non potest res ab eo, ad quem cum vitio peruenit.*

4 *Reconueniri super proprietate non potest agens possessorio.*

CAP. Super. IV. & vlt.

Gregor. IX.

SPoliator conuentus super spoliatione, si reconueniat petentem spoliationem, non est audiendus, nisi super quæstione spoliationis, sed si excipit de spoliatione, repellit aduersarium ab agendo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Host. Bald. Panorm. Butr. Henric. Boich. Melch. Kling, Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 82.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 226. & vol. 3. repet. in iure Canonico ad secundum Decret. librum*, Ioan. Calder. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1.* 1

Nisi super quæstione spoliationis. Intellige alterius ei, 2 quia potest reus spoliator reconuenire actorē de alio spolio contra se per eum commisso, Menoch. *remed. 1. recup. n. 388.* Ant. Gabr. *de rest. spol. concl. 2. n. 3.* Cardin.

in

in praxi iudicum, verbo recauentio, n.23. Valasc. *consult.88.n.3.* D.Barbos.*in l.diuortio, §.ob donationes, n.13. ff.soluto matrim.& in l.2.§.legatis,à n.25. ff. de iudic. & in l.si de vi, n.179. cum seqq.ff.eod.* vbi *n.202.* limitat in materia attentatorum, in qua non potest dari reconuentio super spolio in alia recommisso, limitat etiam Menoch.*rem.17.recup. n.28.* vbi dicit aduersùs spoliatum lite pendente non posse obiici alterius spoliationis exceptionem, & *n.29.* extendit, etiamsi agenti hoc remedio obiiciatur spoliario facta post illam lite pendente. Verùm si spolium ex vtraque parte commissum sit super eadem re, non potest admitti reconuentio de alio spolio in eadem re commisso, sed priùs, & ante omnia debet vltima violentia purgari, & ante restitutionem non tenetur respondere reconuenienti de alio spolio priori, vide Ordin. Regiam Lusitan.*lib.3.tit.33.§.4. verbo, esbulo,* vbi parens meus, Marant.*de ordine iudic.p.3. dist.6 à n.42.* Valasc.*de consult.88.n.4.* Bernard. Muscatel.*in praxi aurea ciuili Neapol.verbo actorem, n.27.* Cardos.*d.verbo reconuentio,n.23.* Alex.Trentacinq.*variarum resolut.lib.2.tit.de mutuis petit resol.1. à n.19.* D. Barbos.*in d.l si de vi,n.485.cum seqq.*

3 Notatur etiam hic text.ad hoc quòd retineri non potest res ab eo ad quem cum vitio peruenit, vt per Surd.*decis.46.n.2.*

4 *Ante restitutionem*, &c.] Notatur ad hoc quòd agens possessorio, non potest reconueniri super proprietate, nec ei inferri talis quæstio, vt per Valasc.*cons.88.n.8.*

Fuerit confirmatus.] Ergo confirmatus in Ecclesia non probata, nec allegata corporali possessionis apprehensione est admittendus ad intentandum remedium possessorium contra ea, quæ adduxi ad *c transmissum 15.de electi* Quare text.*in præsenti* intelligendus est, datis terminis habilibus, scilicet data corporali possessionis apprehensione, quæ necessariò supponitur ad intentandum possessorium, ex text.*in c. consultationibus,de offic.deleg.& in l.1.§.adiicitur, ff.de vi & vi armata.*

De Plus petitionibus.

TIT. XI.

SVPER hanc rubr. scripserunt Bellam. Zabarel. Ioan.Andr. Imol.Anania, Bald. Panorm.Felin.Butr.Petr. de Rauenna *in compend. iur. Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.57. verso,* Dan.Venator *in analysi methodica iuris Pontif. à pag. 09.* Gosfred.& Host.*in summ.huius tit.* Alex.Cassan.& Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expositi. tit. iuris Canon* Ioan.Honor. *lib. 2. summ. in Decretal* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. vide Ordin. Regiam Lusit. *lib.3. tit.34.* vbi parens meus, & apud Castellanos *l.44.tit.2.p.3.* vbi Greg. Lopez, *& l.5.tit.10.lib.2. for. legum, & l.11. tit.14. lib.2. Ordin.* vbi Perez Soar. Kirchou. & alios *tom.1. communium opin. lib.3. tit.8.* Cardos.*in praxi iudicum, verbo, plus petere,* Pradil.*in summa legum pœnal.p.2. casu 45.* Aloys. Ricc.*in collect. decis.p.4.collect.* 389. Alex. Trentacinq. *variar.resolut. lib.2.sub hoc tit.de plus petitionibus*

SVMMARIVM.

1 *Plus petendi modos, & plus petentium pœnas ponit.*
2 *Petere plus dicitur, qui ante petit.*
3 *Agit malè, qui ante diem agit.*
4 *Soluere plus, vel minus dicitur, qui ante, vel post diem soluit.*
5 *Plus tempore petere dicuntur, qui ante conditionis euentum petunt.*
6 *Petere plus non dicitur, qui ante diem petit, si debitor aufugiat, vel fallitus sit, vel bannitus fiat, vt* num.7.
8 *Creditor ante diem agere potest vt adueniente die sibi soluatur.*
9 *Creditor petere potest debitum de futuro, cui est eduinctum debitum de præsenti.*
10 *Redditus annui futuris temporibus cedendi, peti possunt vno libello, cum iam cessit, vt iusto tempore soluantur.*
11 *Agere contra debitorem licitum est pro fructibus alicuius census, similisve contractus, vt condemnetur ad præstandum fructus pro omnibus annis futuris debitis temporibus.*
12 *Filij existente patre dissipatore petere possunt, vt sibi assignentur legitimæ.*
13 *Maioratus viuo possessore quando possit sequens, qui in eo successurus est, petere, vt declaretur morte possidentis maioratum ad se pertinere, ostenditur.*
14 *Petens plus quàm sibi debetur, condemnatur in expensis, si debitor non fatetur partem debiti.*
15 *Creditor non sibi præiudicat, qui minus petit, cum plus sibi debitum esset.*
16 *Plus petentium quod sibi debetur pœnas non incurrit, qui ante litis contestationem pœnitet, & à petitione desistit. Vel si adesset clausula,* hoc meliori modo, *&c.vt n.17. vel,* saluo iure superflui, *&c. vt num.18.*
19 *Pœnas plus debito petentium non effugit, qui debitum sibi iam solutum repetit, nisi poterit ignoranter, vel postea debitum noluerit exigere.*

CAP. Concilium, vnic.

Gregor. IX.

QVi petit plusquam re sibi debetur, vel alia causa quàm debetur, & persistit in iudicio petendi, condemnatur ad expensas. Qui petit plus loco, id est ratione loci, vel in alio loco, tenetur ad interesse ratũ ratione loci. Qui petit ante tempus, duplicantur inducię, & soluere debet expensas. Colligunt ex Ord. Abb.antiq.Collect.Zabarel.Bellam.Ioan.Andr.Innoc. Imola, Anania, Host.Bald.Panorm.Henric.Butr.Cujac. Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.83.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag.227.* remissiuè Casal.*in annot.* & Ximen. *in concord. p.1 & 2.* 1

Ante terminum ab aduersario repetisti.] Notatur ad hoc quòd plus dicitur petere, qui ante diem petit; vide Xuar.*in l.post rem, limit.7.* Auendan. *tit. de las excepciones,n.22.vers quarta qualitas,* Azeued,*l.2.n.5.tit.21. lib.4.nouæ recop.* Surd.*decis.120.n.1 & decis.151.n.2 & 3.* Farin.*fragment.crimin p.1 lit.C.n.747.* Cardos. *in praxi indicum, verbo, plus petere, n.5.* nam qui ante diem agit malè agit, Ludou.Rodolph.*var quæst.lib.2.q.40.n.1.* vbi *n.2.* resoluit quòd exceptio pluris petitionis contra agentem ante diem oppositа impedit processum ad vlteriora. Et qui ante, vel post die soluit plus, vel minus 2

nus dicitur soluere, Tiraq. *de retr. lig.* §. 1. *gl.* 18. *n.* 35. Et de pœnis creditorum petentium debita ante diem apud nostros Lusitanos agit Ordin. Regia *lib.* 3. *tit.* 15. & per citatos in discursu videre poteris.

5 Amplia pœnas contra creditores petentes debita ante diem, habere locum in eis, qui agunt, seu petunt ante conuentionis euentum, quia ij quoque plus petere tempore dicuntur, Surd. *decis.* 151. quem citat Aloys. Riccius *in collect. decis. p.* 4. *collect.* 1389. *ampl.* 3.

6 Limita primò, si superueniat causa de nouo, veluti quia debitor aufugit, vel fallitus sit, ex gloss. *in l. quæsitum, ff. de pignor.* Bald. *in l.* 1. *ad finem, C. de cond. ex lege*, Padil. *in l. cum proponas, n.* 6. *C. de transact.* Surd. *tit.* 8. *de alimentis priuil.* 26. *n.* 9. Cardos. *d. verbo plus petere, n.* 7.

7 Secundò limita, si debitor bannitus fiat, vt per Ludou. Rodolph. *var. q. lib.* 2. *q.* 40. *per totam.*

8 Limita tertiò in creditore, qui agit ante diem, vt adueniente die sibi soluatur, vide Gregor. *l.* 45. *tit.* 2. *p.* 3. Afflict. *decis.* 179. *in fin.*, Ozasc. *Pedem. decis.* 130. *à n.* 9. Viu. *Neapol. decis.* 405. Nicol. Mozz. *de contract. art.* 6. *de naturalibus contract. n.* 11. latè Ioseph. Ludou. *tom.* 3. *commun. opin. tit. de solut. concl. vnica, per totam, & Perusina decis.* 8 Surd. *d. priuil.* 26. *n.* 9. *& decis.* 120. *n.* 13. *& decis.* 151. *n.* 6.

9 Quartò limita in creditore petente debitum de futuro, cui est adiunctum debitum de præsenti, vt in legato annuo, quòd potest peti, vt soluatur debitis temporibus, ne cogatur singulos annos agere, vide Ant. Gom. *var. tom.* 2. *c.* 11. *n.* 47. Surd. *decis.* 120. *n.* 14. *& decis.* 151. *n.* 2. Sic etiam redditus annui futuris temporibus cedendi peti possunt vno libello cum iam cessis, vt iusto tempore sibi soluantur, vide Ozasc. *Pedem. decis.* 103. *num.* 15. Fider. Martin. *de annuis redditib. p.* 5. *sub num.* 91. Gasp. Roderic. *eod. tract. lib.* 1. *quæst.* 16. *num.* 103. Surd. *de aliment. tit.* 3. *quæst. fin. num. vltim. & tit.* 8. *priuil.* 25. *num.* 7. *& d. decis.* 151. *num.* 11.

10

11 Sic etiam pro fructibus alicuius census, similisve contractus, licitum est agere contra debitorem, vt condemnetur, ad præstandum fructus pro omnibus annuis futuris, debitis temporalibus, Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 151. *n.* 31. *cum seqq.*

12 Eodem modo filij existente parte dissipatore possunt petere, vt sibi assignentur legitimæ, nam licèt legitima debeatur filiis post mortem patris, hoc casu non exigitur ante diem, sed potiùs quodammodo assecuratur, interdicendo patri eius administrationem, vide Pereg. *de fideicommiss. art.* 46. *num* 16. Cordubam de Lara *in l. si quis à liberis* §. *item rescriptum, num.* 15. *cum seq. ff. de liberis, agnosc.* Perez *tit.* 2. *lib.* 2. *Ordin. pag.* 76. Claud. de Bertand. *tract. de legitima, artic.* 8. *num.* 34. Mench. *illustr. cap.* 37. *num.* 1. Surd. *de alimentis tit.* 1. *quæst.* 50. *num.* 4. *& tit.* 8. *priuil.* 26. *à n.* 5. Cald. Pereira *de renouæ. emphyt. quæst.* 16. *n.* 37. Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 506. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 19. *quæst.* 9. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *conclus.* 83. *num.* 34. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 44. *num.* 18. *cum seqq.*

13 Denique in maioratibus viuo possessore potest sequens, qui in eo successurus est, petere, vt declaretur morte possidentis maioratum ad se pertinere, si possessor viuus in alium transferre velit, vel bona maioratus dissipet, & non aliàs, vide Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis mat. p.* 3. *num* 78. Greg. *l.* 1. *verbo en el tiempo, titul.* 2. *part.* 3. Xuar. *alleg.* 4. vbi Valdes. Thesaur. *Pedem. decis.* 151. Anten. Gom. *l.* 40. *Tauri num.* 79. Guttier. *cons.* 13. *num.* 1. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 16. *& lib.* 3. *c.* 14. Sarm. *select. lib.* 1. *c.* 2. *& lib.* 7. *c.* 7. Perez *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 591. Gam. *Lusit. decis.* 6. *n.* 6. *& decis.* 202. *n.* 3 Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 57. *n.* 13. *cum seqq.* Molina *de iustit. tract.* 2. *disp.* 639. Valasc. *consult.* 184. *n.* 19. *cum seqq.* D. Barbos. *in l non potest videri, n.* 19. *cùm seqq ff. de ind.* plures refert Cened. *ad Decret. collect.* 1. *c. n.* 2.

Qui petunt amplius sine causa, &c.] Notatur ad hoc quòd plus petens, quod sibi non debetur, condemnatur in expensis, si debitor non fatetur partem debiti Rota Auenionen. diuers. *decis.* 40. *tom.* 3. quam refert Aloys. Ricc. *dict. collect.* 1389. *ampliat.* 6. vbi *ampliat.* 5. cum Guid. Papæ *decis.* 290. extendit tales non excusari per dictionem, *in circa*. Est melius ergo vt creditor incertus de debiti quantitate minus potius, quàm plus petat, quia reo licet contra plus petentes qualitate, vel quantitate in totam negare, Thesaur. *Pedem. decis.* 231. Viuian. *decis.* 340. Aloys. Ricc. *d. collect.* 1389 *ampl.* 7. & creditor non sibi præiudicat, qui minùs petit, cum plus sibi debitum esset, dummodo non petat pro resto, seu residuo, vel cum particula tantum, Ias. *in l. quodam, C. de transaction.* Vezin. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 3. 14 15

Limita suprà proximam conclusionem si ante litis contestationem plus debito petens pœniteat, velitque à petitione desistere, gloss. *hic verbo in iudicio*, Ordin. Regia Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 34. *in princ.* vbi parens meus Bonacos. *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 5. *pag.* 385. *& part.* 1. *communium criminal. verbo statutum, fol.* 159. Farinac. *fragment. crimin. part.* 1. *litera C. num.* 733. Peregrin. *de iure fisci, lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 13. vbi resoluit pœnam, quæ à lege plus petenti infligitur, mortuo actore ante illius condemnationem ad hæredes non transire. 16

Secundò limita si in petitione de plus debito facta adesset clausula *omni meliori modo*, &c. quia tunc eius virtute fit vt quis non incidat in pœnas. Ioseph. Ludouic. *Perus. decis.* 117. *num.* 3. Aloys. Ricc. *d. collect.* 1389. *limit.* 1. Ego ipse *de dictionib. claus.* 52. *num.* 7. 17

Tertiò limita, si adesset altera clausula, *saluo iure superflui, & potestate addendi, ac minuendi*, Iosep. Lud. *Perus. decis.* 5. Alex. Trentacinq. *d. tit. de plus petition, resol.* 1. *n.* 7. *&* 8. resoluit pœnam contra plus debito petentes non habere locum quando non principalis, sed eius procurator comparet in iudicio ad petendum debitum. 18

Aduertere etiam oportet pœnas plus debito petentium non effugere, qui debitum sibi iam solutum repetit, de quo vide Ordin. Regiam Lusit. *lib.* 3. *tit.* 36. vbi parens meus, & text. *in l. si fideiussoris in omnibus, ff. mandati.* Caball. *resolut. crimin. casu* 169. *n* 1. *cum seqq.* Farin. *d lit. C. num.* 725. *cum seqq.* Cardos. *verbo plus petere, num.* 4. Nisi petierit ignoranter, Iason. *in* §. *si quis agens, num.* 2. *Instit. de actionib. & l. cùm filius*, §. *in hac, num.* 4 *ff. de verborum oblig.* Cabal. *d. casu* 169. *num.* 5. & Farinac. *d. lit. C. num.* 742. Vel postea debitum noluerit exigere, ex Bart. *in d. l. fideiussor.* §. *in omnibus*, Cabal. *d. casu* 169. *num.* 3. Farinac. *d. lit. C. num.* 732. Vel obiiciat compensationem debiti sibi iam soluti, Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib.* 3. *cap.* 8. 19

De

De Causa possessionis, & proprietatis.

TIT. XII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*
2 *Materia huius tit. est frequentissima, vtilis, & per totum ius diffusa, & difficilis.*
3 *Causa vnde dicatur, & an per simplex, aut duplex ſſ scribenda sit, ostenditur.*
4 *Causa apud Philosophos frequentiùs accipitur pro principio & origine cuiuscunque rei.*
5 *Causa pro fructibus, seu accessionibus occasione prouenientibus interdum accipitur.*
6 *Causa frequentissimè pro titulo dominij accipitur.*
7 *Causa accipitur generaliter pro re qualibet, seu quolibet negotio.*
8 *Causa in hac rub. & sæpe alibi accipitur, pro lite, seu quæstione, aut controuersia.*
9 *Possessio an à sedibus, vel à pedibus dicatur ostenditur.*
10 *Possessionis definitio quæ.*
11 *Doctores referuntur de significatione nominis proprietas.*
12 *Proprietatis nomen & dominium vtrùm differant, an verò pro eodem accipiantur ostenditur, p. 13.*
14 *Proprietas aliquando dicitur plena, interdum nuda.*
15 *Dominium aliquando plenum, aliquando non plenum dicitur.*

1 SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Bald. Panorm. Dec. Marian. Socin. Butr. Ripa, Pereg. *lib. 3. variar.* Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici, fol. 53. verso*, Ioan. de Londris *in breuiario sanctor. Canon. fol.* 168. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.* 58. Dan. Venator *in analysi methodica iuris Pontif. à pag.* 211. Gosfred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expos. tit. iuris Canon.* Zipæ. *in analytica postremi iuris Eccles. enarrat. pag.* 129. nouissimè Ioan. Honor. *lib. 2. summ. in Decretal.* omnes *sub hac rubr. & vol. 3. repet. in iure Canonico ad secundum Decretalium librum*, Paul. de Elezariis.

2 Materiam huius titul. vsu frequentissimam dicit Vlpian. *in l. Fulcinius §. 1. ff. quibus ex causis in poss. eatur*, vtilem, & per totum ius diffusam asserit Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ tit. de materiis poss. in præfat. in princ.* & vtroque foro necessariam dicit Pereg. *lib. 3. variar. ad hanc rubr. in princip.* difficilem & spinis à Doctoribus obsitam vocat Cujac. *ad l. clam possidere §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poss.* de ea vide Dyn. *ad reg. sine possessione, lib. 6.* Conan. *lib. 3. comment. cap.* 8. Donel. *lib. 3. c. 6.* Vacon. *declarat. iuris lib. 2. à princip.* Petr. Greg. *syntag. iuris lib. 1. c. 13.* Medic. *sub l. fin. ff. de legib. p. 2. gl. 1.* Cou. *in reg. possessor. p. 4. à princip.* Gilchen. *de præscript. p. 2. memb. 3. c. 1. cum seqq.* Ex Theologis D. Anton. *in sum. p. 3. tit. 3. §. 2.* Conrad. *de contract. tract. 1. q. 14.* Molin. *de instit. disp. 12. cum seqq.* Lessi. *eodem tract. lib. 2. c. 3. n. 39.* Sayr. *in claui Regia lib. 9. c. 3. à n. 15.* Azor. *instit. moral. lib. 1. c. 31. p. 3.* Rebello *de oblig. iustitiæ p. 1. lib. 1. q. 8.*

3 *Causa.*] De huius nominis etymologia multiplicique significatione, vide Ald. Manut. *de ortographiæ ratione, verbo causa*, Brisson. *eod. verbo*, Rebuff. *in l. rei appellat. verbo, causa. ff. de verb. signif.* Tiraq. *in tract. cessante causa p. 1. à n. 2.* Christoph. Enni. *de princ. iuris l. 1. pag. 365.* Raudens. *de analogis c. 2. à princip.* In primis enim qui volunt per duplex ſſ, scribendum caussa, à verbo *caueo* ducunt, quia ea est, quæ cauet & monet vt aliquid agatur, vel non agatur, ita ex Virgil. Cicer. & Quintil. pluribus etiam antiquorum lapidum inscriptionibus comprobant mordicus tenet Ald. Manut. *de ortographiæ ratione. eodem verbo Causa*, in eademque sententia constans fuit Lipsius. Sed alij frequentiùs vulgari scribendi rationi per vnicum scilicet s, inhærentes causam à *chaos.* deriuant, quia scilicet confusa illa materia rerum omnium prima causa fuit: alij à Græco καῦσος quod est ardor, & incendium, quòd causa sit, quæ nos inflammat, & incendit ad aliquid agendum, ita Nic. Pirot. *in cornucop. epigram. 46. in princ.* & ex nostris Rebuff. *in l. rei appellatione, verbo causa, ff. de verbor. signif.* Sed S. Isidor. relatus *in cap. fortis, illo tit.* deducit causam à *casu*, quia scilicet causa est materia, & origo negotij nondum discussionis examine patefactæ: consonant variæ Iurisconsultorum auctoritates, in quibus causa pro fato, seu casu, & facti contingentia accipitur *l. 3. ff. de iuris, & facti ignor. l. si ex plagis, §. in oliuo, ff. ad leg. Aquil.* ibi, *respondit in causa ius esse positum*, id est, vt *ibi* explicat Dionys. Gothofred. ex circunstantia negotij controuersi apparet, quòd pro iure statuendum sit, vel aliter ius in facto, & facti cognitione esse positum, explicat post Duaren. & alios D. Barbos. *in l. Titia, n. 25. ff. soluto matrim.* Indéque iuxta varias istas etymologias πολύσημον esse, id est, nomen plura significans, dicit Brisson. *eod. verbo, in princ.* analogum verò vocat Alex. Raudens. *de analogis iuris, c. 15. n. 27.* & ex Cuer. Nizol. & nostris Iureconsultis Calepin. & latiùs quàm omnes eiusdem nominis viginti tres significationes ponit Rebuff. *citato loco*, apud vtrumque videbis in quo differat causa ab occasione, & bene explicat ex Arist. Tiraq. *cessante causa p. 1. ex n. 2 cum seqq.*

4 Primo loco apud Philosophos præcipuè, & frequentiùs accipitur causa pro principio, & origine cuiuscunque rei, ait enim Cuer. de facto causa est quæ id efficit, cuius causa est, vt vulnus mortis, cruditas morbi, vnde Aristot. Deum rerum omnium opificem causam causarum appellauit. Quadruplicem verò explicant omnes, materialem ex qua, formalem per quam, efficientem à qua, & finalem propter quam aliquid fit, vt explicant Fonsec. *instit. dialect. lib. 1. c. 21. cum seqq.* Soar. *metaphys. disp. 12.* & ex nostris Christoph. Enni. *de princip. iuris lib. 1. pag. 365.* Cantiunc. *in topicis legalib. loco 10.* Sed meliùs Raudens. *d. tract. de analog. c. 2. à princ.* vbi ex quatuor illis causis fiendi, duas esse explicat, efficientem, & finalem, duas verò essendi materialem, & formalem, quæ omnia Philosophis relinquimus, & Grammaticis, vt ad alias acceptiones, quæ in iure nostro sunt frequentissimæ veniamus.

5 Secundò causa pro fructibus, seu accessionibus occasione prouenientibus accipitur, vt *in rub. ff. de vsuris, & fructibus, & causis, & omnibus accessionibus*; ponuntur enim causæ distinctæ ab accessionibus, pro titulis ipsarum accessionum, vt explicat Gothofred. *ibid.* & ante eum Conrad. Lag. *in methodo iuris Ciuilis, tit. de accessionib.* Rebuff. *vbi suprà.* Vnde inferri potest ad plurium iurium intellectum *in l. præterea 20. ff. de rei vindic.* ibi, *sed opus est, vt & causa rei restituatur. l. cum fundus 31. in princ. ff. si certum petat.* ex quibus, & alijs

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

aliis comprobat Brison. *de verbis iuris, verbo causa*, pro omni commodo causam à fructibus, & vsuris distingui, quia complectitur partus, & partus partuum & fœtus secundos, text. opt. *in l. aquis* 8. *ff. de vsuris, & in l. Iulianus* 17. §. 1. *ff. de rei vind. & in l. Iulianus* 9. §. *quia tamen, ff. ad exhibendum*, pulchrè Duaren. *ad tit. ff. si certum petatur, cap.* 7. notans vocabulum esse artis, quod vix in hunc sensum apud alios auctores reperitur, & Anton. Fab. *coniectur. lib.* 15. *c.* 1. *ad med.* latiùs Ioan. Garc. *de expens. cap.* 23. *à num.* 47. vbi tangit difficultatem, & antinomiam text. *in l. in conuentionibus* 52. §. *vlt. ff. de verbor. oblig.* dum ait in speculatione vacuam possessionem tradi, venire etiam causam bonorum, id est, fructus, vt docet *l.* 4 *ff. de vsur. cum l.* 3. §. 1 *ff. de actionib. empti*, vbi contrarium respondit Pompon.

6 Tertiò accipitur & frequentissimè causa pro titulo dominij, *l.* 3 §. *ex plurimis. ff. de acquir. possess.* veluti ex causa donationis, emptionis, & similium, quæ vel dominium vel vsucapiendi transf. runt conditionem, de quibus *in l.* 3. *cum seqq. ff. de public. in rem act. & in tit. ff. pro emptore*, pro donato, & multis similibus confirmat Rebuff. *vbi sup. vers.* 16. explicat Donel. *lib.* 5 *cap.* 14.

7 Quartò accipitur generaliter pro re qualibet, seu quolibet negotio, vt *in l.* 1. *iuncta rub. ff. de condict. causa data*, vbi promiscuè ponitur datum ob rem, vel datum ob causam, de quo vide quæ plenè Donel. *lib.* 14. *cap.* 21. *& in rub. C. eod. tit. de condict. ob causam.* Sic etiam accipitur *in l. iuris gentium*, §. *sed cùm nulla, ff. de pactis*, Brison. *vbi sup. vers. causam*, & *rem*, cui proxima est significatio alia apud nostros, & bonos auctores receptissima, pro conditione scilicet, & esse cuiuscunque rei veluti cum res dicitur cum sua causa alienari, id est, cum eodem iure, & onere. *l. alienatio* 67. vbi notauit Gothofred. *ff. de contrab. empt. l. in tabulis* 37. *ff. de statuliber.* Sic quòd in duriorem causam dicit Vlpian. *in l. Græcè* 8. §. *illud. ff. de fideiuss.* in duriorem conditionem vertit. Papinian. *in l. si testamento* 49. §. *vlt. in fine. ff. illo tit.* Sic etiam quòd meliorem causam possidentis dicit idem Vlpian. *in l. nemo* 126. *in fine, ff. de regul. iuris*, meliorem conditionem vertit Bonifac. VIII. *in reg. in pari* 65. *l. b.* 6. cum multis aliis, quæ latè Brison. & Rebuff. adducunt *dictis locis.*

8 Quibus omnibus, & aliis acceptionibus omissis, certum est tam *in hac rubr.* quàm innumeris vtriusque iuris libri causam accipi pro lite, seu quæstione, aut controuersia, quæ in iudicium deducitur, quod enim de controuersiis, seu quæstionibus oratoris scribit Senec. *in præfat. Controuersiarum*, controuersias nos dicimus, Cicero causas vocabat ad controuersias iudiciales, non immeritò transferunt nostri, vt eleganter prosequitur Petr. Greg. *syntagm. l.* 47. *c.* 7. *à princ.* & deducitur ex text. *in d. c. forus*, & ex rubr. *C. vt intra certum tempus criminalis quæstio terminetur, iuncta l.* 2. *& vlt. eod. tit.* Vbi quod in rub. dicitur quæstio, in ipsis legibus causa dicitur, vnde *in l. causas, C. de transact.* causa, seu lis transactione finita dicitur, & *in l.* 1. *C. de rebus credit.* causa iureiurando decisa dicitur: sic à causa cadere idem est ac litem perdere, vt colligitur ex *l. seruus* 27. *ff. de pignorib. iuncta l. Erenn.* 63. §. 1. *de euictionib. & in* §. *si quis agens, Institut. de actionib* ibi, *causa cadebat, id est, rem amittebat*: ita Marant. *de ordine iudic. p.* 2. *num.* 14 *cum seqq.* Soar. de Pace *in praxi in prælud. anno.* 2. *ex num.* 2. Petr. Greg. *d. lib.* 47. *cap.* 4. *& cap.* 7 *n.* 4. Vnde in hunc sensum causa possessionis, & proprietatis *in hoc tit.* dicitur quæstio seu controuersia super possessione, aut proprietate, vt ex Lantfranc. & aliis receptum testatur Rebuff. *vbi proximè, vers. inde prosequitur.* latissimè Marant. *d. p.* 4. *dist.* 7. *princip.* siue huiusmodi negotium possessionis, aut proprietatis adhuc in iudicium deductum non sit, siue iam in eo discutiatur ex omnibus decisionibus huius tit. in quibus Pontifices agentes de possessione promiscuè vtuntur his nominibus, causa *in cap.* 1. controuersia *in cap.* 3. quæstio *in c. cum super indicium*, lis & causa *in cap. pastoralis, & in cap. cùm olim*, ibi, *causa prædictis iudicibus*, iuncto ibi, *reseruata tamen eis quæstione, & in cap. vlt.* ibi, *causam, quæ inter Patriarcham*, &c. & confirmatur ex vera & recepta traditione, & interpretatione text. *in l.* 1. *ff. soluto matrim.* quamvis enim *gloss.* 1. & Doctores *ibi* variis modis intelligant quod ait, causa dotis semper perspicua est, alij enim causam interpretantur, id est, subiectum & materiam dotis, alij iudicium, aut instantiam super dote, alij actionem ipsam, quæ in iudicio deducitur, vt per Alciat. *ibi in princip.* Meliùs tamen cum Zaz. Corrasc. & aliis concludit D. Barbos. *p.* 1. *num* 1. *ibidem*, generaliter esse accipiendam particulam *causa*, pro negotio, seu materia dotis, siue iam deductum sit in iudicium, siue non, vt sensus sit semper illud præcipuum esse & fauorabile, multáque vtilia, & principalia, quæ *ibidem* latè prosequitur ipse D. Barbosa. Ad text. verò *in c. forus*, vbi Isidor. causam à iudicio distinguit, respondeo, vt in eo dixi post n...

Possessionis.] De varia huius nominis significatione agunt Alber. *in diction. verbo possessio*, Brison. *de verborum iuris significat. eodem verbo*, Gilchen. *de præscr. part.* 2. *membr.* 3. *cap.* 1. *numero* 15. Cujac. *tom.* 2. *ad l.* 1. §. 2. *ff. de acquir. possess.* & æquiuocum nomen esse docuerunt Imola *cons.* 63. *numero* 6. *vol.* 6. Bertazol. *de clausul. instrum. clausul.* 20. *gloss.* 2. *num.* 3. Cardin. Tusch. *tom.* 6. *lit. P. conclus.* 400. *numero* 5. Raudens. *d. tract. c.* 15. *num.* 180. A pedibus appellatam esse possessionem, quasi pedum positionem, ex Labeone ait Paul. secundùm vulgarem literam *in l.* 1. *in princip. ff. de acquir. possess.* vbi Doctores, sequuntur Forcatul. *dialog.* 73. Carond. *verosimil. lib.* 1. *cap.* 6. *in princip.* Sebast. Medic. *ad l. vlt. ff. de legib. gloss.* 1. *part.* 1. *numero* 2. Peregr. *variar. lib.* 3. *sub hac rubr. numero* 19. Molina *d. disp.* 12. *in princip.* Less. *d. n.* 39. Verùm ab hac receptissima etymologia recessit Alciat. *in d. l.* 1. *num.* 2. *& disputationum lib.* 1. contendens non à pedibus, sed à sedibus possessionem dici ex Pisanis, seu Florentinis Pandectis, vbi sic scriptum reperiisse testatur *in ead. l.* 1. *Possessio appellata est (vt & Labeo ait) à sedibus, quasi positio*, Alciatum sequuntur Brison. *verb. possessio.* Conar. *d. cap.* 8. Aurel. Dauid. *de verb. sign. c.* 6. *num.* 23. Corras. *in l. naturaliter* §. *nihil commune, num.* 5. *in prælud. ff. de acquir. possess.* Cuiac. *in d. l.* 1. *in fine.* Vacon. *declarat.* 32. *num.* 4. Petr. Greg. *d. c.* 13. *num.* 10. vbi hanc opinionem se non reiicere profitetur, Gilchen. *d. membr.* 3. *cap.* 2. *num.* 3. vbi probabiliorem affirmat, Donel. *comment. lib.* 5. *cap.* 6. *in princip.* 9

Possessionis definitio tam variè à Doctoribus traditur, vt vnusquisque pro suo sensu suam confingat definitionem, nam aliqui eam definiunt quòd sit ius detinendi rem sibi, quos refert *gloss.* 1. *in l.* 1. *ff. de acq. possess.* Alteri quòd sit vsus rei à proprietate separatus, ex Iabol. *in l. quæst.* 115. *ff. de verbor. significat.* Alij quòd sit vsus quidam rei: alij quòd sit insistentia rei per actus naturales apta producere ciuiles effectus: alij quòd sit corporalis rei detentio corporis & animæ iuris adminiculo concurrente: quia tamen esset fastidiosum definitiones possessionis à Doctoribus cumulatas in vnum reducere, cùm vndecim ponat Bereng. *in d. l. naturaliter* §. *nihil commune præfat.* 3. *à num.* 10. & quatuordecim se reperiisse affirmet. 10

affirmat, Ripa *in hac rubr. n.* 12. ideo qui eas edisçere velit, consulat Bart. Alciat. Paul. Iason. Alex. Aretin. Socin. Cuman. Rip. Cujac. & alios *in d. l.* 1. Couar. *in reg. possessor. part.* 2. *in initio num.* 2. Medic. *ad l. vlt. ff. de legib. gloss.* 1. *part.* 2. *num.* 1. & *definit.* 66. *in fine, cum definit seqq.* Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri, num.* 17. Gilchen. *d. membr.* 3. *cap.* 1. *à num.* 17. Conan. *d. cap.* 8. *num.* 2. Carond. *d. lib.* 1. *cap.* 6. Brison. *verbo vsus*, Petr. Gregor. *cap.* 13. *num* 4. Azor. *part.* 3. *lib.* 1. *cap.* 31. Molin. *d. disp.* 12. Lessi. *d. cap.* 3. *num.* 40. Rebello *d. part.* 1. *q.* 8. *sect.* 3.

11 *Proprietatis.*] De huius vocis significatione tradunt multa scribentes *hic, & in d. §. nihil commune*, præcipuè Corras. Bereng. ac Bolognet. item Rebuff. & Cujac. *in l. interdum, ff. de verbor. signif.* Duaren. *lib.* 1. *disp. c.* 17. Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib* 1. *c.* 12. Vacon. *declar.* 43. Parlad. *rerum quotid. lib.* 1. *c.* 4. Peregrin. *d. lib.* 3. *var. à num.* 120. Raudens. *de analogis lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 2. Castil. *quotid. lib.* 1. *de vsufructu, cap.* 75. *per totum.*

12 Proprietatis nomen semper ponitur pro directo dominio, provt ab vtili distinguitur, & ab eo separatum est, itavt nunquam in solo vtili possit verificari, nec in eo quod simul coniunctum est, vt communiter tenent Doctores in hunc sensum explicantes iura, quæ dominium & proprietatem tanquam duo inter se distincta ponunt, vt *in l. si procurator* 3. ibi, *dominium & proprietas, ff. de acquir. rerum domin. l. incerti*, ibi, *proprietatis*, & ibi, *dominij, C. de interdict. l. locorum*, vbi notauit Bart. *num.* 4. *C. de omni agro deserto, lib* 11. text. opt. *in l. sit ibi* 17. ibi, *dominium proprietatis, ff. quibus modis vsusfr. amit.* text. similis *in l. proprietatis, C. de probat.* ex quibus ita tenent Bald. Dec. & alij communiter, teste Pinel. *l.* 1. *C. de bonis mat. p.* 2. *num.* 6. *&* 8. Valasc. *de iure emphyt. q.* 13. *num.* 6. hinc resoluentes quòd licèt certum sit si quis in libello proponat dominium ad se pertinere, satis esse quòd vtile dominium probet, quia verum, & proprium dominium est, non tamen sufficere illud probare, si in libello proposuit proprietatem ad se pertinere, quia vtile dominium proprietatis nomine nunquam venire potest: consonat cum hac resolutione alia, quam tradit Parlad. *rerum quotid. lib.* 1. *c* 4. *n.* 2. *cum seqq.* quòd scilicet dominium sit ius cum vsufructu contractum, at verò proprietas sit ius ab vsufructu separatum.

13 Sed supradicta resolutio vera non est, quia variis iuris locis passim ponitur dominium & proprietas pro eodem, cuius enim rei dominium acquirimus, propriè dicimus acquirere proprietatem eiusdem, *l. qua ratione* 8. *§. hac quoque*, ibi, *traditione nostra fiunt, iuncto §. item si quis merces*, ibi, *transfert proprietatem, ff. de acquir. rerum domin. l. cum in corpus* 56. ibi, *proprietatem ad te transire, ff. eod. tit.* text. opt. *in l. Sempronius* 26. *ff. de vsufruct. leg.* vbi quemadmodum proprietas dicitur deducto vsufructu, ita dominium dicitur vsufructu deducto, sicut per contrarium quemadmodum dominium significat plenum ius proprietatis cum vsufructu, vt communis fatetur, ita proprietas si simpliciter proferatur significat plenam proprietatem cum vsufructu, *l.* 4. *ff. si vsufr. pet. l. si tibi, ff. de vsufr. accres. d. l. si tibi, ff. de quibus mod. vsufr. amit.* ex quibus atque aliis post Fab. *in §. omnium, n.* 21. *Instit. de act.* ita concludunt Pinel. *d. n.* 6. *vers. ad hanc*, Duar. *d. c.* 17. *in fine*, constanter Donel. *lib.* 9. *comment. cap.* 8. *vers. hoc idem ius*, Raudens. *citato loco*, Castil. *d. c* 75. *à num.* 4. 7. *&* 18. atque etiam Cujac. *in l. naturaliter §. nihil commune, in princ. ff. de acquir. possess.* Brison. *d. verbo proprietas*, ibi, *ius dominij, & confirmatur ex iuribus, quæ proprietatem vocant etiam postquam cum vsufructu consolidata est, l. vsufructu* 57 *ff. soluto matrim. l. si cum argento* 11. *§. si fundum, ff. de except. rei iudic.* Ad iura verò in contrarium adducta, quæ dominium & proprietatem ponunt tanquam diuersa, respondet Donel. *dicto loco* proprietatem nunquam reperiri in significatione diuersa à dominio, nisi cum dominatur cum adiecto, videlicet dominium proprietatis, dominium seruitutis, vel vsusfructus, aut simili, quia tali adiecto declaratur tunc nos abuti verbo *proprietate*. Sed melius Pinel. *vbi sup. num.* 7. respondet iura illa *in d. l. proprietatis, & in d. l. stabili*, dum agunt de proprietatis dominio, accipere proprietatem in alio sensu, secundùm quem accipitur pro re ipsa, de cuius agitur dominio, vt latè comprobat Rip. *in hac rubr. num.* 43. Alia verò iura, quæ promiscuè vtuntur nomine dominium, & nomine proprietas, *d. l. si procurator, d. l. incerti*, magis confirmant hanc partem, quatenus ponunt vnum, alterum tanquam synonyma habentia eandem vim & significationem, vt bene considerat multis adductis Castil. *d. c.* 75. *n.* 18. *& seq.*

Ex quibus deducitur quòd quemadmodum pro- 14
prietas dicitur aliquando plena, quando scilicet cum vsufructu coniuncta est, aliquando nuda, quando ab eo est separata, vt quoad vtrumque membrum constat ex Iureconsultorum testimoniis *supra in princip.* positis: ita etiam dominium aliquando plenum dici- 15
tur, quia directum vtili coniunctum, seu consolidatum est, & insuper ipse dominus rei habet eius vsumfructum, vt deducitur ex *§. vlt. Instit. de vsufr.* aliquando non plenum dicitur, quando directum est penes vnum, vtile penes alterum, vel quando proprietatem habet deducto vsufructu, vt adnotarunt Petr. Greg. *d. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 5. *&* 7. Pinel. *d. p.* 2. *n* 4. Deinde & per contrarium, quemadmodum dominium si absolutè ponatur comprehendit vtrumque directum & vtile, & plenum ius disponendi de re iuxta prædictam Bart. definitionem, & tamen si proferatur provt opponitur vtili dominio, iuxta *l.* 1. *ff. si ager vectig.* solum directum complectitur, ita etiam proprietatis nomen si proferatur ad differentiam vsusfructus de nuda intelligitur, vt concludunt omnia iura de vsufructu discretiuè agentia, & de proprietate: si autem simpliciter, seu in concreto fiat mentio proprietatis, de plena intelligitur quæ eadem est cum dominio, vt vltra supra citatos qui tenent dominium & proprietatem idem esse, resoluit Maresc. *variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 29. *ex num.* 64. idque apertiùs voluerunt omnes qui docent nomen proprietatis simpliciter prolatum plenam proprietatem demonstrare, & dominium cum vsufructu coniunctum, vt ex Fab. Bereng. & aliis comprobat Castil. *vbi supra à num* 4. tum ex multis, tum præcipuè ex *l.* 4. *ff. si vsusfr. pet.* cum similibus quæ probat proprietatem cum vsufructu consolidatam adhuc proprietatem appellari, quod etiam optimis rationibus confirmat Donel. *per tot. d. cap.* 8. & prosequitur Rebuff. *vbi supra vers. sexto, cum seqq.* dum probat proprietatem aliquando pro dominio pleno accipi, si proferatur simpliciter, vt *in* 8, *item si quis merces, Instit. de rerum diuis.* aliquando pro nuda proprietate quando vsufructuario opponitur, quod etiam docuit Brison. *citato loco.* Vide quæ dixi *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris sign. appell.* 125.

SVMMARIVM.

1 *Causa possessionis & proprietatis sub eodem iudice terminari debet, nec contra absentem est pronuntiandum.*

2 *Momenti nomine possessionis causa significatur.*
3 *Possessionis causa momentanea appellatur, quia exigui momenti, seu parui censetur præiudicij.*
4 *Possessionis, & proprietatis causa sub vno, eodémque decidenda est.*
5 *Declaratur text. in cap. vlt. de iudiciis.*
6 *Licentiaturæ gradu decoratus in vna Vniuersitate non potest gradum Doctoratus in alia recipere, nisi prius in ea licentiatus fiat.*
7 *Citatio quæ defensionem in se continet à Principe tolli non potest.*
8 *Processus habitus à Principe contra partem inauditam, inualidus est, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.*
9 *Princeps existente iusta causa potest contra absentem, & inauditum sine citatione procedere.*
10 *Declaratur text. in præsenti.*
11 *Principi asserenti se ex iusta causa motum sine citatione procedere an fides sit adhibenda, ostenditur.*
12 *Citare non oportet quos minus principaliter, & secundariò negotium tangit.*
13 *Præiudicium illud solùm consideretur, quod venit principaliter, non secundariò, quando de illo agitur.*
14 *Citari non oportet ad actum, qui præsens est illi, & cõtradicendi, atque ita se defendendi facultatẽ habet.*
15 *Citatione non præmissa potest procedi quando periculum est in mora, vel agitur de ferenda sententia in vltima die compromissi, seu termini à partibus præfixi.*
16 *Testes parte non citata recipi possunt circa idoneitatem personæ, cui de beneficio prouideri mandatur.*
17 *Testes parte non citata recipiuntur contra potentes in causa hæresis.*
18 *Citatio necessaria est etiam in interlocutoriis sententiis, & in causis summariis, extraiudicialibus, & censuris.*

Cap. Susceptis. I. *Greg. Magn.*

1 CAusa possessionis & proprietatis ab vno eodémque iudice cognosci debet, nec sententia est ferenda parte non audita, nec contra absentem non contumacem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Host. Bald. Anchar. Panorm. Dec. Mari. Socin. Butr. Ripa, Cujac. Cened. *collect.* 94. Henric. Rebuff. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 85. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 227. habetur apud Gregor. Magnum *lib.* 7. *registri epistolarum indict.* 2. *epist.* 98. *siue* 100. vbi ius narratur & facti contingentia, remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. & Casal. *in annot.* refertur originaliter ab Ant. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 8. *c.* 1.

2 *Tam momenti, quàm proprietatis.*] Momenti nomine causam possessionis significari resoluunt communiter omnes, per text. *ibi in l.* 1. *C. si de momentanea possess. fuerit appellatum, & in l.* 1. *C. vbi de possessione agi oporteat, & in l. momentanea* 8. *C. vnde vi*, Cujac. *lib.* 1. *obseru.* 20. *& lib.* 2. *obseru.* 35. Alberic. & Brison. *verbo momentum*, Mantu. *sing.* 263. Donel. *comm. iuris Ciuilis, lib.* 28. *c.* 6. *vers. iam vero*, Ozasc. *decis* 25. *à princ.* Parlad. *rerum quotid. lib.* 1. *cap. à princ.* & plures relati per Sigism. Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 3. *à n.* 2. qui omnes multa tradunt de ratione quare possessio momentum, & causa possessoria momentanea appelle-
3 tur, & communiter eam solent Doctores assignare, ex eo scilicet momentaneam appellari, quia exigui momenti, seu parui censetur præiudicij, ex Bart. *in l. admonendi, n.* 55 *ff. de iureiur. & in l.* 2. *ff. de appell. recip.* recepto secundùm Rebuff. *ad leges Galliæ tom.* 1. *tit. de sent. executoriis art.* 9. *gl.* 3. *n* 8. communem fatetur Parlad. *c.* 9. *n.* 3. sequitur Donel. *citato loco*, & ab ea non esse recedendum concludit Scacc. *d. memb.* 3. *n* 6. Alij non abs re possessionem momentaneam dici referunt, quia parum duratura est, seu quia apta est per momentum durare apud possessorem, scilicet vbi primum actor de proprietate docuerit, gloss. Host. Abb. *n.* 7. *in præsenti*, Ozasc. *n.* 5. & alij relati à Scaccia *d. memb.* 3. *n.* 2. vbi *n* 35. cum pluribus, quos *ibi* refert, resoluit causam momentaneam possessionis dici quamcumque siue adipiscendæ, siue retinendæ, siue recuperandæ.

Sub vno eodemque iudice.] Notatur ad hoc quòd 4 causa possessionis & proprietatis sub vno, eodémque iudice decidenda est, vt per Menoch. *remed.* 15. *recup. à n.* 216. Alphan. *collect.* 130. & per alios citatos à Cened. *d. collect.* 94. *n.* 1. quod quidem huius text. notabile procedit non solùm quando possessorium agitur insimul cum petitorio; eóque pendente, sed etiam quando finita causa possessionis agitur super proprietate, adhuc enim idem iudex, qui de possessione cognouit, super proprietate adeundus est, quia continentia causæ diuidenda non est, tum quia iudex, qui de possessione cognouit magis instructus est vt proprietatis negotium valeat decidere, notarunt *gloss.* 1. *in l. nulli, C. de iudic.* quam sequitur *ibi* Bart. *n.* 2. & Ias. *n.* 12. Card. Tusch. *tom.* 6. *lit. P. concl.* 446. *à n.* 4. Donel. *com. lib.* 17. *c.* 18. *vers. secundi accepti.* Cabed. *Lusit. decis.* 32. *à n.* 1. *p.* Verùm obstat maximè text. *in cap. vlt. sup. de iudic.* vbi Potestas Florentina super possessione, vel quasi iuris eligendi protulit sententiam, & tamen negat eandem potestatem de proprietate, vel quasi eiusdem iuris posse cognoscere, sed potiùs Episcopo, & aliis iudicibus committit Sum. Pont. causam proprietatis, nam proprietas cum possessione nihil habet commune, nullámque connexitatem, sed longè separata est vna ab altera, *l. naturale, §. nihil commune. ff. de acquir. possess.* Propter quæ forsan existimauit Cujac. *lib.* 2. *obseru.* 45. text. nostrum cum similibus non cogere, neque necessitatem imponere iudici, qui de possessione cognouit, vt necessariò de proprietate cognoscat, sed ei solùm facere facultatem, vt de ea cognoscere possit si voluerit, iuxta reg. text. *in l. non quicquid* 40 *ff. de iud.* qui quidem intellectus sustineri non potest, illumque meritò improbant Menoch. *de arbitr. cas.* 371. *n.* 9. Iacob. Sahag. *ad cap. infr. de sequest. possess. n.* 83. *cum seqq.*

Quare prædictum nostri text. notabile procedere 5 quando actor & reus sunt eiusdem fori, illud vero deductum ex *d. cap. vlt.* habere locum quando fuerint diuersi fori, inducentis in altero omnimodam incompetentiam, vt erant in terminis illius Abbas, & Monachi, qui intentauerunt possessorium, tenet *gloss.* 2. *in d. cap. vlt.* quam sequuntur *ibi* Abb. *num.* 14. *&* 15. Felin. *num.* 8. & alij communiter adducentes generalem reg. text. *in cap. cùm sit generale, de foro comp.* cum similibus, qui probant quod actor sequitur forum rei, vnde si vnus alterum conueniat super possessionem, forum rei conuenti sequi debet, si autem alter ipsum super proprietate conueniat eiusdem rei forum adire debet: vel clariùs poteris dicere regulam huius text. procedere non posse quoties index, qui de possessione cognouit, incapax est ad cognoscendum de proprietate, vt planè contingit in terminis illius text. *in d. cap. vlt.* quia licèt Potestas Florentina competens esset contra Communitatem de Castro quando conueniebatur super possessione, quia laica est eadem Communitas, non tamen potuit esse

competens

competens in causa proprietatis, in qua ab ipsa Communitate conueniebantur Rector, & Monachi, in quorum causis quando veniunt vt rei, iudex laicus omnino est incompetens, & vetitus, iuxta reg. text. *in c. si diligenti, de foro comp. cum similibus*; & retento hoc intellectu, & cõcordia ad prædictos text. non est cur accedamus aliis, literam textus *in d. cap. vlt.* aliquatenus restringentibus, dum resoluunt Potestatem Florentinam negligenter se gessisse in administranda iustitia monasterio, quatenus constito sibi de quasi possessione eiusdem monasterij circa eligendum Communitatis Rectorem, ante factam restitutionem monasterium spoliatum nudum restitutum cogebat super proprietate eiusdem iuris eligendi in iudicio sæculari respondere, iuxta reg. text. *in cap. vlt. sup. de ordine cognit. & in c. 1. & in c. in literis, infr. de rest. spoliat.* eamque nimiam negligentiam colligunt ex verbis ipsiusmet text. *in d. c. vlt.* ibi, *Super possessione, vel quasi iuris eligendi definitiuam sententiam promulgauit*, iunct. ibi, *sed postmodum Abbatem, & Conuentum præfatos ipsa Potestas coëgit Communitati prædictæ super proprietate, vel quasi memorati iuris in sæculari iudicio respondere*; iunct. ibi, *vnde vobis iniungimus, vt si ita esset, cogeretis Communitatem eandem electum à Monachis in Rectorem admittere*; quæ omnia satis ostendunt post promulgatam sententiam, quæ restitutionem fieri iubebat, eam factam non fuisse propter iudicis negligentiam, & ideò Summum Pont. præcipere Episcopo, & aliis iudicibus, vt eam faciant, & post factam audiant Communitatem super proprietate, vnde tali data negligentia inferunt potuisse adiri Summum Pontificem, & omissa Potestate Florentina, quæ de possessione cognouerat, causam grauaminis, & in consequentiam totum negotium principale, iudicibus Ecclesiasticis committere, iuxta reg. text. *in c. licèt, & in cap ex tenore, sup. de foro compet.* vbi dixi, qui quidem intellectus licèt notandus sit, eumque senserit Felin. *ibi n. 6. vers. probat etiam*, alter tamen, quod antea retuli, probabilior, & literæ textus magis conueniens & conformis est.

6 Ad illam verò conclusionem, quæ ex præcitatis verbis huius text. colligunt, quòd scilicet condecoratus gradu Licentiaturæ in vna vniuersitate, non potest gradum doctoratus in alia recipere, nisi prius in ea Licentiatus fiat, vide Iason. *in l. nulli, n. 10 C. de iudic.* Cened. *d. collect. 94 n. 2.*

7 *Nec nos contra inauditam partem*, &c.] Notatur ad hoc quòd non potest Papa quidquid definire contra absentem non citatum, non auditum, legitimè conuictum; ratio est, quia citatio defensionem in se continet, quæ à iure prouenit naturali, & ideo à Principe tolli non potest, vide Couar. *pract. c. 26. n. 6.* Mant. *dial. 98.* Roman. *sing. 664.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu citat. à princ.* Marant. *de ordine iudic. p. 4 dist. 16. à n. 10.* Pinel. *in rubr. C. de rescind. vend. p. 1. num. 21.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 17. n. 5.* Petr. Gregor. *syntag. iuris lib 48. cap. 2. num 18.* & plures de quibus Cened. *d. collect. 94. n. 3.* quibus adde Azin. *in praxi §. 7. cap. 5.* Soar. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 2. num 5. pag 288 in fine*, Bajard. *ad Clar. §. 4. quæst. 21. num 8.* Peregrin. *de iure fisci, lib 1. tit. 3. n. 61. vers. notandum tamen est*, Simanch. *de catholic. instit. c. 2. à princ.* Soar. de Pace *in pract. tom 1. p. 1. temp 3 à n. 4.* Ioan. Barber. *in viatorio iuris, p. 4. rubr. 1. n. 10.* Rot. apud Farinac. *decis. 179. n. 2. & 3. part. 1. recent.* Camill. Borrell. *ad Bellug. in specul. Principum, rub. 11. §. restat exemplis, in verbo citatis & de compromiss. §. 4. glos. 4. n. 2. & à n. 32. & de præstantia Regis Cathol. c. 39. à n. 11. & in summa omnium decis. tit. 14. de citat. à n. 1.* Guttier. *canon. lib. 2. cap. 16. à n 1.* Triuis. *Venetia decis. 68. num. 1. lib. 1.* Ludou. Rodulph. *de absoluta Principis potestate c. 6. num 46.* Ludou. Miranda *de ordine iudic. quæst. 14. artic. 4. concl. 1.* Amat. Roderic. *de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c 4. n. 16. & 17.* Ac 8
proinde processum habitum à Principe contra partem inauditam inualidum esse tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, tenuit *gloss. verbo quominus, in l. vlt. C. de legib.*

Limita primò huius textus regulam, vt non pro- 9
cedat stante iusta causa, nam ea existente potest Princeps tam in ciuilibus, quàm etiam in criminalibus sine citatione contra absentem, & inauditum procedere, nam licèt citatio quatenus importat iustam defensionem, minimè tolli possit, nullum tamen est inconueniens quòd occurrentibus iustis circunstantiis, quæ cessare faciant rationem illam iustæ defensionis à lege. vel à Principe certis quibusdam casibus tolli possit, atque ita ragulam huius text. *& Clem. pastoralis, §. cæterum, de re iud.* tam in decisione, quàm in ratione, quòd citatio defensio est prouenies à lege naturali, limitandum esse, si detur iusta causa in Principe anferente, docuit glossa *in l. si is, qui 44 in vltimis verbis. ff ex quibus causis maiores*, & alij, quos referunt & sequuntur Abb. *hic n. 4* Iason. *in l. 1. n. 9. vers. limita, ff. de constit. Princip.* Dec. *in c. ex parte, 2 n 4 sup. de leg. & in c. dilecti, n. 11. infr. de excepr.* late Mench. *de success. progressu in præf. lib 1. à num. 105. & 107 & illustrium, lib 1. c. 19 n. 1. & cap. 31. à n. 9.* Non obstat 10
negatiua illa, *nec nos*, de qua in text. quæ iuncta verbo *potest*, omnino denegat potestatem Principi contrarium faciendi, iuxta ea, quæ referunt citati per me *de dictionib & clausul. dict 216. num 2.* quia respondetur non procedere quando aliqua iusta occurrit causa, quæ faciat cessare legis naturalis obligationem, & dictet nullam subsistere legitimam defensionem, cuius solummodò respectu citatio ad ius naturale pertinet; & confirmatus ex communi intellectu quem in simili Doctores tradunt ad text. *in c. 2. & in cap. nuper, & in cap. vlt. sup. de bigamis*, dum probat non posse Pontificem contra Apostolum cum bigamo dispensare. vt intelligatur sine magna, & iusta causa, vt per Soar. *de censur. tom 5. disp 46. sect. à princ.* & omnino *n. 6.* Sayr. *eod tract. lib. 6. c. 6. n 2. & 3.* Vnde supradicta huius text. verba ibi, *non possumus*, & c. intelligenda sunt absolutè, & indistinctè, vbi non datur iusta & sufficiens causa, vel non possumus, scilicet facilè iuxta *l. 1 §. vlt.* vbi *gloss. 2. ff. de acquir. possess.* Rebuff. *in l. nepos, vers. 8. cum seqq. de verb. sig. if.* Alciat. *lib 3 paradox. c. 4.*

Vtrùm autem Principi asserenti se ex iusta causa 11
motum sine citatione procedere, fides debeat adhiberi, vel alias in dubio iustam causam subsistere sit præsumendum, quæstio est inter scribentes valde controuersa de qua vide Abb. *hic n. 4* Pinel. *d. c. 2. n. 7.* Mench. *d. præfat. n. 19* & plenè adductos per Molin. *de primog lib. 2. c. 8. n. 32.* Menoch. *de præs. lib. 2. præs. 10. à princ. & num. 52.* Ceual. *communium contra communes, q 529. à princ.* & ex eorum dictis negatiua receptior est opinio, quia licèt & aliàs pro Principe, imò pro quolibet iudice sit præsumendum, hoc tamen non procedit in iis, quæ illicita sunt, & sine causa facere eis licitum non est. nam si de causa non appareat, præsumptio iuris est, quòd illicitè fiat, *l. qui testamentum, ff. de probat. l. si donationem, C. de collat. cum similib.*

Secundò limita, vt non procedat in his, quorum 12
principaliter non interest, non enim citari oportet, quos minus principaliter, & secundariò negotium tangit, vt per *gloss. 2. in l. de vnoquoque, ff. de re iudic.* communiter receptam secundùm Couar. *pract. c. 13. num. 6.*

num. 6. col. 13. & plures alios, de quibus Alphan. collect. 688. vers. ad gloss. 2. & latè confirmat varia adducens exempla Azin. d. cap. 5. limit. 2. Gabr. commun. tit. de citat. concl. 1. n. 319. cum seqq. nam quoties de præiudicio agitur, certum est illud solum considerari, quòd venit principaliter, non secundariò, iuxta reg. text. in l. 1. ibi, prima enim ratio, ff. de auctorit. tutorum, notat gloss. vlt. in c. quamvis pactum, de pactis in 6. recepta communiter ex infinitis relatis à Tiraq. in tr. res inter alios, à n. 5. Gom. in reg. de iure quæsito, q. 3. Cou. in c. Raynutius, de testam. §. 10. n. 9. & in eod. c. quamvis pactum, p. 3. §. 3. n. 7.

14 Tertiò limita vt non procedat quando is ad quem principaliter negotium pertinet præsens est in iudicio, non enim oportebit eum specialiter citari ad actum, cui præsens est, & contradicendi, atque ita se defendendi habet facultatem, ita Gabr. d. conclus. 1. n. 811. Vant. d. tit ex defectu citat. n. 17. & 92. & tit. quibus modis sententiæ nullitas reparetur, n. 116. Nisel. fallent. 6. Ceuall. communium contra communes q. 808. à n. 18. tom. 1. Gam. Lusit. decis. 324.

15 Quartò limita quando datur periculum in mora si præmittatur citatio, potest enim absque ea procedi, veluti si agatur de capiendo debitore suspecto de fuga, secundùm Bart. in l. ait prætor, §. debitorem, ff. quæ in fraudem credit. Vel si agatur de ferenda sententia in vltima die compromissi, seu termini à partibus præfixi, secundùm Paul. Castr. in l. admonendi, col. penult. ff. de iureiur. & alios relatos per Gabr. d. concl. 1. à n. 302. 304. & 306.

16 Quintò limita vt non procedat quandò alicui committitur examinatio testium super idoneitatem personæ, cui beneficium prouideri mandatur, posse enim parte non citata recipi huiusmodi testes notauit glos. verbo repellerunt, in Clem. 1. de offic. deleg. recepta ex Socin. regul. 406. limit. 2. & pluribus aliis, quos refert Gabr. d. concl. 1. num. 309. & 310. glossæ doctrinam declarat.

17 Sextò limita in causa hæresis in qua contra potentes recipiuntur testes parte non citata, neque publicatis nominibus testium, iuxta text. in cap. vlt. vers. iubemus, & vers. cessante, de hæret. in 6. explicant Simanch. de catholic. tit. 64. à cum 27. Direct. Inquisit. Roj. Penna, Salzed. & alij, quos refert Cened. ad Sextum collect. 6. n. 1.

18 *Aliquid volumus definire.*] Amplia procedere etiam in interlocutoriis sententiis, nam & in his citationem esse necessariam consuluit Roman. consil. 72. à n. 2. resoluunt Gabr. d. concl. 1. n. 405. vers. contrarium, Azin. d. §. 7. c. 5. limit. 100. n. 2. Card. Tusch. tom. 1. lit. C. concl. 268. n. 1. Et in causis summariis, licèt enim in eis sine ordine iudicij sit procedendum, minimè tamen prætermitti potest citatio saltem prima, vt expressè decidit text. in Clem. sapè, §. non sic, de verb. signific. vbi notarunt Anch. in princ. & Natta n. 5. Gabr. d. concl. 1. n. 36. cum seq. Azin. d. c. 5. limit. 34. num. 4. Card. Tusch. lit. C. conclus. 268. n. 15 Et in extraiudicialibus, Gabr. d. concl. 1. n. 64. Card. Tusch. d. lit. C. concl. 268. n. 43. cum seqq. Et censuris, quas non nisi præcedente citatione, seu canonica monitione ferri posse, probat text. vbi notant omnes, in c. de presbyterorum 17. q. 4. cum similibus, Nauar. in man. c. 27. n. 11. Couar. in c. alma, p. 1. §. 9. à n. 4. Vgolin. de censur. tab. 1. c. 18. à princip. dict. conclus. 1. n. 165. & 168. Falcon. reg. 68. Gutier. canon. lib. 2. c. 16. à princ. Tolet. in sum. lib. 1. cap. 9. Soar. de censur. tom. 5. disp. 3. sect. 8. à princ. Sayr. eod. tract. lib. 1. cap. 12. n. 5. Auila eod. tract. disp. 1. cap. 5. dub. 7. cum seqq.

SVMMARIVM.

1 *Causa possessionis, & proprietatis simul tractari possunt, alias causa possessionis præcedere debet.*
2 *Iudex datus, vt de proprietate cognoscat, aliquid de possessione pronuntiare non potest, quod multis modis declaratur, vt ibi.*
3 *Princeps potest concedere, vt de petitorio, & possessorio simul agatur.*
4 *Possessorium quando ab altera parte per modum reconuentionis deducitur, eadem sententia simul cum petitorio est terminandum.*
5 *Testium publicatio facta in possessorio non impedit quominus alij recipiantur in petitorio etiam super eisdem articulis, vel directo contrariis.*

CAP. Ad Vltimum. II. *Cæleſt. III.*

CAusa possessionis, & proprietatis possunt simul tractari quoad suscipiendos testes, & allegationes, vt pareant sumptibus partium, his tamen acceptis, priùs est expedienda causa possessionis, seu priùs pronuntiandum est in possessorio, quamvis petitorio simul terminetur. Collig. ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Innoc. Imol. Anan. Host. Bald. Panor. Dec. Anch. Butr. Petr. Rebuff. Cuiac. Viu. in ration. 1. libr. iur. Pont. pag. 86. Alagona in compend. iur. Canon. pag. 227. remissiuè Ximen. in concord. p. 2. refertur ab Ant. Aug. collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 6. c. vnico. 1

Vt de possessione, & de proprietate cognoscant, &c.] Ergo non sufficit vnum exprimi, vt iudex de altero cognoscat, nam si iudex datus fuerit, vt de proprietate cognoscat, & aliquid de possessione pronuntianerit, inutilis est sententia, vt notant Doct. per tex. ibi in l. si de propriet. C. si à non compet. iudice, vbi Cuiac. Ozasc. dec. 78. n. 10. Menoch. remed. 15. recup. n 368. Sahag. ad c. 1. de sequestr. poss. à n. 86. qui omnes inferunt iudicē specialiter datum super proprietate de possessione, super qua expressè non fuit delegatus, cognoscere non posse. Quando tamen iudex de possessorio, & petitorio simul cognouit, & probationes recepit, illisq; discussis, & examinatis super vtroque cōstat & liquet, in quo resoluendum est super vtraque necessariò esse pronuntiandum, iuxta tex. in cùm dilectus, inf. hoc tit. ita tamen licèt vtrumque vna sententia debeat terminari, in pronuntiatione tamen præcedat possessorium, vt fecit Pontifex. in c. cùm Ecclesia Sutrina, inf. hoc tit. faciunt quæ Vant. de null. tit. ex defectu iurisdict. à n. 182. vers. si tamen. Verùm si iudex recepit probationes super possessorio, & petitorio quæ nondum discussæ, & examinatæ sunt, poterit priùs discutere, & examinare eas, quæ super possessorio factæ sunt, qui est casus nostri textus intelligendo verbum illud, *audiant*, quo vtitur, id est, examinant, cum Abb. hic n 4. & Cuiac. licèt gl. interpretetur, id est, publicent. Amplia decisionem suprà proximè positam ex casu huius text. deductam procedere non solùm quando tacito, vel expresso partiū consensu simul possessorio, & petitorio actum est, sed etiam quando speciali gratia, & Principis rescripto altera pars impetrauit, vt de possessorio, & petitorio simul cognoscatur, contrareg. tex. in c. vlt. sup. de ordine cognit. & in c. 1. de rest. spol. cum similib. nam licèt ex vi talis gratiæ de vtraque simul iudex cognouerit, poterit nihilominus, si viderit expedire, super solo possessorio priùs probationes discutere illudque sententialiter definire, nam etsi gratia tollat priuilegium illud, & operetur, vt de vtroque cognoscat, cum semoto priuilegio de solo possessorio esset cognoscendum, sicut etiā idem operatur tacitus, vel

vel expressus partium consensus, vt diximus, non tamen in vno, atque altero casu admittitur iudici facultas quominus possit discutere priùs probationes super possessorio, & illud definire, si viderit expedire, iuxta text. *in præsenti*, & post Bellam. *decis.* 506. notabiliter resoluunt Staphil. *de literis gratiæ, tit. de signatura literarum iustitiæ*, §. 2. *à n.* 5. Octau. Vestr. *in praxi lib.* 4. *c. vlt. n.* 2. *vers. omni tamen casu*, quòd autem huiusmodi gratia licitè à Principe concedi valeat, vt de petitorio, & possessorio simul agatur, tenuerunt Alexand. *cons.* 54. *n.* 2. *vol.* 5. Menoch. *remed.* 15. *recup. n.* 363. *cum seq.* Anton. Thesaur. *decis.* 15. D. Barbos. *in l. si de vi, à n.* 166. *ff. de iudic.* Fachin. *controu. iur lib* 8. *c* 7. Marches. *de commission. p.* 1. *c.* 21. *à n.* 97. *pag.* 243. quicquid contrarium velint Grammat. *cons. ciuili*, 84. *n.* 3. Gabr. *comm. tit. de restit. spoliat. concl.* 1. *n.* 14.

3 4 Limita textus decisionem quando possessorium ab altera parte per modum reconuentionis deducitur, nam tunc semper eadem sententia insimul cum petitorio est terminanda, nec potest iudex super possessorio priùs discutere probationes, & illud priùs definire, vt post Rip. *hic n* 192. & Beroi. *in quæst. familiaribus*, *q.* 23. *n.* 11. testatur personalis *de adipiscenda possess. n.* 460.

In gloss. *Audiant*, ibi, *id est, publicent*. Melius dicere poterat discutiant, & examinent, vt aduertunt Cuiac. & Abb. *n.* 4. *in præsenti*, secundùm tamen glossæ sensum notabis hunc text. pro recepta eorum sententia, qui limitant reg. text. *in cap. ex tenore, infr. de testib.* 5 *cum similib.* quòd post publicatas attestationes non possunt recipi testes super eisdem articulis, vel directò contrariis, vt non procedat in terminis huius text. quando publicatio testium facta est in possessorio, non enim impedit quominus alij recipiantur in petitorio etiam super eisdem articulis, vel contrariis, tum quia causæ diuersæ sunt, iuxta *l. naturale*, §. *nihil commune, ff. de acquir. possess.* tum etiam, quia publicatio testium in causa summaria non impedit receptionem testium in iudicio plenario, vt probat text. *in c. veniens*, 48. *infr. de testib.* vbi notauit ad hoc propositum post Rot. Felin. *n.* 9. & infinitis adductis comprobat Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *q.* 75. *n.* 107.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus possessorio, & petitorio simul agens si possessionem, & spoliationem probat, sed non dominium, & proprietatem, obtinet in possessorio, sed succumbet in petitorio.*
2 *Episcopus cur dicatur pastor, remissiuè.*
3 *Electio est celebranda in communi, & communiter, non verò singulariter per particulares.*
4 *Electio vnanimiter, seu concorditer quando facta dicatur, ostenditur.*
5 *Spiritus Sancti gratia in electionibus Prælatorum inuocatur.*
6 *Principium omnium gerendorum à Deo sumendum.*
7 *Electionis confirmatio petenda est à Metropolitano, vel immediato superiore.*
8 *Ecclesiæ Conuentuales quæ dicantur, ostenditur.*
9 *Possessio prædecessori succedenti prodest.*
10 *Declaratur text. in præsenti, & n.* 11. *&* 14.
12 *Iuris eligendi, & aliorum incorporalium quasi possessio amittitur si possessor inuitus, & contradicens excludatur ab actu ad eadem iura spectante.*
13 *Actore non probante reus absoluitur.*
15 *Electiones Episcoporum ad solos Canonicos Ecclesiarum Cathedralium regulariter pertinent.*
16 *Electio facta ab eo, qui in possessione victus est, irritari potest, licèt in petitorio victoriam reportauerit.*
17 *Lex pœnalis vtens verbo, aut participio significante actionem futuri temporis, sententiam à iudice ferendam continet.*
18 *Præscriptio tempus legitimum requirit.*
19 *Sententia sola in incorporalibus possessionem non transfert absque alio facto.*
20 *Iuris eligendi ad quasi possessionem acquirendam, quæ sint necessaria, ostenditur.*
21 *Actus meræ voluntatis iuris necessitatem excludit.*
22 *Possessio conferendi acquiritur ex vnica collatione sortita effectum.*

CAP. Cùm Ecclesia Sutrina. III.

Innoc. III.

SPoliatus si simul agat de possessorio, & petitorio, 1 & bene probat spoliationem, sed non dominium vel proprietatem, ei restituetur possessio, sed succumbet in petitorio, seu proprietate, vt accidit clericis Sutrinæ Ecclesiæ, qui contra Canonicos probarunt possessionem, sed non proprietatem eligendi Episcopum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Bald. Panorm Petr. Rebuff. Henric. Dec. Marc. Socin. Butr. Cuiac. Viu. *in ration. 2. libri iur Pontif. pag.* 86. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 228. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 5. *c.* 1.

Pastore vacaret.] Episcopus cur dicatur pastor dixi 2 *de offic. & potest. Episc. p.* 1. *tit.* 2. *c.* 1. *n.* 9.

Conueniens in vnum.] Ergo in communi, & communiter, non verò singulariter per particulares, & singulariter consensus electio est celebranda, vt docet text. *in cap in Genesi* 55. *vers. nec etiam, sup. de elect.* explicant Rip. *hic n.* 12. & Rebuff. *n.* 5. Bertach. *de Episc. lib.* 1. *p.* 3 *q.* 32. Petr. de Biaxio *in direct. p.* 3. *c.* 21. Petr. Gregor. *ad tit. de elect. c.* 5 *à n.* 2. *& c* 16. *per totum.* 3

Vnanimiter elegistis.] Licèt verbi seu nominis proprietate attenta, vt electio vnanimiter, seu concorditer facta dicatur, requiratur omnium, nemine discrepante, consensus, vt notat gloss. *verbo concordent, in c. cupientes*, & alia similis *verbo in discordia, in c. quorundam, de elect. l.* 6. quas recipiunt Doctores communiter secundùm Abb. *n* 16. Felin. *n.* 8. *in c.* 3. *de re iudic.* Iason. *in l. de fideicommiss. n.* 5. *C. de transact.* & post alios Lambertin. *de iurepatr. art.* 8. *sexta q princ. p* 2. *lib.* 2. *à n.* 2. hoc tamen procedit in his, quæ fiunt à pluribus, vt singulis, in his verò, quæ à pluribus fiunt iure collegij, seu Capituli concorditer, & vnanimiter dicitur factum quod à maiori parte fit, vt probat text. *in c. in causis* 30. *de elect. & in cap. ad aures*, ibi, *à clericis vno excepto vnanimiter celebrata, de his quæ vi*, notant Dec. & Cagnol. *n* 3. *in l. aliud* 121. §. *refertur, ff. de regulis iuris*, Bald. & Card. *in d. c.* 1. Quicquid contrarium teneant Butr. *n.* 5. Abb. *n.* 2. Rip *n.* 3. & Rebuff. *n.* 10. *in præsenti*, resoluentes omnium, nemine discrepante, requiri consensum, vt electio concorditer, seu vnanimiter facta dicatur. 4

Spiritus sancti gratia inuocata] Notatur ad hoc quòd in electionibus Prælatorum Spiritus sancti gratia innocatur, vnde pro forma, & validitate electionis præmittendam esse Missam de Spiritu sancto constituit Basileense Conc. *in pragmat. sanctorum*, §. *& cum humanæ fragilitatis*, notant Abb. *hic n.* 1. & Rebuff. *n.* 8. Biaxio *in directorio elect.* 3. *c.* 12. *n.* 2. Petr. Gregor. *d. tit. de elect. c.* 15. *n.* 3. quod magis laudandum est hodie ex Host. referente Cortas. *de Sacerdotio, part.* 4 5

c.3. n.10. quòd iam in vsu non sit inspiratio Spiritus sancti, quòd columba, quæ eum afferre solebat, iam diu à coruo sit enecata, vide etiam decretum Concil. Trident. *sess.24 de reformat.c.1.* vbi sanctè monet, & præcipit, vt vacante Episcopatu statim supplicationes, & preces publicæ & priuatæ habeantur, quibus Clerus, & populus bonum pastorem à Deo valeat impetrare; sed vide quæ dixi ad *cap. cùm terra*, 14. 6 *n.6. sup. de elect.* nam principium omnium gerendorum à Deo sumendum, & Pontifices, & Imperatores docent *in cap. in nomine Domini 23. dist. & in princ. Codicis*, *& in l.2. C. de officio prætoris Africæ*, cum multis adductis per Cald. Pereira *de empt. c.1. n.1 & 14.* & Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.1.* Moz. *de contract. tit. quomodo contractus deficiat à n.27.*

7 *A Sede Apostolica confirmari.*] Licèt electionis confirmatio petenda sit à Metropolitano, vel alio immediato superiore, iuxta text. *in cap. cùm dilectus 32. de elect.* & notant Biaxio *in direct. elect. part 3. cap.43. à num. 6.* Corras. *de Sacerdot. part. 2. cap. 4. à num. 3.* Selu. *de benefic. p.2. q.23. n.11.* Petr. Gregor. *ad tit. de elect. c 19. à n.10.* tamen in his terminis huius text. petita fuit à Sede Apost. quia Ecclesia Stutrina, quæ propè Romam esse noscitur, immediatè subiecta est eidem Romanæ Ecclesiæ, & Apostolicæ Sedi, aduertunt *hic* Card. Ioan. Andr. Imola, Ripa *num.6.* & Rebuff. *n.12.*

8 *Clerici Conuentualium Ecclesiarum.*] De Clericis sæcularibus Ecclesiarum parochialium intelligunt Doctores communiter *hic*, vt constat Abb. *notab.3.* Ripa *num.* 4. Rebuff. *n.13.* notantes quòd licèt secundùm consuetudinem Ecclesiæ Conuentuales dicantur solùm Regulares, iuxta text. *in cap. Capitulum de rescript.* tamen secundùm proprietatem sermonis Conuentuales dici possunt etiam Cathedrales, & alia, quæ Collegium habent, licèt sæculares sint, ab etymologia, seu allusione vocabuli, quia Conuentuales dicuntur à conuentu, seu à conueniendo, vt notat Abb. *in cap. innotuit, notab.1. de elect.* Rebuff. *in praxi part.1. tit. Regularia beneficia, n.4.* Anton. Fabr. *rei beneficiariæ, tit. de benefic. Cathedralium, n.21.* Verùm nullum esse inconueniens quòd text. hic de Clericis Regularibus intelligatur, neque esse verbum aliquod in text. ex quo colligatur clericos, de quibus *hic*, sæculares fuisse contendit Rebuff. *in præsenti, num.14.* consentit Cujac. dum clericos istos regulares fuisse interpretatur.

9 *Ipsi, & prædecessores.*] Notatur ad hoc quòd possessio prædecessoris successori prodest, & ab eo allegari potest, vt per Rebuff. *hic n.18.* iuxta receptissimam regulam in hac materia quòd tempora possessionis defuncti accedunt, & coniunguntur possessioni hæredis ad effectum continuandi vsucapionem, quod propriè accessio dicitur *in rubr. ff. de diuer. & tempor. præscript. & accessionibus*, ad quæ multa adducit Brison. *de verbor. iur. signif. verb. accedere dicitur possess* explicant Conan. *comm. l.3. c.14. n.5.* Donel. *l.5. c.20.*

10 *Quod in trium Episcoporum electionibus*, &c.] Difficilis videtur text. hic quatenus ad quasi possessionem iuris eligendi acquirendam trium Episcoporum electiones videtur exigere, quia licèt quasi possessionem incorporalium, veluti iuris eligendi, præsentandi, vel conferendi, plurium duorum, saltem vel trium multiplicitatem esse necessariam, per hunc text. & illum *in c. quærelam 40. ad finem*, ibi, *per multa tempora, de elect. & in c. cùm olim 7.* ibi, *duobus Archidiaconis, eod. tit.* tenuerint Rom. *cons.70. n.13.* post Rip. Paris. & alios, Flores de Mena *q. var. q. 2. n 25.* Contraria tamen sententia, quòd vnicus actus sufficiat ad acquirendam quasi possessionem iurium incorporalium, verior est, & receptior, & est de mente glossæ hic, *verbo tertium*, quam in hunc sensum sequuntur omnes, vt post Card. *n.3. in gloss 4.* testantur Ripa *n.91.* & Rebuff. *n.10.* & post Bald. *de præscript. p.5. q.8.* communem sæpiùs profitetur Cardin. Tusch. *tom 3. lit. E. concl.83. n.5. & tom.7. concl.421. & concl.34.* Cou *pract. c.14. n.2. & in reg. possess. p.2. in princ n.6.* Mascard. *de probat. concl.173. à n.8. & concl.1180. n.12.* Menoch. *de arbitr. casu 160 à n.1.* & post Roch. Lambert. & plures alios, Gonz. *ad reg.8 Cancel gloss.45. §.2. à n.29.* & post Guttier. & Menoch. Ceual. *comm. contra com. q.717. n.4.* & post Duaren. Corras. Rusin. & plures alios, Nicol. Garc. *de benef. p.5. c.5. à n.59.* Cabed. *de patron. Regiæ Coronæ, c. 6. in princ.* qua retenta opinione non obstat text. *in præsenti, & in d. cap. cùm olim, & in d. cap. quærelam*, respondetur enim primò multiplicitatem actuum ibi requiri non ad acquirendam, sed ad iustificandam quasi possessionem, ex ea ratione, quia actus geminati, & per temporum interualla repetiti magnam inducunt iustitiæ præsumptionem, maiorémque afferunt firmitatem, & possessionem iustificatam plurium, prodesse ad victoriam, etiam vbi de nudo agitur possessorio apud omnes receptum constat ex Bald. *in l. data opera, in fin. C. qui accusare non possunt*, & pluribus aliis, quos refert Mascard. *de probat. concl. 119. n.2.*

Secundo respondet Menoch. *remed.15. recup. n.396.* 11
còincidens in supradictam primam responsionem, clericos *hic* iudicasse commodum sibi esse, *& in d.c. quærelam*, & Episcopum *in d.c. cùm olim* allegare, & probare actuum multiplicitatem, quia possessio, quo antiquior, eo iustior præsumitur, & firmior est, vt probat text. *in c. licèt causam, vers. ex præmissis, de probat.* cum similibus, de quibus Menoch. *remed. 3. retin. n 725. cum seqq.* plenè Mascard. *concl. 1199. à princip.* Cardin. Tusch. *tom 4. lit. I. concl.285. & tom.6. litera P. concl.41. & 430.*

Tertiò responderi potest, si magis placuerit, quòd clerici in hoc text. non solum contendebant quasi possessionem acquisiuisse per illas tres electiones, verùm etiam ius ipsum eligendi legitimè præscripsisse, ad quem effectum manifestum est vnum actum non sufficere, sed necessarium esse tempus legitimum, quod completam efficiat præscriptionem, & hoc tempus perfectum, & legitimũ per tres illos actus trium electionum Episcoporum, qui eidem Ecclesiæ vltimò & immediatè præfuerant, clerici probare nitebantur, vt patet ex fine textus, dum decidit eos in probatione huius suæ intentionis defecisse, quia non tantum tempus fluxerat, quod completam efficeret præscriptionem; vnde nihil concludit text. hic pro opinione eorum; quos primo loco citauimus, resoluentes ad quasi possessionem iuris eligendi acquirendam trium Episcoporum electiones esse necessarias, siquidem non ad acquisitionẽ quasi possessionis tres electiones clericorum, de quibus *in præsenti*, allegasse constat, sed ad alios diuersos effectus legitimæ præscriptionis; quod autem Summus Pont. eidem allegationi detulerit etiam in adiudicanda quasi possessione, ex dicta ratione feciſſe bene aduertunt proximè citati Doctores, quia antiquior possessio iustior, & firmior est, non autem ex eo quod ad hunc effectum possessori id necessarium iudicauerit.

Verùm commodè, &c.] Hinc text difficilis videtur quatenus in specie illius ius commune resistebat Clericis spoliatis potestate eligendi Episcopum, & assistebat Canonicis Ecclesiæ Cathedralis spoliatoribus, de quibus *in præsenti*, vt *hic* fatetur Pontifex in illis verbis, *Canonica instituta*, &c. tamen supponit absque vlla tituli ostensione prædictos clericos fore restituen

restituendos; nisi insimul actum fuisset petitorio in quo Clerici defecerunt contra text. *in c. ad decimas, de restitutione spoliat. lib. 6.* & ita probat text. clericos contra quos ius commune resistebat potuisse præscribere potestatem eligendi Episcopum absque vllo titulo, quem non allegarunt, neque probarunt contra reg. *cap. 1. de præscript. in 6.* omissis variis explicationibus, de quibus Abb. *num. 44.* Ripa *n. 120. in præsenti*, & aliis relatis per Couar. *lib. 1. variar. c. 17. num. 7.* & Mench. *illustrium cap. 86 à princ.* ex mente nonnullorum Doctorum respondent Præceptores in hoc text. propterea non fuisse factam restitutionem, quia clerici, de quibus *hîc*, non breui tempore, sicut *in d. cap. ad decimas* (provt illi intelligunt verbum *eo aliquandiu*, impositum) possessionem habuerunt, sed diuturnam & longam quasi possessionem, eo quòd constet ex litera eos non tantùm in vna, vel duabus, sed in trium Episcoporum electionibus insimul cum Canonicis concurrere, patet ex text. ibi, *electio trium Episcoporum*, &c. Insuper non solùm per se sed etiam per suos prædecessores concurrere, patet ex *princip. text. in versic. verum*, ibi, *ipsi ac prædecessores eorum*, &c. ex qua diuturna quasi possessione insurgit præsumptio tituli præcedentis, & ex illa iustificatur possessio eligendi, iuxta reg. text. *in l. cum de in rem verso, ff. de vsur. & in l. filius, C. de petitione hared.* qua de causa text. iste expendit illas tres electiones, aliàs enim ad probandam possessionem per se solam sufficiebat vnicus actus, qui effectum sortiretur, iuxta text. *in c. considerationibus, de iurepatron.* communis ex Couar. *in reg. possessor. p. 2. in princ. n. 6.* quæ quidem explicatio probabilis est, & vti talis defendi & teneri potest.

Sed vrget aliquo modo, quia assistentia trium electionum de necessitate non conuincit loginquitatem temporis, siquidem poterant Episcopi electi breui viuere tempore. Vrget secundò, quia text. non expendit illas tres electiones in causa possessorij, de quo directè non agebatur, (tunc enim vnicà solùm electio sufficiebat,) sed in causa petitorij, super qua sententia prolata fuit. Vrget tertiò, quia text. *in d. cap. ad decimas*, indistinctè procedens, talem distinctionem temporis non facit, quæ quidem facienda erat si de necessitate requireretur. Vrget denique, quia verbum, *aliquandiu*, positum *in d. c. ad decimas*, etiam longinquitatem temporis, licèt non magnam, importare solet; ac proinde videtur inconueniens, vt possessio in hoc text. iustificetur, recurrere ad longinquitatem temporis.

Quare aduertendum duxi in hoc text. per euidentem præsumptionem constare de titulo, siquidem Clerici, de quibus *hic*, ex scientia & patientia Canonicorum fuerunt recepti ad electionem faciendam, ex qua scientia & patientia vrgenti præsumptione resultauit priuilegium, sine quo non est verisimile Canonicos recepisse prædictos Clericos: vnde necessariò dicendum est in specie huius text. Clericos habuisse titulum, vel saltem aliquid loco tituli, & de illo constare, iuxta reg. text. *in l. 2. C. de seruientibus, & l. si ego, §. 1. ff. de public.* ibi, *per traditionem, ac patientiam*, quo quidem titulo, seu causa sufficienti iustificabatur possessio, qua iustificata text. *in præsenti* supponit Clericos fore restituendos si solùm remedio possessorio ageretur, eo maximè quia Canonici non semel, sed ter receperunt & admiserunt ad electionem Episcopi Clericos, quos facilè potuissent excludere, per quam admissionem & receptionem in hac materia, quæ præiudicium non graue continere videtur, perinde ac si Clerici haberent titulum legitimum ex concessione Canonicorum, iustificatur quasi possessio illorum, & tollitur ius commune eisdem Clericis contrarium, vt in proposito intendunt Imol. *hic n. 26.* Dec. *cons. 134. in fin.* Roland. *cons. 47. n. 42. lib. 1.* Menoch. *d. loco, vers. tertius, & n. 5.*

Nec obstat huic intellectui quòd scientia, patientia, & admissio prædicta, quæ tacitam importat concessionem, tantummodo attendi, & locum habere debet vbi sciens, & admittens potuit expressè titulum concedere, iuxta *d. l. 2.* & reg. *l. cùm quia, ff. si certum petatur.* At verò in proposito Canonici non poterant expressè titulum, & ius eligendi Episcopum aliis concedere, tum ex text. *in c. constitutis 47. de elect.* tum etiam, quia per huiusmodi concessionem alienarent iura Ecclesiæ, quod nunquam licet extra casus & solemnitates iuris, *c. nulli, de rebus Ecclesiæ non alien.* cum vulgaribus, vt aduertit Abb. *in præsenti n. 47.* Refellitur enim si aduertas quòd dum statuta Canonica ius eligendi Episcopum Canonicis Cathedralium Ecclesiarum concedunt, vt text. habet, tantummodo cuincunt alios Clericos eiusdem diœcesis esse priuatos eo iure, non quidem in totum, & absolutè, sed quoad ipsos Canonicos, id est, si à Canonicis non fuerint admissa, arg. text. vbi glos. *verbo admiserunt*, & DD. *in cap. cùm Vintonien. 25. de elect.* Ratio est, quia cùm Episcopus non solùm Canonicorum, sed etiam omnium Clericorum suæ diœcesis superior sit, & Prælatus ordinarius, per totum *de officio Ordin. cap. cùm Episcopus, illo tit. lib. 6.* & omnes cum Episcopo vnum corpus constituant, *vt scire &c. q. 1.* non est contra ius, quòd Canonici Clericos aliarum Ecclesiarum eiusdem diœcesis admittant ad electionem Episcopi, *obeuntibus 63. dist.* præsertim, quia per hanc admissionem non alienatur ius eligendi quod remanet adhuc penes Canonicos *l. alienatum, ff. de verbor. signif.* Textus verò *in d. c. constitutis*, vltra varios intellectus, de quibus per Abb. *ibi*, Rip. *hic n. 120.* agit non quidem de iure eligendi communicato Clericis eiusdem diœcesis, & ita subditis eidem Episcopo, qui eligendus est, sed de facultate eligendi communicata illis, qui non erant de illo collegio, imò extranei, & non subditi illius Prælati, de cuius electione agebatur, id quod est contra ius commune, iuxta text. quem sic intellige *in c. dilectus*, ibi, *iuris communis, de consuetud.* & reg. *cap. vlt. vers. vlt. de religiosis domibus*, quæ in specie *d. cap. constitutis* omnino, & directè violatur, non ita in specie huius text. Neque etiam refragatur, quòd si receptio, & admissio prædicta inducit titulum, & concessionem iuris eligendi, quam Canonici præstare potuerunt, vtique illa per se sufficere debuit absque alia præscriptione, quinimo illa stante præscriptio locum habere non potuit, argumento *l. 4. §. Iana, ff. de vsucap.* respondetur enim quòd licèt Canonici potuerint huiusmodi ius eligendi clerici communicare, nihilominus tamen dum eosdem simpliciter receperunt, & admiserunt ad electionem, non satis constat de perpetua, & expressa concessione in futurum, quia adhuc dubitari potest an pro tunc, an verò in perpetuum eligendi facultatem communicauerint. Vnde meritò huiusmodi receptio, & admissio, quæ per se ad plenum non sufficit, sufficiet loco tituli, vt causam tribuat præscribenti, & ita satisfacit regulæ.

Eis contradicentibus, & exclusis.] Notatur ad hoc 12
quòd quasi possessio iuris eligendi, & aliorum incorporalium amittitur si possessor inuitus & contradicens excludatur ab actu ad eadem iura spectante, ita *in præsenti* Cardin. *in vers. nos tenetur*, Abb. *n. 7.* Bald. *4.* & Rip. *n. 9.* ac Rebuff. *à n. 28.* Lambert. *de iure patron. art 15. q. tertia prin. p. 1 lib. 1. n. 3.* In corporalibus enim ad admittendam possessionem requiritur

denegatio præstationis cum acquiescentia petentis Innocent. *in cap. querelam, num. 3. & ibi* Abb. *num. 2 de elect.* Bald. *in l. 2. num. 50. C. de seruit. & aqua*, Guid. Pap. *decis. 619. num. 3.* Couar. *in reg. possessor. p. 2. §. 1. num. 3. vers. ac si constet.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 113. ex num. 21.* Mantic. *decis. 172. num. 5.* & fuit dictum *in Romana pensionis domus 15. Decembris 1617. & Romana census 4. Iulij 1618. & in Anconitana florum 8. Nouembr. 1624.* coram bonæ mem. Buratto, *& in Cusentina pensionis 22. Iunij 1618.* coram bonæ mem. Vbaldo.

13 *Actore non probante*, &c.] Notatur ad hoc quòd actore non probante reus absoluit, hanc regulam multis iuribus, ampliationibus, & limitationibus exornat Hyppol. *sing. 169.* Alphan. *collect. 102.* Duenh. *reg. 22.* Garc. Falcon. *reg. 7.* Hieron. de Monte *de finibus regundis, q. 48. à n. 1.* Thom. de Thomassetis *in foribus legum reg. 11.* Mascard. *de probat. concl. 36.* Surd. *de alimentis tit. 9. q. 12. n. 7. cum seqq.* Card. Tusch. *tom. 1 lit. A. concl. 17.* plures refert Cened. *ad Decret. collect. 125. n. 1.* multo plures citantur *in libello de principiis vtriusque iuris lit. A. n. 30.*

14 *Quicquid iuris vtraque pars habebat*, &c.] Ex his verbis colliges quòd clerici spoliati, de quibus in text. possessorium & petitorium tanquam actores simul deduxerunt, & prosequuti sunt, & ideò in vtroque eis incumbebat probatio, sed quia priùs de possessorio constitit, in eo obtinuerunt, vel quia constitit de vtroque in ordine proferendi priùs super possessorio, lata est sententia, & fateri oportet eisdem clericis spoliatis in petitorio probationem incubuisse, quia illud simul cum possessorio deduxerat, & actores erant, & actorum partibus fungebantur, in quo cùm defecerint in probatione petitorij, rectè applicatur regula illa, Actore non probante reus, etsi nihil præstiterit, obtinebit, & hoc modo intelligendus est text. *in præsenti*, provt ex cursu totius literæ apparet. Si verò aliquis spoliatus solo possessorio egisset, neque petitorium intentauerit, neque passus fuerit aduersarium de eo agere, & sententiam in ipso possessorio recuperandæ obtinuerit, & restitutus fuerit, non ei incumbit super dominio, seu petitorio probationis onus, sed potiùs aduersario, & procedit text. *in l. iis qui destinauit, 25. ff. de rei vindic. & in §. retinendæ, vers. commodum, Inst. de interdictis.* Quando verò spoliatus à principio deduxit petitorium, illudque suspendit intentato possessorio recuperandæ, in quo obtinuit, & petit deinde, vt super eo feratur sententia, tunc super petitorio ei incumbit probatio, quia & in hoc casu actoris partibus fungitur, & procedit text. *in cap. significauerunt 36. ad finem, infr. de testib.*

15 *Electiones Episcoporum ad Cathedralium*, &c.] Notatur ad hoc quòd electiones Episcoporum ad solos Canonicos Ecclesiarum Cathedralium regulariter pertinent, nisi aliud sit de priuilegio, vel consuetudine introductum, vt per Abb. & Rip. *hic*, vtrumque *num. 5.* Bertachin. *de Episcopo, lib. 1. c. 3. à princ.* Petr. de Biaxio *in directorio electionum part. 1. c. 6. n. 2. cum seq.* Petr. Gregor. *ad Decretal. tract. de elect. c. 6. n. 2. cum seq.* Francisc. Bursat. *cons. 126. à num. 17. tom. 2.* Læl. Zech. *de Republ. Ecclesiast. c. 24. quod de Canonicis inscribit, à num. 6.* Azor. *moral, part. 2. lib. 3. c. 17. q. 3.* Perez *l. 2. vers. pro declaratione, tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 148. cum seqq.* post Selu. Corras. & plures alios, Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. cap. 4. à num. 6.* Cabed. *de patronatib. Regiæ Coronæ, cap 37. n. 3.* quorum plures refero ego ipse *de officio, & potest. Episc. p. 1. tit. 1. cap. 3. num. 11.* vbi *num. 29.* de præsentatione, quam facit Rex Catholicus ad Ecclesias Cathedrales Hispaniæ nonnisi illustriss. D. Roderic. de Cunha post primam huius libri impressionem visus *in comm. ad cap. qui Episcopus 2. dist. 23. num. 6.* vbi *n. 8.* subdit Regem Lusitaniæ habere ius præsentandi, & nominandi ad Archiepiscopatus, & Episcopatus illius Regni, & hoc ius præsentandi cœpisse à tempore Regis Alphonsi V.

16 *Decreuimus irritandum.*] Notatur ad hoc quòd irritatur electio facta ab eo qui in possessione victus est, licèt in petitorio victoriam reportauerit, vt per Abb. *n. 37.* & Ripa *à n. 102.*

17 Notatur etiam ad hoc quòd omnis lex pœnalis vtens verbo, aut participio significante actionem futuri temporis, sententiam à iudice ferendam continet, vt per Sayr. *in clani Regia lib. 1. c. 8. n. 20.*

18 *Propter breuitatem*, &c.] Notatur ad hoc quod præscriptio tempus legitimum requirit, id est, legibus, & sacris Canonibus definitum iuxta vsucapionis, & præscriptionis definitionem, de qua *in l. 3. ff. de vsucapion.* ibi, *temporis lege definiti*, vt notant. & latè explicant post ordinarios Bald. *de præscript. part. 4. princip. à princ.* & post eum Couar. *in reg. possessor. part. 2. §. 2. per totum*, latè &, eleganter Donel. *comment. lib. 5. cap. 19. à princ.* Molina *de instit. tract. 2. disp. 68. cum seqq.*

19 *Eam quasi possessionem*, &c.] Notatur ad hoc quod sola sententia in incorporalibus possessionem transfert absque alio facto, vt per Bald. *hic n. 5.* & alios quos refert, & sequitur Felin. *in cap. cùm venerabilis, num. 29. de except.* Sed contrarium verius, vt melius colligitur ex Innocent. *in cap. cùm nostris, num. 3. vers. item nota, de conces. præb.* Abb. *in cap. vlt. n. 7. de indic.* Cald. Pereira *de empt. & vendit. c. 12. à n. 10.* Non obstat text. *in præsenti* in citatis verbis, non enim concludit re & facto per sententiam fuisse translatam possessionem, sed magis solo verbo, vt bene notauit gloss. *hic verbo reducentes*, atque ita sententia importat præceptum restitutionis faciendæ vel declarationem, quòd possessor fuit iniustè spoliatus, & constat, quia cùm statim super proprietate sententia lata fuerit contra clericos, quibus possessionem adiudicat, & hæc proprietatis sententia debeat prævalere, ex reg. text. *c. cùm dilectus, infr. hoc tit.* non potuit, nec debuit sententia lata super possessione, re, & facto statim eam transferre.

20 In gloss. *Vocem.* Notatur hæc gloss ad acquirendam possessionem iuris eligendi duo sufficere, & necessaria esse, scilicet quòd extranei, qui de collegio non sunt, in electionibus præsentes fuerint, & vocem præstiterint, sequuntur Abb. *n. 3. & 21.* Rip. *n. 92.* Rebuff. *n. 19 in præsenti*, Villadieg. *in tract. de rebus Ecclesiæ non rite alienatis recup. lib. 1. c. 48. n. 18* Gonzal. *ad reg. 8 Cancel. glos. 45 §. 2. n. 31.* Et quòd possessio vt acquiratur in corporalibus, vltra acquirentis animum requiratur scientia & patientia illius contra quem acquiritur, tenuit Rota coram Burat. *decis. 434. n. 12.* nisi quis haberet titulum, quia tunc quasi possessio in incorporalibus acquiritur etiam absque scientia & patientia aduersarij, Balb. *de præscript. p. 2. quintæ partis princ. q. 7. n. 4.* Cæpol. *de seruit. vrban. prædc. 20. n. 5.* Seraph. *decis. 1213. n. 7.* Rot. *decis. 736. num. 8. p. 4. diuers. & decis. 533. sub n. 3. ad med. p. 1. recent. & in Albanen. iurisdictionis 26. Iunij 1613* coram Card. Verospio.

21 In gloss. *Breuitatem temporis*, ibi, *sed de gratia.* Notatur ad hoc quòd actus meræ voluntatis iuris necessitatem excludit, vt per Girond. *de priuilegiorum, seu exemptionum explicat. n. 278.* Sic etiam ex actibus, qui iure amicitiæ, & familiaritatis fiunt, possessio non acquiritur ex eo quia possessio est detentio

animo

animo, & cogitatione domini, qui planè animus deficit in eo, qui hortum, aut fundum amici ingreditur, vel similem actum exercet leuandi animi causa, & iure amicitiæ, vt formaliter ex eadem ratione probat text. *in l. qui iure, ff. de acquir. possess.* simile exemplum de eo, qui hospitem iure amicitiæ sæpiùs receperit, probat text. *in l. & habet, § hospites, ff. precario*, & in rustico, qui singulis annis solet ad amicum afferre per caponum: probat gloss. *verbo qualitatem, in l. solet, ff. de officio Proconsul.* multisque aliis exemplis exornant Ripa *hîc n. 39. cum seqq.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de modis possess. in præfat. à n. 37.* Tiraq. *in tract. le mort, p. 3. declar. 3.* Menoch. *de arbitrar. casu 160.* Couar. *in reg. possessor, p. 2. §. 4. n. 6.* Cald. Pereira *conf. 2. n. 17. cum seqq.* Mascard. *de probat. concl. 1184. n. 12.*

In ead. gloss. *Breuitatem ibi, duplicatum tempus requirunt.* Licèt hanc sententiam sequantur multi *hîc*, & alibi, vt per Abb. *n. 13.* Bero. *à n. 40. in cap. de quarta, de præscriptionibus*, Cou. *lib. 1. variarum, cap. 17. num 10.* nihilominus tamen verius videtur etiam in præscribendis seruitutibus discontinuis tempus ordinarium decem, vel viginti annorum sufficere absque duplicatione, *l. seruitutes, ff. de seruitutibus*, in quibus etiam locum habet *l. 1. C. de vsucap. transformanda.* Nec obstat text. *in l. si sit*, quem glossa *hîc* expendit, de cuius materia, & explicatione plura tradunt vltra Doctores *ibi, gloss. 3.* & alij *in l. vlt. C. de seruit.* Abb. Bero. & Cou. *dictis locis*, Conan. *lib. 4. cap. 12. à num. 19.* Cujac. *lib. 14. obseru. 18.* Sed probabilius est illic ad seruitutem admittendam requiri tempus duplicatũ, non quiaesset discontinua, siquidem etiã hæc ordinario non duplicato tẽpore admittitur, *l. sequitur, §. si viã, ff. de vsucap.* docet Paul. *lib. 1. recept. tit. 18.* Sed quia in specie illius text. ex conuentione partium seruitus fuit limitata, & habeat interualla alternis annis, vel mensibus distincta, ac subinde stante huiusmodi conuentione dominus prædij dominantis licèt maximè vellet, non poterat omni tempore vti seruitute, quinimò tanto tempore tenebatur abstinere quanto vtebatur, vnde meritò non sufficit tempus ordinarium, in cuius dimidia parte dominus non cessauit, nec fuit negligens, cùm vti non potuerit, *l. 3. ff. de regul. iuris.* Ac subinde ad inducendam negligentiam, & non vsum temporis ordinarij requiritur continuum duplicatum, quia, v. g. ex viginti annis insurgit non vsus, & negligentia decem annorum, per quos tantummodo vti potuit stante conuentione illa, aliter enim si decem continui sufficerent, amitteretur seruitus per non vsum, & negligentiam annorum quinque, & ita non per tempus ordinarium, sed per ordinarium illius, vt aduertunt Conan. *vbi suprà*, Bero. *in d. cap. de quarta, à n. 52.* Rip. *in præsenti n. 119.* & satis præsenti Iureconsultus *in d. l. si sit*, ibi, *quo cum vti*, &c.

22 In gloss. *Trium.* Notatur ad hoc quòd ex vnica collatione sortita effectum acquiritur possessio conferendi, vt per Flamin. *de resign. lib. 7. q. 23. n. 41.* Mascard. *de probationib. concl. 1186. n. 12.* Et quòd ex vnico actu, & ex vnica præsentatione effectum sortita acquiratur, quasi possessio iurispatronatus, seu iuris præsentandi, dixi ad *cap. consultationibus, n. 6. de iurepatron.*

Cap. Cùm super. IV.

Innoc. III.

1 SVper hunc text. qui idem probat, quod in præcedenti habetur? scripserunt Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Host. Innoc. Bald. Panorm. Dec. Butr. Hentic. Cujac. Petr. Rebuff. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 87.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 228.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 5. c. 2.*

Verùm quia, &c.] Vide quæ dixi *ad c. præcedens super verba, quidquid iuris vtraque pars habebat*, &c. *n. 14.* 2

In gl. *Restituendum*, ibi, *solo verbo restituit eum*, &c. 3 Nota quòd hæc sententia importat præceptum restitutionis faciendæ, vel declarationem quòd possessor fuit iniustè spoliatus, quæ licèt v rbalis, effectus tamen reales operatur quoad fructus, expensas litis, & alia quæ diligenter examinant Abb. *à n. 7.* latiùs Ripa *à n. 102.* & Rebuff. *in repet. glossarum, n. 66. cum seqq. in cap. præcedenti.*

SVMMARIVM.

1 *Possessorio adipiscendæ, vel recuperandæ agere potest qui agit de proprietate ante conclusionem causæ post conclusionem verò, & ante sententiam hoc non potest nisi iusta causa subsit.*

2 *Petitorium intentatum suspendi potest antequam sit in eo conclusum, & transitum fieri ad possessorium.*

3 *Possessorio intentato, & petitorio suspenso tertius veniens ad causam pro suo interesse quando audiatur super petitorio non obstante suspensione prædicta, remissiuè.*

4 *Ius tertij venientis ad causam pro suo interesse in iudicio possessorio, quando dicatur connexum in iure spoliantis ad effectum, vt non impediat restitutionem spoliato faciendam, remissiuè.*

5 *Iudex post conclusum in causa vsque ad sententiam potest interrogare partes ad clarificanda dubia.*

Cap. Pastoralis. V.

SPoliatus qui inchoat litem super proprietate, non 1 facta mentione de violentia, seu possessione, potest antequam sit renuntiatum, vel conclusum de proprietate, agere de spoliatione, sed postquam est renuntiatum, vel sic conclusum, quòd definitiua sententia possit ferri de proprietate, non potest agere de possessione, nisi iusta causa moueat animum iudicis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Bald. Panorm. Dec. Mantua, Butr. Henric. Anchar. Cujac. Petr. Rebuff. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 87.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 228.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *Collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 5. c. 3.*

Antequam renuntiatum sit, aut conclusum in causa, 2 &c.] Notatur ad hoc quòd petitorium intentatum suspendi potest antequam sit in eo conclusum, & transitum fieri ad possessorium, vt per Bellacomb. *tom. 2. communium opinion. lib. 7. tit. 1. n. 297. pag. 217.* Menoch. *remed. 15. recup. n. 381. cum seqq.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 11. n. 13.* D. Barbos. *in l. si alienam, n. 8. ff. soluto matrimon.* Possessorio intentato, & petitorio suspenso, tertius veniens ad causam pro suo interesse quando audiatur super petitorio non obstante suspensione prædicta, vide decisionem Rotæ apud Farin. *22. p. 1. in recentior.* Et ius tertij ve- 4 nientis ad causam pro suo interesse in iudicio possessorio quando dicatur connexum cum iure spoliantis ad effectum, vt non impediat restitutionem

spoliato faciendam, vide Rotam *decis.23. ead.p.1. recent.*

5 *Si verò renuntiatum fuerit vel conclusum*, &c.] Notatur ad hoc quòd iudex post conclusum in causa vsque ad sententiam potest interrogare partes ad clarificanda dubia circa merita causæ, etiamsi procedat ad vtilitatem priuatam, vt per Hippol. *sing.155.* Boër. *decis.206.n.2.*

CAP. Cùm dilectus. VI.

1 QVando actum est super possessorio, & petitorio, vtrumque est terminandum vnica sententia, sed in pronuntiatione permittitur possessio, in exequutione verò præualet proprietas. Colligunt, ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Innoc. Bald. Panorm. Dec. Butr. Henric. Anch. Petr. Rebuff. Cuiac. Viu. *in rationali 2. libri iuris Pontif. pag.88.* Alagona *in compend. iuris Canon pag.229.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Anton. August. *collect.3. Decret. lib.2. tit 5. c.4.*

2 Collige ex text. quòd petitorio, & possessorio simul potest agi, & vtrumque vna sententia terminari, vide *l.27. tit.2. p.3. vbi gloss.5.* Bart. *in l. naturaliter, §. nihil commune, n 36. & 37. ff. de acquir poss.* D. Barbos. *in l. si de vi, n.58. ff. de iudic.* vbi hoc ideo dicit in præsenti procedere, quia de voluntate spoliati fuit actum de proprietate: nam ea non data ad cumulationem petitorij & possessorij arbitrio Rotæ locum non esse censuit eadem Rota apud Farinac. *decis.165. n.9. p.1. in recent.* vbi *n.11.* asseritur Rotam solere admittere huiusmodi cumulationem, quando spolium est turbidum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium illi adiudicatur, qui probauit collatorem suum fuisse in possessione conferendi collationis tempore, per hoc tamen non prohibetur succumbens agere de proprietate iuris conferendi cum ipso collatore.*

2 *Iudex electus de partium consensu recusari potest, vel ab vna illarum ſ. noua recusandi causa superuenisset.*

3 *Collatio facta ab eo, qui potestatem conferendi communi opinione putabatur habere, non vitiatur, licèt postea appareat veritas.*

4 *Sententia lata contra illum, cui est collatum beneficium, non præiudicat quoad proprietatem collatori, etiamsi sciuerit causam.*

CAP. Cùm olim. VII.

1 BEneficiatus qui probat collatorem fuisse in possessione conferendi tempore collationis sibi factæ, relinquitur in possessione. Aduersarius tamen potest agere contra collatorem circa proprietatem iuris conferendi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Innoc. Bald. Panorm. Dec. Barbat. Butr. Petr. Rebuff. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag 98.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.229.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1.*

2 *Recusare minimè debuerunt*, &c.] Notatur ad hoc quòd iudex electus de partium consensu recusari non potest, vt per Alexand. *in l. quia poterat, n.5. ff. ad Trebellian.* Marant. *de ordine iudic. p.6. actu 2. n.76. pag. mihi 427.* Mascard. *de probat. concl.952. n.42.* Azeued. *ad l.7. n.62. tit.18. lib.4. nouæ recop.* Valasc. *de partitionib. q.9. n.23. & 24.* Escob. *de ratiociniis, c.9. n.14.* vbi *n.15.* id intelligit rebus in eodem statu manentibus, secus tamen si aliqua noua recusandi causa superuenisset, quia eo casu proculdubio à qualibet ex partibus recusari posset: ea enim quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. *l. de ætate, §. ex causa, ff. de interrog. actionib.* Et super hoc deferendum est iuramentum ipso recusato, ex notatis per Specul. *lib.1 tit. de recusation. §. effectus, num.31.* Aufrer. *in tract. de recusation. quæst. penult.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.100. num.31.*

Super collatione Archidiaconatus, &c.] Notatur ad 3 hoc quòd collatio facta ab eo, qui potestatem conferendi communi opinione putabatur habere, non vitiatur, licèt postea appareat veritas, vt per Tiraq. *de iure mariti, gloss.8. n.147.* nam ad validitatem collationis beneficij sufficit, vt is, qui confert, si bona fide in quasi possessione conferendi, etiamsi non sit proprietarius, id est apud ipsum re vera non sit ius conferendi, vt per Duaren. *lib.3. de sacris Ecclesiæ ministeriis, c.9.* Corras. *de benefic. p.2. c.5.* quos refert, & sequitur Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.30 tract.3 n.244.* quia in iure conferendi attenditur quasi possessio, non autem quis habuerit proprietatem. Mandoz. *in addit. ad Lap. alleg 98. sub num.8. in fine, & n.9. lit. I. & lit. V.* Selu. *benef. p.2. q.7. n.1.* Mascard. *de probat. concl.173. n.4 & 5.* Salgado *de potestate Regia tom.1. p.3. cap.10. num.6.*

Aduersus Episcopum Vicentinum, &c.] Notatur ad 4 hoc quòd, sententia lata contra illum, cui est collatum beneficium, non præiudicat quoad proprietatem collatori, etiamsi sciuerit causam, sed solùm quoad possessionem, vt per Card. Imol. & Panorm. *n.23. in præsenti*, Felin. *in c. penultim. n.11. de re iudic. & in cap. ad petitionem, n 18. de accusat.* Lambertin. *de iur. patronat. lib.2. p.2. q.11. art.9.* Mieres *de maioratu, p.3. q.15. num.1. in non. impress.* Salgado *de protect. Regia p.4. c.8. num.331.* Ac Cou. *pract. c.14. n.1. & 2.* agens latè de intellectu huius text. tenet hanc sententiam etiam quoad possessionem collatori non præiudicare pluribus rationibus, respondens huic text. quatenus videtur probare supradictum notabile ex eo deductum.

CAP. In causa. VIII. & fin.

Honor. III.

1 QVi petit aliquam rem, & affert vnam causam in qua succumbit, potest nihilominus eandem iterum petere ex alia causa, non obstante sententia lata. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Henric. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Bald. Panorm. Anchar. Dec. Mar. Socin. Butr. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.89.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.230.* remissiuè Ximen. *in concord. p.2.*

2 *Inter Patriarcham Grandev.*] De Patriarcha Grandeu. egi *de officio, & potestate Episcopi, p.1. tit.3. c.7. n.4. cum seqq*

3 In gloss. *Iure* ibi, *si postea petat eandem rem ex alia causa.* Nam exceptio rei iudicatæ vt obstet, impediréque possit causæ cursum, tria in ea debent concurrere, identitas rei, identitas personarum, identitas causæ agendæ, & actionis, vide Rebuff. *de except.*

à n. 503. Burg. de Pace *cons.* 40. *n.* 22. Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 7. *n.* 2. Mendez à Castro *in praxi sæculari Lusitaniæ, lib.* 3. *c.* 4. *n.* 1. D. Barbosa *in l. diuortio, §. fin. p.* 2. *n.* 62. *ff. soluto matrim.*

De Restitutione spoliatorum.

Tit. XIII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Anchar. Panorm. Dec. Butr. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici, fol.* 55. *verso*, Ioan. de Londris *in breuiario sanctor. Canonum, fol* 168. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol.* 58. *verso.* Dan. Venat. *in analysi method. iuris Pontif. à pag.* 215. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. *in instit. Canon.* Canis. *in summa iuris Canon.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris*, Barth. Carthag. *in exposit. tit. iur. Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 2. *summ. in Decretal.* omnes *sub hoc tit. & vol.* 3. *repet. in iure Canonico ad secundum Decretalium librum*, Paul. de Eleazariis.

De materia huius tit. agunt Castellani *l.* 27. *cum seqq. tit.* 2. *p.* 3. *& l. fin. tit.* 10. *p.* 7. vbi Gregor. *& tit.* 14. *lib.* 3. *Ordinam.* vbi Perez, *& tit.* 13 *lib.* 4. *nouæ recop.* vbi Azened. Guttier. *canonic. lib.* 1. *c.* 34. Nauar. *tom.* 1. *cons. sub hoc tit.* Ant. Gabr. *tom.* 3. *commun. opin. lib.* 5. *sub hoc tit.* Guttier. *canon. lib.* 1. *c.* 34.

SVMMARIVM.

1 *Reus non est audiendus de proprietate opponens aduersùs petentem restitutionem, nisi actore consentiente.*

2 *Spoliatus, qui passus est fieri probationes super dominio, ex quibus constat de iure dominij spoliantis non est restituendus.*

3 *Prælatus agere potest, vt ante omnia restituatur aduersùs eum, cuius nomine deiectus fuit.*

4 *Spoliatus ante omnem contentionem regulariter restituendus est, nisi constet de notorio defectu proprietatis, vel sit spoliatus à possessione, quam acquisiuit per clausulam constituti.*

5 *Procurator an, & quando domino præiudicet, remissiuè.*

Cap. Licèt. I. *Greg.*

1 POssessio violenter ablata ante omnem litem est restituenda, sed si spoliatus cedit iuri suo, & consentit vt spoliatus ante restitutionem possessionis probet proprietatem, omittitur restitutio, & expectatur sententia. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostiens. Innocent. Bald. Anchar. Panorm. Dec. Butr. Beroi. Cujac. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 91. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 230. refertur ab Ant. Augustin. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 9. *c.* 7. & desumitur ex *lib.* 7. *epist.* 126. *siue* 130. *registri B. Gregorij.*

2 Collige ex text. spoliatum, qui passus est fieri probationes super dominio, ex quibus constat de iure dominij spoliantis, non esse restituendum, vt per Socin. *reg.* 466. Hippol. *consil.* 19. *num.* 11. Anton. Gom. *l.* 45. Tauri *num.* 182. *&* 183. Padil. *in l. error, num.* 37. *Cod. de iuris, & facti ignor.* Capyc. *decis.* 28. Menoch. *remed.* 1. *recup. num.* 161. *cum seqq. & remed.* 3. *retin. num.* 682. *& consil.* 2. *num.* 191. *cum seqq.* Pute. *part.* 1. *decis.* 29. Perez *in rub. tit.* 14. *gloss.* 1. *in princip. lib.* 3. *Ordin. & l.* 1. *gloss.* 1. *vers. præterea, tit.* 8. *eod. lib.* 3. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo spolium, num.* 9. Mascard. *de probat. concl.* 1325. *n.* 1. *cum multis sequentibus*, Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 11. *num.* 17. Valasc. *consult.* 119. D. Barbos. *in l. diuortio §. ob donationes, num.* 15. 17. *& 18. ff. soluto matrimon. & in l. si de vi, n.* 61. *cum seqq. ff. de iudic.* vbi ait hunc text. procedere quando spoliatus consensit agi de dominio spoliatoris renuntiando expressè priuilegio à iure concesso quòd spoliatus ante omnia restituatur.

Ab Ecclesiæ hominibus.] Ergo Prælatus agere potest, vt ante omnia restituatur aduersùs eum, cuius nomine deiectus fuit, vt per Menoch. *remed.* 1. *recup. à n.* 47. *cum seqq.*

3 In hoc text. proponitur spolium factum à familiaribus Ecclesiæ, & data fuit actio aduersùs ipsam Ecclesiam, quod Hostiens. Abb. & Bellam. *in præsenti* dicunt esse verum, quia Ecclesia *in hoc text* approbauit, & ratum habuit spolium: sed hic intellectus diuinat, cùm ex hoc text. non constet; ex quo alij contendunt teneri Ecclesiam, qua scienter successit in vitium spoliantis, iuxta reg. *cap. sæpe, infra hoc tit.* quod etiam non placet, quia illa scientia debet priùs allegari, & probari, vt *in dicto c. sæpe*, probatur, iuncto *cap. licet, vers. idem quoque, de probation.* Vnde Beroius *hîc, num.* 9. dicit Ecclesiam consensisse spolio, & propterea teneri, eo enim ipso quòd familiares non retraxit, consensisse visa est, *gl. fin. in cap. notum*, 2. *quæst.* 1. quod minus placet, quia non constat illo casu Ecclesiam spolium agnouisse cum requiratur, vt teneri possit, quod de ipsius domini voluntate fiat, vt *in l.* 1. *§. deiecisse, ff. & vi de vi armata, & in cap. cum ad sedem, hoc tit.* nec text. *in d. cap. notum*, contrarium probat, quia ibi sine ordine iudiciario fuit possessio occupata, quo casu etiam per iudicem datur actio spolij, quia mandauit, vt considerauit Alexand. *in dicto §. deiecisse, n.* 2. *&* 7.

Quare dicendum est quòd in hoc text. ideo Ecclesia tenetur ex spolio, quia res ablata ad illam peruenit, & succedit reg. text. *in l. si me, & Titiam, ff. si certum petatur*, non tamen intelligas hoc casu dari actionem directam, *Vnde vi*, sed vtilem tantùm, quatenus res ad ipsam peruenit, ex Abb. *in cap. pastoralis, num.* 12. *in fine, de causa possess.* ad quod facit *l.* 1. *§ si quis tamen* iuncta gloss. *verbo competit, ff. de vi, & vi armata*, vnde fit quòd successor violenter rem adeptam possidens, & ex ea fructus colligens vtique spolium factum probare videbitur, quemadmodum in pupillo respondit Socin. *in l.* 1. *§. item acquirimus, num. fin. ff. de acquirenda possess.* inferens eo casu dari actionem Vnde vi, licèt à tutore fuerit violentia commissa, quæ fortè ratio est propter quam *in l. si plures* 9. *ff. de vi, & vi armata* non omnes hæredes conueniuntur sed ille tantùm, qui rem ipsam à defuncto violenter acquisitam possidet, vt sentit Corras. *in l. naturaliter §. nihil commun ff. de acquirend. possess. num.* 117. firmans hæreditariam actionem id non efficere, quoniam per eam omnes, non verò tantùm possessor, conueniri possent.

4 *Ante omnem contentionem.*] Notant ad hoc quòd spoliatus ante omnem contentionem regulariter restituendus est, vt per Gabr. *commun. lib.* 5. *sub hoc tit. concluſ.* 1.

concl. 1. Menoch. *remed.* 1. *recup. num.* 11. & 109. Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri n.* 182. Valasc. *cons.* 162. *n.* 2. & *cons.* 119. *n.* 3. Mantic. *decis.* 118. *n.* 13. Cardos. *in praxi iudicum, verbo interdictum, n.* 36. vsque ad minimum quadrantem tam quoad restitutionem rei, quàm quoad fructus, damna, & interesse, Roland. *cons.* 53. *n.* 25. *volum.* 1. Rot. *decis.* 334 *p.* 3. *diuers.* Anton. Gabr. *commun. tit. de restit. spoliat. concl.* 1. *n.* 11. & 19. Menoch. *cons.* 758. *in fine*, Surd. *cons.* 166. *n.* 1. *lib.* 2. Peregrin. *cons.* 132. *n.* 1. & 2. *volum.* 5. Giurb. *decis.* 39 *lib.* 1. Mastrill. *decis.* 198. *n.* 1. & 2. & *decis.* 270. *n.* 7. & 10. & *decis.* 272. *n.* 1. & 2. nisi constet de notorio defectu proprietatis, vt tenent citati per me *ad cap. in literis, sup verb. quia prædo, & c. infr. hoc tit.* Aduerte etiam limitari regulam huius text. & similium in spoliato à possessione, quam acquisiuit notarij stipulatione mediante per clausulam constituti, cùm esset absens, quia hoc casu non debet restitui si antequam ratificaret fuit spoliatus, vt per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap* 365 *num.* 18. intellige huiusmodi notabile, etiamsi vnum quid minimum deesset, vt per Tiraq. *de iudicio in rebus exiguis, num.* 34.

5 *Consentiente illo*, &c.] Ergo factor, seu procurator domino præiudicat, vt per Surd. *decis.* 148. *n.* 4. & vide quæ Tiraq. *in tract. le mort. p.* 6. *declarat.* 5. *n.* 9. *cum seqq.* An, & quando confessio procuratoris domino præiudicet, ab eoque reuocari possit, vide Rot. *decis.* 1. apud Farinac. *in recent. p.* 1.

6 In gloss. 1. ibi, *imo in interdicto de adipiscenda possessione.* Vnde Boër. *decis.* 238. *num.* 5. Tiraq. *d. declar.* 5. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem beneficij petenti non obstat renuntiatio facta post spoliationem, quia præsumitur non spontanea.*
3 *Exceptio spontaneæ renuntiationis quando admittatur post spolium, ostenditur.*
4 *Resp onsio facta post spolium est nulla, & spoliato danda est restitutio.*
5 *Resignatio beneficij potest per testes probari.*
6 *Spoliatus ex eo, quod renuntiauit, præsumitur quòd inuitus, & coactus renuntiauit.*
7 *Remedium reintegrandæ possessionis præsumitur spatio triginta annorum.*
8 *Stephanus Gratianus decessit è viuis Romæ 7. Augusti 1625.*

CAP. Sollicitè. II. *Alex. III.*

1 SPoliatus quando quis est, & deinde renuntiat Ecclesiæ, tunc testes contra eum non sunt recipiendi antequam restituatur, quia non præsumitur liberè renuntiasse. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Innoc. Bald. Panorm. Dec. Butr. Beroi. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 92. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 233. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 9. *cap.* 1. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *p.* 22. *cap.* 1.

2 De intellectu huius text. vide Gutier. *de iuramento confirmat. p.* 3. *c.* 19. *n.* 21. *cum seqq.*

3 Probat hic text. exceptionem spontaneæ renuntiationis non admitti post spolium quando resignatio habuit omnino principium, & finem post spolium, secus autem si habuit principium ante spoliationem, nam tunc admittitur, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit de vi in regnat. n.* 6. Mascard. *de probatione concl.* 1272. *n.* 8. Flamin. *de resignat. lib.* 9. *q.* 5. *ad finem.* Nam resignatio facta post spolium est nulla, & spo- 4 liato danda est restitutio, Menoch. *remed.* 1. *recup. n.* 163. & 272. Flamin. *lib.* 3. *q.* 5. *n.* 1. vbi *n.* 28. resoluit quòd resignatio facta post spolium sponte absque vi, & metu valet, Azor. *instit. moral p.* 2. *lib.* 7. *c.* 26. *q.* 7.

Contra eum testes, &c.] Ergo resignatio beneficij 5 potest per testes probari, vt per Mascard. *d. concl.* 1272. *à n.* 1.

In gloss. *Eum*, 1. ibi, *ex eo enim quòd spoliatus renun-* 6 *tiauit, præsumitur quòd inuitus, & coactus renuntiauit.* Ita Flamin. *d. q.* 5. *n.* 1. & *n.* 36. vbi *num* 41. resoluit resignationem beneficij à clerico spoliato post longum temporis interuallum factam esse validam, de quo etiam Menoch. *remed.* 1. *recup. num.* 299. Azor. *d. c.* 26. *quæst.* 7.

In gloss. *Spoliatus, fin.* ibi, *imò secundùm Canones vi-* 7 *detur quòd etiam ad damnum siue ad pœnam perpetuò*, &c. Notatur ad hoc quòd remedium *cap. reintegranda 3. q.* 1. est perpetuum, vt per Præpos. *ibi num.* 15. Riminald. sen. *cons.* 605. *num.* 4. Ias. *in l. prætor ait, §. hoc interdictum, num.* 2. *ff. de verb. oblig.* Ioan. de Amicis *cons.* 61. *n.* 18. Verùm contraria sententia receptior est, videlicet remedium *d. cap. reintegranda*, cum bona fide præscriptione 30. annorum, si agatur de re prophana, vel præscriptione 40. annorum, si agatur de rebus Ecclesiæ, quam meritò tuentur, Viuian. *tom.* 2. *communium opin. lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 307. *pag.* 218. Menoch. *remed.* 15. *recuper. n.* 408. Granat. *ad Vestr. in pract. lib.* 7. *c.* 3. *n.* 41. Baptista Costa *de facti scientia, & ignor. cent.* 2. *dist.* 60. *num* 25. Anton. Gabr. *commun. lib.* 5. *sub hoc tit. concl.* 5 *n.* 53. Bernard. Græuæ. *ad practic. Camer. Imper. lib.* 2. *concl.* 75. *in coronide n.* 4. Farin. *nouiss. Rotæ decis.* 773. *n.* 2 Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 2. *n.* 17. *cum seqq. ad cap.* vir quidem doctissimus, qui relinquens mihi 8 maximum sui desiderium è viuis decessit hic Romæ die 8. Augusti huius anni 1625. Vide per me dicta *cap. reintegranda* 3 *q.* 1. *n.* 16.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem beneficij petens, non auditur, etiamsi spoliationem probet, si probatur eum sponte beneficium prius resignasse.*
2 *Exceptione spontaneæ renuntiationis obstat petenti restitutionem beneficij.*
3 *Clericus, qui beneficio renuntiauit, sequuta spoliatione non potest experiri, vt ante omnia restituatur.*
4 *Renuntiatio metu facta est nulla.*
5 *Vnum quando per se non sufficit, vtrumque copulatiuè debet esse verum.*

CAP. Accepta. III.

SPoliatus quando agit pro spolio, & pars contraria 1 probat sponte renuntiasse sine metu, & vi, spoliatus non est audiendus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostiens. Innocent. Bald. Panorm. Dec. Butr. Anchar. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 92. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 231. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 9. *c.* 2. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 22. *c.* 2.

Et

2 *Et quod spontanea voluntate*, &c.] Notatur ad hoc quòd petenti restitutionem beneficij obstat exceptio spontaneæ renuntiationis, vt per Rebuff.*cons.* 4 *n.* 18. Flamin. *de resign. lib.* 1. *q.* 13. *n.* 34. nam clericus, qui 3 beneficio renuntiauit, sequuta spoliatione non potest experiri, vt ante omnia restituatur, Menoch. *remed.* 1 *recup. n.* 297.

Mandamus quatenus, &c.] Notatur ad hoc quòd 4 renuntiatio metu facta est nulla, vt per citatos *supra ad c.* 2 *n.* 3. *de his, quæ vi.*

Nullo metu, vel vi coactus, sed spontanea.] Notatur 5 ad hoc quòd quando vnum per se non sufficit, vtrumquæ copulatiuè debet esse verum, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa, limit.* 22 *n.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata post reuocationem literarum non tenet.*
2 *Euocationis notitiam iudex cognoscens habere non dicitur ante præsentationem, & receptionem literarum, & voluntatis euocantis.*
3 *Sententia lata à primis iudicibus reuocatis ante notitiam reuocationis valet.*

CAP. Audita. IV.

1 PApa quando rescribit secundas literas, ne quid immutetur, si per primas literas fuit lata sententia antequam venirent secundæ, non reuocatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Innoc. Bald. Panormit. Dec. Henric. Butr. Viuian, *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 93. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 231. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 9. *c.* 4. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 22. *c.* 4.

2 *Ante posteriorem literarum recept.* &c.] Notatur ad hoc quòd ante præsentationem, & receptionem literarum, & voluntatis euocantis, non dicitur iudex cognoscens habere notitiam euocationis, vt per Rebuff. *rom.* 1 *ad leges Galliæ tract. de euocation. in præfat. q.* 5. *n.* 23. vbi *n* 24. resoluit quòd si iudex euocationem sciuerit ante literarum præsentationem ei factam, adhuc acta valebunt. Vnde sententiam latam à primis iudicibus reuocatis ante notitiam reuocationis valere tenet. Rebuff. *in tract. nomin. q.* 14. *n.* 71.

3 *Nullatenus reuocare tenetis.*] Collige ex text. valere processum, & omnia alia, quæ facta fuerint iuxta priores literas per iudicem reuocatum in literis posterioribus, ante earundem literarum præsentationem, & receptionem, ita gloss. *verbo receptionem*, Abb. & alij *in præsenti*, Felin. post alios *in cap. cæterum à n.* 8. *de præscript.* Dec. *cons.* 295. *n.* 5. Vant. *de nullit. tit. quibus modis sententia nullitas n.* 74. Boër. *decis.* 374. *n.* 16. Cou. *pract. c.* 9 *n.* 9. iuuat text. *in l. si fortè* 17. *de officio eius.* Intellige procedere in quibuscumque literis auocatoriis, patet si expendas ante literarum receptionem, & intimationem posse iudicem vti potestate sibi antea competenti, & sic gesta fieri ab illo iudice, qui potestatem habet, ac proinde valere. Iuuat, quia huiusmodi literæ habent tacitam, & subintellectam conditionem, scilicet si is pro quo emanatunt, iisdem vti velit, vt colligitur ex hoc text. qui magis de expressa, quàm de tacita reuocatione agit, vt ex eo notant omnes *in d. cap. cæterum* vbi Felin. *n.* 11. Couar. *d. n.* 9. vel dici potest dari quidem reuocationem potestatis, & iurisdictionem, interim tamen sub illa tacita, & subintellecta conditione, si iisdem literis impetrans vsus fuerit. Amplia text. procedere etiamsi iudex per posteriores literas reuocatus aliunde sciat suæ potestatis, & iurisdictionis reuocationem, adhuc enim valent processus, & reliqua per eum gesta quousque ille, in cuius fauorem iurisdictionis fit reuocatio, præsentans literas eisdem vtatur, legitimè excipiens, Abb. *hic n.* 5. Innoc. *in d. c. cæterum*, Dec. *vbi suprà*, Couar. *d. num.* 9. quorum sententia suadetur tunc ex hoc text. *& in cap. super eo de præbend. in* 6. *& in cap. vt debitus, de appellat.* in quibus non scientiæ iudicis, sed receptionis & intimationis literarum tempus attenditur, tum etiam, quia per scientiam reuocationis quandiu pars non petit, nec opponit, non est iudex certus, imo dubius, quòd illa vult vti reuocatione, præsertim quia requiritur vsus cum effectu, itaut si iudex reuocatus, cui reuocatoria præsentatur, & opponitur eiusdem imitatio, non deferat eidem, debeat offerens instare, & appellare ad superiorem, ne aliter acquiescere, seu renuntiare videatur, ex reg. text. sic intelligendi *in cap gratum, in fine, de offic. deleg.* Non obstat text. *in cap.* 2. *illo tit. de offic. deleg.* ibi, *innotuerit*, per quem text. nonnulli dicunt sufficere scientiam reuocationis aliunde collectam, quia respondetur verbum illud, *innotuerit*, referendam esse ad notitiam legitimam. & secundùm ius quæ habetur, & colligitur ex præsentatione & intimatione reuocationis, sic explicabis text. à contrario sensu *in l. si forte* 17. *ff. de offic. Præsid.* ibi, *cognouerit.* Nec item aduersatur text. *in cap. si duobus, in princ. de appellat.* quia resp. illum non agere de reuocatione per literas facta, sed de iurisdictione suspensa per appellationem apud iudicem interpositam, in qua specie siquidem à consensu partis non dependet, meritò absque alia intimatione. & oppositione literarum satis est quòd iudex sciat citatum legitimè appellasse.

Quod per vos factum esset, &c.] Vide Azened. *l.* 10. *n.* 25. *tit.* 13. *lib.* 8. *noua recop.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficij restitutionem petenti quæstio restitutionis non canonicæ referri non potest.*
2 *Spoliationis quæstio præcedere debet quæstionem proprietatis.*
3 *Possessorium prius terminari debet quàm petitorium.*
4 *Prædo etiam secundùm iuris rigorem est restituendus.*
5 *Restitutio non competit spoliato vbi constat de notorio defectu proprietatis.*
6 *Dominij quæstio referri non potest spoliato nisi primò fuerit restitutus.*
8 *Furem si tertius spoliauit, & in restitutione petenda ille, & dominus rei concurrant, tunc dominus est præferendus furi.*
9 *Emens rem à fure bona fide, an possit tuta conscientia contractum rescindere, ei sic rem venditam reddens, vt pretium recuperet, ostenditur.*

CAP. In literis. V.

QVando vnus dicit se vi eiectum de possessio- 1
ne, & aduersarius dicit illum non fuisse canonicè electum, debet prius agi de violenta eiectione quàm de canonica institutione, quia secundùm ius etiam prædo est restituendus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostiens. Ancharan. Innocent. Bald. Panorm.

Panorm. Dec. Butr. Henric. Bero. Cujac. Vivian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontificij, pag.* 93. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 231. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Auguſt. *collect. Decret. lib.* 2. *tit.* 9. *c.* 5. & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.* 226.

2 *Prius de violentia eiectione*, &c.] Notatur ad hoc quòd quæſtio ſpoliationis præcedere debet quæſtionem proprietatis, vide Azeued. *ad l.* 10. *n.* 25. *tit* 13. *lib.* 8. *nouæ recop.* Morla *in emporio iuris p.* 1. *tit.* 1. *q.* 9. 3 *n.* 50. & prius debet terminari poſſeſſorium, quàm petitorium, Rota *decis.* 365. *n.* 9. apud Farin. *p.* 1 *recent.* niſi ad reſtitutionem faciendam poſſeſſio dederit occaſionem peccati, tunc enim debet admitti aduerſa pars ad docendum de proprietate, Feder. de Senis *conſ.* 284. *num.* 4. Rota *decis.* 147. *n.* 30. apud Farin. *part.* 1 *recent.*

4 *Quia prædo etiam eſt ſecundùm iuris rigorem reſtituendus.*] Vide Couar. *de ſponſal. p.* 2. *c.* 7. §. 5. *n.* 10 Tiraq. *de retractu lig.* §. 35 *gloſſ* 1. *n.* 21. Menoch. *remed.* 1. *recuper. n.* 21. 110. & 131. Guttier. *de iuram. confirm. p* 3 *c.* 19. Vivian. *tom.* 2. *comm. opin lib* 7. *tit.* 1. *n* 304. *verſ. ne procederet*, vbi reſoluit hunc text. non habere locum quando notoriè conſtaret quòd prædo eſſet in poſſeſſione; reſtitutio enim non competit ſpoliato, vbi conſtat de notorio defectu proprietatis, Menoch. *remed.* 1. *recup. n.* 233. Maſcard. *de prob. concl.* 1226. Ioſeph. Ludou. *Peruſ. deciſ.* 17. *n.* 19. Brunor à Sole *in locis comm. verbo ſpolium, n.* 4. & 6. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo interdictum, n.* 38. D. Barboſ. *in l. ſi de vi, à n.* 59 & *à n.* 122.

5 *ff. de iudic.* & ſpoliatus in beneficialibus non poteſt reſtitui ſi apparet de notorio non iure agentis ſpolio, Rot. *deciſ.* 2. *de reſtit. ſpoliat. in antiq.* Mantic. *deciſ.* 356. *num.* 8.

6 In gloſſ. *Canonica*, ibi, *& ſic patet, quòd ſpoliato non poſſit auferri quæſtio dominij niſi primò fuerit reſtitutus.* Vide Perez *l.* 5. *gloſſ.* 1. *poſt princip. tit.* 14. *lib.* 3. *Ordin.* nec ſpoliatus tenetur reſpondere in petitorio antequam fuerit reſtitutus in ſua poſſeſſione. Rota *deciſ.* 360. *apud Farin. p.* 1. *recent.*

7 In gloſſ. *Prædo*, ibi, *niſi talis ſit prædo cuius vitæ nullus parcere debet.* Vide Sanch. *de matrimon. lib.* 8. *diſp.* 1. *n.* 21.

8 In gloſſ. *Rigorem, fin.* Notatur ad hoc quòd quando tertius ſpoliauit furem, ſi tunc concurrat fur ad petendam reſtitutionem, & dominus rei ſe opponat petens, vt ſibi potiùs reſtituatur, in hoc concurſu dominus eſt præferendus furi, vt per Surd. *conſ.* 166. *num.* 12. Vivian. *d. n.* 304. *verſ. qui quidem, pag.* 217.

9 D. Barboſ. *in l. ſi de vi. num.* 57. *ff. de iudic.* Et in hac materia difficilem illam iudico quæſtionem, vtrùm qui bona fide emit rem à fure poſtquam ſciuerit rem eſſe furtiuam, poſſit tuta conſcientia reſcindere contractum illum venditionis & emptionis, & furi rem ſic venditam reddere, vt recuperet pretium pro illa datum, an verò teneatur reſtituere domino, etiamſi pretium latroni datum ſit amiſſurus? in qua vna ſententia tenet poſſe emptorem tuta conſcientia reſcindere contractum cum fure, & rem ei reddere, vt pretium ab eo recuperet, ita Sylueſt. *in ſum. verbo, reſtitutio* 3. *q.* 7. §. 1. *verſ.* 4. Mich. Salon. 2. 2. *q.* 62. *art.* 6. & Greg. de Valent. *q.* 6. *diſp.* 5. *puncto* 4. Ludouic. Lop. *part.* 1 *inſtruct. conſcientiæ, cap.* 95. Tolet. *in ſumm. lib.* 5. *cap.* 17. *num.* 12. Rebello *de obligationib. iuſt. part.* 1. *lib.* 2. *q.* 19. *num.* 3. Verùm contraria opinio ſecurior eſt, & ita emptorem etiam bonæ fidei teneri ad reſtitutionem rei vero domino etiam cum iactura pretij, reſoluunt Caiet. 2. 2. *q.* 62 *art.* 6. Martin. Ledeſm. 24. *q.* 18. *art.* 6. *pag. mihi* 269. Barthol. Medina *lib.* 1. *inſtruct. Sacerd. cap.* 14. *num.* 31. Couar. *in reg. peccatum, part.* 3. *in initio*, & *lib.* 1. *var. cap.* 3. *num.* 6. Molina *de iuſtit. tract.* 2. *diſp.* 722. Leſſi. *eod. tract. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 14. *dub.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio criminis non impedit reſtitutionem, & cognitionem cauſæ ciuilis, ſuper ſpolio,* & n. 2.
3 *Poſſeſſor clandeſtinus, & violentus à pari procedunt, itavt contra vtrumque pariter, & eodem modo interdictum, Vnde vi, competat.*
4 *Inimicus poſtea dicitur qui bona noſtra tollit.*
5 *Inimicitia capitalis oritur ex lite ſuper bonis.*

CAP. Item cùm quis VI.

EXceptio criminis non obſtat agenti interdicto, Vnde vi, vel quod vi, aut clam, nam talis exceptio non impedit reſtitutionem & cognitionem cauſæ ciuilis ſuper ſpolio. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hoſtienſ. Innocent. Ancharan. Bald. Panorm. Decian. Butr. Beroi. Cujac. Vivian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontificij, pag.* 93. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 231. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 9. *cap* 6. & eſt poſt Concil. Lateran. *p.* 22. *c.* 6. 1

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. deſumunt Menoch. *remed.* 1. *recup. num* 324. *cum ſeqq.* optimè Farin. *in praxi crimin. q.* 100. *num.* 110. latè Gabr. *commun. lib.* 5. *tit. de reſtit. ſpoliat. concl.* 1. *à num.* 37. vbi *num.* 58. limitat quando obiicitur crimen excommunicationis, & *num* 66 & 181. quando obiicitur crimen hæreſis, *num.* 175. quando aduersùs ſpoliatum obiicitur crimen ſimoniæ, & *num* 190. quando opponitur crimen læſæ maieſtatis; nam ſpoliatus non tenetur reſpondere in cauſis criminalibus contra ipſum motis ante reſtitutionem ſibi factam, ſiue contra ipſum criminaliter agatur, ſiue per viam accuſationis, ſiue etiam per viam inquiſitionis, vt tenet Menoch. *loco proximè citato*, & *n.* 326. *cum ſeqq.* ampliat etiam quòd ſpoliatus fuerit accuſatus ab alio quàm à ſpoliante. Vtrùm verò text. *in præſenti* procedat in agente interdicto retinendæ, vide Menoch. *remed.* 3. *retin. n.* 712. *cum ſeqq.* 2

Violenter eiectum, vel aduerſarium clam poſſeſſionem intraſſe, &c.] Notatur ad hoc quòd à pari procedit clandeſtinus, & violentus poſſeſſor, itavt contra vtrumque pariter, & eodem modo interdictum, Vnde vi, competat, ita tenere Doctores magis communiter poſt Bart. *in l. ſi coloni, per text. ibi C. de agricolis, & cenſitis lib.* 11. & Abb. ac alios *in præſenti*, teſtatur Anton. Gabr. *ſub hoc tit. concl* 1 *à num.* 118. D. Barboſ. *in l. ſi de vi, à n.* 196. & *n.* 422. *ff. de iudic.* & veram ac communiorem, & praxi receptam dicit Valaſc. *conſult.* 93. *n.* 11. *ad finem*, apud quos tamen videbis quidquid in præſenti articulo deſiderari poteſt cum Menoch. *n.* 142. *verſ. contrariam*, Gabr. *d. concl* 1 *n.* 140. D. Barboſ. *n.* 420. *dict locis*, & Ant. Gom. *l* 45. *Tauri n.* 180. aſſerant manifeſtam dari differentiam inter eos, qui clam, & eos, qui per vim ſua priuantur poſſeſſione, & multipliciter reſpondeant ad text. *in præſenti.* 3

Cùm præſumatur eius exiſtere inimicus.] Notatur ad hoc quòd inimicus noſter dicitur, qui bona noſtra tollit, vt per Rebuff. *de reprobat teſtium, num.* 239. quod adeò verum eſt, vt inimicitia capitalis oriatur 4

ex

5 ex lite super omnibus bonis, aut illorum maiori parte, Ordin. Regia Lusitan. *lib. 3. tit. 56. §. 7.* Viu. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. n. 137. vers. & sic secundùm omnes, pag. 518.* Menoch. *de arbitr. casu 110. ex n. 4. & casu 239. n. 11. & de præsumpt. lib. 5. præs. 42. n. 5.* Mascard. *de probat. concl. 898. n. 7.* Decian. *tract. crim. l. 3. c. 25. n. 56. & 57 p. 1.* Farin. *in praxi crimin. q. 39. à n. 1.* Rot. *dec. 83. n. 3. post lib. 2. consil.* Farinac. Seraph. *decis. 1526. n. 4.* latè Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia & crimin. differ. 99. ex n. 1.* vbi dicit quòd ex lite siue causa ciuili ardua, seu magnæ quantitatis oritur inimicitia, non ita si fuerit modicæ quantitatis.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus à iudice nulliter ante omnia est restituendus, modò nullitas sit euidens, & spoliatus haberet aliquod ius, & n. 2.*

3 *Beneficiù aliquem spoliare sine manifesta, & rationabili causa non decet Summum Pont.*

4 *Spolium ante omnia est purgandum vsque ad vltimum nummum, quadrantem, vel obolum.*

5 *Titulum beneficij probare non potest beneficiatum compellere superior, quoties se constituisset eius aduersarium.*

CAP. Conquerente. VII.

1 CLericum beneficio spolians non seruato iuris ordine beneficium & fructus priùs restituere debet, & deinde agere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Bald. Anchar. Panorm. Dec. Butr. Henric. Bero. Cujac. Viu. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 94.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. mihi 232.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 7. c. 1.*

2 Probat hic text. quòd spoliatus à iudice nulliter, videlicet causæ cognitione non præcedente, vel contra iuris formam, ante omnia est restituendus 5 vt per Grat. *consil. 76. col. 1. vol. 2.* Brun. *consil. 22. n. 2.* Roland. *consil. 6. num. 12. vol. 2.* Kirchou. *tom. 1. commun. opin. lib. 7. tit. 1. n. 320. pag. 220.* & *ibi.* Viu. *n. 304. vers. item ampliatur pag. 217.* Gozadin. *consil. 93. n. 16. vers. ad quartum*, Mantic. *decis. 29. n. 3.* & à contrario sensu *decis. 44. n. 1.* Rota *decis. 135. n. 3.* apud Farin. *& decis. 139. n. 2. & dec. 365. n. 11. p. 1. recent.* Menoch. *remed. 8. recup. n. 20. & consil. 301. n. 45. & 48.* Lancel. *de attent. p. 1. c. 8. n. 89.* Franc. Monald. *consil. 104. num. fin. vol. 2.* Perez *l. 1. gloss. 1. tit. 14. lib. 3. Ordin. pag. 723.* Azeued. *l. 2. n. 25. cum seqq. tit. 13. lib. 4. nouæ recop.* Mascard. *de probat. concl 489. n. 7.* Honded. *consil. 82. n. 13. vol. 1.* Steph. Gratian. *Marchiæ dec. 110. n. 9.* latè Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 76.* Spoliat enim iudex si nulliter procedat, Mar. Antonin. *var. lib. 1. ref. 56. n. 8. & ref. vlt. casu 72.* intellige modo nullitas sit euidens, ac proinde de ea clarè constet. Menoch. *d. remed. 8. n. 26. & d. consil. 301. n. 46.* Mantic. *d. decis. 44. n. 5.* vbi dicit quòd ad hoc, vt actio spolij locum habeat, nullitas euidens esse debet, ita vt in dubium reuocari non possit. Intellige etiam quando prætendens spolium haberet ius aliquod, quo suam possessionem defendere posset, nam secus esset dicendum, vt notoriè constaret ius non habere. Veral. *Rom. decis. 175. n. 4. p. 3.* Menoch. *d. remed. 8. n. 2.* Et iudex tenetur de sua iustitia docere, nisi velit spoliatum restitui, ex Mascard. *de probat. concl. 1324. n. 10. cum seqq.* vbi etiam quibus casibus iudex præsens tenetur probare se iustè priuasse.

Non decet, &c.] Nec etiam decet Summi Pontificis honestatem aliquem sine manifesta, & rationabili causa suis beneficiis spoliare, quia tamen in hoc declarando Doctores aliquatenus immorati sunt, vide, si lubet, Pinel. *in rubr. de rescind. vend. p. 1. c. 2. n. 29. & 30.* Aym. *de antiquit. temporum, p. 1. c. 2. n. 30. & 33. cum seqq.* Nauar. *de spoliis Clericorum*, §. 3. Cot. *in memorabil. verbo beneficia*, pag. 73. Viu. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 9. n. 5. pag. 181.* Anton. Gabr. *tom. 3. lib. 3. tit. de iure quæsito, concluſ. 1. n. 9. cum seq.* Menoch. *remed. recup. 15. n. 43. cum seq. & cons. 83. n. 1. & 15. & consil. 1. n. 422. & consil. 181. n. 49. & de præs. lib. 2. præs. 10. n. 18.* Menchac. *vsufreq. c. 2. n. 18.* Peregrin. *de iure fisci lib. 1. tit. de habentibus iura fiscalia, n. 24* Ceuall. *communium contra communes, q. 528.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. fragment. crimin. lit. C. n. 87.* Cabed. *Lusit decis. 16. n. 13. & decis. 36. n. 2. p. 2.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. c. 4. num. 2.*

Cum redditibus inde perceptis restituas.] Quia ante omnia spolium est purgandum, ita vt contraria pars nisi eo integrè vsque ad obolum purgato, non sit audienda, vide Anton. Gabr. *lib. 6. sub hoc tit. concl. 5.* Surd. *consil. 28. n. 31. & consil. 196. & consil. 189. n. 26. & 27.* Menoch. *consil 758. n. 11. & seq. lib. 8. & consil 847. n. 1. & seq. lib. 9. consil. 1002. n. 44. lib. 11.* Anton. Monach. *Bononien. decis. 19. n. 7.* Roland. *consil. 53. n. 25. lib. 1. & consil. 6. n. 42. lib. 2.* Honded. *consil. 25. n. 17. lib. 1.* Ponten. *de spolio lib. 4. c. 4. n. 60.* Rot. *decis. 433. n. 1. p. 2. recent. & in Lauellen. seu Melphiten pecuniaria 16. Nouembris 1620.* coram bonæ mem. Vbaldo. Non dicitur enim purgatum spolium, aut attentatum, nisi sit purgatum vsque ad vltimum nummum, quadrantem, vel obolum, vt per Tiraquel. *de retractu tit. 2. §. 4 gloss. n. 23. & de iudicio de rebus exig. pag. 87.* Cott. *in memorabil. verbo spoliatus, pag. 777.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 61. n. 1.* Viu. *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 1. n. 304. vers. quam quidem, pag. 217.* Lancelot. *de attent. p. 3. cap. fin. n. 78. 85. 176. & 191.* Menoch. *remed. 1 recup. num. 329.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 8 3. n. 30.* Thom. Valasc. *allegationum iuris tom. 1. alleg. 58. n. 22.* Nec dicitur facta reintegratio, nisi totaliter quis sit restitutus. Dec. *consil. 199. sub n. 1.* Paris. *consil. 105. num. 7. vol. 3.* Anton. Gabr. *sub hoc tit. concl. 1. n. 29.* Roland. *consil 53. n. 25. vol. 1.* Cancer. *var. lib. 2. c. 7. n. 4.* ita vt necessaria sit possessionis translatio in spoliatum quæ cum effectu permaneat. Rip. *in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquir. possess.* Roland. *consil. 6. in fin. vol. 2.* & debet etiam spolium purgari quoad fructuum restitutionem. Rot. *decis. 15. hoc tit. in nouis*, Put. *decis. 298. lib. 2.* Rot. *in Romana vineæ 28. Iun. 1606.* coram R. P. D. meo Coccino Decano, *& in Rom. sylua 15. Maij 1628.* coram R. P. D. Verospio. Si verò pauper sit, ita vt non habeat, quo fructuum, & expensarum restitutionem faciat, purgetque spolium, potest obtinere commissionem, vt constito de paupertate, & reseruatis expensis, & fructibus vsque ad finem litis ad vlteriora procedatur, & de negotio tractari possit, vt per Vestr. *in praxi Romanæ Curiæ, lib. 7. cap. 1. sub n. 8.* Lancelot. *d. cap. fin. n. 93. & 154. cum seqq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ gloss. 2. n. 25.*

In gloss. *Voluerùs, pen.* Notatur ad hoc quòd quoties superior constituisset se aduersarium eius, qui beneficium obtinet non potest compellere eum ad probandum titulum, nec etiam ipse cognoscere de titulo, vt per Flamin. *de resignat. lib. 11. q. 14. n. 38.*

SVMMARIVM.

1 *Coniux restituitur viro probanti desponsationem, & copulam, & de ipsius impunitate cauenti, nisi magna sit viri sæuitia.*
2 *Spolij restitutio, vt fiat debet ostendi titulus saltem coloratus.*
3 *Restitutioni quoad habitationem, & copulam non est locus ante matrimonij consummationem, secus quoad solam habitationem.*
4 *Concordantur, text. in præsenti, & in c. ex parte, hoc titul.*
5 *Inimicitia capitalis, quando adest inter coniuges, vxor viro non est restituenda.*
6 *Vxor apud honestas matronas, seu monasterium sequestrari potest, pendente lite inter maritum, & vxorem super separatione cohabitationis.*
7 *Sæuitia parentum viri etiam præbet vxori iustam diuertendi causam, ac petendi cautionem securitatis.*
8 *Cautio sufficiens dicitur si pignora, vel fideiussores dentur.*
9 *Cautio quanta sufficiat arbitrio iudicis relinquitur.*
10 *Restitutioni locus non est in matrimonio, nisi quando constat de legitimo consensu.*
11 *Mulier coniugata spoliata à viro non restituitur si matrimonium fuit clandestinum.*
12 *Coniuges ad inuicem sui corporis potestatem transferunt.*

CAP. Extransmissa VIII.

1 CONiux est restituenda viro probanti desponsationem & copulam si det cautionem quòd non inferet malum mulieri. Si verò vxor diffidat viro ob capitale odium, committi debet alicui custodienda donec causa videatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Innoc. Bald. Panorm. Butr. Cujac. Viu. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 94. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 232. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 7. *c.* 3.

2 *Si vobis constiterat.*] Notatur ad hoc quòd vt fiat restitutio spolij, debet ostendi titulus saltem coloratus, vt per Valasc. *consult.* 93 *n.* 2.

3 *Legitimè desponsata fuisset, & ab eo cognita.*] Ergo ante matrimonij consummationem non est locus plenæ restitutioni, nempe quoad habitationem & copulam, bene tamen quoad solam habitationem, & alia ministeria inter coniuges mutuò debita præter copulam. Vide D. Barbos. *in rubr. ff. soluto matrim. p.* 2. *n.* 80. Brunel *de sponsalib. concl.* 12. *n.* 5. Sanch. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 41. 4 *n.* 50. optimè *lib.* 7. *disp.* 112. *n.* 2. *cum seqq.* vbi *n.* 8. agit de conciliatione huius text. *cum cap. ex parte, infrà hoc tit.* & dicit text. *in præsenti*, ideo requirere matrimonij consummationem, quia agit de plena restitutione etiam quoad copulam; aliud verò text. ideo solam traductionem ad domum petere absque copula, quia agit de sola restitutione quoad habitationem, & alia obsequia, sequitur Guttier. *de matrim. c.* 122. *n.* 10. *vers. tertia.*

5 *Si autem capitali odio*, &c.] Notatur ad hoc quòd quando inter coniuges adest capitale odium, & capitalis inimicitia, tunc vxor viro non est restituenda, nam iusta hæc videtur causa separationis thori, vt per Paris. *cons.* 54. *num.* 12. *vol.* 4. Cranet. *cons.* 32. *n.* 4. Gabr. *cons.* 161. *n.* 7. D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. p.* 2. *§.* 32. *vers. item colligitur*, vbi loquitur quando propter verbera contracta est inter coniuges capitalis inimicitia; verbera enim per se sola non sufficiunt ad præstandam sufficientem causam diuortij, nisi ex eis inimicitia capitalis inter coniuges oriatur, aut probabiliter possit mortis periculum timeri, Sanch. *lib.* 10. *disp.* 18. *n.* 15. & Guttier. *canon. lib.* 1. *c.* 24. *n.* 6. agit quando inter coniuges est lis super maiori parte bonorum, & Sanchez *de matrim. l.* 10. *disp.* 18. *n.* 33. & Aym. *cons.* 31. *n.* 4. *vol.* 1. & Cephal. *cons.* 384. *n.* 64. *cum seqq.* dicit vbi odium est capitale non debere coniugem cautionis fragilitate fidere, vide latè Farin. *in praxi crimin. q.* 143. *n.* 129. *cum seqq. & n.* 225. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de fauore cleric. reali §* 4. *n.* 102. *cum seqq.*

Alicui probæ, & honestæ mulieri, &c.] Notatur ad hoc 6 quòd pendente lite inter maritum & vxorem super separatione cohabitationis vxor tam apud honestas matronas, quam monasterium sequestrari tutò potest, vt per Farin. Rotæ *decis.* 245. *in* 1. *collect. noviss.*

Vel parentes eius.] Notatur ad hoc quòd sæuitia pa- 7 rentum viri, etiam præbet vxori iustam diuertendi causam, ac petendi cautionem securitatis, vt per Butr. *hic n.* 6. & Abb. *num.* 4. Iacob. de Graffis *p.* 1 *decis. lib.* 2. *cap.* 84. *num.* 3. quos refert, & sequitur Sanch. *d. lib.* 10. *disp.* 18 *n.* 23. vbi intelligit quando vir in culpa est illius sæuitiæ, vt si vxorem cum eo periculo retineat in parentum domo, vel parentes in ipsamet propria sui ipsius.

In gloss. *Sufficienti cautione*, ibi, *sufficiens cautio dicitur* 8 *si pignora, vel fideiussores dentur.* Similis gloss. *verbo idoneæ c. quamquam, de censib. lib.* 6. Bern. *reg.* 75. Duen. *reg.* 86. Garc. Falcon. *reg.* 192. Menoch. *de arbitr. casu* 142. *n.* 3. Cou. *var lib.* 3. *c.* 3. *n.* 6. Guttier. *in l. nemo potest n.* 247 *ff de legatis* 1. Pinel. *in l.* 1 *p.* 2. *n* 76 *C. de bonis mat.* Ceuall. *commun. contra commun. q* 66. Aloys. Ric. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis.* 254. *n.* 3. *in* 1. *edit. alias dec.* 68. *p.* 2. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 147. *n.* 22. Molin. *de instit. tract.* 2. *disp.* 334. *n.* 4. Fr. Anton. à Sousa *in relect. Bullæ Cœnæ c.* 23. *disp.* 98. *n* 1. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 33. *à n.* 43. & alij de quibus Sanch. *d. disp.* 18. *n.* 35. Surd. *decis.* 320. *n.* 7. vbi *infrà ad c. vlt. à n.* 6. *hoc tit.*

In ead. gloss. ibi, *Et iudex recipiat cautionem per quam* 9 *magis possit mulier esse secura.* Ergo arbitrio iudicis relinquitur quanta cautio sufficiat cùm alibi præscriptum non sit, Sanch. *d. disp.* 18. *n.* 2.

In gloss. *Legitimè*, ibi, *id est, per legitimum consensum*, 10 &c. & ibi, *in facie Ecclesiæ.* Notatur ad hoc quòd in matrimonio locus non est restitutioni, nisi quando constat de legitimo consensu, vt per Ioan. Andr. *hic n.* 5. Butr. *n.* 10. Abb. *sub n.* 5 *vers. contra*, Rot. *decis.* 147. *n.* 28. apud Farinac. *p.* 1. *recent.* vbi dicit ex eo procedere, quia non potest in persona libera haberi quasi possessio huius seruitutis coniugalis, nisi ex legitimo consensu. Vnde mulierem coniugatam spoliatam à 11 viro non restitui ante omnia si matrimonium fuit clandestinum, tenet Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 45. Guttier. *eod tract. c.* 75 *n.* 1.

In gloss. *Et ab eo cognitam.* Notatur ad hoc quòd in 12 matrimonio, quatenus Sacramentum, possunt, imo se ipsi coniuges alter in alterum sui corporis transferunt potestatem, ita vt transferens iam sui corporis potestatem non habeat, D. Barbos. *in rubr. ff. soluto matrim. p.* 2. *n.* 78. Francisc. Molin. *de ritu nuptiarum lib.* 2. *differ.* 15. *n.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Pensionis rei donatæ per solutionem factã donatario cùm auctoritate donatoris acquiritur illi donatario rei donatæ*

donatæ possessio, adeò quòd si ab illa expellitur per interdictum Recuperandæ agere poterit.

2 *Possessio per locationem probatur etiam in præiudicium tertij si locator percipiat pensionem, seu mercedem, quæ est loco fructuum.*

4 *Possessio non probatur ex locatione, nisi probetur locatorem fructus, vel pensionem nomine proprio, non autem iure familiaritatis percepisse.*

5 *Possessio probatur per instrumenta in quibus continetur locatio decimarum, & earum perceptio à conductoribus.*

6 *Ecclesia, & Prælati vi constituti transferunt possessionem.*

Cap. Cùm venissent. IX.

POssessio rei donatæ donatario acquiritur per solutionem pensionis rei donatæ factam donatario cum auctoritate donatoris, adeò quòd si ab illa expellatur, per interdictum Recuperandæ agere poterit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innocent. Bald. Anch. Panorm. Butr. Henric. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 95.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 232.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decret lib. 2. tit. 6. c. 4.*

2 *Perceperunt.*] Et sic acceperunt possessionem, vide Anton. Gom. *l. 45. Tauri, n. 67. & n. 193. in fine*, Tiraq. *de retractu lig. § 23 glos. 1. n. 35.*

3 *Annuam pensionem.*] Notatur ad hoc quòd possessio per locationem probatur etiam in præiudicium tertij si locator percipiat pensionem, seu mercedem, quæ est loco fructuum, Rom. *cons. 70. n. 11.* Alex. *cons. 88. n. 14. lib. 5.* Ruin. *cons. 118. n. 111. lib. 4.* Paris. *cons. 104. n. 89. lib. 1.* Nat. *cons. 672. n. 10.* quos refert, & sequitur Mantic. *decis. 245. n. 2.* Tiraq. *de constituto p. 3. limit. 1. n. 22.* Boër. *decis. 105. à n. 13.* Mascard. *de probationib. conclus. 1181. n. 3.* Valasc. *de iure emphyt. q. 9. n. 13.* D. Barbos. *in l. si alienam, n. 80. ff. soluto matrimon.* Cald. Pereira *de emptione c. 25. n. 9.* Marc. Anton. *var. resolut. lib. 1. resolut 106. n. 39. & seqq. & lib. 3. resolut. 40. n. 120.* Vnde infertur possessionem non probari ex locatione nisi probetur locatorem fructus, vel pensionem nomine proprio, non autem iure familiaritatis percepisse. Socin. sen. *cons. 205. n. 5. lib 2.* Boër. *d. decis. 105. num. 14.* quos refert & sequitur Mantic. *decis. 241. n. 2.* Vnde inferunt Doctores possessionem probari per instrumenta in quibus continetur locatio decimarum, & earum perceptio à conductoribus, Socin. sen. *cons. 13. num. 14. lib. 4.* Sarnen. *de annali q. 47. num 1. & 2.* Cæs. de Graffis *decis. 10. de causa possess. & prop.* Menoch. *remed. 3. retin. n. 132.* Rota *in Mediolanen. decimarum 27. Iunij 1612. coram Pirouano.*

4 *Vitiosè tamen*, &c.] Notatur ad hoc quòd Ecclesia, & Prælati vi constituti transferunt possessionem, vt per Tiraquell. *d. tract. de constituto p. 2. ampl. 23.* Et constitutum coloni, conductoris, serui, & aliorum per quos possidemus, non transfert possessionem nisi colonus id fecerit consentiente domino, vt per Tiraq. *eod. tract. de constituto p. 3. limit. 14. n. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Actore agente petitorio, si reus super eadem re deducit possessorium, proceditur in solo possessorio, suspenso petitorio.*

2 *Mulier spoliata à viro quasi possessione maritali ante omnia est restituenda.*

3 *Exceptio dilatoria post litem contestatam opponi potest, quando iudex non vult de illa cognoscere.*

4 *Declaratur text. in præsenti, & in cap. 2. de ordine cognit.*

5 *Appellationis remotio non impedit appellationem vbi manifestè quis grauetur.*

Cap. Ex conquestione. X.

Luc. III.

SI vir vxorem relinquat, & agat de nullitate matrimonij apud iudices, & mulier petat sibi restitui virum appellando, priùs est restituendus vir, & omnia acta post appellationem sunt nulla. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Anchar. Bald. Panorm. Butr. Henric. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 96.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 232.* remissiuè Casal. *in annot. & Ximen. in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret lib. 2. tit. 9. c. 8.* 1

Virum sibi restitui petiisset, &c.] Notatur ad hoc quòd mulier spoliata à viro quasi possessione maritali ante omnia est restituenda, vt per Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 45 n. 1.* Ceuall. *commun. contra communes q. 736. n. 4.* Sahag. *in c. 1. de sequestr. possess. num. 105. & 113.* Ioan. Garc. *de nobilit gloss. 1. n. 43 vers. & aduerte.* 2

Et ante ingressum litis, &c.] Notatur ad hoc quòd quando iudex non vult cognoscere de exceptione dilatoria, tunc etiam post litem contestatam poterit opponi, vt per Rebuff. *de exceptionib n. 38.* vbi idem dicit quando non stetit per partem quominus opponeret, sed per iudicem, qui compulit partem statim ad litem contestandam. 3

Quod fieri non debuit.] Ex eo, quia licèt petitorium fuisset priùs intentatum super consanguinitate, possessorium tamen respiciens eandem rem etiam per viam actionis facit ipsum petitorium suspendere, & in hoc casu procedere text. *in præsente* testatur D. Barbosa *in l. si de vi, à n. 447. ff. de iudic.* ibi etiam declarans text. *in c. 2 sup. de ordin. cognit.* procedere quando petitorium proponitur super diuersa re, ita vt possessorium intentatum nihil commune habeat cum prædicto petitorio. 4

In gloss. *Post appellationem*, ibi, *remotio appellationis non impedit appellationem, vbi manifestè quis grauatur.* Vide Hyppol. *in l. 1. §. si serui quasi n. 10. ff. de quæst. & sing. 592. & consil. 89. n. 11.* Perez *l. 2. gloss. 1. pag. 572. col. 2. tit. 5. lib. 3. Ordin.* Farin. *Rotæ Romanæ decis. 59. n. 4. in 1. collect. nouiss.* 5

SVMMARIVM.

1 *Spoliator violentus rem cum fructibus, etiam qui percipi potuissent, restituere, damna resarcire, & de iniuriis satisfacere compellitur.*

2 *Restitutio spoliati debet fieri cum damnis, & interesse.*

3 *Spoliator tenetur de iniuria.*

4 *Spoliati restitutio debet fieri cum fructibus.*

5 *Fructus qui dicantur, & quæ veniant nomine fructuum remissiuè.*

6 *Spoliatus restituendus est ad fructus, quos percepisset, seu percipere potuisset ex re ipsa, si ei possidere fuisset licitum.*

7 *Fructus integri si restitui iubentur, intelligitur deductis expensis.*

8 *Fructus intelliguntur deductis necessariis expensis.*

9 *Possessor bonæ fidei tenetur tantum restituere fructus extantes ante litis contestationem, & non consumptos, post litem verò contestatam vniuersos.*

10 *Possessor bonæ fidei suos facit fructus industriales, non verò naturales, nisi habeat titulum.*

11 *Fructus industriales bona fide consumptos non tenetur bonæ fidei possessor restituere, nisi quatenus ex eis locupletior euaserit.*

CAP. Grauis. X I. *Cœlest. I I I.*

1 QVi ab aliis rem vi, damno, & iniuria abstulit, tenetur integrè restituere rem, & plenè resarcire. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imol. Anan. Host. Innoc. Bald. Panorm. Butr. Beroi. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 96. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 232. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect. Decretal. lib.* 2. *tit.* 7. *c.* 5.

2 *Damna plenariè resarcire.*] Notatur ad hoc quòd restitutio spoliati debet fieri cum damnis, & interesse, vt per Viuian. *tom.* 2. *commun. opinion lib.* 8 *tit.* 3. *n.* 2. *pag.* 36. Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocat. verbo interdictum, n.* 27. & damna alleganti incumbit onus probandi, Mascard. *de probat. concl.* 470. *n.* 1. vbi *n.* 8. iuncta *concl.* 471. resoluit quòd damnum probatur per iuramentum illius, qui passus est damnum postquam probata fuerit violentia, de quo etiam Cardos. *verbo damnum, n.* 7.

3 *Et de illatis iniuriis.*] Notatur ad hoc quòd spoliator tenetur de iniuria, Cardos. *in praxi iudicum, verbo interdictum, n.* 52.

4 *Vt non tantum fructus*, &c.] Quia restitutio spoliati debet fieri cum fructibus, Boër. *decis.* 18. Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, n.* 276. *C. de reuoc. donat.* Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 3. *n.* 1. Menoch. *remed recuper. num.* 412. D. Barbos. *in rubr. ff. soluto matrim p.* 3. *n.* 73. Guttier. *practic. lib.* 3. *q.* 38. *n.* 20. Ceual. *commun. contra commun. q.* 762 *n.* 69. Cabed. *Lusit. decis.* 68. *n.* 3. *p.* 1. & ita fructus percepti lite pendente veniunt restituendi in iudicio ordinario, quia dicuntur percepti mala fide, at verò in iudicio summario retinendæ restituuntur tantùm percepti post intentatum possessorium, Rota *decis.* 317. apud Fatinac. *p.* 1. *recent.* & sententia condemnans ad restitutionem rei includit etiam fructus perceptos post ipsam sententiam, Surd. *decis.* 212. *à n.* 11. Fructus qui dicantur, & quæ veniant nomine fructuum? vide Tiraquel. *de retractu lign.* §. 15. *gloss* 1. *n.* 27. Cassan. *in consuet. Burgundiæ, rubr.* 5. §. 17. *verbo, & faire, fol. mihi* 184. Ioan. Garc. *de expens. c.* 23. *à n.* 3. Salgado *de protect. Regia, tom.* 1. *p.* 4 *c.* 9. *n.* 75. *cum multis seqq.* metipsum *in tract. de appellat. verborum vtriusque iuris significe appel* 103. Et de diuisione fructuum, vide Couarru. *d. c.* 3. *n.* 6. *cum seqq.* Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. p.* 2. *cap.* 4. *n.* 52. *cum seqq.* Menoch. *de arbitr. casu* 210. *a n.* 2. Cop. *in tract. de fructib. lib.* 1. *c.* 3. latè Castill. *quotid. lib.* 1 *de vsufructu, cap.* 36. *à n.* 10 Rebell. *d. part* 1. *lib.* 2. *q.* 4. Et quòd spoliatus debet restitui quoad fructus & expensas, ita vt spoliator aliter audiri non debeat, tenent Caputaq. *decis.* 11 *p.* 1. Cæs. de Graffis *decis.* 5. *n.* 18. *de restit. spoliat.* Aym. *cons.* 140. *n.* 3. Greg. *decis.* 525. *n* 11. Rot. *in Lauellen. seu Melphien. pecuniaria* 16. *Nouembris* 1620. coram bonæ memoriæ Vbaldo, & *in Romana Syluæ* 15. *Maij* 1628. coram Reuerendiss. P. D. Verospio, & hoc procedit etiam quòd expensæ & fructus non sint liquidi, adeò vt non sufficiat oblatio cum cautione, vel obligatione de soluendo facta liquidatione, sed liquidatio præcedere debet. Caputaq. *decis.* 130. *n.* 7. & 8. *p.* 1. & *decis* 270. *n.* 5. *p.* 2. & *decis.* 175 *n.* 1. & 3. & *decis.* 184. *p.* 3. Anton. Gabr. *commun. sub hoc tit. concl.* 5. *n.* 97. Menoch. *remed.* 1. *recuper. n.* 412. Surd. *cons.* 28. *n.* 30. Seraph. *decis.* 1376. *n.* 2. & 3. Rot. *decis.* 269. *n.* 1. *in fin p.* 1 *recent* & *in Romana domorum in Burgo* 11. *Maij* 1620. coram bon. mem. Vbaldo, & *in Meleuitana bonorum... Iulij* 1622. coram R. P. D. Nauarro, vbi quòd spoliatori neque compensatio conceditur, per *l. vlt. in fin. de compensat.* Caputaq. *d. decis.* 171. *n* 2. *p* 3. & fuit dictum *in Assisien. spolij* 26. *Iunij* 1613. coram R. P. D. Dunozetto sen. refert Ferentil. *in annot. decis.* 449. *Buratti.*

5 *Possessores veteres percepissent.*] Notatur ad hoc quòd spoliatus restituendus est ad fructus, quos percepisset, seu percipere potuisset ex re ipsa si illi possidere fuisset licitum, vt per Viu. *tom.* 2. *commun opinion. lib.* 7. *tit* 1 *num.* 304. *vers. ampliatur tertiò*, nam à malæ fidei possessore restituendi sunt fructus, quos poterat verus rei dominus ex illa percipere, *l* 12. *tit.* 17. *p.* 1. *vbi gloss.* 5. & *l* 40. *tit.* 28. *p.* 3 Anton. Gom *var. tom.* 3. *c.* 13. *n.* 38. *vers. item adde, col* 2. *post med.* Ceuall. *quæst.* 119. & 120. Azeued. *resp.* 6. *à n.* 1. Spin. *in speculo testam. gl.* 3. *princ. n.* 53. Pichard. *in* §. *si quis à non domino, num. vlt. Instit. de rerum diuis.* latè Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *cap.* 23. *n.* 106. Azeued. *d. l. n.* 97. *tit.* 13. *lib.* 4. *nouæ recopil.*

6 *Cum integritate restituere.*] Intellige, deductis expensis: nam si lege, rescripto, vel priuilegio iubeatur integros fructus restitui, intelligendum est, deductis expensis, D. Barbos. *in l. fructus n.* 13 *ff. soluto matrim.* Garc. Girond. *de priuilegiorum, seu exemptionum explic. n.* 1211.

7 In gloss. *Fructus*, ibi, *fructus enim intelliguntur deductis necessariis impensis.* Vide Menoch. *remed.* 15. *recup. n.* 574. Couar. *lib.* 1. *var. c.* 3. *n.* 3. Mexi. *in tract. tassæ panis concl.* 2. *à n.* 88. Surd. *de aliment. tit.* 9. *q* 12. *n.* 15. & *q.* 41. *n.* 25. & *decis* 87. *n.* 11. & *dec.* 282. *n* 31. Ceuall. *commun. contra commun. tom.* 4. *q.* 897. *num.* 516. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* 8. 7. *proœm. n.* 163. Cardos *in praxi iudicum, verbo, fructus, n.* 7. Garc. Girond *vbi proximè, n* 1210. Monet. *de decimis c.* 6. *n.* 31. & plures citatos per me *in tract. de appellat. verbor. vtriusque iuris significe. appell.* 103. *num.* 22.

8 In ead gloss. ibi, *Bonæ fidei possessor tenetur restituere tantùm extantes ante litis contestationem, & non consumptos, post litem verè contestatam vniuersos.* Vide Perez *l.* 1. *glos.* 2. *pag.* 708. *col.* 1. *tit.* 13. *lib.* 3. *Ordin. & in rubr. tit.* 2. *gloss.* 1. *p.* 17. *lib.* 8. Rebell. *de oblig. instit. p.* 1. *lib.* 2. *q* 4 *n.* 8. & *p.* 2 *lib.* 7 *q.* 2. *num* 6. Sanch. *d. c.* 23. *n.* 66. 73. & 190. *cum seq.* Tiraquel. *de retractu lign.* §. 15 *gloss.* 2. *n.* 3. *cum seqq.*

9 In ead. gloss. ibi, *Et hoc potest intelligi de fructibus industrialibus*, &c. Aduerte possessorem bonæ fidei suos efficere fructus industriales, non verò naturales, nisi habeat titulum, vide Couar. *d cap.* 3. *n.* 6. Ioan. Garc. *de expens. c* 23. *n.* 35. & 36. Pichard. *in d.* §. *si quis à non domino, num.* 13. & 14. Spin. *d. gloss.* 13. *princ. n.* 50. & 51. Rebel. *d p.* 1. *lib.* 2. *q.* 4 *n.* 8. *concl* 2. & *n.* 11. *concl.* 4. Sanch. *d. c.* 23. *n.* 67. & 68. & ideo huiusmodi industriales fru-

10 ctus bona fide consumptos non tenetur bonæ fidei possessor restituere, vt resoluunt Ant. Gabr. *commun. lib.* 5 *tit. de acquirendo rerum dominio, concl.* 2. *n.* 3. Ioan. Garc. *d cap* 23. *num.* 40. *in fine*, nisi quatenus ex eis locupletior euaserit. Menoch. *remed.* 15 *recup. num.* 598. Tolet. *in summ. lib.* 5. *cap.* 17. *n.* 9. & 10. Petr. Ledesma *in summ. part.* 2 *tract.* 8. *cap.* 14. *post* 4. *conclus. dub.* 3. *dicto* 1 & 2. Fr Emman. *in summa tom.* 2. *cap.* 42 *n.* 1. Bannes 2. 2. *quæst.* 62. *articul.* 6. *dub.* 3. *conclus.* 1. & 2.

vbi

vbi Arag. *art.6. paulo post princ.* & Salon. *controu. 3. concl.4.* Card. Tusch. *tom.4. concl.490. n.4.* Sayr. *in claui Regia lib.10. tract.2. c.2. n.2.* Molina *de iustit. tract.2. disp.569. vers. quando aliquid, & disp.718. n.1. & disp.719. n.4* Vasquez *1.2 q.96. art.5. disp.172. c.1. n.3. & 4.* Less. *de iustit. lib.2. c.12. dub.2. n.9. & 10.* Rebell. *de obligat. iustitiæ p.1. lib.2. q.4. n.10. & 11.* Sanch. *d.c.23. à num.77.*

SVMMARIVM.

1 *Possessionem ingressus ignorante domino ad quem pertinet, potest per ipsum dominum statim cum sciuerit repelli, etiam violenter, nec ex tali repulsione competit repulso contra dominum interdictum possessorium.*
2 *Puniendus est mitius qui prouocatus offendit.*
3 *Vim committere non dicitur, qui statim amissam possessionem procurat.*
4 *Auctoritate propria incontinenti de possessione clandestina potest quis expelli.*
5 *Vim vi repellere licèt.*
6 *Possessionem non amittit, qui sub conditione recedit.*
8 *Spoliatus non solùm probare debet possessionem, sed etiam deiectionem.*
9 *Excommunicatus non est qui violenter à domo expellit clericum illam iniustè occupantem.*

CAP. Olim. j XII. *Innoc. III.*

1 POssessionem ingressus ignorante domino ad quem pertinet, potest per ipsum dominum statim cum sciuerit repelli, etiam violenter, nec ex tali repulsione competit repulso contra dominum interdictum possessorium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innocent. Bald. Panorm. Henric. Butr. Anch. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.97.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag.233.* remissiuè Casal. *in annot.* Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Ant. August. *collect.3. Decret lib 2. tit.6. c.3.*

2 *Ipsos adeò circumuenit*, &c.] Notatur ad hoc quòd mitius est puniendus, qui prouocatus offendit, vt per Tiraq. *de pœnis temper. c.1. n 6. cum seqq.*

3 *Præsertim cùm statim*, &c.] Notatur ad hoc quòd vim non dicitur committere, qui statim amissam possessionem recuperat, vt per Menoch. *cons. 2. n.179.*

4 nam de possessione clandestina potest quis expelli propria auctoritate incontinenti, gloss. *verbo vltra, ad med. in l.1. § pen. ff. vti possidetis*, Valasc. *de iure emphyt. q.18. n.9.* Menoch. *remed.3. retin. n.19.* D. Barbos. *in l. si de vi, à n 209 ff. de iudic.*

5 *Vim vi duxeris repellendam.*] Notatur ad hoc quòd vim vi repellere licet, Thom. de Thomaset. *reg.306.* Cardin. Tusch. *tom.8. lit. V. concl.213.* Bellet. *disquis. clerical. p.1. tit. de fauore Clericorum Canonis, §.2. n.7.* intelligentes procedere quando vis vi repellitur ob necessariam defensionem sui corporis, & cum moderamine incolpatæ tutelæ. Et argumento huius textus licere vim inferre de iure Canonico, tenet Cou. *in Clement. si furiosus, p.3. § n.6. col.3.* vbi reprehendit aliquos differentiam constituentes inter vtrumque ius.

6 *Reddimus absolutum.*] Ex eo quia isti non potuerunt transferre possessionem absque mandato Episcopi, quia eius nomine possidebant, ita Perez *l.2. gloss.1. post princip. vers. subinfertur, tit.13. lib. Ordinam.*

In gloss. *Traditum.* Notatur ad hoc quòd possessionem non amittit, qui sub conditione recedat, ac per consequens non dicitur spoliatus qui non possedit, Azeued. per text. *ibi in l.1. n.4. tit.13. lib.9. nouæ recop.* Cald. Pereira *de potestate eligendi c.17. n.16* 7

In gloss. *Restitutionem.* Notatur ad hoc quòd spoliatus non solùm probare debet possessionem, sed etiam deiectionem, vt per Anton. Gom. *l.45. Tauri num.181. & seq.* Couar. *in reg. possess. part.2. §.1. n.4.* Alphan. *collect.334.* Menoch. *remed.15. recuper. à n.391.* Cardos. *in praxi iudicum verbo interdictum num.22.* 8

In gloss. *Excessistis*, ibi, *sed nunquid isti sunt excommunicati*, &c. Aduerte illum excusari ab excommunicatione, qui violenter à domo repellit clericum illam iniustè occupantem, quando repellens non potest illam aliter recuperare, quàm violenter clericum expellendo, vt per Syluest. *verbo excommunicatio 6. n.6.* Sayr. *de censur. lib 3. c.27. n.19.* Molina *de iustit. tom.6. disp.56. n.3* quos refert, & sequitur Bonacina *de censur. disp.2. q.5. puncto 4. n.1. vers.3.* 9

SVMMARIVM.

1 *Consanguinitas in gradu prohibito vbi opponitur contra petentem restitutionem coniugis, & offeruntur probationes paratæ, recepto ab opponente iuramento de malitia, negabitur restitutio quoad thorum, & fiet quoad reliqua, si verò probationes promptæ non sint, fiat plena restitutio, nisi sit magna viri sæuitia.*
2 *Episcopus quando dicatur in remotis agere, remissiuè*, & n.3.
4 *Dominij exceptio obstat agenti interdicto, Vnde vi, quando agitur de re, quæ cum periculo recuperari non potest.*
5 *Dominij exceptio incontinenti probanda impedit restitutionem in possessorio, præcipuè vbi imminet animæ periculum.*
6 *Incontinenti dicitur aliquod breue temporis spatium arbitrio iudicis taxandum.*
7 *Instrumentum offerens dicitur incontinenti probare.*
8 *Diuortij est sufficiens causa alterius sponsi notabilis asperitas, seu sæuitia.*
9 *Vir tenetur mulieri à se fugienti propter eius sæuitias alimenta præstare in domo vbi habitauerit, quamvis maritus nullam dotem habuerit*, & n.10.
11 *Iudex Ecclesiasticus potest censuris compellere coniuges ad cohabitandum.*
12 *Cautio pignoratitia, vel fideiussoria desideratur, vt coniux probabiliter timens alterius coniugis sæuitiam teneatur cum illo cohabitare.*
13 *Sæuitia coniugis quando est tacita vt nulla securitatis cautio sufficiens ab alio præstari possit, non est restituendus coniux spoliatus.*
14 *Episcopo inferiores consuetudine possunt acquirere facultatem cognoscendi de causis matrimonialibus.*
15 *Vxorem è domo absque iusta causa expellens restituitur, si eam repetat, & illa redire renuat.*
17 *Papa in nullo impedimento iure diuino naturali matrimonium dirimente dispensare potest.*
18 *Media via est eligenda.*
19 *Pars resecata in his Decretalibus sapiùs ad plenum Pontificiarum dispositionum intellectum pertinet*, & n.20.
21 *Gradus omnes Leuiti. 18. expressi obligant in Lege noua.*
22 *Restitutio minimè est differenda probationibus in promptu paratis.*

23 *Coniux impedimenti conscius si ab Ecclesia excommunicetur, quia debitum negat, talis excommunicatio verè coram Deo non ligat.*

24 *Restitutio vxoris impeditur propter sæuitiam viri, & timorem offendendi eam.*

CAP. Literas. XIII.

1 MVlier opponens consanguinitatem, præsertim in gradu à lege diuina prohibito, si incontinenti offert probationes paratas, præcipuè si fama consentit, est præcipienda restitutio in omnibus præter copulam carnalem quousque causa terminetur: interim ad cautelam iuret mulier quòd non malitiosè obiecit; si verò non habeat incontinenti paratas probationes, sed dilationem quærat compelli debet censuris ad plenariam restitutionem, quia præsumitur contra eam cùm sua temeritate sine iudice recessit à viro, ipsa tamen ex se abstineat à thoro, & humiliter toleret censuram donec rem probauerit, & absoluatur: sed si tanta sit sæuitia viri vt non sit tuta, non restituatur, vel prouideatur de sufficienti securitate. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Innoc. Panorm. Butr. Anchar. Henric. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 98. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 233. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 6. *cap.* 3.

2 *In remotis agente.*] Episcopatus quando dicatur in remotis agere, vide gloss. *verbo remotis in cap. cùm nullus, de tempor. ordinat. lib.* 6. Zabar. *in clem. causam, verbo ex remotis, de electione,* Aloys. Ricc. *in praxi aurea variarum resol. resol.* 18.

3 *Dispensare non potest*, &c.] Id est, dispensare non debet, nec expedit, secundùm Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp* 52. *n.* 8. *in medio.*

4 *Videtur periculum oppugnare.*] Notatur ad hoc quòd exceptio dominij obstat agenti interdicto, Vnde vi, quando agitur de re, quæ cum periculo recuperari non potest, vt per Menoch. *remed.* 1. *recuperandæ, n.* 114. *&* 308. *cum seqq & n.* 318.

5 *Et probationes offeruntur incontinenti.*] Notatur ad hoc quòd exceptio dominij incontinenti probanda impedit restitutionem in possessorio, præcipuè vbi imminet animæ periculum, vide Menoch. *remed.* 1. 6 *recuper. n.* 248. Mench. *illustrium quæst. c* 32. *n.* 2. Et dicitur incontinenti aliquod breue temporis spatium arbitrio iudicis taxandum, vt per Menoch. *de arbitr.* 7 *casu* 12. *n* 4 Sanch. *de matrim. lib* 10 *disp.* 12. *n.* 23. Ille verò, qui offert instrumentum, dicitur incontinenti probare, Tiraq. *de retractu lig.* § 2. *gloss.* 1. *n.* 20.

Quam tamen ipsa thori, &c.] Aduerte absolutionem exigi *in præsenti*, pro foro externo, in quo excommunicatio valida erat, vt per Sanch. *lib.* 2. *disp* 39 *n.* 9.

8 *Si verò tanta sit viri sæuitia*, &c.] Notatur ad hoc quòd notabilis asperitas, seu sæuitia alterius sponsi est causa sufficiens diuortij, Paris. *cons* 54. *n.* 9. *vol.* 4. Alex. *cons.* 115. *n* 2 *&* 3. *vol.* 4. Couar. *de sponsalibus p.* 2. *c.* 7. §. 5. *in princ.* Anton. Gom. *var. tom.* 2. *c.* 2. *n.* 51. *propè finem*, Mozz. *de contract. tit. de matrim. cap. fin. num.* 65. Rebel. *de obligat. iustit. lib.* 9 *q.* 18. *sect. fin. n.* 46. *in fin.* Surd. *de aliment. tit.* 6. *q.* 5. *n.* 19. Guttier. *canon. quæst. lib.* 1. *c.* 24. Bursat. *cons.* 218. *n.* 21. *vol.* 2. Gabr. *cons.* 161. *num.* 7. *&* 8. Menoch. *casu* 139. Mascard. *de probat. concl.* 1018. D. Barbos. *in rubr. ff. soluto matrim. p* 2. *n.* 25. Farinac. *p.* 4. *decis.* 75. *vbi addit. lit. C. &* Rota Rom. *decis* 278. *in* 1. *collect. nouiss. alias p.* 4. *diuers.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31 *n.* 2 *&* 4. *&* 315 *cum seq.* Bellet. *disquis. cleric. p.* 1. *tit. de fauore cleric. reali, §.* 4. *n* 92. latè Sanch. *de matrim. lib* 10. *disp.* 18. Nam propter sæuitiam coniugis fit separatio thori, quoad cohabitationem, non quoad matrimonij fœdus, quando emendandæ vitæ, aut pœnitentiæ nulla dantur indicia, & minus ex cautione de non offendendo bonus speratur euentus, Pancirol. *cons.* 82 Moret. *cons.* 41 Franc. Marc. *decis.* 738. *p.* 2. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 2. *tit.* 24. *n.* 115. Card. Tusch. *lit. M. concl.* 143. Ioan. Baptista Costa *de remed. subsidiar. remed.* 8. *per tot.* Peguer. *crimin. decis.* 20. *n.* 10. Thesaur. *Pedem decis.* 130. *n* 6. Mascard. *de probation. concl.* 1018. *n.* 6 D. Barbos. *dict. n.* 23 *vers. succedit igitur*, Sanch. *d. disp.* 18. *num.* 4. Farin. *in praxi crimin. q.* 143. *n.* 129 *cum seqq.* optimè Rota *decis* 441. *num* 2. apud Farin. *p.* 1. *in recent.* vbi cum Paris. *cons.* 54 *à n.* 14. *lib.* 4. censuit ad probandam sæuitiam requiri probationes necessarias & concludentes, & non sufficere testes singulares: imò requiri omni exceptione maiores, Felin. *in rubr. de sponsal. num.* 5 Socin. iun. *cons.* 86. *n.* 6. *cum seqq. lib.* 2. Hyppol. Riminald. *cons.* 174. *num.* 17. Natt. *cons.* 616 *sub num* 1. quia causa separationis est causa grauis, & ardua, Hyppol. Rimin. *d. cons.* 174. *n.* 16. & reputatur causa status Farin. *in praxi crimin q.* 143 §. *probatio sæuitiæ, n.* 164 Rot. *decis.* 441 *n.* 2. *p.* 1. *recent. & in Romana separationis thori* 28. *Ianuar.* 1613. coram Card. Sacrato. Vnde si probetur vxorem aliquid tentasse ad viri necem, tunc posse virum separari, resoluit Valasc. *de partition. c.* 6. *n.* 47. Guttier. *d. c.* 24. *n.* 8. vbi idem tenet si suppositum fuit marito facturas, & herbarias, seu incantationes, vel si venefica probetur. Quæ quidem sæuitiæ ad inducendam separationem debent esse magnæ, Abb. *in c. ex transmissa, in princ. & num.* 4. *de restit. spol.* Aldobrand. *cons.* 71. *num.* 1. *lib.* 1. Farin. *cons.* 157. *n.* 4. *lib.* 2. & fuit dictum *in Neapolitana separationis thori* 15. *Aprilis* 1616. coram bonæ mem. Card. Sacrato, *& in Neapolitana separationis thori* 28. *Iun.* 1624. coram bon. mem. Buratto: leuis namque verberatio est permissa viro, præsertim ex causa, Bald. *cons.* 176. *n.* 7. *lib.* 1. Roland. *cons.* 27. *n.* 13. *&* 17. *lib.* 3. Hyppol. Riminald. *cons.* 174. *n.* 31. Aldobr. *d. cons.* 71. *n.* 4. Farin. *d. cons.* 157. *n.* 5 *&* *d. q.* 143. *n.* 194. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 18. *sub num.* 16. Tiraq. *de legib. connub gloss.* 1. *p.* 1. *num.* 22.

Neque dicta sæuitia inducitur ex vnico actu Roland. *d. cons.* 27. *n.* 12. Aldobr. *d. cons.* 71. *n.* 8. *lib.* 1. Bald. *cons* 176 *sub n.* 3. *vers. & si mulier*, vbi quòd si mulier dicat quod fuit verberata semel in decem annis, ista non fuit sæuitia, sed correctio, quódque vir sapiens debet dictum malos mores corrigere ne transeant in consuetudinem, cum aliis per Sanch. *d. disp.* 18. *sub n.* 16. *vers. adde ex vnica verberatione*, sed debet constare quòd vir sit solitus frequenter sæuire vltra modum in vxorem. Farin. *d. q.* 143. *n.* 203. & fuit firmatum *in dicta Neapolitana separationis thori*, coram bon. mem. Buratto.

Quinimò nec sufficit sæuitia præterita, & sic quòd præterito tempore sæuierit atrociter in vxorem, sed necesse est quòd adsit probabilis timor, quòd etiam in posterum vir sæuiat in vxorem, Abb. *in d. cap. ex transmissa, n.* 2. *de restit. spoliat.* Sanch. *d. disp.* 18 *sub n.* 16. *vers. secundò existimo*; imò ad hunc effectum sufficit solus metus futuræ sæuitiæ, & alicuius grauis mali, Sanch. *d. disp.* 18. *n.* 10. *&* 19. Farin. *d. q.* 143. *n.* 140. Rot. *in d Rom separation.*

Deinde requiritur quòd mulieri trepidanti non possit sufficiens securitas prouideri, vt per text. *in præsenti, & in c. transmissa, eod. tit.* tenet Aldobr. *d. cons.* 71. *n.* 3. *l.* 1. *& infra latius n.* 13. Illud tamen aduertendum 9

duxi

duxi teneri virum mulieri à se fugienti propter eius sæuitias, & mala tractamenta, seu aliàs cum causa, & culpa ipsius viri, alimenta præstare in domo in qua inhabitaret, Lara *in l. si quis à liberis, §. si vel parens, n.65. cum seqq. & §. si quis ex his, n.210.* Peguer. *decis.20.* Guttier. *d.c.14.n.7.* Valasc. *d.c.6.n 58. & cons. 1.n.4 & 5.* Farin. *in praxi crimin. q 43.n.136.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.1. concl.17. consid.3.n.8.* vbi *n.9. cum seqq.* asserit alimentorum nomine comprehendi & expensas in lite faciendas, quæ quidem alimenta à viro vxori sunt præstanda, quamvis maritus nullam dotem habuerit, Guttier. *d cap.24. n 7.* Thesaur. *Pedem. decis. 130 num.2.* D. Barbos. *ff soluto matrimon. in rubr. p.3. post num 41. & n.43.* An autem isto casu communicentur quæsita inter virum, & vxorem separatam, vide Perez *l. 4. gloss.1. pag.164. vers. quid autem erit, & pag.170. tit.4. lib.5 Ordin.*

10 *Quoniam omne quod non est ex fide peccatum est,* &c.] Hanc auctoritatem D. Pauli *ad Roman. 14.* secundùm communem SS. Patrum sensum explicaui *ad rubr. de summa Trinit. & fide Cathol.n.2.*

11 *Ad restitutionem plenariam debet Ecclesiasticis censuris compelli.* Notatur ad hoc quòd potest iudex Ecclesiasticus censuris coniuges ad cohabitandum compellere, & vi adducere coniugem, qui separatus est, vt per Couar. *de sponsalib. p.2. c.7. in princ. num.1.* post Brunel. Abb. Dec. Alex. de Neuo, Matiens. Cuch. & alios, Sanch. *lib.9. disp.4 n 6.*

12 *Alioquin sufficienti,* &c.] Ergo cautio pignoratitia, vel fideiussoria desideratur, vt coniux probabiliter timens alterius coniugis sæuitiam, teneatur cum illo cohabitare, gloss. *verbo, sub cautela, in cap. de Benedicto 12.q.1.* Ceual. *commun. contra commun q.66 n.9. & 10.* post Lancelot. Fr. Emman. Veg. & alios, Sanch. *disp.18. n.40.* nomine enim sufficientis cautionis intelligitur pignoratitia, siue fideiussoria, vt dixi *ad gl. verbo, sufficienti, in cap. ex transmissa, sup. hoc tit.* Si verò vir discretus sit, & emendatæ vitæ, itavt iudex arbitretur attenta sæuitia probata, & circunstantiis concurrentibus satis consuli vxoris incolumitati iureiurando præstito, non est opus alia cautione, vt resolvit Sanch. *d. disp.18. n.42.*

13 *Non solùm non debet illi restitui,* &c.] Notatur ad hoc quòd quando sæuitia coniugis est tanta vt nulla securitatis cautio sufficiens ab alio præstari possit non est restituendus coniux spoliatus, sed sententia diuortij pronuntianda est, vt per Abb. *hic num.7.* Gautier. *Canon. lib. 1. q.24.n.7.* Rot. *in Romana separationis thori 1 Martij 1630.* Coram R.P.D. Merlino D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. p.2. n.20. in finem, & n.27.* Sanch. *d. disp.18. n.31.* Seraphin. *decis.226. n.3. p.1.* Bellet. *d.§ 4 n.94. prope finem,* vbi citat Alexand. *cons.78. n.4. volum.5.* Rimin. Iun. *cons.174. num.12.* Cephal. *cons 384. num.70. volum.3.* & Turret. *cons.15. num. 36. volum. 2.* Arbitrabitur autem iudex quanta subsit sæuitia quòd non possit prouideri vxori remedio cautionis, Cephal. *cons.384. in fine,* Menoch. *de arbitr. casu 139. in fine* Guttier. *d. q.24. num.10.* Sanch. *disput. 18. num. 32.* Basil. Pontif. *de matrimon. lib. 9. cap.13. num.5. ad fin.* Seraphin. *decis.226. num.1.* Rot. *decis. 39. num.2. & decis. 156. num. 3. post 1. vol. cons. Farin.*

14 In gloss. *In tua, 1.* Notatur ad hoc quòd consuetudine possunt inferiores Episcopo acquirere facultatem cognoscendi de causis matrimonialibus, vt per Couar. *de sponsalib. p.2 cap.8.§.12. num.1.* Palat. *in repet. cap. per vestras, de donation. inter virum, notat.2. §.1. num. 27. & 33. & notab. 3. §.1. num. 2.* Nauar. *cons.1. sub tit. de officio deleg. num.5. in antiq. & conj. 3. sub eod. tit. in nouis,* & hanc consuetudinem, si sit immemorabilis, non sustulisse Concil. Trident. *sess.24. de reformat. c.20. vers. ad hæc,* referunt decisum in sacra Concilij Trident. Congreg. additio ad Nauar. *d. cons.3.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloss.33. n.5.* quos refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part.3. allegat.84. num.5.*

In gloss. *Diuertit.* ibi, *sed contra credo,* &c. Notatur ad hoc quòd si ipse vir se vxore spoliet eam domo expellendo absque iusta causa, etiam tunc eam repetens est restituendus si ipsa redire renuat, ita Sanch. *lib.10. disp.12. n.17.* 15

In ead. gloss ibi, *Nec etiam exceptio rei iudicatæ locum habet ibi.* Hanc glossæ doctrinam esse veram dicit Imola *hic num. 12.* quando incontinenti probaretur aliquid contra ipsam sententiam, aliàs in dubio stare debere sententiæ, ex *c.1. vt lite non contestat.* refert Sanch. *d. disp.12. n.20.* 16

In gloss. *Non potest,* ibi, *idem credo de gradibus diuina lege prohibitis.* Notatur ad hoc quòd in nullo impedimento iure diuino naturali matrimonium dirimente potest Summus Pontif. dispensare, vt per Couar. *de sponsal. p.6. c.6. §.10 n.10.* Nauar. *in man. c.22. n 84.* Petr. Ledesm. *de matrim. q.55. art.6. circa primum statum affinitatis, differ.1 concl.1.* Sanch. *lib.8. de matrim. disp.6. n.10. cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.31. num.139.* 17

In gloss. *Viam mediam.* Notatur ad hoc quòd media via est eligenda, vt per Thom. de Thomas. *reg.178.* vbi declarat procedere quando ius, vel sententia non potest magis adaptari ad vnam partem, quàm ad aliam, refertur *in libello de principijs virtutum quæ iuris ad lit. M. num. 19. in med.* & vide quæ dixi *in tract. de Axiomat. iuris vsufreq. Axiom.23. n.2. & Axiom.145. num 5* 18

In gloss. *Et infra.* Nota partem concisam, seu resecatam pertinere sæpiùs ad plenum Pontificiarum dispositionum intellectum, vt obseruaui *suprà ad proœm. Decret. in verbo, hac tamen compilatione.* 19

In gloss. *Per Decretalem,* ibi, *quia loquuntur in possessione.* Vide Tract. *in tract. le mort, p.6. declarat. 5. num.4.* 20

In gloss. *Diuina lege.* Notatur ad hoc quòd omnes gradus *Leuitici 18.* expressi obligant in Lege noua, ac proinde in illis fuerit prohibitum iure ipso naturæ matrimonium, vt per Abb. *hic num 6. & 12.* Imola *num.6.* Paris. *consil.68. à num.369. vol.4.* & citatos à Sanch. *lib.7. disp.12 n 5* vbi *n.6.* resoluit non omnes illos gradus consanguinitatis, & affinitatis *Leuit. 18.* obligare in lege Euangelica, cum quo *numeris seqq.* prosequere ad plenam huius dubij resolutionem. 21

Tenet hæc gloss. secundum gradum in linea inæqualis transuersalium, hoc est, inter patruos, & consobrinas, & consobrinos, & amitas iure diuino ad nuptias prohiberi, atque ideo Roman. Pontificem in eo non posse dispensare, sequuntur post alios *hic* Abb. *num.17.* Imol. *num.13.* Zabarell. & reliqui communiter scribentes, idem repetit gloss. *in c. gaudemus, de diuort.* Præpos. *ad arborem num.12.* Paul. & Maior. *in 4. dist.40* Sylvest. *verbo Papa q.17.* Viguer. *cap.16. §.7. vers. 9.* Sed contrariam sententiam veriorem esse profitentur, sequuntur Bonau. Scot. & Durand. ac reliqui Theologi communiter *in 4. distinct.40.* vbi Sot. *dist.41. art.4. vers. ad tertium,* & post Caietan. Specul. *part.1. art 41. concl.5. & part.2. art.15* Couar. *de sponsalib. part.2. cap.6. §.10. num.6.* Anchar. *cons.117.* & alij plures, quos refert, & sequitur Sanchez *de matrimon. lib.7. disput.52. num.8.* Nec obstat text. *in præsenti,* dum ait, præsertim in gradibus diuina Lege

prohibitis, & paulò post, cùm in illis dispensari non possit, quo loco Pontifex agens de gradibus prohibitis in Leuitico definit non posse dispensare quasi gradus illi omnes Lege diuina naturali adhuc obligante prohibeantur, quia respondetur Pontificem ibi agere de gradibus prohibitis Lege diuina veteri iudiciali, vt glossi & communis *hic* exponit, solent enim Romani Pontif. leges iudiciales Ecclesiasticis constitutionibus renouare, & quasi inuiolabiles obseruare, non quasi diuinarum legum hodie vim habeant, sed propter earum bonitatem, & commoditatem, cùm enim Deus Opt. Max. eas ad populi sui gubernationem dederit olim, dubitandum non est, quin maximè sint vtiles, ac necessariæ, meritóque ad iustificandas leges humanas adducuntur, provt etiam fit *in cap. parochianos, & in cap. tua nobis, cum seqq. de decim. & in cap. 1. de homicid. & toto tit. de iniuriis*, qua ratione *in hoc text.* Pontifex ait non posse dispensari, non quia lex diuina sit obligans, aut quia si dispensatio facta sit non valeat, sed quia non expedit in illis gradibus dispensari, nec mirum est, quòd super prohibitione iuris humani text. dicat dispensari non posse, quoniam cùm lex est adeò iusta, & Reip. necessaria, vt non expediat in ea dispensari, non fiet sine peccato dispensatio, requirit enim omnis humanæ legis dispensatio causam iustam ad bonum commune pertinentem, vt docet D. Thom. 1.2.q.97. art.4. Caiet. *in summ. verbo, disputatio*, Sot. *lib.1. de iustit. art. vlt quæst. vlt.* Couar. *d. cap 6. §. 9. num.7.* Cùm ergo personæ prohibitæ in Leitico adeò sint sanguine coniunctæ, & inter eas requiratur quædam conseruandæ honestatis, & puditiæ naturalis ratio, licèt non sit ad documentum sufficiens per se, nihilominus suadet esse ab illis nuptiis abstinendum, & ideò rectè fit, vt in illis non detur dispensatio, & quod non expedit vt fiat, rectè Pontifices aiunt fieri non posse, iuxta *l. filium, C. de condit. instit. & in c. non liceat Papæ*, 12.q.2.

22 In gloss. *Offeruntur in continenti.*] Notatur ad hoc quòd restitutio minimè est differenda probationibus in promptu paratis, excepto quando opponitur impedimentum dirimens matrimonium, vt per Couar. *de sponsalib. p.2.c.7.§.5.n.9.* Menoch. *illustr. lib.2.c.88. n.2.* Anton. Gabr. *comm. opin. tom.3 lib.5. de restit. spoliat. concl.1.n.43.* Menoch. *remed.1. recup. n.114 & n.259. cum seqq.* optimè Sanch. *lib.10. disp 12.n.22.* Sic etiam si negaretur matrimonium, & essent in promptu probationes, admitti debent, ac retardatur executio propter periculum animæ, & timorem peccati ne daretur cohabitatio illicita, Alex. *in l. naturaliter, §. nihil commune, n.20.* vbi Rip. *sub n.83. ff. de acquir. possess.* Couar. *de sponsal. p.2.c.7.§.5.n.9. post med.* Gabr. *comm. sub hoc tit. concl.1.n.150.* Rota *decis.147.n.30.* apud Farinac. *p.1. recent.*

23 In gloss. *Tolerare.* Notatur ad hoc quòd coniux impedimenti conscius si ab Ecclesia excommunicetur, quia debitum negat, talis excommunicatio verè coram Deo non ligat, vt per Vict. *in sum. de matr. n.268.* Sanch. *lib.2. disp.39.n.9.*

24 In gloss. *Sufficiens*, ibi, *ergo multo minus*, &c. Notatur ad hoc quòd propter viri sæuitiam, & timorem offendendi vxorem impeditur eiusdem vxoris ipsi viro restitutio, vt per Menoch. *de arbitr. casu 137. n.5.* Mascard. *d. concl.1018.n.5.* D. Barbos. *in d. rubr. ff. soluto matrim. p.2. sub n.18.* Sanch. *d. lib.20. disp.18.n.2.* Farin. *d.q.143.n.133.*

SVMMARIVM.

1 *Possessio non acquiritur per solam traductionem mulieris ad domum viri factam non præcedentibus sponsalibus etiam inualidis, vnde ea recedente propria auctoritate non competit restitutio.*
2 *Restitutio quoad copulam non conceditur quando matrimonium nondum fuit consummatum.*
3 *Traductio ad domum hodie non facit transire sponsalia in matrimonium de præsenti, nisi in traductione ipsa nouus consensus coram Parocho, & testibus exprimatur.*
4 *Minor restituendus est circa religionis professionem.*
5 *Minor an in spiritualibus possit petere restitutionem in integrum, remissiuè.*
6 *Minor xxv. annis si renuntiauit beneficio suo, an possit implorare beneficium restitutionis, remissiuè.*
7 *Vtilitas debet augeri, non minui per dignitatem.*
8 *Restitutio in integrum minori læso in contractu matrimonij etiam in dotis constitutione non datur.*

CAP. Ex Parte. XIV.

QVando non præcesserunt, nec sunt sequuta sponsalia, vel consensus legitimus, sed vir traduxit mulierem in domum suam, & mulier discedens vult alteri nubere, vir non potest petere restitutionem mulieris, quia non fuit spoliatus, & mulier potest agere per procuratorem. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Host. Henric. Butr. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif pag.* 100. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 224. remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect.3. Decret lib.2. tit.6. c.4.* 1

Restitui nequaquam debeat, &c.] Notatur ad hoc quòd restitutio etsi integra petatur, nimirum quoad copulam, non conceditur quando matrimonium nondum fuit consummatum, vt per Abb. *hic n.25.* D. Barbos. *in rubr. ff. soluto matrim. p.2. n.8.* Sanch. *de matrimon. lib.2. disp.41.n 50. & p.7. disp.112. n.2.* vbi asserit text. *in præsenti* de sola restitutione quoad habitationem, & alia obsequia agere, atque ita solùm traductionem ad domum petere. 2

Cùm per solam traductionem, &c.] Ergo si præcessissent sponsalia, transiissent in matrimonium de præsenti per traductionem ad domum, quod hodie correctum est attenta noua Concilij Trident. dispositione, nisi enim in traductione ipsa nouus consensus coram Parocho, & testibus exprimatur, nisi traductio efficeret, Perez *l.1. gloss.5. pag.41. vers. quarto, tit.1. lib.5. Ordinam.* Matiens. *ad rub. tit.1. gl.1.n.55. cum seqq. lib.5. noua recopil.* Spin. *in speculo testam. gloss.15. n.65. vers. etiam dicendum*, Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.1. compar.13.n.7.* Ego ipse *de offic. & potest. Episc. part.2. alleg.32.n 150.* 3

In gloss. *Quamvis*, ibi, *similiter in voto.* Notatur ad hoc quòd minor restituendus non est circa religionis professionem, vt per Maurit. *de in integr. restit. c.246.* Sfort. Odd. *cod. tract. p.2. q.6. art.4.n.23* Cald. Pereira *in l. si curatorem, C. de restit. in integrum verbo, contractum, n.28.* Peregrin. *de iure fisci, lib.5. tit 2.n.46. cum seqq.* Flamin. *de resign. lib.3. q.7. n.2.17. & 60.* quos refert, & sequitur Sanch. *de matr. lib.7. disp.37.n.21. vers. quarationc.* 4

In ead. gloss. ibi, *sed nunquid minor potest petere restitutionem in integrum in huiusmodi spiritualibus*, &c. Disputat Ceual. *comm. contra comm. q.831.* 5

In ead. gloss. ibi, *sed si minor xxv. annis renuntiauit beneficio* 6

beneficio suo, nunquid possit implorare beneficium restitutionis? Vide Couar. *var. lib. 1. c. 5. n 3.* Azor. *instit. moral. p. 2 lib. 7. c. 20. q. 9.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 10 tract. 2. n. 334.*

In ead. gloss. ibi, *quia vtilitas debet augeri, non minui per dignitatem.* Vide Perez *l. 4. gloss. 1. tit. 4. lib. 4. Ordinam.*

Denique notatur hæc gloss. ad hoc quòd restitutio in integrum minori læso in contractu matrimonij etiam in dotis constitutione non datur, Boër. *decis. 350. n. 5.* Mauric. *de in integr. restit. c. 245.* Sfort. *eod. tract. p. 2. q. 60. art 1. n. 3.* Surd. *de aliment. tit. 7. p. 17. n. 14.* quos refert, & sequitur Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. differ. 6. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Interdictum, Vnde vi, non competit contra illum, qui non spoliauit, nec spoliari mandauit, nec spoliationem ratam habuit.*

2 *Offendens, seu occidens iniuriam inferentem principali suo, amico, domino, vel consanguineo, non præsumitur de eius mandato occidisse si delictum sit momentaneum, n. 3. secus si de scientia domini appareat, n. 4.*

5 *Famulus delinquens in extractione rerum prohibitarum nocet domino si sciuerit.*

6 *Spolium non solùm per possessionem partis, sed etiam per publicum instrumentum in re tempore ejectionis confectum probari potest.*

7 *Possessor olim, etiam hodie possessor præsumitur.*

8 *Interdictum, Vnde vi, non datur nisi contra illum, qui deiecit.*

9 *Spolij actio in rem scripta competit successori, & contra successorem.*

10 *Ecclesiasticis rebus potest agi contra quemlibet possessorem.*

11 *Appellatio competit aduersus sententiam latam super possessione momentanea.*

12 *Decretum iudicis in possessorio p'enario habet vim sententiæ diffinitiuæ.*

13 *Officialium scientia quando arguat scientiam domini, ostenditur.*

CAP. Cùm ad sedem XV.

1 INterdictum, Vnde vi, non competit contra illum qui non spolianit, nec mandauit spoliare, nec ratam habuit spoliationem, quæ si non probatur per testes, vel partium confessionem in iudicio, vel per instrumenta, vel per euidentiam facti, si quæ fuit lata sententia cassatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Butr. Panorm. Anch. Henric. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 100.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 234.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 2 tit. 6. c. 5.*

Et pertinentiis.] Appellatione pertinentiarum quæ veniant in statutis, legibus, & aliis quibuscunque dispositionibus de eis mentionem facientibus tradunt omnes *in præsenti*, Collect. *n. 9.* Innoc. *vers. & dic quando pertinentiarum nomine*, Ioan. Andr. *vers. pertinentiarum autem nomine*, Abb. *vers. sed nunc quæro*, Card. *cons. 47. vers. ad illud*, Calder. *cons. 6 de verbor. signif.* Xuar. *allegat. 7. ex n 13. & allegat. 8. num. 14.* Roland. à Valle *cons. 10. ex n. 34. lib. 3.* Grauet. *cons. 895.* Bursat. *cons 5. n. 7. 24. & 25. volum. 1.* Bertachin. *in repert. p. 4. verbo pertinentiæ*, Gail. *lib. 2. obseru. 3.* Valasc. *de iure emphyt. q. 51. num. 3.* Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 14. num. 32. cum seqq.* Anton. Gabr. *commun. lib. 6. tit. de verborum signific. concl. 10.* Matiens. *l. 1 gl. 12 tit. 10. lib. 5. noua recop.* Menoch. *cons. 378. ex num. 26. & cons. 145. num 24. & de præsumpt. lib. 3 præs. 99.* Card. Tusch. *practic. concl. lit. P. concl 323.* Salgado *de protect. Regia tom. 1. p. 4. cap. 10. num. 88. cum seqq.* plures per me citati *in tract. de appellat. verborum vtriusque iuris signific. appell. 200.*

Cumanen. Episcopi nuntius, &c.] Notatur ad hoc 2 quòd nuntius, famulus, consanguineus, amicus, seu filius occidens seu aliquo modo offendens eum, qui iniuriam intulit principali suo, domini consanguineo, amico, seu filio, non præsumitur occidisse, seu offendisse de mandato eius, qui iniuriam recepit, & in cuius commodum, & vtilitatem tale delictum redundabat, vt per Bernard. *reg. 183. in princ.* Menoch. *remed. 1. recup. n. 56.* Rebuff. *ad l. 40. §. familiæ, vers. regulæ est, ff. de verbor. signific. pag. 222.* Mascard. *de probat. conclus. 1003. num. 30. & concl. 1012. num. 2. & concl. 1300. à n. 1.* latè Farin. *in praxi crimin. p. 1 134. à n. 67.*

Amplia procedere in delicto momentaneo, quia 3 tunc dominus non præsumitur illi consensisse, secus quando huiusmodi delictum habet tractum successiuum, vt per Rebuff. *loco proximè citato, vers. secundò non procedit*, Menoch. *de præsumpt. lib. 5. q. 27 num. 12. & 13.* Mascard. *de probat. concl. 1411. n. 16.* D. Barbos. *in l. si mora, num. 41. ff. soluto matrim.* Farinac. *d. q. 134. à n. 73.*

Limita nisi de scientia domini appareat, Rebuff. 4 *vbi proximè, vers. tertiò flectitur.* Vnde famulum delinquentem in extractione rerum prohibitarum, vel in venditione nocere domino si sciuerit, tenet Bobadil. *in sua politica lib. 4. c. 5. n. 3.* in dubio verò præsumitur ignorantia in domino, consanguineo, amico, & parte in cuius vtilitatem, seu vindictam delictum ab altero commissum fuit, Menoch. *d. q. 27. num. 4.* Thesaur. *Pedem. decis. 138. num. 28.* Farinac. *d. q. 134. num. 94.*

Nec per dicta testium, vel confessiones partium, &c.] Ergo attestationes, & partium confessiones inter se differunt, idem probat text. *in cap. in præsentia, in princ. de renuntiat.* text. melior *in cap. cum causa, pen.* ibi, *ex probationibus viri, vel ex mulieris confessione, de raptorib. & in cap. at si clerici, 4. in princ.* ibi, *coniuncti fuerint, vel confessi, de iudic. & in cap. cùm olim, 24. in fine, de verbor. signif.* & hanc sententiam sequitur, & latè defendit Tyndar. *in tract. de testib. lib. 2. cap. 7. num. 1.* Non obstat quòd partis confessio probatio est, & liquidissima, per quam iudex instruitur in causa, *Clement. constitutionem, in fine*, ibi, *probationem tamen per aduersarij confessionem*, &c. *de elect.* quia respondetur secundum aliquos confessionem non esse propriè probationem, imo magis ab onere probandi releuare, & ea de causa rubricam de confessis ante rubricam de probationibus in hoc volumine positam fuisse, provt tanquam veriorem sententiam sequuntur Abb. *num. vlt.* & Doctores communiter *in d. rubr.* Perez *ad l. 5. tit. 8. lib. 3. Ordin.* Vel rursus melius responderi potest testimonium esse quidem probationem, quemadmodum similiter confessio dicitur probatio secundùm meliorem & probabiliorem sententiam, & continetur sub genere probationis, nihilominus tamen tanquam diuersas species inter se distinctas maximè differre, eo quòd confessio in causa propria, testimonium verò in causa aliena manifestationem facit, vt per se patet. Vnde aduertendum, quòd licèt

testimo

testimonium sit confessio propria, respectu ipsius testificantis, & ita procedat text. *in cap. per tuas, de prob. & in l. generaliter, C. de non num pecun.* non tamen talis dicitur respectu personæ, pro qua, vel contra quam profertur, iuxta supradicta.

6 *Vel etiam instrumenta.*] Notatur ad hoc quòd spolium non solùm per confessionem partis, vel per testes, sed etiam publicum instrumentum in re temporis electionis confectum probari potest, vt per Mascard. *de probat. concl.* 1329 *à n.* 1.

In gl. *Et pertineatu*, ibi, *sed qualiter procedetur*, &c. Notatur ad hoc quòd in litis exordio, siue principio, & in respicientibus eius ordinationem magis actori quàm reo fauendum est, in medio autem æqua lance vtique fauendum est, id, tam actori quàm reo vt veritas indagetur, & in fine magis fauendum est reo vt in dubio absoluatur, ita Gail. *lib.* 1. *obseru.* 31. *sub n.* 9. Bernard. *reg.* 155. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2 *præs.* 90. *n.* 18. Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuilia & crimin. differ.* 164. *n.* 5. vbi *n.* 6. aduertit quod *suprà dixi*, videlicet vt circa media causæ faueatur æqualiter vtrique tam actori quàm reo, non est verum in criminalibus, & *n.* 7. declarat illud dictum quòd in fine causæ & sic in sententiando magis fauendum sit reo quàm actori, vt non procedat si fiscus, vel Ecclesia sint actores, quia vbi probationes essent pares, in fauorem illorum sententia in ciuilibus tantùm erit ferenda.

7 In gloss. *Diuitum.* Notatur ad hoc quòd olim possessor, & hodie possessor præsumitur, vide *ad c. olim*, 17. *n.* 8. *inf. hoc tit.*

8 In gloss. *Interdictum, fin.* ibi, *nam interdictum, Vnde vi, non datur nisi contra illum, qui deiecit*, &c. Vide Rot. *Bononien. decis.* 12. *n.* 1. *cum seqq.* Tiraq. *in tract. le mort, p.* 6 *declar.* 4. *n.* 8. Menoch. *remed.* 1 *recup. n.* 410. vbi resoluit quòd si testator dum vixit fuit spoliatus, cessat tunc possessionis continuatio, & per consequens spoliatio in hæredis personam, nisi intra annum

9 spoliati hæres nomine testatoris agere velit. Actio verò spolij in rem scripta competit successori, & contra successorem, vt per Abb. *hic n* 20. *&* 27. Afflict. *decis.* 361. *n.* 33. Cassad. *decis.* 3. *sub hoc tit.* Rota *decis.* 476. *n.* 2 apud Farin. *p.* 1. *recent.*

10 In ead. gloss. ibi, *Videtur tamen quod in rebus Ecclesiasticis posset agi contra quemlibet possessorem.* Vide Menoch. *remed.* 1 *recup. n.* 6 *ictum seqq. n.* 90.

11 In ead. gloss. ibi, *A sententia lata super possessione momentanea appellatur.* Notatur ad hoc quòd iure Canonico regulariter à meris possessoriis licita est appellatio quoad vtrumque effectum deuolutiuum, & suspensiuum, vt per Duen. *reg.* 94. Couar. *pract. c.* 17. *sub n.* 7 Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *tit de appel. n.* 295. Lancell. *de attent. p.* 2 *c.* 12 *limit.* 15. *n.* 18. Ozasc. *Pedem. decis.* 25. *n.* 18. *in fine*, Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 28. *n.* 19. *&* 20. Felician. Solis *de censib. lib* 3. *c.* 1 *sub n.* 11. Cæs. Contar. *in rep. l. vnic. C. si de mon. possess. limit.* 3. *n.* 2. *&* 5. Pontan. *de spol. lib.* 4 *c.* 1. *n.* 41. *vers. verum*, Menoch. *remed.* 4. *adipisc. q.* 110. *n* 840. Achil. Personal. *de adipisc. n.* 346. *vers. & quamvis*, *pag.* 269. Marchesan. *de commission. pag.* 242. *n.* 86. *p.* 1. Non obstat *cap. fin. vers. de possessione* 2. *q.* 6. quia continet verba Gratiani, ac proinde non habet vim Canonis, Conrad. *in d. l. vnic. in* 2. *ratione decidendi n.* 31. Scacc. *de appell. q.* 17. *limit.* 6. *mem.* 7. *n.* 2. Salgado *de protect. Regia tom.* 1 *p.* 3. *c.* 12. *n.* 76.

12 quia decretum iudicis in possessorio plenario habet vim sententiæ diffinitiuæ, censuit Rota *decis.* 227. *n.* 3. *p.* 1. apud Farin. *in recent.* vide Menoch. *remed. vlt. retin. n.* 46. *&* 47. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 7. *consid.* 1. *num.* 1. Valasc. *consult.* 79. *num.* 18.

In ead. gloss. ibi, *Præsumendum est ex hoc de voluntate domini factum fuisse*, &c. Sunt qui teneant per hanc glossam Principem præsumi scire illud, quod sui officiarij faciunt, vt per Boër. *decis.* 277. *n.* 7. & ideo nobiles teneri de facinoribus famulorum resoluit Tiraq. *de nobilit. cap.* 37. *num.* 34. Aduerte in hac materia regulariter scientiam officialium arguere scientiam domini, quando officiales scientiam habuerunt vti officiales, secus si aliter, ex Bart. *in l. si publicanus, §. in omnibus, num.* 1 *ff. de publican.* Alexand. *cons.* 6. *num.* 3. *vers. vt enim verum, lib.* 1. Roman. *cons.* 2. *num.* 3. *vers. vt enim verum, lib.* 1. *num.* 26. *vers. quibus adde.* Surd. *decis.* 181. *num.* 16. *vers. & quam, & cons.* 566. *num.* 14. *vers. quarto*, quos citat Rota *decis.* 507. *num.* 2. apud Farinac. *p.* 1. *recent.* vbi *numeris seqq.* censuit officialium scientiam non arguere scientiam domini, quando illa prouenit ex actu non spectante ad dominum, vel quando non agitur de præiudicio domini, vel quando talis scientia prouenit ex actu modici momenti, vel inducenti præiudicium domino. 13

SVMMARIVM.

1 *Exceptio inopiæ de qua constat à clerico opposita impedit executionem sententiæ etiam lata in possessorio.*
2 *Actio est inanis quam inopia creditoris excludit.*
3 *Executio potest fieri contra clericos in redditibus beneficiorum, intellige vt ibi.*
4 *Clericus quando conuenitur ex maleficio, vel quasi non habetur ratio ne egeat.*

Cap Olim. ij. XVI.

SPoliator qui spoliatus fuit, nec habebat vnde restituat, non est cogendus ad restitutionem nisi priùs sit restitutus, vt habebat vnde restituat, alioquin actio, quam inopia debitoris excludit, esset inanis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Panorm. Butr. Anchar. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag* 101. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 234. remissiuè Ximen *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect* 4. *Decret. lib.* 2. *tit.* 4. *c.* 1. 1

Quoniam inanis est actio quam inopia creditoris ex- 2
cludit, &c.] Vide Boër. *decis.* 249. *num.* 2. Perez *l.* 6. *gloss.* 2. *post princ. tit.* 4. *lib.* 2. *Ordin. & l.* 25 *gloss.* 1. *vers. sed quid, tit.* 14. *eod. lib.* 2. metipsum *Axiom.* 85. *num.* 13.

Ad debitam partis restitutionem, &c.] Notatur ad 3
hoc quòd executio potest fieri contra clericos in redditibus beneficiorum, vt per Tiraq. *de retractu lig* §. 1. *gloss.* 7. *num.* 50. Couar. *var. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 9. Guillelm. *in cap. Raynutius, verbo, & vxorem, num.* 126. Aufrer. *ad Capell. decis.* 245. quod supradicti intelligunt modo nulla alia sint bona, in quibus possit fieri executio, & dummodo etiam ex eisdem beneficij fructibus dimittatur ipsis clericis congrua portio, vnde valeat cum seruis necessariis iuxta qualitatem suam alimenta percipere, quod etiam aduertunt Roman. *cons.* 369. *num.* 30. Gig. *de pensionib. q* 39. *n.* 4. Caccialup. *eod tract q* 11. *n.* 5. quos refert, & sequitur Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de clerico debitore*, §. 1. *num.* 11.

In gloss. *Restitutus, fin.* Notatur ad hoc quòd quan- 4
do clericus conuenitur ex maleficio, vel quasi, non habetur

habetur ratio ne egeat, imo pro debito descendente ex huiusmodi maleficio potest capi, & in carcere detineri, vt per Boer. *d. decis.* 349. *n.* 11. Baëçam *de inopedebitore, c.* 17. *n.* 13. Guttier. *de iuram. confirm. p.* 1. *c.* 17. *n.* 22. Hyppol. *in pract. § attingam, n.* 70. *vers. hanc tamen conclusionem intellige*, Farin. *in praxi crimin. q.* 26. *à n.* 11. *& q* 27. *à n.* 72.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionis quasi possessio non probatur per excommunicationis probationem, licèt aliquibus diebus fuerit obseruata, ideo petens restitutionem hoc solùm probato succumbit.*
2 *Episcopus iurisdictionis quasi possessionem non acquirit si subditi timore censurarum ipsi obtemperauerint.*
3 *Pensionis solutio facta à beneficiario metu censurarum ei non nocet, nec constituit pensionarium in quasi possessione percipiendi pensionem.*
4 *Iurisdictionis quasi possessio an & quando amittatur per actum obedientiæ violenter extortum, ostenditur.*
5 *Declaratur text in præsenti.*
6 *Constitutum inutile est si constituens non possidet.*
7 *Spoliato agenti possessorio recuperandæ satis est probare quod aliquando possederit ante spolium, licèt non probet quòd possederit tempore spolij.*
8 *Possessor olim, etiam hodie possessor præsumitur, si contrarium non appareat, etiamsi ex huiusmodi præsumptione resultaret, vel sequeretur delicti præsumptio, & n.* 9. *limitatur tamen si per decem annos non possideret naturaliter, vt n.* 10. *vel in ipsius possessoris præiudicium vt n.* 11.

CAP. Olim. *iij.* XVII.

1 RESTITUTIO Parochiæ non debetur illi, qui dicit se spoliatum, & probat eo solo, quia communicauit, & populus Parochiæ abstinuit ab ingressu timore excommunicationis Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Bald. Anchar. Panorm. Butr. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag.* 101. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 234. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 2. *tit.* 3. *cap.* 2.

2 *Timore sententiæ*, &c.] Doctores communiter colligunt ex his verbis Episcopum iurisdictionis quasi possessionem non acquirere si subditi timore censurarum ipsi obtemperauerit per aliquos dies à diuinis abstinentes, vt per gloss. *vlt.* & Abb. *num.* 6. *cum seqq. in præsenti.* Indèque solutionem pensionis factam à
3 beneficiario metu censurarum ei non nocere, neque constituere pensionarium in quasi possessione percipiendi pensionem, tenet, & comprobat latè Gig. *de pension. q.* 36. *per totam*, Put. *decis* 281. Seraphin. *de-*
4 *cis.* 1017. *num.* 6. Verùm constanter tenendum per actum obedientiæ violenter extortum amitti, & transferri quasi possessionem iurisdictionis; ratio est, quia ad acquirendam quasi possessionem vnicus actus sufficit adæquatus iuri, de quo agitur, vt communiter fatentur Doctores, constat autem ad vsum iurisdictionis nullum actum magis adæquatum reperiri, quàm prolatio censurarum, quibus subditi obtemperauerunt, sicut etiam esse noscitur solutio pensionis respectu ipsius pensionarij, neque iustum metum (quem censuras inducere fatemur cum *d. gloss. vlt. in præsenti*, & communi *in cap. cùm dilectus, sup. de his, quæ vi*, explicant Couar. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 3. §. 4. *à num.* 11. Padil. *in l. interpositas, C. de transact.*) dici potest impedire quominus possessio transferatur, nam per actum quantumcunque metu extortum amittitur quasi possessio, & in metum inferentem transfertur, idque non tam inuitis quàm volentibus possessoribus, ex illo generali principio, voluntas coacta voluntas est, cum aliis, quæ tradunt Doctores citati per me *ad cap.* 3. *super, vers. is contradicentibus, sup. hoc tit.*

Quare ad text. *in præsenti*, multipliciter respondere 5
conantur Doctores; nam communis interpretatur Episcopum hic non potuisse acquirere quasi possessionem iurisdictionis in præiudicium Abbatis ex facto subditorum abstinentium, quia non ipsi possidebant, sed Abbas, & ideo sine eiusdem scientia, & patientia incorporalium quasi possessio acquiri non potuit, iuxta *l.* 2. *C. de seruitut.* ita Abb. antiq. *hic n.* 13. Alex. *in l. quamvis, §.* 1. *num.* 8 *ff. de acquirend. possess.* Tiraquel. *de constituto, part.* 3. *limit* 1. *num.* 1. Alij verò intelligebant ideo obedientiam subditorum satis non fuisse *in hoc text.* quia iurisdictioni non aliter censetur vsus adæquatus censurarum, quam si subditi paruerint iis, quæ per censuras percipiuntur. Quæ quidem solutiones minimè satisfaciunt, illa verò facilis erit si aduertas text. *in præsenti*, minimè probare quod ex eo gloss. Abb. & alij communiter colligunt, non enim negat per actum obedientiæ censurarum metu earum extortum acquiri quasi possessionem iurisdictionis Episcopalis, sed iuris parochialis, vt patet, ibi, *super possessione iuris parochialis in parochia de Monte* &c. iuncto ibi, *nullam in eo iuris parochialis possessionem*, & ad finem, ibi, *possessionem in ipsis iuris parochialis*; quàm verò diuersa sint ius parochiale, & ius Episcopale, constat ex iis, quæ Abb. & alij communiter notant *rubr. de parochiis, & in cap. conquerente, sup. de officio Ordin.* & latè prosequuntur Læli. Zechi. *de Republic. Ecclesiast. cap.* 28. *de Parochiis*, Paul. Fusch. *de visit. lib.* 2. *cap.* 2 *&* 3. Indéque colliges longè veriorem, & receptiorem esse resolutionem eorum, qui dicunt pensionarium quasi possessionem percipiendi pensionem acquirere per vnicum actum solutionis, siue spontaneum, siue metu censurarum extortum, vt ex pluribus Rotæ decisionibus comprobat Nicol. Garc. *de benef. p.* 1. *c.* 5. *à n.* 451 & vltra *ibi* adductos, Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 113. *n.* 10. *c.* 310. *n.* 18. *cum seqq.* Maresc. *var. resol. lib.* 2. *c.* 22. *n.* 22. qui contrarias Doctorum sententias, & Rotæ decisiones conciliare nituntur, vt apud eos videre poteris.

Nullam in eos, &c.] Notatur ad hoc quòd constitu- 6
tum inutile est, si constituens non possidet, per Tiraq. *de iure mariti, §.* 3. *limit* 1 *n.* 1.

Vel prius etiam, &c.] Notatur ad hoc quòd spoliato 7
agenti possessorio recuperandæ satis est probare quòd aliquando possederit ante spolium, licèt non probet quòd possederit tempore spolij, vt per Alciat. *de præs. reg.* 3. *præs.* 21. *num.* 13. *&* 14. Couar. *in reg. possessor. part.* 2. §. 1. *sub n.* 4. *vers. mihi sane*, Mascard. *de probat. concl.* 1195. *num.* 1. iuxta regulam receptissi- 8
mam, quòd is, qui probat olim possedisse, si contrarium non appareat, etiam hodie possessor præsumitur, vt tenent Doctores communiter *in l. sine possidetis, C. de probat. & in l. non ignorabit, ex text. ibi, C. ad exhibendum*, & ita fatentur Ripa *in cap.* 3. *num.* 32. *sup. hoc tit.* Couar. *ad reg. possessor, part.* 2. §. 1. *n.* 14. Garc. *reg.* 175. Anton. Gabr. *commun. tit. de præsumpt. concl.* 10. Menoch. *remed.* 15. *recuper. num.* 386. & plenius *de*

præsumpt.

præf. lib. 6. præf. 64. vbi multiplici ratione confirmat, *& conf. 21. n. 7.* Mench. *illustr. c. 58. n. 6.* Flamin. *de resignat. lib. 13. q. 5. n. 115.* Nicol. Garc. *de benef. p. 6. c. 3. n. 75. cum seqq.* Card. Tusch. *tom. 6. lit. P. concl. 417. à princ.* Stephan. Grat. *discept. forens. c. 310. n. 57.* & esse theoricam, quam tota iuris interpretum tam Pontificij, quam Cæsarei schola sequuta est, asserit Mascard. *concl. 1200. in princ.* & Alciat. *d. præf. 21. reg. 2.* Rot. *decis. 4 n. 11. & 12. p. 2. diuers. & in Adiacen. Parochialis 12. Maij 1625.* coram bon. mem. Vbaldo Vnde Rota *decis. 24 n. 7.* apud Farin. *p. 1. in recent* censuit possidentem de præsenti non præsumi possedisse de præterito, quando constat quòd de præterito alius possidebat; in dubio verò qui probat initium possessionis, præsumitur etiam hodie possessor, Alciat. *d. præf. 21. à princ.* Gom. *l. 50. Tauri, n. 37.* Rebuff. *de pacificis possess. n 269.* Flamin. *lib. 3. q. 6. n. 76.* & qui probatur semel dominus, semper præsumitur retinuisse dominium, etiam post mille annos, Fichard. *tom. 1. comm. opin. lib 4 tit. 9. n. 340. pag. 510.*

9 Amplia regulam illam, quod olim possessor, etiam hodie possessor præsumitur, vt procedat etiamsi ex huiusmodi præsumptione resultaret, vel sequeretur delicti præsumptio, ita ex Alciat. *d. præf. 21. reg. 2. limit. 8.* resoluit Mascard. *d. concl. 1201. n. 28.* Et etiam respectu successoris particularis, vel vniuersalis, quia allegare potest possessionem, quam aliquando habuit ille, à quo causam habuit, fuisse ab eodem continuatam vsque ad mortem, quia nunquam præsumitur mutata, sed potiùs semper fuisse penes eum, qui aliquando in possessione fuisse probatur, ita post Bart. & Alciat. communem testatur Mascard. *d. concl. 1201. n. 14.* Menoch. *d. præf. 64. n. 17.*

10 Limita regulam, vt non procedat quando olim possessor allegans se hodie possidere iam diu, post decem scilicet annos, non possidet naturaliter, nam per lapsum decennij præsumitur amissa possessio, vt probat text. *in l. furtum, §. fundi, ff. de vsucap.* & ex Bart. tenere Doctores communiter testatur Alciat. *dicta præf. 21. limit. 6.* Tiraq. *de constit. limit. 21.* Anton. Gom. *l. 45. Tauri, n. 102. l. 3.* Couar. *d. p. 2. §. 1. n. 5.* Guttier. *de iuram. confirm. p. 3. c. 18. n. 2.* Mascard. *d. concl. 1201. à n. 32.* Menoch. *d. præf. 64. à n. 42. & lib. 6. præf. 66. à n. 3.*

11 Limita etiam, vt procedat huiusmodi præsumptio in fauorem possessoris, veluti ad vsucapionem, & interdictum Recuperandæ, non verò in ipsius præiudicium, ita Ripa *d. c. 3. n. 27. cum seqq.* Mascard. *d. concl. 1201. n 45.* post Couar. & alios, quos refert Menoch. *d. præf. 64. à n. 29.* plures alias declarationes, limitando, & ampliando prosequere cum citatis in discursu.

Cum ipsum non constiterit spoliatum.] Ergo Prælatus nomine Ecclesiæ, vel Prælaturæ potest agere tam in petitorio, quàm in possessorio, ne dum Recuperandæ, sed etiam Retinendæ, Abb. *in cap. cum super n. 19. 20. & 21. de causa possess. & prop. & in cap. literæ, n. 3. vers. circa primum, de dilation.* etiam quod ipse Prælatus fecerit inutilem contractum, & habuerit se pro spoliato, quia cùm ex inutili contractu facto per Prælatum possessio non transferatur, Bart. *in l. 1. §. si vir vxori, n. 3.* Iason. *n. 28.* Bolognet. *n. 64. ff. de acquirend. possess.* Veral. *decis. 182. n. 9. p. 3.* nomine Prælaturæ, vel Ecclesiæ potest petere manutentionem, Verall. *loco allegato*, Seraphin. *decis. 1417. n. 3.* addent. *ad decis. 116. Gregorij XV.* Rot. *in Theatina iurisdictionis S. Ioannis 19. Maij 1621. vers. & vlterius fuit consideratum.* Prælatura namque & Ecclesia. provt pupillus, sunt tales vt non possint perdere possessionem, Bart. *in d. l. 1. §. si vir vxori, num. 3.* quem sequitur Paris. *consil. 27. num. 7. vol. 1.* ita eleganter Rot. *in Colimbrien. præstimoniorum 10. Decembris 1631.* coram R. P. D. Dunozetto.

In gloss. *Timore*, ibi, *nota timorem*, &c.] Intellige si excommunicatio iniusta est, nec potest de facili adiri superior, cum Couar. *de sponsal. p. 2. n. 3. §. 4. n. 12.* 12

SVMMARIVM.

1 *Recipiens scienter rem inuasam à spoliatore, tenetur eam spoliato restituere, licèt non probet dominium.*
2 *Interdictum, Vnde vi, datur contra tertium, ad quem succedentem in vitium scienter, illa violenta possessio peruenit.*
3 *Spoliatus restituendus non est si culpa, & facto suo à possessione cecidit.*
4 *Iura pro eodem reputant auferre, & detinere iniustè.*
5 *Succedens scienter in vitium violentiæ tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis, & de omni eo, quod erat in fundo, tempore, quo successit in eo, licet ad illum non peruenerint.*

CAP. Sæpè. XVIII.

SPoliator si distraxit in rem in alterum scientem, spoliatus habebit beneficium restitutionis contra retinentem scienter. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Panorm. Butr. Anch. Ripa, Cujac. Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 102.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 235.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 4. Decretal. lib. 2. tit. 3. cap. 9.* 1

Vi si quis de cætero scienter, &c.] Notatur ad hoc quòd recipiens sapienter à spoliatore rem inuasam, & vitio violentiæ affectam, spoliato eam restituere tenetur, vt per Boër. *decis. 238. col. antepen.* datur enim interdictum, Vnde vi, contra tertium ad quem succedentem in vitium scienter, illa violenta possessio peruenit, ita Bellacomb. *tom. 2. commun. opinion. lib. 8. tit. 3. num. 5. pag. 336.* vbi etiam quòd in dubio ignorantia præsumitur, etiam si sit successor singularis, si sciens de spolio habuerit rem ab illo primo spoliatore, Flamin. *de resignat. benef. lib. 1. q. 6. n. 60.* Valasc. *cons. 95. n. 14.* nam, vt tenet idem Flamin. *d. q. 16. n. 59.* subrogatus in ius alterius etiam quo ad possessionem tenetur purgare spolium, sicut ille in cuius locum fuit subrogatus. Hinc noster Valasc. *de iure emphyt. q. 18. n. 16.* infert tertium scienter accipientem rem emphyteuticam ab emphyteuta posse à domino conueniri remedio huius cap. quia spolij particeps est, & in vitium succedit scienter. Illud vtiliter in hac materia aduertendum duxi, illam scilicet qualitatem, quòd scienter succedit in vitium violentiæ debere pro forma probari per actorem agentem ex remedio huius cap. in tantum quòd non sufficeret probare quòd possessor habuerit scientiam, quòd res esset aliena, sed quòd habuerit scientiam rei violentæ, ita Mascard. *de probat. concl. 1248. n. 33. & concl. 1321. n. 30.* 2

Notatur etiam ad hoc quòd spoliatus restituendus non est si culpa, & facto à possessione cecidit, vt per Menoch. *remed. 15. recup. num. 95.* Put. *dec. 276. num. 1. in nouis*, Rota *dec. 628. num. 1.* apud Farin. *p. 1. recent.* 3

Eo quòd non multum interfit quoad periculum animæ, &c.] Notatur ad hoc quòd iura pro eodem reputant 4

putant auferre,& detinere iniustè, vide *gloss.2.in l.4. tit.12.lib.1.leg.fori*, Angel.*in §.sequitur, n.17.Instit de except.*Perez *l.4 gloss.1.p.13.col.2.tit.8.lib.3. Ordinam.* Vnde ex hoc text.colligit Palat.*in repet rubr.de donat. inter virum, §.65.n.35.*quòd restitutio malè acquisitorum debet fieri statim cùm potest. Colligit etiam Tiraq.*de pœnis temper c.44.n.9.cum seqq.*quòd non minus furtum committunt,& rapinam, qui panperibus non subueniunt, quàm qui aliena furantur, & rapiunt.

5 Aduerte maximè quòd huiusmodi scienter succedens in vitium violentiæ tenetur de fructibus perceptis, & percipiendis, & de omni eo, quòd erat in fundo tempore,quo successit in eo,licet ad illum non peruenerint,vide Perez *l.1 glos.1.pag.348.col.2.t.18. lib.8.Ordin.*Azeued.*l.1 n.70.tit.13.lib.4. nouæ recop.* D. Barbos.*in l.si alienam, n.49.in fine, ff soluto matrim.*vbi *n.50.in medio,* asserit remedium huius capitis in multis esse exuberantius, quàm remedium *c. reintegranda 3. q. 1.* de cuius text. materia, & intellectu vide Rot.Bononien. *decis.10.& 12.*Put.*decis 115.lib.1.* Menoch.*remed.15. recup. & cons.2. n.153.cum multis seq.* Bonacos.*comm.crimin.p.2.verbo, Canon.* Guttier.*canon. lib.1 c.34.*Mascard.*de probat.concl.1321.*D.Barb.*in d.l. si alienam, à n.44.*Bernard. Græuæ.*ad pract. Cam. Imp. lib.2.concl.75.in coronide*, Stephan. Gratian.*discept. forens.c.2.n.7.cum seqq & c.173.& 311.*

In gloss. *Scienter*, ibi, *sed de qua speratur litigium*, &c.Vide Tiraq.*de retractu, tit.2.§.3.gloss.1.n.17.*Surd. *decis.172.n.10.*

SVMMARIVM.

1 *Occupans certum locum in quo quis iura liberè possidebat, si per ipsius occupationem non potest possessor sua iura libere possidere sicut prius, conuenire potest possessorio pro libertate possidendi, & restitutio fieri non potest nisi dimittat locum in pristina libertate.*

2 *Spoliatus iniustè restituitur ad omnem modum, causam, & locum.*

3 *Formæ omissio etiam in minimo totum vitiat.*

4 *Mandatum non solum seruandum est, sed & qualitas illius.*

5 *Confessio facta in actu nullo ex defectu processus, vel sententiæ, etiam ob ordinem iuris non seruatum, probat, & valet.*

6 *Cautio sufficiens quæ sit remissiuè.*

7 *Fideiussorem idoneum, & sufficientem promittens, qui postea per decoctionem insufficiens effectus fuit,tenetur principalis alium idoneum loco illius præstare.*

8 *Verba,* ad sexennium duraturam, *inducunt obligationem annuam ipso sexennio durante.*

9 *Obligatione annua non sufficit semel cauisse, quia in principio cuiuslibet anni conditio purificatur, & noua nascitur obligatio.*

10 *Obligatio importans tractum successiuum non adimpletur per momentum, sed durat tantùm, quantum tractus successiuus.*

11 *Verbum,* duraturus, *inducit perseuerantiam actus.*

12 *Fideiussorem simpliciter qui tenetur ex pacto dare satisfacit suæ obligationi semel fideiubendo.*

13 *Nomen debitoris dans in solutum sufficit si nomen sit exigibile de tempore cessionis, nisi promittat illud esse bonum.*

15 *Verbum,* irritum, *quid significet, ostenditur.*

CAP. Pisanis. XIX. & fin.

Gregor. IX.

LOcum occupans, in quo quis liberè aliqua iura possidet, v. g. quia non potest impediri in exigendis fructibus, talis occupans potest conueniri vt restituat libertatem possidendi, & quia ista restitutio non potest fieri nisi remittat locum occupatum, cùm semper possit dominum prohibere ne liberè possideat, ideo occupans potest cogi vt locum dimittat. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Collect. Zabar. Bellam.Henric.Ioan.Andr.Imol. Innoc. Anan.Host.Butr. Panorm. Anch. Cujac. Viu.*in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 103. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.*235.remissinè Ximen *in concord. p.1.& 2.* 1

Per grauem discordiam, quamdiu inter se habuerunt.] Ortæ sunt duæ factiones inter Guelphorum, & Gibellinorum atrocissimo illo bello,quod inter se gesserunt Fridericus II. & Gregor. IX. auctor huius cap. nam Lucenses, vt Ioannes Andr.*hic* annotauit, erant Guelphi, id est, partes tuebantur Ecclesiæ,Pisani autem partes Imperij, qui Gibellini dicebantur.

Restitutio fieret plenè, & liberè.] Notatur ad hoc quòd iniustè spoliatus restituitur ad omnem modum, causam, & locum, vt per Tiraq. *de iure primog. q.43. n.30.* Notari etiam solet ad hoc quòd propter interesse etiam minimum datur manutentio ad statum, vt per Anton.de Butr.*in cap.querelam, n.17.*Abb.*n 2.12. & 13 de elect.* Afflict.*decis.195.n.5.*Rot.*in Alban. diuisionis 23 Mart.1610.*coram R.P D. meo Pirouano. 2

Mandati formam,&c.] Notatur ad hoc quòd omissio formæ etiam in minimo, totum vitiat, vt per Tiraq.*de retractu, tit.2.§.4.gloss.6.n.31. & in tr.de iudicio, in rebus exiguis, vers.hoc tamen intellige,* Azeued.*ad l.18.n.4.tit.21.lib.4 nouæ recop.*Guttier. *pract.lib.3 q.15. n.5 cum seq.*Rendin.*in prompt. recept. sent.tom.1.tit.100. n.5 & 6.*Gonzal.*ad reg.8.Cancel gloss 4.n.137.* Cardin. Tusch.*tom.3.lit.F.concl.415.* Rota apud Farin.*dec.671. n.1.tom.2.p.1.recent.* Et mandatum non solùm seruandum est, sed & qualitas illius, Tiraq.*in l.si unquam, verbo, libertis, n.59.in med.*vbi etiam quòd non solùm corrumpt gesta ex defectu formæ mandati quando expresè fit contra ipsam formam mandati, sed etiam quando fit citra, aut præter formam. 3 4

Per eorum confessionem.] Notatur ad hoc quòd confessio facta in actu nullo ex defectu processus, vel sententiæ etiam ob ordinem iuris non seruatum, aut ob lapsam instantiam, probat, & valet, ita Mascard. *de probation.conclus 357.à princip.*Valasc.*cons.65.n.3. vers. illud*, vbi dicit hoc intelligendum in confessione facta coram iudice alias competenti, vel si fuerit incompetens, si tamen iurisdictio ad eam causam de consensu partium prorogabilis, quia tunc valida erit. 5

In gloss. *Sufficienti cautione*, ibi, *sufficiens cautio erit si pignora, vel fideiussores dentur.* Vide Doctores, quos retuli ad gloss. *verbo, sufficienti, in princ. in cap. ex transmissa 8.sup.hoc tit.* Quid si fideiussor datus sit ratione obligationis dandi idoneum, & sufficientem, & postea per decoctionem minus idoneus, & insufficiens efficiatur, an teneatur principalis alium sufficientem, & idoneum loco illius præstare ? vide latè Lazar. Fanucc.*in tractat. de momento temporis, cap.29. num 6. cum seqq.* Ego dicebam in causa propria promittentem dare cautionem bancharam idoneam, & sufficientem ad sexennium duraturam, si postquam 6 7

eam præstiterit, cautio defecerit per decoctionem aut per aliam calamitatem, teneri iterum cauere, ex sequentibus.

8 Primò, quia verba illa, *ad sexennium duraturam*, inducunt obligationem annuam ipso sexennio durante, *l. cùm in singulos, & l. cùm in annos, ff. de annuis leg. l. nec semel, ff. quando dies legati cedat*, cum aliis infrà allegandis.

9 Vbi autem versamur in obligatione annua, non sufficit semel cauisse, quia in principio cuiuslibet anni conditio purificatur, & noua nascitur obligatio, *d. l. nec semel, l. pater Severinum, §. fin. ff de cond. t. & demonstr. l. Senatus, §. fin. ff. de donat. causa mortis*, Castr. *in l. si Stichum, §. stipulatio, sub n. 1. vers. & sic de singulis ff de verb. oblig.* Soc. *cons.* 81. *n.* 5. *lib.* 3. Natt. *cons.* 543. *n.* 5. Paris. *cons.* 95. *n.* 44. *lib.* 2. Surd. *cons.* 223. *n.* 5. *& in tract. de alimentis, tit.* 9. *q.* 6. *n.* 3. *& decis.* 273. *n.* 10. Anton. Gom. *var. tom.* 2. *c.* 11. *n.* 44. Rot. *in Ianuen. legati* 20. *Iun.* 1622. coram R.P.D. Buratto.

10 Secundò, quia quatenus non importaret obligationem annuam, sufficit quòd verba illa, *ad sexennium duraturam*, importent tractum successiuum, ad hoc ne sufficiat fuisse semel præstitam, Cyn. *in l. si quis hæredem, n.* 2. *C. de instit. & substit.* & *ibi* Dec. *n.* 3. Angel. *cons.* 34. *n.* 9. Iason. *in l. si arbitrio, sub n.* 13. *vers.* 2. *& fortius, ff. qui satisdare cog.* Felin. *in c.* 2. *sub n.* 5. *de treuga, & pace*, Rot. *decis.* 677. *n.* 2. *p.* 1. *diuers.*

11 Quod autem verba, *duraturam ad sexennium*, importent tractum successiuum est indubitatum, tum quia, inducunt nouam obligationem quolibet anno, ex doctrinis allegatis, tum etiam, quia propria significatio huius verbi est, vt inducat perseuerantiam actus, Castrem. *in l. fin. n.* 3. *C. de indicta viduit. tollenda.*

12 Non obstat quòd qui tenetur ex pacto dare fideiussorem, satisfacit suæ obligationi semel fideiubendo, nec tenetur iterum fideiubere, si primus sit decoctus, vel factus non soluendo, Bart. *in prætoria la* 2. *ff. de prætor. stipul.* cum aliis per Surd. *cons.* 18. *per totum*, quia hoc procedit in eo, qui promisit simpliciter fideiubere, vt in specie declarat Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *c.* 527. *n.* 16. *&* 17. & sic non applicantur casui nostro, in quo cùm verba promissionis importent tractum successiuum, legem accipiunt ex conuentione partium, *l.* 1 §. *etsi conueniat, ff. depositi*, Natt. *cons.* 384. *n.* 11.

13 Hinc licèt is, qui dat in solutum nomen debitoris, sufficit si nomen sit exigibile de tempore cessionis, *l. si mandato meo, §. vlt ff. mandati*, Surd. *decis.* 326. *n.* 42. nihilominus quando vlteriùs processit, & promisit illud esse bonum, & exigibile, tenetur illud manutenere exigibile etiam in futurum, *l. si venditor* 29. *in princ. ff. de action. empti*, Fulgos. *in l. si nomen, ff. de hæred. vel act. vend.* Eugen. *cons.* 73. *n.* 1. *&* 2. Surd. *cons.* 441. *n.* 7. *post med. & n.* 15. *cum seq.*

14 Pari ergo ratione licèt promittens simpliciter dare cedulam liberetur semel dando, nec teneatur in casu decoctionis eam renouare, tamen vbi, prout in casu nostro, promisit dare cautionem banchariam, duraturam ad sexennium, tenetur prima deficiente aliam subrogare aliàs esset dare cautionem simpliciter, & non banchariam, nec manuteneret qualitatem durationis, quam manutenente tenetur, *d. l. si venditor* cum 39 *ff. de action. empti*, Gratian. *loco citato, n.* 1. aliis allegatis.

15 In gloss. *Irritum, fin.* Vide quæ verbo, *irritum*, tradit Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, reuertatur, n.* 48. *ff. de reuoc. donat.*

De Dolo, & contumacia.

TIT. XIV.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. 1
Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anch. Butr. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.* 53. Petr. de Rauen. *in compend. iuris Can.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canon. fol.* 168. Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol.* 61. Dan. Venator *in analysi method. iuris Pontif. à pag.* 219. Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. *in instit. Canon.* Canis. *in sum. iuris Canon.* Cafarel. *in eroterm eiusdem iuris*, Barth. Carthag. *in expos. tit. iur. Canon.* Zipæ. *in analytica prælremi iuris Eccles. enarrat. pag.* 131. nouissimè Ioan. Honor. *lib* 2. *sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit. & vol.* 3. *repet. in iure Canonico ad secundum Decret. librum*, Paul. de Eleazariis.

De dolo agunt latè Decian. *tract. crimin. l.* 1. *c.* 4. Me- 2
noch. *de præs. l.* 5 *præs.* 5. Molin. *de iust. tract.* 2 *disp.* 293. Cardos. *in praxi iudicum, verb. dolus*, Mascard. *de probat. concl.* 531. *&* 814. *& seq.* Card. Tusch. *lit. D. concl.* 570. *cum seq.* latè Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 88. *&* 89. *à fragment crimin. p.* 1. *lit. D. verbo, dolus, n.* 150. *cum seqq.*

De contumacia vide Guillelm. Durand. *in speculo* 3
iuris, lib. 2 *sub hoc tit.* Bonacos. *comm. crimin. p.* 1. *verbo, contumax.* Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Galliæ, tit. de contumacia*, Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 72. Bernard. Muscat. *in sua praxi aurea Ciuili, p.* 2. *gloss. veniens*, Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 60. Menoch. *arbitr. casu* 153. Farin. *in praxi crim. q.* 18. *à n.* 18. Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 449. Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit* 46. *de contumacia*; Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. C. concl.* 1017. *cũ seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Reus qui mittendum in possessionem ad mandatum iudicis non admisit, non mulctabitur de Canonica æquitate si infra annum cauet stare iuri.*

2 *Iuris dispositione fieri potest, vt is, qui est in possessione eam perdat per lapsum certi temporis, & ei acquiratur, cui debet fieri traditio corporalis.*

3 *Canonici iuris æquitas seruanda est de iure Ciuili, quando non reperitur lex in contrarium.*

4 *Pœna l. si quis in tantam, C. vnde vi, non procedit in Ecclesia.*

CAP. Adhæc. I. *Alex. III.*

REus, qui spoliauit si est absens, & non paret iu- 1
dici in danda possessione, imò per dolum, & potentiam impedit ingressum ad possessionem, si in fine anni aufert cautionem standi iudicio, est patienter admittendus, & non priuandus, quia in personis & negotiis Ecclesiasticis non requiritur districtio, & rigor iuris cum iustitia non periclitatur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Butr. Panorm. Anch. Cujac. Viu. *in ration. 2 libri iuris Pontif. pag.* 106. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 237. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 10. *c.* 1. & est post Conc. Later. sub Alex. III. *p.* 3. *c.* 1.

Actorem

2 *Actorem multoties mittendum esse in possessionem*, &c.] Notatur ad hoc quòd dispositione iuris fieri potest vt is, qui est in possessione, eam perdat per lapsum certi temporis, & ei acquiratur, cui debet fieri traditio corporalis, vt per Tiraq. *in tract. le mort, in præfat. declar. 6. num. 12.* Anton. Gom. *l. 45. Tauri, n. 111. colum. 4.*

3 *Rigor, & districtio iuris non requiritur*, &c.] Et ideo æquitas iuris Canonici seruanda est de iure ciuili, quando non reperitur lex in contrarium, D. Barbos. *in l. non potest videri, n. 45. ff. de iudic.* nam æquitas præfertur rigori, *l. fin. in fine, ff. de offic. Præsid. l. 1. C. de legib. l. placuit, C. de iudic.* Con. *in reg. possess. p. 2. §. 6. à n. 2.* Donel. *comm. iuris Ciuilis, lib. 23. c. 2.* Fachin. *controuers. lib. 1. c. 3.* Bernard. *reg. 245. incip. æquitas*, Hyppol. *sing. 685.* Mar. Salom. *de iustitia, & iure, n. 21.* Valasc. *de iure emphyt. q. 5. n. 4.* Morla *in emporio iuris Ciuilis, p. 1. tit. 1. q. 11.* Anton. Monach. *Lucensi decis. 68. n. 35.* Thom. de Thomas. *reg. 17.* De æquitate vide multa per D. Thom. & *ibi* Caiet. *2. 1. q. 120. art. 1. cum seqq.* Afflict. *in c. 2. §. vt autem æquitas, n. 3. cum seqq. de pace iuram. firmanda, lib. 1. feudorum*, Iason. *in l. si seruum Stichum, §. 1. n. 4. ff. de verbor. oblig.* Conan. *com. lib. 1. c. 11. addit. ad Marant. de ordine iudic. p. 4. n. 151 pag. mihi 160.* Tiraq. *cessante causa, limit. 1. n. 69.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 43. n. 93 cum seq.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 1. tit. 9. n. 15.*

4 In gloss. *Rigor.* ibi, *& C. vnde vi, l. si quis in tantam.* Notatur ad hoc quòd pœna leg. *si quis in tantam, C. vnde vi*, non procedit in Ecclesia, vel alia causa pia, nam si Prælatus incidat in eam, minimè nocet Ecclesiæ, Palat. *in repet. rubr. de donation. inter virum, §. 66. n. 22.* Tiraq. *de pia causa, priuil. 144.* Menoch. *remed. 9. recup. n. 118. & cons. 39. n. 2. & 55.* Surd. *de alimentis, tit. 1. q. 48. n. 72. cum seqq.* Molina *de iustit. tom. 3. disp. 682. num. 29.* quia delictum Prælati Ecclesiæ non nocet, Palat. *d. n. 22.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, delictum, n. 32.*

5 In ead. gloss. ibi, *& minorum*, iuncta addit. marginali, ibi, *de hoc nota in prædicta l. si quis in tantam, in 3. & 7. quæst. vbi tenet gloss. quòd adultus hoc casu non restituitur.* Vide Socin. *reg. 360.* Tiraq. *de iure mariti, gloss. 5. n. 155.* Azeued. *l. 1. n. 11. tit. 14. lib. 4. nouæ recop.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, aduersarij dolo, n. 62.* Molina *d. disp. 682. n. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex propter contumaciam rei potest rem petitam sequestrare, & ipsum contumacem in expensis condemnare.*
2 *Cessatio causæ impulsiuæ vitiat in omnibus rescriptis.*
3 *Mentio de processu coram Ordinario debet fieri in literis ad delegatum.*
4 *Literæ remissionis condemnationum non valent nisi qualibet facti causa exprimatur.*
5 *Malitia, & dolus nulli patrocinari debet.*

CAP. Ex literis. II.

1 IVdex propter contumaciam partis, potest rem petitam sequestrare, & condemnare contumacem in expensis partis. Item literæ Apostolicæ secundæ si non faciunt mentionem de primis in eadem causa, vel non contineant nomina particularium, qui erant in primis, non præiudicant primis, quia dolus, & frans nulli debet patrocinari. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Panorm. Anch. Host. Bald. Butr. Cujac. Viu. *in rationali 2. libri iuris Pontif. pag. 107.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 237.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 10. c. 2.* & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p. 41. c. 6.*

Verùm quoniam, &c.] Notatur ad hoc quòd cessatio causæ impulsiuæ vitiat in omnibus rescriptis, vt per Tiraq. *in tract cessante causa, limit. 1. n. 15.* 2

Notatur etiam ad hoc quòd in literis ad delegatum debet fieri mentio de processu coram Ordinario, vt per Palat. *in repet. cap. per vestras, de donation. inter virum, not. ab. 4 in princ.* 3

Sed indefinitè dicebatur, &c.] Notatur ad hoc quòd literæ remissionis condemnationum non valent nisi causa, & quælibet facti causa exprimatur, & quòd non sufficit mentio generalis inhabilitatis, sed requiritur expressissima, aliàs rescriptum est subreptitium, vt per Xuar. *alleg. 12. n. 35.* 4

Malitiam, & dolum nulli patrocinari debere.] Vide *l. dolo, ff. de dolo, l. is qui dolo, ff. de rei vindicat. l. si ex dolo, ff. de re iudic.* cum similibus citatis per Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 9. n. 62.* Surd. *cons. 15. n. 13.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 31. n. 155.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de clerico debitore, §. 2. n. 5.* cum aliis per me citatis *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 92. num. 5.* 5

SVMMARIVM.

1 *Actore contumace testes recipi, & sententia ferri debent, etiam lite non contestata reo instante.*
2 *Citatio ad domum non potest fieri si sit principalis, vel eius procurator.*
3 *Citatio ad domum fieri potest vbi quis se absentat, aut dolo latitat, vel subterfugit personalem monitionem.*
4 *Latitare præsumitur vir, quando abest ab ea domo in qua vxor eius habitat.*
5 *Maritus præsumitur habitare in ea domo, in qua habitat eius vxor.*
6 *Citatio in domicilio procuratoris est facienda eo non reperto, si iam comparuit.*
7 *Ductores agentes de citatione ad domum, referuntur.*
8 *Contumacia actoris maior est, quàm rei.*

CAP. Causam, quæ. III.

REus si est contumax, id est, si citatus non paret, vel non vult parere iudicio, vel se absentet si pars instet, iudex vocet procuratorem eius: si non venit, mittat denuntiationes ad domum eius, & accipiat testes alterius partis contra actorem absentem, & proferat sententiam. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panormitan. Hostiens. Henric. Butr. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag. 108.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 237.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* 1

Procuratores eius.] Ergo si sit ipse, vel procurator non potest ad domum citari, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 9. gloss. 2. n. 44. & gloss. 3. n. 7. cum seqq.* Marant. *de ordine iudic. p. 6. c. de cit. membr. 1. n. 124.* Marian. *de cit. art. 7.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu citationis, n. 83. 84. & 90.* Perez *l. 4. vers. esset tamen reus, tit. 8. lib. 3. Ordin.* Guttier. *pract. lib. 1. q. 133. à n. 2.* Azeued. *l. 3. à num. 32. tit. 10. lib. 4. nouæ recop.* 2

3 *Aut etiam se absentauerit.*] Notatur ad hoc quòd citatio ad domum fieri potest vbi quis se absentat, aut dolo latitat, vel subterfugit personalem monitionem, vide Bart. *in l. 1. §. permittitur, à n. 3. ff. de liberis agnosc.* Menoch. *remed. 8. recup. n. 115.* Cou. *in cap. alma mater,* 4 *p. 1. §. 9. c. 4.* Tiraq. *d. §. 9. gloss. 4 n. 7.* vbi etiam resoluit præsumi latitare quando abest ab ea domo, in qua 5 vxor habitat, nam præsumitur maritus habitare in ea domo, in qua habitat eius vxor, Tiraq. *d. §. 9. gloss. 1. n. 7.* quem refert, & sequitur Menoch. *de præs. lib 2. præs. 27. n. 1.* in qua vxoris domo citandus conqueri debet ad hoc vt non repertus ad domum possit citari, vt tenet Guttier. *d. q. 133. n 6.* & nuntio cui mandauerit iudex expresè vt reum personaliter citaret, & si non inueniret, citaret eum ad domum, creditur quòd perquisierit ipsum reum, & quod eum non inuenerit, & ob id ad domum citauerit, ita Tiraq. *de retract. lig. §. 8. gloss 9. n. 10.* Marant. *d. loco, n. 127.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tit. de citat. art. 1 gloss. 3. n. 27* quos refert, & sequitur Menoch. *de præs. lib. 1. præs. 26. n. 1.*

6 *Qui si venerit, siue non,* &c.] Aduerte quòd procuratore non reperto fiet citatio in domicilio procuratoris de consuetudine, in domicilio tamen partis facienda erit, quando procurator nunquam comparuisset, nec dominus litis effectus fuisset, ita Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q. 6. n. 9.*

7 *Ad domum,* &c.] De citatione ad domum agunt Tiraq. *d. §. 9. gloss 2. n. 1. cum seqq.* Marant. *d. memb. 1. à n. 124.* Bouer. *sing. 9. à n. 13.* Bellacomb. *tom. 2. com. opin. lib. 7. tit. 19. n. 101. pag. mihi 281.* Parlad. *lib. 2. rerum quotid. §. 9. p. 5. n. 8.* Menoch. *de præs. 26.* Cur. Philip. *p. 1. §. 12. n. 8.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 60. num. 5. & 6.* Ignat. de Villar. *in sylua responsorum, lib. 1. resp. 3. n. 3. & 4.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 1. in annot. n. 119.* Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c. 4. n. 27.*

8 In gloss. *Ad domum,* ibi, *amici sunt requirendi.* Vide Tiraq. *de retractu lig. § 2. gloss. 1. n. 14. & 15. & de pœnis temper. c. 22. n. 70.* Cald. Pereira *d. q. 6. n. 6. cum seq.* Perez *l. 1. tit. 9. lib. 3. Ordin. pag. 652.* vbi *pag. 654. col. 2. vers. item est notandum,* firmat hoc non esse necessarium in causa primi, & secundi decreti, & vide quæ Surd. *cons. 88. n. 16.*

9 In ead. gloss. ibi, *Ad domum, vel ad Ecclesiam.* Vide Perez *l. 4. gloss. 1. pag. 636 col. 1. ad finem, tit. 8. l. 3. Ord.*

10 In ead. gloss. ibi, *Dicas quod hæc,* &c. Notatur ad hoc quòd maior est contumacia actoris, quàm rei, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 8. gloss. 2. n. 12.* Valasc. *cons. 144. num. 10.*

CAP. Provt nobis. IV.

Vrbanus III.

1 REus post litem contestatam vbi est contumax, si liquet de causa ferri debet sententia diffinitiua, si non liquet, petens ponatur in possessione, & pro absente seruetur quæstio proprietatis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Henric. Host. Bald. Panorm. Anch. Butr. Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag. 109.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 238.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 2 tit. 10. c. 4.*

2 *Vel præsenti saltem,* &c.] Notatur ad hoc quòd secundum decretum interponendum est post primum intra tempus à iudice definitum, vt refert Ximen. *in præsenti p. 2.* asserens *cap. contingit 9. infr. hoc tit.* annum requirens corrigere hunc text. qui est tempore recentior.

In gloss. *Vtpote.* Notatur ad hoc quòd dictio, *quasi,* 3 aliquando est veritatis expressiua, vt per Cened. *sing. 84. n. 2.* Menoch. *de arbitr. cas. 362. n. 28.* Card. Tusch. *tom. 2. lit. D. concl. 250. n. 7.* cum aliis quos refero ego ipse *de dictionibus, & clausulis, dict. 261. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Actoris fundata intentione, si altera pars exceptionem peremptoriam obiicit, non probat incontinenti, sed accipit inducias, si defecerit in probando, condemnabitur incontinenti in expensis, & si non est soluendo, punietur in corpus secundum arbitrium iudicis.*
2 *Litium introductio criminum occasionem, & alia detrimenta præbet.*
3 *Vtilitas publica est vt lites finiantur.*
4 *Victus victori expensas soluere tenetur nisi pars victa sit honesta & bonæ opinionis.*
5 *Pœna pecuniaria licèt respectu alterius sit interesse, tamen ob ipsius delinquentis culpam vera pœna censetur.*
6 *Victus non condemnatur in expensis si habuit iustam causam litigandi.*
7 *Litigandi iusta causa quæ sit in arbitrio iudicis relinquitur.*
8 *Litigandi iustam causam habet, qui pro se opinionem alicuius magni Doctoris habuerit.*
9 *Litigandi iustam causam in dubio non præsumitur victum habuisse.*
10 *Soluendo qui non est alio modo punitur, quamvis omnia soluat, & vnus nummus deficiat.*

CAP. Finem litibus. V.

Innoc. III.

ACtor quando habet intentionem fundatam, si 1 altera pars obiicit exceptionem, & incontinenti non probat, sed accipit inducias, condemnabitur statim ad moderatas expensas, & si non est soluendo, puniri debet arbitrio iudicis. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anch. Anan. Host. Bald. Panorm. Butr. Henric. Boich, Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 110.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 238. & vol. 3. in reper. in iure Canon. ad secundum Decret. librum.* Paul. de Eleazariis, remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 7. c. 1.*

Finem litibus cupientes imponi, &c.] Cùm litium in- 2 troductio criminum occasionem, & alia detrimenta præbeat, quæ videri possunt apud Tiraq. *de retractu lig. §. 8. gloss. 7. à n. 20.* Rebuff. *in proœm. concordatæ, verbo, sumptib. pag. 511. & in l. litis nomen 36. ff. de verb. signif.* Cott. *in memorab. verbo, lites, pag 551. & tom. 1. ad leges Galliæ, in proœm. gloss. 5. n. 154.* vbi refert pulchrè dictum B. Iuonis de detrimentis, & incommodis litigantium, Flam. *de resign. benef. lib. 1 1. q. 1. n. 29* Mont. *de tutelis, & curis, c. 33. n. 255. cum seqq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 7. proœm. n. 12. cum seqq.* itavt dicantur flagella hominum durissima, ex Rebuff. *in reg. de subrogandis collitig. gloss 1.* ideo vtilitas publica est vt lites finiantur, Flamin. *d. tract. lib. 3. q. 5. n. 12. & 13.* quod lites 3 finiri spectat ad conseruationem congregationis humanæ, vnde qui minuit lites, minuere peccata dicit, Gregor. Lop. per text. *ibi in l. 26. tit. 4. part. 3. &*

vtique

vituperari non debet, qui lites execratur, Mantic. *decis.187.n.1.* imò satis lucrari, qui se à litibus eximit, asserit Perez *ad tit.1.lib.3.Ordin.pag.442. in fine, & l.1.tit.3.eod.lib.pag.115.*& est adagium Lusitanum, *melhor he mao conselho que boa demanda*, Hispanum, *mas vale mala auenſia, que buena sentencia*, Latinum, *tutior est pax incerta victoriâ*, vt dicit text. *in l.vlt. C. comminat. epist.*

4 *Ad soluendas alteri parti moderatas expensas*, &c.] Vide Hyppol. *in l.1.§.1.n.8.ff.de q.& in l.patre, n.20. cum seq. ff. eod. & sing.485. & 545. & cons.44.n.23.& 27.* Cou.*pract.c.26.n.1.* Perez per text.*ibi in l.fin.gloss.1. pag.760.col.2.tit.18.lib.3.Ordin.* Azeued.*l.1.n.57.tit.5. lib.4.noua recop.* latè D.Barbos. *in l.eum qui temerè,ff.de iudic.* Seraph.*de priuil.iuram.priuil.13.* cum aliis citatis à parente meo *in annot.ad Ordin.Lusit.lib.3. tit.67. in princ.n.1.* Tiraq.*de pœnis temper.c.51.n.109. & seq.* vbi limitat si pars victa sit honesta, & homo bonæ opinionis, qui in expensis etsi succumbat non condemnatur, cùm præsumatur iustam litem mouisse, de quo etiam Palat.*in repet.c.per vestras,de donat. inter virum, not.ab.6.§.7.n.9 cum seqq.*

5 *Aliàs secundùm arbitrium iudicis puniatur.*] Aduerte ad hoc quòd licèt pœna pecuniaria respectu alterius sit interesse, tamen ob ipsius delinquentis culpam vera pœna censetur cùm prætextu inopiæ in corporalem mutatur. Vide Cou. *var. lib.2.c.1. n.8.* Boër.*decis. 349.n.11. in princ.* & ideò cùm quis condemnatur in expensis propter præsumptam calumniam si non habet in bonis, luet in corpore, D. Barbos. *in d. l.eum qui temerè, n.49.*

6 In gloss. *Expressas*, ibi, *vtrùm habuerit probabilem causam litigandi, vel non.* Notatur ad hoc quòd si litigans habuerit iustam causam litigandi, victus non condemnabitur in expensis, vide Grass.*tom.2.commun. opin. lib.7. tit.12. n.30.pag.255.* Menoch.*de arbitr.casu 447. n.4.* Rebuff. *tom.3. ad leges Galliæ art.1.gloss.vnic. n.47.* Surd. *de aliment. tit.6 q.3.n.27.* Guttier. *practic. lib.1.q.135.n.5.* Farin.*in praxi crimin. q.16.n.40.& 73.* Steph.Gratian. *discept. forens. c.33.* Card.Tusch.*tom.2. lit.E.concl.625.à n.7.* D. Barbos. *in l. eum, qui timerè, à n.170. cum multis seqq.* nam quælibet probabilis causa excludit calumniam litis,Gregor. *decis.125.n.5. & decis.426.n.8.* Buratt. *decis. 374. n.15.& decis 935.*

7 *n.11.* Quæ sit iusta litigandi causa,in arbitrio iudicis relinquitur, Menoch. *de arbitr. casu 17.* Flam. *de re-*

8 *signat. benefic. l.5. q.3 n.209.* Farin. *d. q.16.n 40.* Qui verò habuerit pro se opinionem alicuius magni Doctoris, iustam habuisse litigandi causam resoluunt Menoch.*d.casu 177.n.4.* Mex. *in tr. tassæ panis, concl.3. n.6.* Rebuff.*in auth. habita, C.ne filius pro patre, verbo, examinatione, vers. sextum. pag. mihi 579.* Gut. *d. l.1. q.136.* Surd. *decis.58. n.9.* D.Marta *in votis nouiss. decis.*

9 *voto 8. n.8. & 9.* In dubio iustam litigandi causam victum non habuisse, asserunt Menoch. *de præs.lib.2. præsumpt.87.n.1.* Amat. Roder. *in practica de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.5.n.37.*

10 In ead. gloss. ibi, *Præcipuè si super hoc iuratum esset. de calumnia.* Vide Ceuall. *commun. contra commun. q.448. à princ.*

11 In ead. gloss. ibi, *Sed in causa appellationis nulla distinctio.* Vide Christoph. de Pace *ad leges styli, l.164. à n.2.*

12 In gloss. *Et soluendò*, ibi, *hoc semper regulare est vt qui non est soluendo alio modo puniatur.* Vide Boër. *decis. 349. num 8.* Afflict. *decis.378. num.2.* Paris. *consil.94. num.60.* Baëc. *de inope debitore, cap.1. à num. 56.* Brun. *de cessione bonorum, quæst. 17. num.4. & 5.* principalis quamvis omnia soluat,& vnus nummus deficiat, Ias. *in l.si quis id quod, n.28. ff.de iurisd. omnium iudic.& in §. pœnales, à num.42. Instit. de actionib.* Tiraquel. *de retractu tit.2.§.4.gloss.6.n.28. & 29.* Boër.*d. decis.349. num.7.* vbi *num.4.* pulchrè quærit an teneatur reus si postquam punitus fuit, factus est dines, de quo Rip. *in cap. cùm M. num.38.in princ. sup. de constit.* Roman. *sing.24.*

SVMMARIVM.

1 *Citatus ad totam causam certo termino ad comparendum assignato, tenetur comparere in termino, & dato impedimento in termino, debet comparere quàm citiùs potest post terminum, aliàs condemnabitur in expensis à tempore citationis emissæ.*
2 *Appellantem extra iudicium, & appellationem non prosequentem intra annum præsumitur dolosè fecisse.*
3 *Dictio, vsque regulariter stat inclusiuè.*
4 *Nuntio creditur in spectantibus ad suum officium, nisi citandus præsumptionibus,& coniecturis ostendat se non fuisse citatum.*
5 *Dies in citatorio apponenda est.*
6 *Terminus in citatione congruus apponendus est.*
8 *Obligatio vna sublata ex duabus remanet altera.*
9 *Impeditus legitimè an compellatur procuratorem ad causam constituere remissiuè.*
10 *Roma in æstiuis diebus nullum sanum commoratur.*
11 *Victus etiam in criminalibus victori condemnatur in expensis.*
12 *Denuntians iudicialiter, & non probans tanquam præsumptus calumniator in expensis est condemnandus.*

CAP. Cùm dilecti. VI.

CItatus intra certum terminum qui per se, vel per alium non comparet in illo termino, vel paulo post, si non est legitimè impeditus, licèt nuntium miserit ad excusandum, habebitur contumax, & condemnabitur in expensis à tempore contumaciæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Henric. Bald. Anchar. Panorm. Butr. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.111.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag.238.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.3. Decret. lib.2. tit.7.c.2.* 1

Non leuis exorta esset suspicio, &c.] Notatur ad hoc quòd qui appellat extra iudicium, & appellationem non prosequitur intra annum, præsumitur dolosè fecisse, vt per Mascard. *de probat.concl.531.n.95.* 2

Vsque ad Dominicam.] Includitur dies Dominica, quia dictio, *vsque*, regulariter stat inclusiuè, vt tenent Octau. Vulpel. *in suo tract. de præpos.& aduerb. signif. in dict. vsque*, Mart. *de claus.p.2.claus.ul.77.n.6.& 7.* Burg. *cons.25.n.25.* Steph. Gratian. *discept. forens.c.161.n.22.* Rebuff. *ad l.absentem 199. vers. vsque, & vers. regula igitur ff. de verbor. signif.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloss.12. §.1.à n.2* plures Doctores refero ego ipse *in remiss. de dictionib.& claus.d.379.n.1.* iunctis, quæ de dict. *Ad*, refero *ibid. dict.7.n.4.* 3

Scribebat enim quòd nuntium, &c.] Ergo nuntio creditur in spectantibus ad suum officium, Vide Bart. *in l.1.§. cura carnis, num.2. ff. de officio Præfecti Vrbis*, Menoch. *de arbitr. casu 112. & de præsumpt. lib.2. præs. 24.* Tiraq. *de retractu lig.§.1. gloss.9. n.11. & 12.* Viu. *tom.1. communium opinion. lib.4. tit.9. n.184. p.497.* Mascard. *de probat. concl.189. & concl.1115. & con-* 4

clus. 1124. *n.* 4. Bernard. Muscatel. *in sua praxi aurea ciuils, p.* 2. *glos. intimato, à n.* 16. Bobadil. *in sua politica lib.* 1. *c.* 13. *n.* 44. D. Marta *in votis nouiss. de iis voto* 131. & etiam extra officium nuntio publico creditur in rebus modicis, Tiraq. *in tract. de iudicio in rebus exig. vers.* 91. Quando verò citandus coniecturis, & præsumptionibus ostendit se non fuisse citatum, tunc nuntio non creditur, Menoch. *d. casu* 102. *n.* 11. *& de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 26. *n. vlt.* Mascard. *concl.* 1119. *n.* 27. *&* 28. Bajard. *ad Clar § fin quæst.* 31. *num.* 64. sic etiam non creditur nuntio affirmanti citatum respondisse se non esse ventusum, Felin. *in cap. Inquisitionis, n.* 20. *de accusat.* Tiraq. *d. glos.* 9 *n.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 112. *à n.* 17. Mench. *quæst vsufreq. c.* 24. *n.* 10. *vers. contrariam*, Bobadil. *d. c.* 13. *n.* 44.

5 *Ad diem sibi statutum.*] Ergo dies in citatorio apponenda est, Menoch. *cons.* 250. *num.* 11. Azeued. *l.* 4. *n.* 30. *tit.* 18. *lib.* 4. *nouæ recop.* Brederod. *de appellat. p.* 2. *q.* 468. *vers. an citatio fine die*, Ceuall. *commun. contra communi.* 6 *q.* 809. Decian. *tr. crimin. lib.* 4. *c.* 21. *n.* 17. Et terminus in citatione congruus apponendus est, ita vt citatus congruè, & opportunè ad locum destinatum venire possit, ex Bart. *in l. aut qualiter, n.* 2. *ff. quod vi, aut clam.* Marant. *de ordine iudic. p.* 6. vbi *de citat. n.* 67. Azin. *in praxi, §.* 21. *c.* 1. *num* 6 *&* 7. Vant. *de nullit. tit ex defectu citat. n.* 67. Ceual. *d. q.* 809 *à n.* 23. Camil. Borrel. *in sum. omnium decis. tit* 44. *n* 52. *cum seqq.*

7 *Vna voce.*] Vide Marant. *d. p.* 6. *membr.* 1. *n.* 63. Duen. *reg.* 93.

8 *Si enim mandatur alicui*, &c.] Notatur ad hoc quòd in duabus obligationibus sublata vna remanet altera, Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, notab.* 3. § 20. *n.* 6. *à vers. sic ergo*, &c.

9 *Nec sufficientem miserat responsalem.*] Impeditus legitimè an compellatur procuratorem ad causam constituere, vide glos. *in l. interdum* 36. *ff. de iudic. & in cap.* 1. *verbo, absentia, quo tempore miles*, vbi Afflict. *à n.* 52. Doct. *in l sed etsi, §. vlt. ff. ex quibus causis maiores*, Bart. *in l.* 1. *vbi glos. ff. de diuers. & tempor. præscription.* Felin. *in cap accedens, in* 2. *n* 8. *vt lite non contest.* Marian. *de citat. art.* 4. *q.* 28. *à princ.* Rebuf. *tom.* 1. *ad leges Galliæ, tract de excusat. à num* 68. Pinel. *in auth. misi, n.* 43. *vers. amplia tertiò, C. de bonis matern.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q* 7. *n* 4. *glos.* 1. *in l. fin. tit.* 10. *lib.* 1 *fori, & glos. fin. in l.* 1. *tit.* 3. *lib.* 2. *fori*, Azeued. *l.* 2. *in fin. tit.* 4. *lib* 4. *nouæ recop.*

10 In glos. *Calores*, in addit. marginali, ibi, *maximè quia sanum non videtur morari Romæ.* In æstiuis scilicet diebus, quibus maximi calores periculosis infirmitatibus hic vexant homines, quos ego sentio dummodò in lecto febricitans de mense Augusti iaceo.

11 In glos. *Expensas, fin.* Notatur ad hoc quòd victus etiam in criminalibus victori condemnatur in expensis, vt per Couar. *pract. c.* 27. *n.* 2. *in princ.* Hyppol. *in l. patre vel marito, n.* 18. *ff. de quæst. & in pract. §. superest, n.* 2. D. Barbos. *in d. l. eum qui temerè, n.* 168.

12 Denuntiantem iudicialiter & non pròbantem tanquam præsumptum calumniatorem in expensis esse condemnandum resoluunt Clar. *lib.* 5. *§. fin. q* 7. *num.* 12. Mascard. *de probat. concl.* 506. *à n.* 1. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 16. *n.* 1. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia in causa beneficiali non transit in rem iudicatam respectu superioris quominus possit de iuribus partium inquirere.*
2 *Testis sine iuramento examinatus facit præsumptionem.*
3 *Sententia in causa beneficiali lata transit in rem iudicatam.*
4 *Citatio vnica ad totam causam admittitur quando pars residet in longinquis partibus.*
5 *Citari nemo potest à iudice extra suum territorium.*

CAP. Cùm olim. VII.

PApa in causa beneficiali post latam sententiam potest cognoscere. Item contumax & condemnatus vt conuincatur, eius malitia debet iterum ex abundanti citari ad causam defendendam, & si est intra prouinciam, & intra tres menses non comparet; si verò extrà, intra annum, postea confirmetur prima sententia, & interim in illo anno idem fiat administrator. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panorm. Anchar. Host. Bald. Butr. Henric. Boich, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag.* 111. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 238. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 7. *cap.* 3. 1

Quàm ex assertione Regis, &c.] Notatur ad hoc quòd testis sine iuramento examinatus facit præsumptionem, vt per Abb. *hic not.* 3. quem refert Hyppol. de Marsiliis *sing.* 198. *n.* 1. *in fine*, & Rota *decis.* 34. *n.* 3. apud Farin. *p.* 1. *recent.* censuit testes non iuratos probare coram iudice habente potestatem informandi se extraiudicialiter. 2

Notatur etiam ad hoc quòd sententia in causa beneficiali lata in rem iudicatam transit, vt per Socin. *reg.* 449. 3

Legitimè citatis ad causam, &c.] Notatur ad hoc quòd quando pars residet in longinquis partibus, vnica citatio ad totam causam admittitur, vt per D. Barbos. *in l peremptorium, n.* 183. *ff. de iudic.* 4

In glos. *In Hybernia*, ibi, *arg. citationes extra Prouinciam non esse faciendas.* Aduerte citari quem minimè posse à iudice extra suum territorium, *l. fin. ff. de iurisd. omnium iud. Clem. pastoralis, de re iudic.* Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ, tit. de citat. art.* 1. *glos.* 1. *num.* 2. Baptista Costa *de remediis subsid. remed.* 16. *à num.* 7. Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 44. *de citati à num.* 62. 5

SVMMARIVM.

1 *Sententia depositionis & excommunicationis ferri potest in absentem contumacem, & testes contra illum recipi valent.*
2 *Rector dilapidator beneficij, contumax, & absens potest priuari beneficio.*
3 *Homicida non perdit ipso iure beneficium antea acquisitum, donec per sententiam eo priuetur.*
4 *Depositio, & degradatio priuat eisdem rebus, quibus suspensio, sed aliter, nimirum absque spe restitutionis in pristinum statum.*
5 *Excommunicatus priuatur etiam administratione rerum temporalium Ecclesiæ.*
6 *Clericus licèt veniat priuandus beneficio propter delictum ante realem sententiam priuationis potest beneficium reintegrari.*
7 *Mora periculosa est.*
8 *Procurator in criminalibus non interuenit si agatur directè.*

CAP.

Cap. Veritatis. VIII.

1 COntumax si est absens ex malitia, possunt recipi testes potéstque ille excommunicari, deponi, & priuari officio Pontificali vel sacerdotali, & quæcunque facta post has sententias irritantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostiens. Panorm. Bald. Butr. Henric. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 112. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 239. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 4. *Decret. lib.* 2. *tit.* 4. *c.* 1.

2 *Non solùm dilapidando*, &c.] Notatur ad hoc quòd Rector dilapidator beneficij, contumax, & absens potest priuari beneficio, vt per Marc. Ant. Genuens. *in pract Eccles. q.* 208. *in fine*, vbi etiam dicit *in hoc text.* processum fuisse ad definitiuam lite non contestata contra Prælatum dilapidatorem ob fauorem Ecclesiæ, in cuius bonorum dilapidatione publica commoda periclitantur.

3 *Tulimus sententiam perpetuæ dispositionis.*] Ergo homicida non perdit ipso iure beneficium antea acquisitum donec per sententiam eo priuetur, vide Flamin. *de resignat. lib.* 1. *q.* 16. *n.* 4. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 7. *c.* 17. *q.* 2. *effectu* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 15. *num.* 150. Farinac. *in praxi crimin. q.* 119. *n.* 63. plures quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 10 *n* 48.

4 *Sine spe restitutionis*, &c.] Aduerte dispositionem, & degradationem priuare eisdem rebus, quibus suspensionem, sed aliter, nimirum absque spe restitutionis in pristinum statum, vsúmque eorundem bonorum, vt per Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 2 *n.* 50.

5 *Nihilominus in irritum reuocantes*, &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicatus priuatur etiam administratione rerum temporalium Ecclesiæ, vt per Abb. *in cap. pastoralis*, § *verum*, *n.* 18. *de appell.* vbi Franch. *n.* 17. & Dec. *n.* 22. Nauar. *in man. c* 27. *n.* 22. *vers.* 10. Nicol. Garc. *de benef. p.* 2. *c.* 13. *n.* 115. plures alios refert Ant. Ricc. *de iure personarum, lib.* 4. *c.* 14 *n.* 9.

6 *Post inhibitionem.*] Ergo si ante inhibitionem aliqua faceret, valerent, faciunt quæ Tiraquel. *in l. si vnquam, C. de reuocand. donat. verbo, reuertatur, n.* 366. Et sic licèt clericus veniat priuandus beneficio propter delictum, ante realem sententiam priuationis poterit beneficium resignare, Perez *l.* 23. *gloss.* 1. *pag.* 177. *colum.* 2. *in princ. tit.* 19. *lib.* 8. *Ordin.* nam solummodo priuati ipso iure beneficia in fauorem alicuius etiam ante declaratoriam sententiam resignare non possunt, Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 3. *q.* 1. *n.* 21. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 15. *à n.* 146. quos ego ipse refero *de officio, & potestate Episcopi, p.* 3. *alleg.* 57. *num.* 456.

7 In gloss. *Probatum*, ibi, *& hoc ideo est, quia periculosa est mora.* Vide latè Anton. Gom. *l.* 76. *Tauri, n.* 2. *& seqq. & num.* 9.

8 In gloss. *Defendendo*, ibi, *quia in criminalibus non interuenit procurator si agatur directè.* Vide Boss. *in praxi crimin. tit. an in criminalibus iudiciis quis pro absente interuenire possit*, Anton. Gom. *var. tom.* 3. *c.* 1. *n.* 12. Clar. *§. fin. q.* 32. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 80. Brunor. à Sole *in locis comm. verbo, procurator, n.* 2. *&* 3. Parlad. *rerum quotid. lib.* 1. *c.* 20. *n.* 3. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 4. *collect.* 1035. Perez *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 532. Mench. *vsufreq. c.* 39. *n.* 24. Cenall. *q.* 237. *n.* 1. *&* 2. Farin. *in praxi crimin. q.* 99. Cald. Pereira *in comm. ad l. vnic. C. ex delictis defunct. p.* 2. *à n.* 50.

SVMMARIVM.

1 *Actor non admissus in possessionem sibi decretam per iudicem causa rei seruandæ, vel ab ea expulsus per lapsum anni verus efficitur possessor.*

2 *Possessio vera an per actum fictum absque aliqua apprehensione acquiri possit, remissiuè.*

3 *Excommunicatus per annum, & vltra pro causa merè ciuili non priuatur beneficio.*

Cap. Contingit. IX.

ACtor quando ex decreto iudicis debet poni in possessione rei custodiendæ, & propter dolum, vel potentiam rei non admittitur, vel amissus reiicitur, transacto anno efficitur verus possessor, ne contumax sit melioris conditionis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Henric. Anan. Host. Bald. Panorm. Butr. Anch. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif pag.* 113. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 239. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 2. *tit.* 4. *c.* 2. & est post Conc. Later. sub Innoc. III. *c.* 40. 1

Verus constituatur elapso anno possessor.] Notatur ad hoc quòd per actum fictum absque aliqua apprehensione vera acquiri potest possessio, quæ in effectu è ciuili, & naturali possessione nihil differat, de quo vide Couar. *lib.* 3. *var c.* 5. *n* 6. *vers. sic & interdicto*, vbi ad hoc elegantem dicit hunc text. Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri, n.* 64 *&* *n.* 111 *col* 4. Tiraq. *in tract. le mort, p.* 5. *declar.* 1. *n.* 4. 5. *&* 6. *& de const. p.* 3. *limit.* 17. *n.* 7. 8. *&* 10. Anton. Gabr. *lib* 5 *comm. tit. de acquir. possess. concl.* 9. *n.* 6. Menoch. *remed.* 1 *recup. n.* 404. Molina *de primog. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 19. Auend. *ad l.* 45 *Tauri, gloss.* 5. *n.* 2. Azeued. *l.* 1. *n.* 58. *tit.* 1. *lib.* 4 *nouæ recop.* Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Galliæ, tit. de maternis possessoriis, in præfat à n.* 38. Personal. *in tract quorum bonorum, n.* 53. Matiens. *l.* 8. *gloss* 2. *n.* 13. *tit* 7. *lib.* 5. *nouæ recop.* Anton. Fab. *aduersus errores pragm decade* 75. *err.* 1 *ad med.* Peregrin. *lib.* 4. *var. n.* 48. *in fine*, Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. in proœm.* § 3. *num.* 87. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig conuent. lib.* 12. *tit.* 20. *num.* 3. 2

In gloss. *Non potest*, ibi, *& dicit Ioan. quòd si per annum steterit in excommunicatione, perdit possessionem*, &c. Notatur ad hoc quòd persistens in excommunicatione per annum, vel vltra, si sit la a pro causa merè ciuili, non priuatur beneficiis ipso iure, nec potest priuari per sententiam, Butr. *hìc n.* 10. & Panorm. *n.* 7. *& in c.* 1 *n.* 27. *vers. tene tamen menti, de iudic.* vbi Ripa *n.* 77. *vers. retenta igitur*, Rebuff. *in cap. postulasti, ante n.* 243 *de clerico excom.* Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum*, § 18. *n.* 24 Roman. *sing.* 307. *incip. de hoc heri*, Duen. *reg.* 153 *ampliat.* 4. Viuian. *tom* 1 *comm. opin. lib.* 1. *tit.* 12. *n.* 22 *vers. & aduerte, pag.* 197. Couar. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 7. *n* 10. Farin. *fragm crimin. p.* 1. *lit. C. n.* 285. *cum seqq.* Seraph. *decis* 1285. *in fine*, Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. gloss* 15 *in princ. n* 103. *cum seqq.* Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 119. *n.* 3. Anton. Ricc. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib.* 4. *c.* 7. *n.* 14 quicquid contrarium teneant Codech. *in repet. d. c.* 1. *de iudic. n.* 172 Menoch. *de arbitr. casu* 416. *n.* 52. *&* 53. Salzed. *ad Bernard. in practic. c.* 116. *num.* 9. *vers. tertia assertio, & num.* 13. *vers. quæ quidem assertio.* 3

4 In gloss. *Constituatur*, ibi, *ad hoc dicas quòd in realibus actionibus non habet locum secundum decretum, nec est necesse.* Sequitur Perez *lib.1. gloss.1.vers. quæro 27. tit 9.lib.3.Ordin. pag 656.*

5 In ead.gloss.ibi, *Sed nunquid idem iuris est in spiritualibus causis.* Vide Perez *d.l.1.vers quæro 24 pag 655. column.2.*

SVMMARIVM.

1 *Reus si non inuenitur, sufficit publicè citationem ad Ecclesiam suam proponi.*
3 *Incerti per edictum citantur, si nesciatur locus vbi sint, quamvis sciatur Prouincia.*
4 *Vlyssipo cùm maximum totius Orbis emporium, & ciuitas adeò ampla sit, homines in ea commorantes citantur per edictum si nesciatur platea vbi habitant.*
5 *Doctores referuntur de citatione per edictum agentes.*

CAP. Venerabilis. X. & fin.

Gregor. IX.

1 CItandus si non inuenitur, citatio potest figi in valuis Ecclesiæ suæ, & valebit. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Zabar Collect.Innoc. Bellam.Ioan. Andr.Imol. Anan. Anch. Panorm. Host. Bald. Butr. Henric.Boich.Cujac.Viuian.*in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 113 Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.*239.remissiuè Ximen.*in concord. p.1.& 2.*

2 *Volentes finem imponi litibus.*] Vide dicta *ad cap finem litibus, in princ.hoc eod.tit.*

3 *Et si non poteris inuenire, faciant vt citationis edictum,* &c.] Notatur ad hoc quòd incerti per edictum citantur, vt per Marant.*de ordine iudic. p.6.tit. de citat. memb.1.n.82.& 89* Bellacomb. *tom.2. comm opin lib.8. tit.14.n.2.* Menoch.*remed.8.recup n* 113. Surd. *decis.5. n.8.& cons.171.n.9. & cons.181.n.32.* Ceual.*commun. contra comm q* 809.*à n.*31.Greg.*l.1 tit.7. p.3.* Azeued. *l.fin.n* 9? *cum seqq.tit* 21.*lib.4.nouæ recop.* Guttier. *pract. lib.1.q.*133.*n.2.* Steph. Grat.*discept forens.c.*164.*n.*9. D. Barbos.*in l.ad peremptorium, n* 120 *cum seqq.ff.de iudic.* quod locum habet, si nesciatur locus vbi sit, Vant. *de nullit tit ex defectu citationis, à n.*118. Menoch. *remed.8.recup.à n.*101.*& cons.*100 *n.*95 *cum seqq.* Gam. *Lusit.decis.*237.Valasc.*de partit.c.*7.*à n.*13.Camil.Borrell.*in sum.omnium decis.tit.*44.*de citat.n.*8.etiamsi sciatur Prouincia, locus verò in ea minimè, teste Melch. Phœbo *Lusit decisionum, tom. Aresto* 69. Illud tamen addendum duxi Vlyssiponensem ciuitatem adeò esse amplam, hominésque in ea ita ignotos, propter varia hominum genera, cùm habeat septuaginta millia focaria, vt absens licèt pro certo habeatur in ea commorari, si tamen platea nesciatur, cùm ea tanquam Prouincia esse videatur, & quo in loco illius sit prorsus ignoretur, tunc per edictum sit citandus,ita iudicauit Senatus Portugalensis de anno 1596. vt refert parens meus *in annot.ad Ord. Regias Lusit. lib. 3. tit.1. §.8.num.7.*

5 De citatione per edictum vide ad satietatem post Marant. Vant. Menoch. Ceual. dictis locis, Rebuff. *tom.3. ad leges Galliæ, in præfat à n.*94. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.1. collect.* 117. Cardos. *in praxi iudicum, verbo, citatio, n.*28. Soar. de Pace *in pract. p.1. tom.1. temp.3.à n.*20. Cabed. *p.1. Aresto* 58. Camil.Borrel.*de tit.44.à n.*77.

6 In gloss. *Ecclesiam, fin.*ibi, *nunquid tenebitur saltem ad expensas?* Vide Hyppol.*in l.de vnoquoque, n.*121.*ff.de re iudic.* Tiraq. *de retractu lig.§.*15 *gloss.*2 *n.*9 *cum seqq.* Perez *in rubr tit.1.gloss.1. pag.*446 *lib.3.Ordin.*

In gloss.*Sufficienter*, ibi, *sufficiens instructus dicitur,* 7 *qui ad agendum, defendendum, & respondendum constitutus est legitimè.* Vide Azeued.*l 2.n.*44.*tit.7.lib.4.nouæ recopil.*

De eo, qui mittitur in possessionem causa rei seruandæ.

TIT. XV.

SVPER hanc rubr.scripserunt Zabarell. Bellam.Ioan.Andr.Imol.Anan.Butr.Anchar. Bald. Panorm. Stephan.Ranchin. *in continuat.titulorum Decret.fol.*61 *versò,* Dan. Venator *in analysi methodica iuris Pontificij, à pag.*224. Goffred.& Host.*in summa huius tit.* Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon.*in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expositi. titul. iuris Canonici*, nouissimè Ioan. Honor. *lib.2. summ.in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De materia tituli vide apud Castellanos *l.1. tit.8. p.3.* Neguzant. *de pignorib. p.3.à princ.* Perez *l.1.tit.9. lib.3.Ordin. pag.*649. Rebuff.*in praxi tit. de missione in possessionem,* Guttier. *pract.lib 2.q.22.n.*12.Galganet.*de iure publico, lib.2. tit.*54. *de missione in possessionem causa rei seruandæ.*

SVMMARIVM.

1 *Missus in possessionem ex primo decreto in reali, per lapsum anni veram, & incommutabilem illius rei possessionem acquirit, licet passus missionem habuerit infra annum voluntatem cautionem præstandi, tamen non deduxit ad effectum, suo defectu.*
2 *Missus in possessionem ex primo decreto actione reali intra annum non efficitur verus possessor, sed tantùm custos.*
4 *Declaratur text in præsenti.*
5 *Voluntas retenta animo nihil prodest.*
6 *Voluntas facto magis, quàm verbo declaratur.*
7 *Voluntatem qui explet lucrari dicitur.*

CAP. Constitutis. I. *Alex. III.*

MIssus ex primo decreto in possessionem causa 1
rei seruandæ, si pars contraria, licèt hoc velit facere,tamen intra annum sua culpa non præstat cautionem, acquirit possessionem incommutabilem illius rei, saluo iure partis pro proprietate. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar Bellam. Ioan.Andr.Anch.Imol. Anan. Host. Henric. Butr. Panorm.Bald.Cujac.Viu.*in ration. secundi libri iur.Pontif. pag.*117.Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 242.remissiuè Ximen.*in concord. p.1.& 2.*refertur ab Anton. Aug.*collect.1.Decret.lib.2.tit 11.c.1.*& est post Concil. Lateran.sub Alex.III. *p.3 c.4.*

Quod licèt causa rei seruandæ.] Notatur ad hoc 2
quòd missus in possessionem ex primo decreto actione

ne reali intra annum non efficitur verus possessor: sed tantùm custos, vt per Perez *l.vnic.gloss.2. tit.9. lib.3. Ordin.* Menoch. *remed.3. retin.n.112.* Greg. *l.2.tit.8. p.3.* Soar.de Pace *in pract.p.2.tom.2.c.vnic.n.81.& 82.* Christoph.de Pace *ad leges styli, l.27. num.45. & 46.* Post annum verò à missione facta missus verus possessor constituitur, absenti proprietate causa reseruata, per iura allegata à Galganet. *de iure publico, lib.2. tit.54.n.31.*

3 *Super possessione Ecclesia.*] Vel etiam hospitalis, vt per Rebuff. *in tract.nomin.q.9.n.8.*

4 *Intra annum.*] Vide Tiraq. *de retract.lig.§.1. gloss.9. n.63.* vbi dicit hunc text. loqui simpliciter de anno, qui datur reo ad reuocandam missionem in possessionem, at verò *cap. cùm venissent, infr. hoc tit.* loqui de anno, & die, computato ipso die termini.

5 *Licèt voluntatem*, &c.] Notatur ad hoc quòd voluntas retenta animo nihil prodest, *l.si repetendi, ff. de condict.ob causam,* Brunor.à Sole *in locis comm.verbo, propositum,* Rota Rom.apud Farin. *decis.354.n.6.tom.1. p.1. recent.* nam retenta animo nihil prosunt, ex latè traditis per Tiraq. *in l.si vnquam, C.de reuocand.donat. verbo, libertis, n.20.& in l.6.connub.gloss.1, p.6.n.18.& de retractu tit.2.§.4.gloss.6 n.21.*

6 In gloss. *Voluntate,* ibi, *voluntas sola non sufficit sine effectu.* Nam voluntas facto magis quàm verbis declaratur, *l.Paulus, ff. rem ratam haberi,* Aym. *cons.204 à n.11.* Menoch. *cons.1.n.264.& cons.5.n.16.& cons.110. à n.1.& cons.158.n.48.* Mascard. *de probat. concl.1415. n.34.* Mantic. *decis.146.n.4.* Surd. *decis.194.n.21.& decis.371.n.65.* Montan. *de tutelis, & curis, c.33. n.535.* Valasc. *cons.169 n.11.* Cald. Pereira *de renouat.emphyt. c.11.num.20.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel.§.4. proœm.n.71.*

7 Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib.3. c.11.n.9.* Et voluntatem qui explet lucrari dicitur, *l.si pignori 57.ff. de furtis,* Tiraq. *de iure primog. q.53. n.3.* Gonzal. §.3. *proœm.n.157.* qui verò non explet, damnum sentit, Menoch. *remed.1. recup. n.422.* Surd. *de aliment. tit.8. priuil.69.n.3.& decis.260.n.21.*

In gloss. *Parati, in princ.* Vide Tiraq. *de retract.lig. §.9.gloss.3.n.18.cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Tempus annale non currit missionem passo, si intra illud cautionem iudicibus, vel alteri eorum aliis absentibus, obtulit: licèt per eos, seu per eum recepta non fuerit.*

2 *Ordinarius qui confert, in possessionem mittere potest.*

3 *Tempus non currit ignoranti.*

CAP. Cùm sicut. II.

Clem. III.

1 MIssionem in possessionem patiens si infra annum offert cautionem iudicibus, vel vni ex his, licèt iudices illam non capiant, non currit annus ei, & sic post annum restituetur, quia per ipsum non stetit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Bald. Butr. Panorm. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.118.* Alagona *in compend.iuris Canonici, pag.243.* remissiuè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.2. Decret.lib.2.tit.8.c.2.*

2 *In possessionem rei petitæ miserunt.*] Notatur ad hoc quòd Ordinarius qui confert, in possessionem mittere potest, vt per Rebuff. *in tit. de missione in possessionem, num. 12.* vbi *numer. 13.* aduertit quòd hodie presbyter aut clericus seu notarius in possessionem mittit.

Ad subdecani notitiam peruenisset, &c.] Ergo tempus ignoranti non currit, vt per Tiraq. *de retractu lig.§.35.gloss.4.n.12.* Flamin. *de resign. benef. lib.11.q.4. num.38.cum seqq.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt.q.7.à n.13.* & in materia appellationum, Sigism. Scacc. *de appell.q.12.n.48.* 3

SVMMARIVM.

1 *Missionem passus si repetens possessionem allegat se contumacem non fuisse, restituitur in pristinum statum præstita cautione, & dilata condemnatione expensarum, quam euitat si postea constiterit eum non fuisse contumacem.*

2 *Consuetudo mixta procedens à tacito consensu Clericorum, & Laicorum, maximam vim habet, etiam in his quæ Ecclesiastica sunt.*

3 *Declaratur text. in præsenti, & in cap.1. supra hoc tit.*

4 *Iudex arbitrari potest intra quem terminum reus comparere debet ad præstandam cautionem, & expensas.*

5 *Mandatum non solùm seruandum est, sed & qualitas illius.*

6 *Declaratur text. in præsenti.*

7 *Offerens se soluturum id in quo fuit condemnatus, dicitur sententiam ratificare.*

8 *Actus gestus per partem in iudicio nunquam nocet si non fuit a parte acceptatus, sed impugnatus.*

CAP. Cùm venissent. III.

Innoc. III.

MIssionem in possessionem patiens secundùm 1
ius, & secundùm laudabilem consuetudinem, si appellat præstita cautione restituitur in possessionem, & differtur solutio expensarum necessariarum, donec constet fuisse contumacem, vel consuetudinem non fuisse laudabilem, & si secus constet, soluere debet expensas. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Henric. Bald. Panormitan. Hostiens. Butr. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag.* 119. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 243. remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect.3. Decretal. lib.2. tit.8. c.2.*

Secundùm ius, & bonam terræ consuetudinem, &c.] 2
Notari potest ad hoc quòd consuetudo mixta procedens à tacito consensu clericorum, & laicorum maximam vim habet etiam in his quæ Ecclesiastica sunt, vt per Couar. *in pract.c.31.n.5.* Tiraq. *in tract.le mort, p.3. declar. 8.n.4. & in præfat. declar.7.n.5. cum seqq. & de retractu lig. §.1. gloss.13. n.2.* Boër. *decis.69. n.21.* faciunt quæ Perez *l.4 gloss.1 pag.634.vers.sequentem, tit.8.lib.3. Ordin.* Carol. de Graffis *de effect. cleric. effectu 2.*

Vsque ad annum, & diem.] Additur dies, quia com- 3
putatur ipse dies termini, at verò *in cap.1. sup. hoc tit.* fit tantùm mentio de anno, quia dies termini non computatur in termino, ita Tiraq. *de retract. lig. §.1. gloss.11.n.63.*

Præstaret sistendi iudicio cautionem, &c.] Notatur 4
ad

ad hoc quòd potest iudex arbitrari intra quem terminum reus comparere debeat ad præstandam cautionem, & expensas, & ad recuperandam possessionem, vt per Perez. *l.1 gloss 1.q.20.vers.sed hodie, tit.9. lib.2.Ordin.* Menoch. *de arbitr.casu 6.n.13.* Soar. de Pace *in pract.tom.2. p.1.cap.vnico, n.46.*

5 Notatur etiam ad hoc quòd non solùm seruandum est mandatum, sed & qualitas ipsius, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocat. donat. verbo, liberis, num.59.*

6 *Ad restituendas expensas nullatenus compellatis.*] Aduertit Soar. de Pace *d.cap.vnic. n.47. & 48.* quòd hic reus negabat se contumacem fuisse, asserens per appellationem à iudicio recessisse, ac ideo cùm à principio non constaret de legitimitate appellationis præstita cautione de stando, & parendo, & dilata solutione expensarum in euentum probationis contumaciæ, reus recuperat possessionem, si verò à principio constaret de illegitimitate appellationis, reus comparens teneretur præstare cautionem, & expensas soluere, etiamsi ab actore non peterentur.

7 In gloss.; *Obtulit.* ibi; *& per hoc videtur renuntiasse appellationi.* Notatur ad hoc quòd offerens se soluturum id, in quo fuit condemnatus, dicitur sententiam ratificare, vt per Surd. *de alimeut. tit 9. q.26. num.131.*

8 In ead. gloss. ibi, *Dicas ex quo aduersarius*, &c. Notatur ad hoc quòd actus gestus per partem in iudicio nunquam nocet, si non fuit à parte acceptatus, sed impugnatus, vt per Menoch. *consil. 320. numero 25.*

SVMMARIVM.

1 *Aduersarius si citatus non comparet ad remota loca se transferens, nec aliquis apparet qui defendat, tunc agens in possessionem causæ custodiæ mitti debet.*
2 *Literæ citatoriæ per edictum debent poni in loco publico.*
3 *Reus si ante citationem abfuerit, non habet locum missio in possessionem ex primo decreto.*
4 *Amici aut vicini absentis debitoris citandi sunt antequam proueniatur ad secundum decretum, qui ad hoc sunt requirendi, vt id possint denuntiare citato, n.5.*
6 *Citatio in persona vnius ex familia exequuta non valet nisi sit apprehensus in domo.*

CAP. Si aduersarius. IV. & vlt.

Gregor. IX.

1 ADuersarius si citatus non comparet ad remota loca se transferens, nec aliquis apparet qui defendat, tunc agens in possessionem causa custodiæ mitti debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panor. Anch. Host. Bald. Butr. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 119 Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 243. remissiuè Ximen. *in concordant. p.1.& 2.*

2 *Publicè.*] Ergo in loco publico debent poni literæ, vt per Tiraq. *de retractu lig.§.9 gloss.2.n.9.& n.13.* quod debet fieri alta voce, Ordin. Regia Lusitan. *lib. 3. tit. 1. §. 8.* ibi, *mandamos que sejan dados ptegoes pellos praças*, &c. *è postos aluaros de editos*, nam licèt attenta prædicta Ordin. Regia Lusitan. & alia apud Castellanos *3. tit. 10. lib. 4. nouæ recopil.* vbi Azeued. *n.27.* requiratur copulatiuè quod scilicet per plateas præconia fiant, & edicta affigantur, vt attestantur Vant. *de nullit.tit.ex defectu null.n.122.* Marant. *cons.29. n.25.* sufficit tamen citatorium edictum vno in loco affigi, Dec. *cons.18.n.171. volum. 1.* Surd. *cons.181. num.34.*

Post citationis edictum.] Ergo si ante citationem reus 3
abfuerit, non haberet locum missio in possessionem ex primo decreto, vt per Soar. de Pace *in pract.tom.2. p.2.cap.vnic.n.28.*

In gloss. *Qui defendat, vlt.* ibi, *aliàs requisitus.* Nota- 4
tur ad hoc quod citandi sunt amici absentis debitoris ante quam proueniatur ad secundum decretum, vt per Tiraq. *tract.temper.c.22.n.70.*

In ead. gloss. ibi, *Si non defenditur.* Ergo requirendi 5
sunt amici, aut vicini, qui id citato renuntient, aut si velint defendant, vt per Tiraq. *de retractu lig.§ 9.gl.2. n.14 & ibi,* dicit in Gallia obseruari, vt non valeat talis citatio, nisi nuntius iniungat cuipiam ex familia citati, aut vicinorum, vt citatum ipsum certiorem de ea re faciat, non tamen est necesse literas alicui relinquere de familia, Surd. *cons.88.n.16* Aduertere ta- 6
men oportet citationem in persona vnius de familia executam non valere nisi sit apprehensus in domo, idem Surd. *d.cons.88.n.6.*

Vt lite pendente nihil innouetur.

TIT. XVI.

SVPER hanc rubr. scripserunt Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Anch. Butr. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canon.* Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal.* Dan. Venator *in analysi methodica iuris Pontificij*, Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Lancelot. *in instit. Canon.* Canis. *in summa iuris Canon.* Cafar. *lib.2. erotem. eiusdem iuris*, Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in exposit. titul. iuris Canonici*, nouissimè Ioan. Honor. *lib.2. summ. ad Decret.* omnes *sub hac rubr.*

De materia huius tit. vide Cot. *in memorabil. verbo, lite pendente, pag. mihi* 552. Nauar. *tom.1. cons. sub hoc tit.* Flamin. *de resign. benef. lib.1.q.4.n.1.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium etiam à Principe impetratum, per quod priuatur quis sine causæ cognitione lite pendente vsu possessionis tanquam subreptitium non valet, seu tanquam rationi obuium est reuocandum.*
2 *Possessorium iudicium competit pro honore.*
3 *Archiepiscopus potest ante se deferri facere Crucem per totam Prouinciam.*
4 *Iure simpliciter dicitur fieri, quod per consuetudinem fit.*
5 *Arbiter ad pronuntiandum secundùm iura, potest, & debet pronuntiare secundùm statuta, & consuetudines.*
6 *Consuetudo est optima legum interpres.*

CAP. A memoria. I. *Alex. III.*

1 LIte pendente nihil est innouandum, nec alicui auferenda possessio, vnde si obtineantur literæ, quibus aliquis priuatur sine causæ cognitione vsu possessionis, literæ illæ tanquam subreptitiæ non valent, donec constet an sit iuridicè possidens. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Bald. Panorm. Butr. Anchar. Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 121. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 244. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 9. *c.* 1.

Notari solet hic text. ad hoc quòd inhibitioni contrauenire non dicitur qui suam continuat possessionem, vt per Mandos. *de inhibit. q.* 9. *sub n.* 3. *&* *q.* 23. *&* *super reg. de subrogandis, q.* 8. *n.* 5. Hieron. Gabr. *cons.* 52. *n.* 17. *lib.* 1. Lancelot. *de attent. p.* 2. *c.* 4. *limit.* 1. *n.* 10. *&* *c.* 20 *limit.* 9. Farin. *fragm. crimin. p.* 2. *lit. I. n* 324. vbi *n.* 325 docet vnumquemque lite pendente suam possessionem continuare posse.

2 *Consuetis facere*, &c.] Notatur ad hoc quòd pro honore competit iudicium possessorium, vt per Tiraq. *de nobilit. c.* 20. *n.* 57. Ioan. Garc. *eod. tract. gl.* 35. *n* 59. vbi etiam quòd antiquiori, & nobiliori competit locus honorabilior, quòd si ab eo deturbetur, sit illi iniuria, quam de facto potest propellere, de quo etiam idem Ioan. Garc. *de expensis, c.* 8. *ad fin.* Lat. *in l. si quis à liberis, in princip. n.* 25. *ff de liber. agnosc.* quos refert parens meus *in annot. ad Ordin. Regias Lusit. lib.* 2. *tit.* 1. *§.* 2. *n.* 4.

3 *Ante vos per totam Angliam deferre crucem.*] Notatur ad hoc quòd Archiepiscopus potest ante se deferri facere Crucem per totam suam Prouinciam, vt per Stephan. Quarant. *in summa Bullarij, verbo, Archiepiscopi auctoritas, auctor.* 28. & de Patriarcha dixi *in tract. de officio, & potestate Episcopi, p.* 1. *tit.* 3. *c.* 1. *n.* 23. & dicam *ad c antiqua, de priuil.*

4 *De iure hoc debeat habere.*] Notatur ad hoc quòd de iure simpliciter dicitur fieri, quod per consuetudinem
5 fit, vt per Tiraq. *in præfat. le mort, declar.* 7. *n.* 5. Et arbiter ad pronuntiandum secundum iura, potest, & debet pronuntiare secundùm statuta, & consuetudines,
6 Duen. *reg.* 56. *in princip.* nam consuetudo est optima legum interpres, Tiraq. *de nobilit. c.* 10. *n.* 9. Afflict. *Neapol. decis.* 166. *sub n* 9. *&* *decis.* 173. *n.* 3. Menoch. *cons.* 32. *n.* 44. *cons.* 577. *n.* 2. *&* 3. Camil. Borrel. *in summa omnium dec. tit.* 14. *de consuet. n.* 88.

SVMMARIVM.

1 *Coniux accusatus de adulterio ad separationem thori non debet lite pendente priuari possessione coniugali.*
2 *Carnale commercium non interdicitur coniugibus lite pendente super coniugio, intellige vt ibi.*
3 *Coniux prohiberi potest ne rem agat cum altero post probatam accusationem.*
4 *Beneficio priuandus per sententiam potest lite adhuc pendente ante sententiam resignare in fauorem tertij.*

CAP. Laudabilem. II. *Clem. III.*

1 COniux accusatus de adulterio ad separationem thori, ante probationem accusationis non est priuandus possessione coniugali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Host. Bald. Panorm. Anch. Butr. Henric. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 121. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 245. remissiuè Ximen. *in concord. p* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 9. *c.* 2.

Probat hic text. lite pendente super coniugio non 2
interdici coniugibus carnale commercium, vt per *l.* 8. *tit.* 2. *p.* 4. Roman. *sing.* 411. Couar. *de sponsalib. p.* 2. *c.* 8. *§.* 1. *n.* 5. Sahag. *ad c.* 1. *n.* 8 *inf. de sequest. possess.* Nauar. *in c. si quis autem, n.* 127. *de pœnit. dist.* 7. quod quidem intelligit Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *disp.* 2. *n. vlt.* cùm nulla lite pendente, sed approbante Ecclesia matrimonium in eius facie contractum fuit, vel quando ante litem motam est contractum matrimonium, nisi contraheretur stante alio matrimonio, quia tunc cùm possessio stet pro priori, interdicitur posterioris vsus, dum de prioris valore disceptatur: in foro tamen conscientiæ quid dicendum sit docet idem Sanch. *l.* 2. *disp.* 41. *n.* 50. *vers. quid autem*, vbi ait quando matrimonij valor dubius est, & ad illud dissoluendum ius agitatur, huiusmodi litem nec concedere, nec auferre ius, sed perinde censendum esse ac si ea mota non esset ad iudicandum vtrùm in eo dubio licitum sit reddere, & petere.

Ante probatam accusationem.] Ergo post probatam 3
accusationem potest coniugi prohiberi ne ad inuicem rem agat cum altero, vide Duen. *reg.* 42. *lim.* 1. Et notari potest ad illud quòd priuandus beneficio 4
per sententiam, vt quia eo adepto homicidium commisit, aut aliam irregularitatem contraxit, potest lite adhuc pendente ante sententiam resignare in fauorem tertij, vt per Couar. *in Clem. si furiosus, de homic. p.* 2 *§.* 3. *n.* 1. Rebuff. *de pacificis possess. n* 161. Flamin. *de resignat. benefic. lib* 3. *quæst.* 16. *n.* 8. Ceuall. *communium contra communes, quæst.* 147. *n.* 7. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 42. *n.* 2. Sanctarel. *in tract. de hæresi, c.* 33. *num.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Alienans rem litigiosam, quæ rehaberi non possit, debet æquiualentem substituere in locum illius, quam alienare non poterat, & n.* 2.
3 *Attentata post euocationem reuocantur.*
4 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

CAP. Ecclesia. *j.* III. *Innoc. III.*

1 LIte pendente res litigiosa non debet in alium transferri, & si de facto transferatur, itavt recuperari non possit, alia res restitui non debet loco illius, quæ censebitur litigiosa eodem iure, vt prima, nec alienari poterit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anch. Anan. Host. Bald. Panorm. Butr. Henric. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iur. Pontif. pag.* 122. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 245. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 2. *tit.* 4. *de restit. spoliat. c.* 1. vnde facilè intelliges hoc fragmentum.

Hanc eanden conclus. ex hoc text. desumit Tiraq. 2
de retract. lig. §. 31. *gl.* 1. *n.* 3.

Notatur ad hoc quòd attentata post euocationem 3
reuocantur, vt per Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ, tractatu de euocation. pag.* 270. *n.* 103.

Quæ successerunt in locum, &c.] Notatur ad hoc 4
quòd

quod subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, vt per Tiraq. *de iure primog. q.* 40. *n.* 43. *& seq.* Enerard. *in topicis legalib. loco* 93. Gamar. *in Dialectica legali, l.* 2. *de loco subrogato* 4. Cardin. Tusch. *tom.* 7. *lit. S. concl.* 757. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, subrogatum*, cum aliis pluribus citatis in libello, *de principiis vtriusque iuris, lit. S. n.* 16. vbi multipliciter limitatur.

SVMMARIVM.

1 *Commissio causæ facta in Curia, non facta mentione de lite extra illam, non valet.*
2 *Acta post euocationem intimatam non valent.*
3 *Instrumentum crediti reddens creditor præsumitur creditum remisisse.*
4 *Quitantias in iudicio producens sine protestatione aliqua solutiones in ea contentas ratificare videtur, etiamsi productio sit facta à procuratore.*

CAP. Ecclesia. ỹ. IV.

IDem quod in præcedenti tex. probatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Innoc. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Host. Bald. Butr. Cuiac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 122. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 245. & remissiuè Ximen. *in conc. p.* 1. *&* 2.

1 *Ad curiam suam idem negotium reuocauit*, &c.] Notatur ad hoc quòd si in aliqua causa spirituali, vel prophana pendet lis extra Curiam Romanam, & committatur de speciali mandato tractari in Curia, non facta mentione de litis pendentia, talis commissio non valet, vt per Palat. *in repet. c. per vestras, de don. inter virum, notab.* 4. *n.* 2. *ad fin.* Xuar. *alleg.* 28. *n.* 25.

2 *Irritum decernimus*, &c.] Notatur ad hoc quòd acta post euocationem intimatam non valent, vt per Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ, tract. de euoc. art.* 1. *n.* 82. *pag.* 269. Et de auocatione causæ facta motu proprio, vide Couar. *pract. c.* 9. *n.* 6. *cum seqq.*

3 *Qui nobis instrumentum pignoris resignauerunt.*] Notatur ad hoc quòd instrumentum rediti creddens creditor præsumitur creditum remisisse, vt per Menoch.

4 *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 140. *per totam.* Sicut etiam producens quitantias in iudicio sine protestatione aliqua solutiones in ea contentas ratificasse videtur, *l. publica, §. fin. ff. depositi*, Dec. *in c. cùm venerabilis, n.* 12. *inf. de except.* Surd. *cons.* 5. *n.* 37. *& cons.* 28. *n.* 47. etiamsi productio sit facta à procuratore, Caputaq. *decis.* 193. *p.* 1. quos refert, & sequitur Rota *dec.* 614. *n.* 3. apud Farin. *p.* 1. *recent.*

SVMMARIVM.

1 *Lis decidenda est secundùm iura existentia tempore controuersiæ, non autem secundùm priuilegium impetratum lite pendente, nisi de lite pendente mentionem faciat.*
2 *Decimæ prædiales curato illius Parochiæ debentur, cuius loco prædia sita sunt.*
3 *Nouale quod dicatur, remissiuè.*
4 *Priuilegium concessum non facta mentione litis pendentiæ valet.*
5 *Rescriptum concessum cum clausula*, Motus proprij, *de lite cœpta mentione non habita, est nullum.*
6 *Impetrans de lite nulla non tenetur facere mentionem.*

CAP. Dilectus. V. & vlt. *Honor. III.*

PRiuilegium fauorabile obtentum quando litigatur de aliqua re non valet, si in eo non fiat mentio de lite, vel indulgentia. Colligunt ex ordin. Abb antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Host. Henric. Butr. Cened. *Collect.* 53. Cuiac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 123. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 245. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. 1

Super decimis noualium intra fines, &c.] Notatur ad hoc quòd prædiales decimæ curato illius Parochiæ debentur, cuius loco prædia sita sunt, vt per Rebuff. *de decimis, q.* 7. *n.* 3. Rota apud Farin. *dec.* 178. *n.* 1. *p.* 1. *recent. & decis* 371. *c. p.* 1. Nouale quid dicatur, vide Ferret. *cons.* 195. *n.* 2. *lib.* 1 Monet. *de decimis, c.* 4. *à n.* 50. Rota *decis.* 223. *n.* 1. *cum seqq* apud Farin. *p.* 1. *recent.* 2 3

De dicta quæstione facta mentio non fuisset.] Notatur ad hoc quòd priuilegium concessum non facta mentione litis pendentiæ nihil valet, vt per Capyc. *decis.* 220. *à n.* 13. Anton. Gabr. *lib.* 2. *commun. tit de indic. concl.* 4. Lancelot. *de attent. p.* 2. *c.* 4. *n.* 630. Cened. *ad Decret. collect.* 53. *n.* 1. nam priuilegium impetratum etiam motu proprio, de lite pendente nulla facta mentione, nihil operatur, vt per Gabr. *commun. lib.* 6. *de clausul. concl.* 2. *n.* 13. *cum seqq.* Menoch. *de arbit. casu* 101. *n.* 12. plures per me citatos *in tract. de claus. vsufreq. claus.* 79. *n.* 45. Cened. *d. collect.* 53. *n.* 1. vbi *n.* 3. quærit, an idem esset dicendum quando adesset clausula *ex certa scientia*. Regulariter enim rescriptum vel priuilegium obtentum lite pendente de ea non habita mentione, est nullum. Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Galliæ, pract. de euocat. n.* 78. Perez *tit.* 3. *lib.* 3. *Ordin pag.* 429. *&* 701. Azened. *l.* 1. *n.* 5. *tit.* 5. *lib.* 4 *nouæ recop.* Flamin. *de resign. benef. lib.* 2. *q.* 3. *n.* 60. *cum seqq.* ita vt etiam de statu causæ sit faciendamentio. Lancelot. *de atten. p.* 2. *c.* 4. *illat.* 7. *n.* 649. Menoch. *de arbitr. casu* 106. *n.* 6. Steph. Grat. *discept. forens. c.* 100. *n.* 37. De lite verò nulla impetrans non tenetur facere mentionem, siue sit nulla ipso iure, siue veniat annullanda. Ruin. *cons.* 8. *lib* 4. Afflict. *decis.* 366. *ex n.* 9. Menoch. *d. casu* 202. *n.* 81. Lancelot. *d. c* 4. *n.* 651. Mascard. *de probat. concl.* 846. *à n.* 20. Cened. *d. collect.* 53. *n.* 4. vbi intelligit, siue lis esset nulla ipso iure, siue veniret annullanda ope exceptionis, & *n.* 5. cum Menoch. *vbi proximè n.* 14. idem resoluit quando lis esset deserta. 3 4 5 6

Indulgentia non obstante, &c.] Notatur ad hoc quòd ius superueniens actori lite pendente regulariter ei non prodest, vt per Socin. *reg* 269.

De Sequestratione possessionum, & fructuum.

TIT. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*
2 *Sequestrationum materiam qui DD. tractent citantur.*
3 *Deus quare dicatur sequester noster.*
4 *Sequestratio dicitur à verbo sequestrare quod idem est ac separare, seu diuidere.*
5 *Sequester probabilius dicitur à sequendo quòd eius, qui electus sit, vtraque pars fidem sequatur.*
6 *Sequestrium nomine veniunt interpretes, commissarij, pignores, captores, quæsitores, recuperatores, propriè tamen comprehenduntur illi apud quos res super qua controuersia est, deponitur.*

7 *Sequa*

7 *Sequestratio definitur vt sit rei de qua controuersia est apud tertium legitimè facta depositio, seu separatio.*
8 *Possessio à pedibus, seu à sedibus dicatur ostenditur, &* n. 9. & 10.
11 *Possessionis definitio quæ, ostenditur, &* n. 12. & 13.
12 *Possessio alia dicitur naturalis, alia ciuilis.*

1 SVPER hanc rub. scripserunt Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Imol. Bald. Butr. Panor. D. Sahag. Petr. de Rauen. *in compend. iur. Can.* Mart. Mesn. *in epitom. Dec. fol. 63. ver.* Dan. Ven. *in analysi method. iur. Pont. à pag. 231.* Goffr. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expositi. tit. iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 2 sum. in decret.* omnes *sub hoc tit.*

2 Sequestrationum materiam frugiferam admodũ, nec omnino facilè appellat Corras. *miscel. l. 3 c. 2. n. 1.* difficilem esse frequentẽ, vtilem, & fructuosam dicit Carot. *in tr. de seqnestr. p. 1. n. 1.* super ipsa quotidie in Curiis litigari asserit Angel. Perus. *in tr. de sequestr. in princip. n. 1.* de eadem vltra ordinarios. *in præsenti, & in l. vni. C. de prohibita sequest.* vbi Cuiac. & Gilchen. *& in l. sequest. 110 ff. de verb. signif.* vbi Alciat. & Rebuff. integros tractatus edidere Iacob. de Aren. Francisc. Curt. Angel. Per. & nouissimè Carotius, alium tractatum de sequestris, seu Commissariis rei captæ composuit Reb. *ad leges Galliæ, sub hoc tit.* multa tradidere Conan. *l. 7. com. iur. c. 4. n. 6.* Tiraq. *de retract. tit. 2 gl. 7 à n. 1.* Azeued. per text. *ibi tit. 12. lib. 4. nouæ recop* Menoch. *remed. 3. retin. à n. 86.* Nauar. *tom. 1. cons. sub hoc tit* Perez *tit. 10 l. 3. Ordin. pag. 639.* Gom. *in reg. de annali possess. q. 46.* Gam. *Lusit. decis. 331. & 277 à n. 5.* Valasc. *cons. 159 à n. 18. & cons. 191. à n. 33.* Cabed. *Lusit. decis. 35. à n. 2. p. 2 & de patronatib. Reg. Corona, c. 51. à prine.* Rot. apud Farin *dec. 393 per totam, p. 1. recentiorum*, Card. *in praxi iudicum, verbo, sequester*, Cald. Pereira *q for l. n. q. 11* Card. Tusch. *tom 7 lit. S concl 201. cum seq.* Cened. *pract. & canon q. lib. 1 q 10.* Nic. Garc. *de benef. p. 5. c. 6.* & Christoph. de Pace *ad leges stili, l. 40. à n 1.* Gut. *de tutel p. 1. c. 7.* Alex. Trentac. *var. res. lib. 3. tit. de variet. ref. 11.* aliqua notatu
3 digna vide apud Ioan. de Pined. *super Iob, p. 1 c. 9. pag. 263.* vbi adducit Tertul. auctoritatem, *lib. de patient. ad fin.* quòd Deus sit sequester noster. *Adeò*, inquit, *satis idoneus patientiæ sequester Deus, si iniuriam deposueris penes eum victor est, si dolorem, medicus est, si damnum, restitutor est, si mortem, resuscitator est.*

4 *Sequestratione.*] Dicitur à verbo sequestrare, quod idem est ac separare, seu diuidere, in quem sensum eodem verbo Pontifices vtuntur *in hoc tit. & in c. 2. de foro comp.* vbi sequestratus, idem importat ac separatus notant Curt. *de sequest. q. 1. n. 20.* Cald. Pereira *recept. sentent. q. 21. n. 1.* post gl. *verbo sequestrationis in l. unica, C. de prohibit. sequest.* vnde illum apud quem sequestratio fit sequestrem dici, quia talis certantes, discordes, seu litigantes separet, mediúsque sit inter eosdem ex Cicer. & aliis terſæ latinitatis Auctoribus ostendunt Corras. *miscel. lib. 3. c. 2. n. 3.* Conan. *comment. iur. ciuil. lib. 7. c. 4. n 6.* Carot. *de sequest p. 1. q. 1. n. 5.* Iuuat & illud Deut. *c. 5. Sequest. & medius fuit inter Dominum, & vos*, sícque pacem temporariam, seu inducias, quod medium sint inter bellum præteritum, & futurum, interímque pugnantes separent, & diuidant, pacem sequestram appellauit Virgil. Æneid. 11.

Bicenos tetigere dies, & pace sequestra.
Per sylvas Teucri, mixtique impune Latini.

5 Sed probabilius videtur sequestrem à sequendo, dici, quod eius qui electus sit, vtraq; pars fidẽ sequatur, secundũ Gell. *noctium Attic. l. 20. c. 10.* Alciat. *in l. sequest. 110. ff. de verb. sig.* Curt. *d. q. 21. n. 21.* Corras. *d. c. 2. n. 3.* Conan. *d. c. 4. n 6.* Etquãvis sequestrium nomine multi 6
cõprehẽdãtur, qui pluribus nominibus appellãtur veluti interpretes, cõmissarij, pignores, captores quæsitores, recuperatores, aliisque modis, quos referũt Con. *d. n. 6.* Rebuf. *to. 3. ad leges Galliæ tit. de sequest. & commis. art. 1. gl. 1. ex n. 1.* Carot. *de sequest p. 1 q. 1. n. 6. & 7.* proprie tamẽ sũt illi, apud quos res, super qua cõtrouersia est, deponitur, qui apud Gallos Cõmissarij, seu depositarij iustitiæ appellãtur, Con. *d. n 6* Reb. *d. gl. 1. n. 2. & 5.*

Sequestratio, seu sequestrũ in genere neutro variè 7
solet à Doctorib. definiri, & communiter quòd sit rei possessæ, de qua controuersia est, aut fructuum eius à possessore partium consensu, aut iudicis officio penes tertium ex causa facta sequestratio, & tradunt Corras. *l. 3. miscel. c. 2. in prim.* Curt. *d. q. 1. n. 20.* Carot. *d. p. 1. q. 1. n. 5.* Cald. Pereira *d. q. 21. n. 2.* Sed quia hæc definitio in multis superflua esse videtur, ideo ea reiecta meliùs sequestratio definitur vt sit rei de qua cõtrouersia est, apud tertium legitimè facta depositio, seu separatio, quam definitionem in effectu approbasse videntur gl. & Card. *n. 22 in rub. huius tit. in Clem. gl. 2. in l. vn. c. C. de prohibita sequest.* Curt. *vbi sup. n. 20. vers. vel alitèr*, & cõprobat tex. *in d. l. sequest. 110. ff. de verb. sign. l. licet 1 in prine. ff. depositi.* Ponitur, *depositio, vel separatio*, loco generis, quia latiùs patet, & plura comprehendit, quæ quest. non sunt, reliquæ particulæ differentiarum loco collocantur, prout sunt verba illa, *res de qua controu. est*, per quæ sequestratio à contractu depositi distinguitur qui absq; vlla controuersia ab vno, & quolibet fieri potest de re liquida, & ostendatur sequestrationẽ non nisi à pluribus fieri posse, cùm solùm inter plures cõtrouersia valeat cõsiderari, *d. l. licet, vers. nam tunc l. propriè 6. ff. depos.* & insuper demonstretur rei liquidæ, & quæ litigiosa non sit, sequestrationẽ propriè non fieri vt malè putauit Bald. *in l. vlt. C. de prob. sequestr.* Curt. *d. n. 20.* de essentia enim sequestrationis est vt fiat de re in litigiũ seu controuersiã deducta, iuxta tex. *in d. l. sequester*, quamvis nõ requiratur necessariò vt talis cõtrouersia iudicialis sit, sufficit enim extraiudicialis, arg. tex. *in l. diuus 5. in prine ff. de petit. hæred.* cũ traditis per Dec. *in c. ex literis n. 1. de probat.* idq; satis tex. *in d. l. licet*, Abb. *in c. ex am. de ind. n. 13.* sícq; intelligendum est verbũ, *litigium*, de quo gl. *verbo sequestratum in d. c. examin.* de litigio etiam extraiudiciali, & improprio, secũdùm Abb. *vbi proximè*, notat Cald. Pereira. *d q 21. n. 2.* Dicitur, *legitimè facta*, vt quacunq; iustã, & legibus conformem sequestrationẽ comprehẽdat, cũ illud dicatur legitimè fieri, quod iustũ, legi conforme, & per ipsã receptũ, approbatũ, & nõ vetitũ est, iuxta tex. *in l. legitima 6 ff. de pact. c. legit. de appell. l. 6.* & notata *in c. 1. de accus.* & sic sub illis verbis cõprehenditur tã extraiudicialis sequestratio, illa scilicet, quæ mutuo contẽdentiũ partiũ cõsensu, & cõuẽtione fit, quã DD. volũtariã appellant, de qua *in l. licet 17. & in l. prop. 6 ff. depos. & in l. sequest. 110. ff. de verb. signif. & in l. interesse 39. ff. de acq. poss.* quam etiam iudicialis, illa scilicet, quæ à iudice fit, vel ex officio sine vlla partis petitione, de qua *in l. si fideiuss. §. vlt ff. quì satisd. cog. & in l. Imper 21. in fin. ff. de appel.* vel ad petitionẽ vnius partis, propter contumaciã alterius, vt *in c. 1 hoc tit & in c. ex liter. de dol. & in c. olim. 25. de resc.* quã quidẽ iudicialẽ sequestrationẽ DD. vocãt, & in vtraq; voluntariã scilicet, & necessariã diuidunt sequestrationem, vt videre est per Archid. *in c. quia res 12. q. 1.* Io. Andr. *in reg. locupletari, l. 6. vers. quare*, Curt. *in tr. de sequest. p. 1. n. 19.* Corras *lib. 3. miscel. c. 2. n 1.* Carot. *in tr. de sequest. p. 1 q. 1. n. 2.* Apponitur tandẽ in definitione verbũ, *rei*, vt per illud tã res mobilis, quàm etiã immobilis intelligatur vtraque enim potest sequestrari, & in vtraque propriè cadit sequestratio, vt de re mobili est text. *in l. ab execut. 5 C. quorum appel. non recip. d. l. Imperat. d. l si fideiuss. 7. §. vlt. de re*

immobili videtur esse text. *in c. 2. de dolo, & in c. 1. hoc tit.* tradunt Curt. *vbi sup. n. 1.* Cald. Pereira. *d. q. 21. n. 30.*

8 *Possessionis.*] A pedibus appellatam esse possessionem quasi pedum positionē ex Labeone, ait Paul. secūdum vulgarem literam *in l. 1. in princ. ff. de acquir. poss.* notant gl. Bart. Alberic. Ias. *n. 1.* Alex. I I I. Cuman. Soc. Ferret. Bolognet. & reliqua scribentium turba, *ibid.* ex nouioribus latè Forcatul. *dialog. 73.* & defendi posse asserit Conan. *comment. iur. l. 3. c. 8. n. 1.* & cum ea transeūt Ludou Carond. *verosimil. l. 1. c. 6 in princ.* Petr. Greg. *syntag. iur. l. 1. c. 13 ex n. 7.* Cou. *in rub. de testam p. 1. n 2.* Sebast. Medic. *ad l vlt. ff. de legib. gl. 1 p. 1. n. 2.* & absurdum non esse, vt alij volunt, de quibus *infrà*, scribit Gilchen. *de præscript. p. 2 memb. 3 c. 1. n. 3.* sequitur Peregr. *var. lib. 3. n. 19.* & ex Theologis post Conrad. & alios Molin. *de Iustit. disp. 12. in princ.* Less. *in simili tr. lib. 2. c. 3. n. 39.*

9 Ab hac tamen receptissima etymologia recesserūt Alciat. *in ead. l. 1. n. 2. & disputt. l. 1. c. 1.* contēdens non à pedibus, sed à sedibus possessionē dici, ex Pisanis, seu Florentinis Pandectis, vbi sic scriptū reperisse testatur *in ead l. 1.* possessio appellata est (vt & Labeo ait) à sedibus quasi positio, Alciatum sequuntur reliqui omnes recentiores, Brison. *verb. possessio*, Conan. *d. c. 8.* Aurel. Dauid. *de verbor. signif. c. 6. n. 23.* Corras. *in l. naturaliter, §. nihil commune, n. 5. in prælud ff. de acquir. possess.* Cuiac. *in ead. l. 1. in fin princ.* quem sequitur, *ibi*, Gothofr. Vacon. *decis. 32. n. 4.* & licèt vulgarem literam sequatur, hanc tamen se non reiicere profitetur, Petr. Greg. *d. c 13. n. 10.* & probabiliorem affirmat Gilchen. *citato loco*, eandémque latè comprobat Donel. *comment. iur. l. 5. c 6. in princ.* explicans nomen *sedibus* poni pro gerundio sedendo, vt scilicet sit sensus possessionem dici à sedendo, seu à sessione; quia quemadmodum à verbo *sedeo*, deducitur assideo, resideo, ita etiam possideo, & à possideo, seu possidere possessio, sicut à sedeo sessio, adiecta particula *post*, quæ potentem significat, & in compositionibus frequenter reperitur compos, impos, quasi possidere idem sit ac potens sedere, vt in aliis similibus notant Grammatici, de quibus Alciat. *in ead l 1. n. 2.* Aurel. Dauid. *d c. 6. n 42.*

10 Sunt tamen in tāta Doctorum pugna, qui existimāt nihil interesse quòd hāc, vel illam literam sequamur, vel quòd à pedibus, vel à sedibus dicatur possessio, vtroque enim modo idem resultat sensus, & ideē videtur importare actualē scilicet insistentiā, & occupationem rei possessæ, ita Zaz. *in ead. l. 1. n. 3.* cui assentiri videtūr Petr. Greg. & Pereg. ac alij de quibus *supra* qui neutrā reiiciunt imò vtramq; probant deriuationem. Alij verò in huiusmodi quæstionibus nihil immorādum putāt, sed pertinacibus relinquendas, vt ex Cicer. ait *gl. 1. in rub ff soluto matr.* recepta ex multis, de quibus D. Barb. *ibi p. 1. n. 13.* quia inquiunt nullam ex etymologiarū inspectione parari vtilitatē cùm etymologiæ argumentū quandoque fallax sit, vt per citatos *in tr. de locis communib. argum. iur. loco.* Ego tamen fateor nihil cōmune habere originē nominis *possessi.* cū pedibus, & ideo *in d. l. 1.* nō tradi propriè etymologiā, sed allusionē quādam ad rem ipsam quæ hoc nomine significatur: cōstat enim hoc est possidere habere in se pedū positionem, vt verbis sequētibus expressit Iureconsl. quia ab eo tenetur, qui insistit, & alibi qui fundum ingreditur, perambulat, vel in loco stat, ad quæ omnia non aliud est cōmodius instrumentū quàm pedum, vt etiāsi à sedibus possessionem dictam concedamus, quasi sedium positio, necessaria semper sit pedū illatio, ad sedem enim ponendam pedes priùs in loco ipso in quo ponitur, inferre necesse est, aduertit bene Peregr. *d. l. 3. n. 19.* atque etiam, quia sine pedū, sine sedium positio legamus, nunquā verā etymologiā tradi possessionis, sed allusionem, optima ratione docuerūt Alciat. *in d. l. 1. in fin.* quia positio nunquam ingreditur originem nominis possessio, sequitur Zaz. *in d. l. 1. n. 7.* Cantiuncula. *loc. 3.* Donel. *d. l. 5. c. 6. post princ.* & plures alij, quos refert Gilchen. *d. c. 1. n. 14.*

Circa possessionis definitionē inter Doctores sub- 11
oritur pugna adeo magna, vt etiā peritissimos possessionem definire ausos non esse asserat gl. *verbo stipuletur, in l. stipulatio ista 38. §. hac quoque ff. de verb oblig.* quā sequuntur, & commendant post alios antiquiores Bald. *de præscr. 3 p. 3. princ. q. 1. in princ.* Molin. *de Iustit. disp. 12.* & alij *infrà* referendi, vnusquisque enim pro suo sensu suā confingit definitionē, nā quatuordecim se reperire affirmat Rip. *in rub. de caus. poss. & propr. n. 12.* vndecim ponit Bereng. *in l naturaliter, §. nihil commune, præfat. 3. n. 10. ff. de acq. pos.* Sed licèt in plerisq; aliis dissentiant, præcipuū tamen cōtrouersiæ statum, & difficultatis fundamentū in eo constituunt, vtrūm per ius, an per factū tradi debeat definitio. Io. quē refert *gl. 1. in l. 1. ff. de acquir. pos.* definiebat possessionē quòd sit ius detinendi rem sibi, à quo parum discrepat Bart. *n. 6. ad fin.* ibi, dū scribit possessionē esse ius insistendi rei nō prohibitæ possideri, quare definitionē à Io. inuentā à Bart. expolitam ait Alciat. *ibid. n. 25.* Paul. de Castr. *n. 6.* sequitur etiam Ias. *n. 29.* Alex. *à n. 10. & 17.* Aret. 8. Socin. 22. Cuman. & alij communiter, teste Rip. *n. 26.* & communiter receptam testatur Corras. *in d. § nihil cōmune, in prælud. n. 2.* sequuntur Sebast. Medic. *ad l. vlt. ff. de legib. glos. 1. p. 2. n. 1.* meliùs *de definit. defin. 66. in fin. iuncta definit. seq.* Ant. Gom. *l. 45. Tauri, n. 17.* Bartolo accedere DD. magis communiter fatetur etiam Con. *in reg. possessor. p. 2. in initio, n. 3.* & alij, quorum meminit Gilchen. *de præscr. p. 2. membr. 3. c. 1. ex n. 17.*

Alij verò qui per factum possessionem definiendam 12
esse contēdunt, varias afferunt definitiones, sunt enim qui putant veram tradi à Iabolen. *in l. q. 115. ff. de verb. signif.* quòd scilicet sit vsus rei à proprietate separatus, ita Alciat. *in l. quinque pedum, n. 86. C. finium regund. & in d. l. 1. n. 28.* Coan. *lib. 2. comment. iur. Ciuilis, c. 8. n. 2.* Carond. *verosimil. l. 1. c. 6.* sequitur etiam Brison. *de verb. signific verb. vsus*, & omnium definitionū hanc verissimā esse, & simplicissimā tradit Petr. Pechi. *in rej. sine poss. n. 2. de reg iur lib. 6* & cum hac coincidit alia quam sæpiùs repetit, & constanter tenet Cuiac. *in d. l. 1. in princ. col. 3 & in paratitl. sub illo tit. de acquir. possess. & in rub. C. eod. in princ.* quòd sit vsus quidam rei. Pereg. verò *loco citato*, nouam adstruit definitionē, quòd scilicet sit insistentia rei per actus naturales apta producere ciuiles effectus. Tandem inter hos, qui per factum possessionem definiendam esse voluerunt, receptior illa est definitio quam tradit Azo, & sequitur *d. glos. 1.* & sibi magis placere ait Bereng. *vbi sup n. 12.* & paucis additis sequitur Aret. *in 6. l. 1. n. 11 vers. vt ergo constet*, quòd sit corporalis rei detentio corporis, & animi iuris adminiculo concurrente, quam definitionem ex nostris etiam sequitur Host. *in sum. tit. de causa possess. & propr. n 1.* & Bellam. *in rubr. eiusdem tit.* & in effectu Petr. Greg. *syntag. iuris lib 1. c. 13. n. 4.* plura cumulans verba maioris declarationis causa, quæ in effectu cum prædictis glossæ coincidunt, eundémque faciunt sensum, quòd est actus corporalis, quo quis facit, & ipsam rē detinet, expressiùs Azonis definitionē sequitur Hēric. Canis. *in reg. 3 lib. 6. §. is autē*, & ex Theologis cō muniter receptā testantur, & sequūtur post Conrad. & Sylu. Azor. *instit moral. p. 3 lib. 1. c. 31.* Molin. *d. disp 12.* Less. *de iust. lib 2. c. 3. n. 40.* Rebel. *de oblig. iust. p. 1. lib. 1. q. 8. sect. 3.*

Mihi verò illa commodior & facilior videtur defi- 13
nitio, quæ colligitur ex Theophil. is enim *in princ. Instit. de interdict.* ait possessionem esse corporalis rei detentionem, quæ verba iunctis illis, *animo dominantis*, quæ idem Theophil. posuit *in §. idem placet, Instit. per quas personas nobis acquiritur*, vbi dicit, est autem possessio animo dominātis possidere, completam effi-

ciunt.

ciunt definitionem in hunc modum: Possessio est corporalis rei detentio animo, & opinione domini, sequitur post Anton. Conc. *lib. 1. disputt. c. 9.* VVesembec. *in paratit. sub tit. de acquir. possess. n. 2.* & ante eum Duaren. *lib. 1. disp. c. 18. & ad tit. de acquir. poss. c. 1. & ad l. 1. eod. tit. in princ.* & additis nonnullis verbis in effectu sequitur Donel. *comm. lib. 5. c. 6. col. 1. vers. sit ergo*, quæ tamen superfluunt, neque enim necessarium est adiicere, rei quæ sit in commercio, & possessoribus vacuè, sed potiùs vtrumque supponendum est ex generalibus principiis iuris; nec discrepare videtur Duareni definitio ab alia, quam tanquam nouam tradit Gilchen. *d. p. 2. memb. 3. c. 1. n. 28.* loco generis ponitur *detentio*, quod nomen generale est, & competit detentoribus, qui propriè non possident. Adiicitur, *animo & cogitatione domini*, vt excludantur detentatores prædicti, per illam particulam, *rei corporalis*, excluduntur incorporalia, atque ita definitum sic composita omni ex parte perfecta, & absoluta videtur.

14 Duplicis possessionis, naturalis, & ciuilis, frequentissima est mentio in iure nostro, vt *in l. 1. § deiicitur, ff. de vi, & vi arm.* ibi, *siue ciuiliter, siue naturalit. possideat, & in l. 2. § 1.* ibi, *possessio non solùm ciuilis, sed etiam naturalis intelligatur, ff. pro hærede*, text. opt. *in l. quod seruus 24 ff. de acquir. possess.* ibi, *seruus quidem ciuiliter possidere non potest, sed naturaliter tenet, & in l. 3. §. fin. ff. ad exhibend.* ibi, *non solum in eum, qui naturaliter, sed eum, qui ciuiliter incumbit possessioni*, agnosc. Dyn. *in reg. sine possess. n. 30. in 6.* latè & eleganter disputans *à n. 18.* Anton. Gom. *l. 45 Tauri, n. 19.* Ceual. *comm. contra comm. q. 640. vers. sed contrarium*, Cou. *in d. reg. possess. p. 2. in initio, n. 4.* Valasc. *de iure emphyt. q. 18. n. 5.* Vascon. *declar. 34. à princ. & declar. 36 in fin.* communem fatetur Gilchen. *de præscr. p. 2 memb. 2. c. 3. n. 34.* Fachin. *controu. iur. l. 8. c. 5.* Pereg. *l. 3. var. ex n. 22. & n. 41.* Ant. Fab. *in suo C. l. 7. tit. 7. definit. 24. n. 8.* Marescot. *var. resol. l. 2. c. 64. ex n. 6.* qui omnes resoluunt possessionem ciuilem à naturali differre, quia hæc corpore tenetur in præsenti rei, illam tenet absens in ipsius rei absentia. Alij autem tenent vnicam tantùm esse possessionem, licèt secundùm accidentia, seu qualitatas diuersæ reperiantur possessionis species, seu gradus, tot scilicet, quot sunt causæ, ex quibus acquiritur, vt probat expressè text. *in l. 3. §. genera, ff. de acquir. poss. in princ.* ibi, *in summa magis vnum genus est possidendi, species autem infinitæ*; & hanc partem sequuntur Socin. *in d. l. ex n. 43.* & *ibid.* Duaren. *in princ. §. nunc videndum*, Rip. *in rubr. de causa possess. à n. 31.* Corras. *in d. §. nihil commune, n. 6.* Charond. *verosimil. lib. 1 c. 6* Conan *lib. 3 comm. iuris c. 15 num. 5.* Cujac. *lib 9. obseru. 32.* Concenat. *lib 4. q. 21. n. 17.* Ribeira *obseru. c. 1.* Donel. *d. lib. 5. c. 7.* Petr. Greg. *syntagm. iuris l. 1. c. 13 n. 15 & 22.* Parlad. *rerum quotid. lib. 1. c. 9. ex n. 1 c.* de iuris rigore veriorem dicunt Cou. & Valasc. *dictis locis*, explicat & sequitur Gilchen. *d. p. 1. memb. 3. c. 1 ex n. 26* ex quibus Conan. Petr. Greg. Concenat. Ribeira, Cou. & Gilchen. *proximè cit. loc.* & Alciat. *in d. l. 1. ex n. 35.* VVesembec. *in paratit. ad tit. de acquir. poss.* Peregr. *d. l. 1 ex n. 23*, controuertunt quisnam modus sit hic accidentalis, per quem vna ab altera possessio distinguitur, & resoluunt quòd ciuilis est possessio iusta, & à lege ciuili approbata, naturalis autem iniusta, & à lege ciuili improbata, quæ ideo naturalis appellatur, quia deficiente iuris approbatione remanet in puris terminis legis naturalis. Et confirmatur, quia terminus iste naturalis, vel naturaliter provt ciuili opponitur non solùm in hac materia, sed in aliis sæpè accipitur pro actibus qui legis ciuilis destituuntur approbatione, & in solo remanent esse suo naturali, & ideo filij naturales ad differentiam legitimorum dicuntur, qui extra iustas nuptias suscipiuntur, quia à lege ciuili non approbantur, nisi illi, qui ex viro & vxore nascuntur, iuxta text. *in l. filium definimus, ff. de his qui sunt sui*, & conducunt ea, quæ tradit Briss. *de verb. iur. signif. verbo, naturales liberi.*

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum factum loco missionis propter scandalum euitandum reuocari debet oblata cautione, & restitutis expensis.*
2 *Causa simpliciter, & absolutè commissa, tam possessionis, quàm proprietatis commissa videtur, secus si delegetur specialiter, & cum restrictione.*
3 *Continentia causæ diuidi non debet.*
4 *Sequestratio sufficienti cautione tollitur, quæ dicitur fideiussoria, seu pignoratitia.*
5 *Sequestratio quando est voluntaria, neuter litigantium possidet rem sequestratam, secus in sequestratione necessaria.*
6 *Sequester penes quem est beneficium sequestraoum, potest ad illud præsentare.*

CAP. Ad hoc. I. *Innoc. III.*

COntinentia causæ diuidi non debet, & sic quando committitur causa, intelligitur commissum petitorium, & possessorium. Item sequestrum factum loco missionis propter scandalum euitandum reuocari debet oblata cautione, & restitutis expensis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Colle&t. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Host. Henric. Bald. Panorm. Butr. Anch. D. Sahagun, Cujac. Viu. *in ration 2. libri iuris Pontif. pag. 128.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag 248* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 9 c. vnic.* 1

Quod tam causa possessionis quàm proprietatis &c.] Notatur hic text. ad hoc quòd quando causa simpliciter & absolute cõmittitur, cùm tunc ad alteram possessionis, vel proprietatis causam commissio restricta non sit, vtraque videtur commissa, vt per Menoch. *remed. 15. recup. n. 168.* Si verò delegetur specialiter, & cum restrictione committatur causa possessionis, aut proprietatis, tunc iudex sic specialiter & limitate datus de ea tantùm cognoscere potest, quæ in commissione expressa est, non verò de altera, iuxta reg. text. *in c. P. & G. de offic. deleg. cum similibus*, quæ probat delegatum cognoscere non posse vltra ea, quæ in rescripto continentur, sed vltra limites commissionis eius potestatem esse restringendam, & ita ex aliis resoluunt Menoch. *loco proximè citato*, & Sahag. *in præsenti à n. 86.* Denique quando sola causa possessionis, vel proprietatis committitur, sed non taxatiue, tunc posse iudicem datum super vna, non taxatiuè de altera cognoscere, arg. *c. 1. de causa poss. & propr. & l. nulli, C. de ind.* tenuit Cassad. quem refert, & sequitur Menoch. *d. n. 368.* Sed in contrarium esse communem sententiam auctoritate text. *in l. si de proprietate, C. si à non cõpetenti iudice*, fatetur post Ozasc. *dec. 78. n. 10.* licèt corruptè allegauerit, & post Rip. *in l. natur. §. nihil commune, n. 172. ff. de acquir. possess.* Sahag. *d. n. 89.* Et hac tenta sententia nihil pro alia Cassadori facit text. *in d. l. nulli, in fin.* si expendas non decidere *ibi* Imperatorem iudicem impetratum super possessione ex vi ipsius rescripti posse super proprietate cognoscere, sed solùm necessitatem imponere ei, qui vnum iudicem super possessione habuit, ne alium postuler super proprietate sua pœna de qua *ibi*, atque ita magis videtur significare oportere vt iudex datus super possessione possit de proprietate cognoscere, quòd super ea nunc & de nouo postuletur rescriptum.

Et eius continentia diuidi non deberet.] Notatur ad 3

hoc quòd causæ continentia diuidi non debet, vide Decian. *resp.* 93. *num. fin. vol.* 2. Viuian. *Neapol. decis.* 136. *n.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 371. *n.* 2. *cum seqq. & cons.* 130. *n.* 1. Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 32.

4 *Et à te sufficientem*, &c.] Notatur ad hoc quòd sequestratio sufficienti cautione tollitur, Put. *part.* 1. *decis.* 311 Perez *l.* 1. *vers. quæro* 14. *tit.* 16. *lib.* 3. *Ordin. pag* 561. Gonzal. *d.* §. 7. *proœm. n.* 96. Borrel. *cons.* 8. *n.* 54. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 148. *consid.* 1. nam cautio est medicina sequestri, Farinac. *Rotæ decis.* 840. *n.* 3. *neuiss. in* 1. *collect.* Aduerte sufficientem cautionem dici fideiussoriam, seu pignoratitiam, dixi *ad cap. literas, de restit. spoliat. super verbo, alioquin sufficienti.*

5 In gloss. *Sequestrari*, ibi, *quia cùm res apud sequestrum deponitur, neuter litigantium possidet illam.* Intellige quando sequestratio est voluntaria, quæ partium consensu fit, nam secus est in sequestratione necessaria, quæ fit auctoritate iudicis, in qua pars non priuatur sua possessione, vide Corras. *d. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 9. Curt. *de sequestro, num.* 7. Gam. *Luslt. decis.* 277. *n.* 3. *& decis.* 313. *numero* 3. Cujac. *lib.* 4. *observ.* 33. Villalob. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *tit.* 1. *de acquirenda possess. num.* 310. *pag.* 219. Curt. *de sequest. num.* 71. Menoch. *remed.* 3. *retin. num.* 88. *cum seqq. & cons.* 2. *num.* 161. *& seq.* Petr. Gregor. *syntagm iuris, lib.* 2. *c.* 3. *n.* 2. Perez *lib.* 1. *tit.* 10. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 664. Bug. de Pace *cons.* 40. *num.* 2. Azeued. *ad princip. tit.* 12. *num.* 5. *lib.* 4. *nouæ recop.* Carot. *de locato, part.* 1. *quæst.* 4. *num.* 2. *vers. hac est*, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. num.* 57. Seraphin. *Rotæ cons.* 756. *num.* 3. Cardin. Tusch. *tom.* 7. *lit. S. conclus.* 206. *à n.* 3. *cum sequentibus*, Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 114. *num.* 12. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 21. *num.* 3. Castil. *quotid. quæst. lib.* 3. *cap* 16. *n.* 15. *cum seq.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.* 1.

6 *concl.* 5 *consid.* 1. Vnde sequestrem, penes quem est sequestratum beneficium, posse illud conferre, seu ad illud præsentare, tenuerunt Perez *d. l.* 1. Lambert. *de iurepatr. p.* 2. *lib.* 1. *q.* 9. *art.* 3. Guttier. *de tutel. p.* 1. *cap.* 7. *num.* 8. *&* 16. Sahag. *ad cap. vlt. numer.* 64. *infr. hoc tit.* Ioan. Andr. Imol. Felin. Roch. Gambar. Cosm. Gig. Corras. Vestr. & plures alij quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 6. *num.* 1. quibus adde Ceuall. *commun. contra commun. q.* 740. *à num.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 25. *num.* 17. Cened. *ad Decretal. collect.* 5. *n.* 9. *& practic. ac canon. quæst. lib.* 1. *quæst.* 10. *per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Missus in possessionem causa custodiæ fructus dissipat, dissipati reuocantur, & cum aliis sequestrantur.*
2 *Sequestratio regulariter prohibita est, & non admittitur nisi in casibus iure expressis.*
3 *Sequestratio fit quoties agitur de re nobili, & debitor de fuga suspectus est.*
4 *Sequestratio fieri potest quando est timor grauium rixarum, vel scandali magni.*
5 *Contumacia rei non comparentis sufficiens causa est ad faciendam sequestrationem.*
6 *Sequestratio in quibus casibus admittatur, remissiuè.*
7 *Sequester non potest sequestrum susceptum deponere, nisi de mandato iudicis faciat.*
8 *Salarium debet habere is, qui rem sequestratam apud se habet.*
9 *Sequestrarius repetit omnem impensam à sequestrante, quam fecit in conseruatione rei sequestratæ, & retinere potest rem ipsam pro melioramentis.*
10 *Sequestratis bonis, eorum dominus ex ipsis sub sequestro positis ali debet, & agi potest pro sumptibus litis.*

CAP. Dilectus. II. *Honor. III.*

FRuctus dissipare non potest qui causa custodiæ 1
est missus in possessionem, & dissipat, reuocari, & cum aliis sequestrari debent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Innoc. Anan. Host. Bald. Panorm. Anchar. Butr. Cujac. Sahagun, Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 128. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 248. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. & Casal. *in annot.*

In gloss. *Sequestrari*, ibi, *nec ab ea sequestrari.* No- 2
tatur ad hoc quòd sequestratio necessaria, seu iudicialis non admittitur, sed potiùs regulariter prohibita est, Curt. *de sequest. in princ. n* 6. vbi intelligit in omnibus rebus tam mobilibus, quàm immobilibus, Iacob. de Arena *cod. tract. n.* 2. Carot. *p.* 2. *in princ. n* 1. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœm. n.* 19. Cald. Pereira *quæst. forens. lib* 1. *q.* 21. *n.* 31. Maresc. *var. lib.* 2. *c.* 77. *n.* 1. & sic non conceditur nisi in casibus à iure expressis, Paris. *cons.* 41. *num.* 17. *lib.* 1. Socin. *reg.* 458. Didac. de Britto *in consilio in causa maioratus Regiæ Coronæ, q.* 5. *n.* 3. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 147. *n.* 1 & aliquos enumerant gloss. hæc & Doctores *in præsenti*, quibus additur vnus *in Clem. vnic. hoc tit.* extra quos sequestra sunt prohibita, & sufficit dicere casum non esse de illis donec contrarium probetur, Paris. *d. cons.* 41. *n.* 22 & fuit dictum *in August. Hospitalis* 21. *Februarij* 1611. coram bonæ memoriæ Vbaldo, *& in Romana hæreditatis de Alexiis* 14. *Nouembr.* 1614. coram Card. Canalerio inter eius decisiones impressas *decis.* 324. *per tot.*

In ead. gloss. ibi, *Item cùm persona à qua res nobilis* 3
petitur suspecta est. Notatur ad hoc quòd sequestratio fit quoties agitur super re mobili, & debitor de fuga suspectus est, Curt. *de sequest. n.* 30. Carot. *de sequestro, p.* 3. *in prine. q.* 4. *n.* 1. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 21. *n.* 40. & suspicio fugæ quibus inducatur, relinquitur arbitrio iudicis, Menoch. *de arbitr. casu* 87. *n.* 9. *cum seqq. præcipuè n.* 20.

In ead. gloss. ibi, *Si timetur de sauitia*, &c. Vnde 4
potest bene inferri sequestrationem fieri debere quando est timor grauium rixarum, iniuriarum, vel scandali magni, Corras. *lib.* 3. *miscel. cap.* 2. *n.* 9. *vers.* 4. Iason. *in l. quidam, n.* 4. *ff. si certum petat.* Mant. *sing.* 20. *à princip.* Hyppol. *sing.* 543. Syluan. *cons* 27. *num.* 1. *&* 2. Menoch. *remed.* 1. *recup. num.* 323. Anton. Gom. *l.* 45. *Tauri, num.* 197. Valasc. *cons.* 79. *n.* 17. *& cons.* 191. *à num.* 33. Cald. Pereira *d. q.* 21. *num.* 41. Cened. *pract. & canon. quæst. lib.* 1. *q.* 10. *à num.* 1. Auiles *ad cap.* 2. *prætorum, verbo, parcialidad, num.* 25. *fol.* 80 Bernard. Græuæ. *ad d practic. lib.* 1. *concl.* 5. vbi intelligit quando neuter possidet. & an hoc casu sit necessaria causæ cognitio vocatis partibus? vide Bart. *in l. si vsusfructus*, §. *sed si inter, ff. de vsufruct.* Hippol. *sing.* 543. Menoch. *remed.* 6. *adipisc. n.* 13. *&* 14.

In ead. gloss. ibi, *item propter contumaciam.* Nam con- 5
tumacia rei non comparentis, qui legitimè super re aliqua citatus se absentauit, sufficiens causa est ad faciendam sequestrationem, Corras. *d. c.* 2. *n.* 10. Curt. *d. tract. de sequest. n.* 12. *limit.* 5. Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Galliæ, tit. de contumac. art.* 3. *gloss.* 1. *n.* 11. Cald. Pereira *d. q.* 21. *n.* 39.

Plures alios casus in quibus admittitur sequestra- 6
tio, vide apud Viu. *tom.* 2. *comm. opin. lib.* 8. *tit.* 1. *de interdict. n.* 14. *pag.* 336. Gonzal. *d.* §. 7. *proœm. n.* 19 *cum seq.*

Sequester

7 Sequestet non potest sequestrum susceptum deponere, Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 167. *n.* 28. *&* 29. liberatur tamen tradendo rem apud se sequestratam de mandato iudicis, Gregor. *l.* 3. *verbo*, *nomen*, *tit.* 3. *p.* 5. Menoch. *de arbitr. casu* 137. *n.* 13. *&* *cons.* 68. *n.* 13.

8 Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 81 *n.* 14. *&* *q.* 113 *n.* 1. interim verò quòd rem habet apud se sequestratam, salarium debet habere, Rebuff. *ad leg.* 109. *ff. de verb. signif. pag.* 441. Gutier. *de tutel. p.* 3. *c.* 7. *n.* 9. *cum seqq.* Perez *lib.* 1. *tit.* 10. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 662. Azeued. *l.* 13. *n.* 3. *tit.* 9. *lib.* 3. *Ordin pag.* 354. Ioan. Garc. *de expens. c.* 20. *n.* 14. Flores de Mena *var. lib.* 1. *q.* 7. §. 3. *n.* 20. Cald. Pereira

9 *d. q.* 21. *n.* 5 & apud nostros Lusitanos salarium sequestri est vigesima pars pretij rei sequestratæ, Melch. Phœbos *Lusit. decisionum*, *tom* 1. *Arestо* 26. Sic etiam sequestrarius repetit omnem impensam à sequestrante, quam fecit in conservatione rei sequestratæ, Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 70. *n.* 6. *&* 8. & retinere potest rem ipsam pro melioramentis, Rebuff. *ad l.* 117. *ff. de verbor. signif. pag.* 460. & tunc tenetur de leui culpa, idem Rebuff. *in tract. except. n.* 776.

10 Sequestratis bonis, eorum dominus ex ipsis sub sequestro positis ali debet, Lar. *in l. si quis à liberis*, §. *si vel parens*, *n.* 45. *&* 51. *ff. de liberis agnosc.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 11. *n.* 22. *&* *q.* 123. *&* *q.* 129. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 35. *n.* 23. Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Gallia*, *tit. de sentent. provis. n.* 116. Valasc. *consult.* 1. *n.* 1. *&* 2. Alex. Trentacinq. *var resolut. lib.* 1 *tit. de alimentis*, *res.* 1. *n.* 39. Castill. *quotid. lib.* 3. *c.* 27. *n.* 44. Cald. Pereira *d. q.* 21. *n* 38. Bernard. Græuæ. *d. lib.* 1. *concl.* 148. *n* 2. vbi *n.* 2. agit de sumptibus litis, de quo etiam Castil. *d. c.* 27. *n.* 37.

SVMMARIVM.

1 *Possessor si appellat à sententia contra eum lata, & dissipat fructus lite pendente, fructus possunt sequestrari.*

2 *Appellatione pendente si appellans dissipauerit fructus, possunt sequestrari.*

3 *Sequestratio propter bonorum dissipationem admittitur.*

4 *Dissipatio non præsumitur, sed ab allegante debet probari.*

CAP. Ab eo. III. & vlt.

Gregor. IX.

1 POssessor si appellat à sententia contra se lata, & dissipat fructus lite pendente, fructus possunt sequestrari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anchar. Host. Butr. Sahagun, Bald. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 120. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 248. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 *Si dissipentur ab ipso.*] Notatur ad hoc quòd pendente appellatione si appellans dissipauerit fructus, possunt sequestrari, de quo est ordin. Regia Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 73. §. 2. & apud Castellanos *l.* 6. *tit.* 8. *p.* 3. Lancelot. *de attent. c.* 12. *limit.* 12. *n.* 14. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concluſ.* 145. *consid.* 1. Perez *l.* 1. *gloss.* 1. *vers. quæro* 10. *tit.* 10. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 663. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 14. Valasc. *cons.* 156. *num.* 9. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 20. *à n.* 32. Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 17. Ad-

3 mittitur enim sequestratio propter bonorum dissipationem, Specul. *sub tit. de sequestro*, *n.* 6. pract. Ferrar. *de forma sequestri*, *n.* 1. Mascard. *de probat. concl* 148. *n.* 20. Cald. Pereira *d. q.* 1. *n.* 36. Carot. *de sequest p.* 2. *q.* 2. *n.* 40. Quod si detur timor dissipationis? vide Panorm. *hic n.* 22. Vestr. *ad pract. Rom. Curiæ lib.* 8. *c.* 4. *n.* 3. Herculan. *de attent. c.* 5. *n.* 7. Lancelot *eod. tract. p* 2. *c.* 12. *ampliat.* 12. *n.* 15. Carot. *d q* 2. *n.* 6. Bernard. Græuæ. *d. lib* 1. *concl.* 147. *n.* 4. Cabed. *de patronatib. Regiæ Coronæ*, *c.* 51. *n.* 2.

Dissipatio non præsumitur, sed ab allegante debet 4
probari, vt per Canalcan. *decis.* 3. *n.* 34. *p.* 1. *&* *decis.* 23. *n.* 20. Mascard. *de probat. concl.* 1296. *n.* 4. Bernard. Græuæ. *d. concl.* 147. *consid.* 1. Et quo pacto probetur, disserit Mascard. *concl.* 515.

De Confessis.

TIT. XVIII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anchar. Butr. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.* 59. *vers.*, Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canon. fol.* 168. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Melpart. *in epitome Decretal. fol.* 64. Dan. Venator *in analysi method. iuris Pontif. à pag.* 234. Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in exposit. titul iur. Canon.* Zipæ. *in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag.* 33. nouissimè Ioan. Honor. *lib* 2 *summ. in Decret.* omnes *sub hac rubr. & part.* 3. *repet. in iure Canonico ad secundum Decretalium librum*, Paul. de Eleazariis.

De materia tituli vide Brunor. à Sole *in locis communib. verbo*, *confessio*, Cardos. *in praxi iudicum*, *eod. verbo*, Bellacomb. Soar. Villalob. & alios, *tom.* 2. *communi. opin. lib.* 7. *tit.* 19. *de confessis*, Nau. *tom.* 1. *consil. sub hoc tit.* Sayr. *in floribus decis. sub eod.* Mascard. *de probat. concl.* 45. *cum seqq.* Rendina *in promptuario recept. sentent. tom.* 1. *tit.* 21. Galganet. *de iure publico*, *lib.* 2. *tit.* 33. Card. Tusch. *pract. concl. lit. C. concl.* 634. *cum seqq.*

In gloss. rubr. ibi, *cum confessio non sit propriè probatio*, *sed probationis releuatio.* Vide Perez *l.* 5. *vers. sic igitur*, *tit.* 8. *lib* 3. *Ordin. pag.* 645. Mich. Grass. *tom.* 1. *communi. opin. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 181. *pag.* 507. Valdes. ad Xuar. *in* §. *sed pulchrum*, *n.* 2. *pag. mihi* 134. Brunor. à Sole *d. verbo confessio* 31. Cardos. *eodem verbo* 35. Immò est maior probatio, quàm omnes aliæ probationes, Marsil. *sing. sing.* 201. *n.* 2. *&* *sing.* 257. Menoch. *cons.* 21. *n* 14. Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis.* 125. *n.* 31. & est omnibus melior, Bald. *cons.* 102. *proponitur quod in quadam*, *col.* 2. *lib* 2. Cranet. *cons.* 61. *n.* 3 *&* *cons.* 171. *n.* 4. Aret. *cons.* 48. *videtur primo*, *n.* 3. Alex. *cons* 127. *visa inquisitione*, *in princ. lib.* 4. Card. Tusch. *lit. C. concl.* 645. Syluan. *cons.* 62. *n.* 2. Menoch. *remed.* 1. *recup. n.* 217. *&* *seq.* Rota *decis.* 401. *n.* 4. apud Farin *p.* 2. *recent.* Gama *Lusit. decis.* 165. *n.* 2. Anton. Monach. *Bonon. decis.* 21. *n.* 8. *&* *decis.* 55. *num.* 25. *&* 26. *&* *Florent. decis.* 1. *num.* 99. vbi citat. Surd. *cons.* 60. *n.* 1. *&* *cons.* 143. *n.* 39. Mascard. *de probat. concl.* 1326. *n.* 4. Surd. *de aliment. priuil.* 30. *n.* 11. *tit.* 8. & superat omnes probationes, *l. cum te*, *C. de probat. l. generaliter*, *C. de non numerata pecun.* Marant. *de ordin. iudic. p.* 6. *art.* 5. *à num.* 23. Surd. *decis.* 10. *num.* 12. habet vim publicæ scripturæ, Paris. *cons.* 99. *num* 12. *lib.* 3.

Roland. *consil.6.num.26 lib.3.* Mascard. *concl.1326. n.4.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 11. q. 14. n. 2. & 73.* Valasc. *de iure emphyt. q.7.n.27.* Gam. *Lusit. decis.42.n.1.* Cald. Pereira *de potest. eligendi. c.7.n.21.* imò est fortior probatio quàm ea, quæ fit per testes, vel instrumenta, Roland. *cons.71.n.41. & cons.75. n.4. vol.2.* Cravet. *cons.61. n.4. & cons.171. n.4.* Card. Tusch. *d. concl.645. n.8.* Mascard. *de probation. in præam.q.7.n.1.* Sigism. Scac. *de appellat. quæst.17. limit 9. sub numer.20. vers. limita*; facit enim rem notoriam, Mascard. *concl.1326. numero 4.* Cardos. *verbo, confessio iudicialis, num. 36.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.142.n.9. & 10.* Farin. *in praxi crimin. quæst. 21. num 31.* Cald. Pereira *de potestate eligendi, cap.7. n.2.*; sanatque omnes defectus processus, Scac. *d. tract. de appellat. q.11. num.139.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna aliqua non est alteri infligenda, ad solum dictum confitentis crimen proprium, infamato tamen est indicenda purgatio.*

2 *Conuictus de crimine, aut illud confessus interrogari non potest de sociis occultis criminis, quorum nulla sit infamia, nullâque indicia adsint.*

3 *Complices in quibus casibus teneatur conuictus de crimine declarare, ostenditur.*

4 *Confessio delinquentis aduersùs socium aliquam facit præsumptionem & indicium.*

CAP. Cùm monasterium I. *Clem. III.*

1 QVando vnus, v.g. Sacerdos confitetur se commisisse crimen, v.g. homicidij suggestione aliquorum, si aliter veritas non probetur, illi, qui dicebantur suggessisse, non sunt aliqua pœna puniendi, quia secundùm ius de se confessus non est interrogandus de conscientiis aliorum, & talis confessio non est admittenda contra aliquem, excepto crimine læsæ maiestatis; sed si illi de hoc essent infamati, iniungi debet singulis vt cum tribus aliis eiusdem Ordinis se purgent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Bald. Panor. Butr. Anch. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 131. Alagona *in compend iuris Canonici, pag* 249. remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

2 *Super aliorum conscientiis interrogari non debent.*] Notatur ad hoc quòd conuictus de crimine, aut illud confessus interrogari non potest de sociis occultis criminis, quorum nulla sit infamia, nullâque indicia adsint, nec aliqua probatio, vide Caiet. *tom. 1. opuscul. tract. 31. in resp. 5. dub. 1. & 2. item & 2. 2. q.69. artic.2.* Vbi Salon. *controu. 8. dub.2.* & Petr. de Arag. *dub.3.* ac Bannes *dub.1. concl.2.* Sot. *de iustit. lib.5. quæst. 6. artic. 2. concl. 5. & in relect. de tegendo secreto, memb.1. q.6. concl.1. dub. vltim. & concl.4.* Nau. *in man. cap.18. num.58. & 59. & in cap. inter verba 11. quæst 3. concl.6. corol. 49. n.548. & concl. 51. num. 589.* Tolet. *instruct. Sacerd. lib.5. cap. 58.* Emman. Sà *in aphorism. verbo, iudicium, §. de reo,* Menoch. *de arbitr. casu 474. num.18.* Boër *decis.319.* Mascard. *de probat. concl.1311. n.1.* Farin. *in praxi crimin. quæst. 43 à n.1.* Sayr. *in claui Regia, lib.12. c.17. n.5.* Fr. Francisc. Coriolan. Capuc. *in tract. de casibus reseruatis Regul. p.2. casu 5. de reo n.26.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib.1. c.11. n.14.* vbi etiam cum Farin. Mascard. & Menoch. *citatis locis* resoluit quòd si reus interrogetur de socio in eo casu quo interrogari non debebat, eius depositio contra socium indicium non facit.

Verùm in multis casibus limitatur huius text. conclusio, veluti si complices sint nocui reipubl. vt hæretici, strigæ, conspiratores contra Principem, vel Prælatum, sacrilegi, simoniaci, publici latrones, & falsæ monetæ fabricatores, nam in his casibus confitens crimina tenetur etiam declarare complices, si iuridicè de illis interrogetur, ita Nau. Sot. & alij *citatis locis* aduertens Coriolan. *vbi proximè n.28.* quòd Confessarij tenentur monere delinquentem, vt de sociis denuntiet, aliàs si eum absoluant, peccant, cùm impœnitentem absoluant: sic etiam delinquens tenetur socium propalare si peccatum à se commissum esset talis conditionis, vt sine socio non possit fieri, sicut est peccatum sodomiticum, fornicatio, &c. nam tunc potest iudex simpliciter interrogare de socio. Coriolan. *d.n.28. in fine,* vbi *num.29.* resoluit quòd iudex potest de socio interrogare, quando interrogat non vt iudex, sed vt pater ad finem corrigendi, & non puniendi. 3

In glos. *Confessi. in fin* ibi, *sed quantum ad præsumptionem*, &c. Collige ex glossa confessionem delinquentis aduersùs socium aliquam facere præsumptionem, & indicium, sequuntur Innoc. *n.2.* apertiùs Abb. *n.6. & 8.* Imol. *n.2.* & alij in præsenti, gloss. *in verbo, peregisse, in cap. quoniam. 3.* vbi Dec. *n.11. de testib.* communis ex Clar. *§. fin. q.21. n.5.* plures, quos refert Menoch. *de arbitr. casu 474. n.24.* Sed contrariam sententiam tenuerunt Bald. *in præsenti n.2. & in l quoniam libri, notab.2. C. de testib.* Salicet. *in l. fin.* vbi glos. *in verbo, conscientia, C. de accusat.* Alex. *cons 89. à num.10. lib.3.* Ruin. qui dicit communem, *cons.147. lib.6. num.1. in fine,* Dec. *cons.189 à num.7.* Hippol. *sing.209 & cons.78. n.17.* Fulgos. *cons.136.* asserit receptum Ias. *cons.12. n.1. vol.1.* Roland. *cons.73. num.6. & 20. lib.1.* Clar. referens alios, *§. fin. quæst 21. num. 5.* Menoch. *d. num. 24.* Pro qua sententia facit text. *in præsenti*, ibi, *nulli censemus pœnæ*, &c. quod quidem verbum, *pœnæ*, de pœna latè sumpto vocabulo intelligendum est, propter verbum, *nulli*, arg. text. *in l. Iulianus, ff. de legat. 2.* & ita de illa, quæ importat aliquam passionem, quamvis ordinetur ad veritatem indagandam, & consequenter carcerem etiam importat, ex text. *in l. 3. in fin.* ibi, *pœna. ff. de custodia reorum*, ad quam pœnam ille, aduersùs quem confessio processit erat condemnandus propter dictum delinquentis, si ex illo aliquod iudicium resultaret, ac proinde cùm text. hìc dicat, nullam pœnam illi esse imponendam, necessariò videtur dicendum tale dictum delinquentis nullam præsumptionem, nullúmve indicium efficere Non obstat ratio huius text. illa enim rectè accommodata est regulæ præcedenti, quæ intelligenda est non tantùm quoad plenariam probationem, sed etiam quoad indicium; & sic intelligendus est text. *hìc*, quatenus agit de pœna non imponenda, non solùm de illa provt importat satisfactionem criminis, sed etiam provt importat aliquam corporis passionem, vel læsionem personæ, vt *supra* dictum est, id quod apertè videtur significare dictio vniuersalis, *nulli*, qua text. vtitur, quæ quidem omnem pœnam excludens, aliquam non admittit, arg. text. *in l. Iulianus, aliàs testatorem, ff. de legatis 3.* Nec etiam obstat *l. Diuus Adrianus, 6. ff. de custodia reorum*, ibi, *cùm apprehenderint latrones, interrogent eos de sociis*, &c. *& in d. cap. quoniam*, ibi, *cum quibus peregisse dicitur*, quia procedunt in criminibus grauissimis, & in Reipublicæ præiudicium tendentibus, in illis enim delinquentis interrogatio 4

non

non tanquam testimonium, cui aliqua sit fides adhibenda, sed solummodo ad iudicis informationem, & certiorem veritatis inuestigationem ad aliquos iuris effectus, sic aliàs *in cap. sicut 9. de testibus*, recipitur testimonium periurij, & ita inhabilis ad inuestigandam veritatem, & tamen text. *ibidem* fatetur nullatenus illi credi, neque aliquod indicium, aliquamve præsumptionem sufficere.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus est deponendus per sententiam iudicis ab omni officio, & beneficio Ecclesiastico. Item si quis confitetur crimen in iudicio incidenter, potest iudex ordinarius nouum inchoando processum illum punire pœna ordinaria.*
3 *Simonia committitur tam per dantes, & accipientes, quàm per agentes, & consentientes.*
4 *Confessio incidenter facta non sufficit ad imponendam pœnam ordinariam.*
5 *Pœna depositionis ab omni beneficio, & officio Ecclesiastico imponitur pro simonia conuentionali.*
6 *Confessus crimen puniri non potest, nisi de crimine constiterit per sententiam diffinitiuam.*
7 *Confessio facta in vno iudicio an probet in alio contra confitentem? remissiuè.*
8 *Confessio incidenter emanata de crimine, ad quod principaliter non agebatur, non est sufficiens ad condemnandum.*

CAP. Cùm super. II.

Innoc. III.

1 SImoniacus est deponendus per sententiam iudicis ab omni officio, & beneficio Ecclesiastico. Item si quis incidenter confiteatur aliquod crimen contingens causam principalem, iudex potest nouum inchoando processum illum punire pœna ordinaria, etiamsi directè contra eum non ageretur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Henric. Bald. Panorm. Host. Butr. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag.* 133. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 250 remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 10 *c. vnic.* & quæ hic sub hoc infrà desiderantur inuenies *in c. cùm super, de causa possess. & propr.* & vide addita ad *c.* 1 *in fine. de except.*

2 *Quingentorum Saracenorum.*] Vide Roch. *de iure pat. verbo, vtile, q.* 3. *n.* 11.

3 *Et mediator extitit simoniacæ prauitatis.*] Notatur ad hoc quòd simonia committitur tam per dantes & accipientes, quàm per agentes, & consentientes, vt per Menoch. *consil.* 67. *n.* 12. etiamsi facta esset ignorante prouiso, vt tenent multi quos refert, & sequitur Nicol. Garc. *de benef. p.* 8. *c.* 1. *à n.* 4.

4 *Fuit in iure confessus.*] Notatur ad hoc quòd confessio incidenter facta non sufficit ad imponendam pœnam ordinariam, potest tamen iudex inchoare nouum processum, & adducere illam confessionem ad probationem delicti, vt per Corset. *sing. confessio incidenter.*

5 *Ab omni beneficio, &c.*] Notatur ad hoc quòd pœna depositionis ab omni beneficio, & officio Ecclesiastico imponitur pro simonia conuentionali, vt per Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.* 5. *c.* 93. quem refert, & sequitur Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib.* 2. *c.* 16. *§.* 5. *n.* 49.

Per diffinitiuam sententiam, &c.] Quia confessio 6
criminalis non nocet, nec ex ea confessus puniri potest, nisi de crimine constiterit per sententiam diffinitiuam, Boss. *in pract. tit. de delictis, n.* 15 Bernard. & Salzed. *reg.* 125. Bonacos. *tom.* 2. *comm. opinion. lib.* 7. *tit.* 19. *num.* 231. *pag.* 298. Mascard. *de probat. concl.* 344. *num.* 6. *& concl.* 1154. Farin. *in praxi crimin. q.* 2. *à n.* 7. Cardos. *in praxi iudicum, verbo, confessio, num.* 1.

In gloss. *Confessus* ibi, *coram iudice suo*, &c. An con- 7
fessio facta in vno iudicio probet in alio contra confitentem? vide Valasc. *consil.* 33 *à n.* 1. Farin. Rotæ Rom. *decis.* 56. & *ibi* addit. *in p.* 4 *suorum operum, & decis.* 276. *n.* 6. *in nouiss. primæ collect.* & iterum *decis.* 158. *n.* 11. *p.* 1. *recent.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana, lib.* 3. *c.* 12. *n.* 14. Et facta in vna causa quando noceat in alia inter alias personas, vide Surd. *decis.* 309. *n.* 4. *& decis.* 325. *n.* 12

In ead. gloss. ibi, *Sed nonne iste*, &c. Notatur ad 8
hoc quòd confessio incidenter de crimine emanata, ad quod principaliter non agebatur, non est sufficiens ad condemnandum, vt per Angel. *in l. si confessus n.* 3. *ff. de custod. reor.* Mascard. *de probat. concl* 351. *num.* 21. *cum seqq. & concl.* 383. *num.* 1. *& ex num.* 5. Farin. *in praxi crimin. q.* 81. *cap.* 7. *num.* 216. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. different.* 39. *num.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Confessio facta in iure per œconomum Ecclesiæ, nocet ipsi Ecclesiæ, potest tamen reuocari si ante finitum negotium dicatur per errorem facti emanasse.*
2 *Confessio facta in iudicio sine causa valet.*
3 *Confessio facta extra iudicium probat semiplenè, &* num. 10.
4 *Confessio facta per errorem facti potest reuocari, dum causa non fuerit finaliter terminata.*
5 *Confessio erronea non nocet confitenti,*
6 *Confessio reuocari an possit ante litem contestatam.*
7 *Confessio facta in iudicio plenè probat.*
8 *Confessio indicialis illa dicitur, quæ fit coram iudice pro tribunali sedente in causis requirentibus plenam cognitionem, non autem coram actuario, vel tabellione.*
9 *Confessio facta in libello, vel positionibus nocet confitenti.*
10 *Confessio extraiudicialis in quibus casibus plenè probet, ostenditur.*
11 *Confessio parte præsente facta quando probet, ostenditur.*

CAP. Ex parte. III. & vlt.

Gregor. IX.

1 NEgotium quando nondum est finitum, error facti nemini nocet, & sic causa non finita confessio œconomi ex errore facti, si constat, non præiudicat Ecclesiæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panormit. Anchar. Host. Bald. Butr. Henric. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 133. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag* 250. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. *& part.* 3. *repet. in iure Canonico, lib.* 2. *Decretalium*, Paul. de Eleazariis.

Notatur hic text. ad hoc quòd confessio facta in 2

iudicio etiam sine causa valet, Rebuff. *in tractatu nominat. quæst.* 12. *num.* 17. Surd. *decis.* 300, *n.* 14. Mascard. *de probat. concl.* 345. *num.* 16. Guttier. *de iuram. confirm. part.* 1. *cap.* 47. *num.* 15. habétque vim donationis, Tiraquel. *in l. si unquam, C. de reuocand. donat verbo, donatione largitus, num.* 352. Si verò facta sit extra iudicium, probat semiplenè, Bellacomb. *tom.* 2 *comm. opin. lib.* 6. *tit.* 19. *num* 212. & 217. *pag.* 297. Mascard. *d. concl.* 345. *num.* 26. Nisi fuerit iurata; quia tunc plenè probat, itavt reuocari iam non possit. Mascard. *d. concl.* 245. *num.* 16. Guttier. *d. cap.* 47. *n.* 14. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, confessio, n.* 28. Probata etiam per duos testes de iure Canonico sufficit, Felin. *in c. si cautio n.* 37. *de fide instr.* Pute. *decis.* 12. *n.* 3. *lib.* 2. Rot. *decis.* 4. *n.* 1. *p.* 1. *diuers.* Gregor. *decis* 408. *n.* 2. præsertim ad liberandum, *gloss. in l. non solum* §. *si liberationis, ff. de liberat legat. & in l. postquam liti, in verbo renuntiari, C. de pactis.* Anton. Gabr. *comm. tit. de confess. concl.* 1. *num* 22. Pute. *d. decis.* 12. *in fine lib.* 2. & fuit dictum *in Imolen. pecuniaria* 2. *Iulij* 1628. coram Card. Virili. Duo autem hi testes de confessione extraiudiciali testificantes debent esse contestes de loco, tempore, & verbis, Hieronym. Gabr. *cons.* 40. *n.* 13. 16. 17. *& per tot lib.* 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 44. *à num.* 52. Seraphin. *decis.* 1172. *num.* 5. Rot. *decis.* 64. *num.* 4. *& 6. post* 2 *volum. consil.* Farin. *& decis.* 700. *num.* 33. *p.* 2. *recent & in Romana domus* 1. *Decembris* 1622. coram bonæ memoriæ Patriarcha Manzanedo, & *in Romana mutui* 5. *Martij* 1610. coram R. P. D. Durand in qua fuit dictum testes ad probandam confessionem extraiudicialem sufficere si sint contestes de loco, licèt non de tempore, quia identitas temporis deducitur ex iuris præsumptione Item sufficit quòd testes in substantia confessionis probandæ conueniant, etiamsi in cortice verborum discordare videantur Surd. *cons.* 12. *num* 43. 45. & 47. Rot. *in Viterbien. bonorum* 20. *Martij* 1628. coram R. P. D. Merlino, Ferentil. *in annot. ad decis.* 458. *Buratti, n fine.*

4 *Nemini noceat error facti*, &c.] Notatur ad hoc quòd confessio facta per errorem facti, tam partis, quàm Aduocati potest reuocari dum causa non fuerit finaliter terminata, Cardos. *verbo, confessio, n.* 21. tunc enim erronea, confessio non nocet confitenti,
5 Mascard. *concl.* 178. &, etiamsi fuerit geminata probato errore potest reuocari, *l.* 1. ibi, *sapius computatas, C. de errore calculi*. Mascard. *concl* 347. *n.* 48. *& seq. & concl.* 378. *n.* 2. Qualiter autem error facti siue alieni, siue proprij ad reuocandam confessionem sufficiat post *gloss* 1. *in l.* 3 *de confessis*, vbi Bart. *à n.* 6. vide Padil. *in l. error, à n.* 51. *ff. de iuris, & facti ignor.* vbi Iason. *n.* 21.

6 In gloss. *Confessus*, ibi, *post litem contestatam.* Ergo confessio reuocari potest ante litem contestatam, gl. *in l. qui familiæ, ff famil. herciscundæ.* Mascard. *concl.* 347. *n.* 18. Bernard. Græuæ. *ad practic. Camer. Imper. concl.* 79. *consid.* 1.

7 In ead. gl. ibi, *Item in iudicio.* Notatur ad hoc quòd confessio facta in iudicio plenè probat, & præiudicat, Duen. *reg.* 302 *limit.* 2. Mascard. *concl.* 348. Surd. *decis.* 309. *n.* 14. Card. Tusch. *lit. C. concl.* 641. & habet vim sententiæ, & rei iudicatæ in ciuilibus. Mascard.
8 *concl.* 344. Illa dicitur iudicialis confessio, quæ fit coram iudice pro tribunali sedente in causis requirentibus plenam cognitionem, Mascard. *concl.* 344. *n.* 7. Vnde non dicitur confessio iudicialis, quæ fit coram actuario, vel tabellione etiam altera parte præsente, si iudex non adsit, *gloss fin. in l. iubemus* 4. *C. de liberali, causa*, quam sequitur Iason. *in l. iusiurandum* 17. §. *pupillus, n.* 11. *ff. de iureiur.* resoluunt Bernard. *reg.* 125. Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuilia & crimin. differ.* 34. *in fine*, Tiraq. *de retractu lig.* §. 36. *gloss.* 2. *n.* 54. Flamin. *de resign benef lib.* 2. *q.* 3. *n.* 15. Mascard. *concl.* 349. *n.* 6. Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *p.* 5. *c.* 3. §. 4. *n.* 1. Vnde 9
etiam infertur confessionem factam in libello cùm dicatur facta in iudicio, nocere confitenti, Bellacomb. *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 1. *tit.* 1. *n.* 70. *pag.* 282. Menoch. *cons.* 395. *n.* 61 Mascard. *cons.* 347. *n.* 16. *& concl.* 368 Bernard. Græuæ. *d. concl.* 79 *à n.* 8. Aym. *con.* 201. *n.* 5 Rota *decis.* 353. *n.* 2. apud Farin. *p.* 2. *recent.* Card. Tusch. *d. lit. C. concl.* 946. Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 19. *num.* 21 Camill. Borrell. *in summa omnium decis tit* 49. *num.* 164. Sic etiam confessio facta in positionibus nocet, Mascard. *d. concl.* 347. *num.* 16 Stephan. Gratian. *d. decis.* 19. *num.* 21. & illa, quæ fit in charta securitatis præiudicat, Rebuff. *in tract. except. à num.* 114. Guillelm. *in cap Raynutius, de testam. verbo, mortuo il.* 1. *nun.* 357 Menoch. *de arbitrariis, casu* 279. & illa, quæ fit in articulis, *l. cùm precum, C. de liberali causa*, Mascard. *concl.* 368. *n.* 1. Cabed. *Lusit. decis. part.* 2 *decis.* 79. *num.* 2. non verò illa, quæ fit in allegationibus iuris, Ioseph. Ludou. *decis* 115. *num.* 16.

Confessio extraiudicialis non probat, nisi semiplenè, Soar. *tom.* 2. *communium opin. lib.* 7 *tit.* 19. *n.* 248. *pag.* 299 Mascard. *concl* 340. *num.* 5. Duen. *reg* 120. Brunor. à Sole *d. verbo, confessio* 14 Cardos. *ead. verbo* 3. Ioseph. Ludou. *Perus decis.* 9. *num.* 1. *& decis* 82. *num.* 1. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 142. *num.* 7. Marant. *de ordine iudic. p.* 2. *in* 5. *actu, num.* . . *vers. si vero confessio*, Anton. Gabr. *communium opin. lib.* 1 *tit de confessis conclus* 1. *num.* 53. Vivian. *comm. opin. lib.* 1. *opin.* 138. latè Decian. *cons.* 62 *num.* 62. *& seqq. lib.* 3. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. diff.* 34 *n.* 2. Primò limita si fuerit facta præsente parte, quia tunc extraiudicialis confessio plenè probat, Donat. à Fin. *tom.* 2. *communium opinion. lib.* 7. *tit.* 19. *num.* 171. *pag.* 295. Mascard. *concl.* 346. Cardos. *verb. confessio, num.* 5. Guttier. *de iurament. confirm. part.* 1. *cap.* 54. *num.* 19. Anton. Monach. *Lucensis decis.* 15. *num.* 11. Farin. *in praxi crimin quæst.* 82. *num.* 5. vbi quòd sufficit ad condemnandum Anton. Scap. *de iure non scripto lib.* 3. *tit. de confess. & confess. cap.* 70. Seraph. *decis.* 1488. *num.* 3. Buccaron. *d. different.* 34. *num.* 2. Secundò limita si fuerit geminata, quia tunc habet vim iudicialis confessionis, Brunor. *d. verbo confessio, num.* 20. Ioseph. Ludou. *d. decis.* 9. *num.* 4. Surd. *decis.* 10. *num.* 8. Guttier. *d cap.* 54. *num* 6. Farinac. *p.* 4. *decis.* 89. *num.* 5. & Si addit. *litera C. & cons.* 28. *in addit. lit. B. & in praxi crimin. quæst.* 82. *num* 13. *&* 14. Buccaron. *d. tract. de differ. inter iudicia, & ciuilia crimin. differ.* 15. *num.* 7. Tertiò limita pro pia causa, Tiraq. *de priuileg. piæ causæ, priuil.* 112. *&* 116. Denique limita si sit iurata, Foller. *in praxi crimin. in verbo, & si confitebuntur p.* 2. *n.* 31. Farinac. *d. q.* 82. *n.* 19. Buccaron. *d. tract. differ.* 36. Surd *decis.* 309. *n.* 13. Seraphin. *de priuil. iuram. priuil.* 93. *n.* 4. Rota *decis.* 158 *n* 12. apud Farin. *p.* 1. *recent.* vbi etiam quòd confessio extraiudicialis admiculata plenè probat, & *n.* 11. quòd confessio extraiudicialis de æquitate canonica plenè probat contra confitentem.

Intellige supradicta procedere in ciuilibus, nam in criminalibus siue parte præsente, siue absente extraiudicialis efflnat confessio faciet tantum indicium ad torturam contra confitentem, vt per Roman. *cons.* 177. *col.* 2. Bernard *reg.* 125. *vers.* 8. *fallit*, Bald. *in l. quoniam intelligitur, ad fin. ff. de his qui not. infam.* Marant. *d. actu* 5. *num.* 3. *vers. sed in criminalibus.* Anton. Gom. *var. lib.* 3. *tit. de torm. reorum, num.* 8. Mascard. *de probat. concl.* 349. *num.* 6. Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 54.

Buccaron,

Buccaron. *d. differ. 22. num. 3.* vbi *differ. 35. num. 8.* resoluit quòd confessio extraiudicialis etiam geminata non plenè probat in criminalibus, & *differ. 36.* idem dicit de confessione extraiudiciali etiam iurata.

11 In ead. gloss. ibi, *Item quòd aduersarius sit præsens, aliàs non nocet.* Dixi *sup. n. 10. vers. 1. limita.* Vt verò inducat plenam probationem requiritur, quòd sit facta non solùm parte præsente, sed etiam acceptante, Charian. *tom. 2. com. opin. lib. 7. tit. 19. n. 266. pag. 301.* Brunor. à Sole *d. verbo, confessio, n. 3. & 38.* quia confessio non acceptata minimè nocet, Menoch. *cons. 374. n. 54.* Flamin. *de resign. lib 10. q. 8. n. 3.* & acceptari potest pro parte, & pro parte non, Brunor. *dicto verbo, confessio 1.* Guttier. *practic. lib. 3. q. 19. n. 33.* Cald. Pereira *de empt. c. 19. n. 43.* Confessio sine causa non probat, de quo latè dixi *ad cap. si cautio, de fide instrument.* vide Mascard. *concl. 345.* vbi *n. 19.* quòd non valet siue parte præsente, siue acceptante: limitatur tamen si confessio facta sit in iudicio, quia tunc valet sine causæ expressione, Mascard. *d. concl. 345. n. 16.* Guttier. *de iuram. confirm. p. 1. c. 47. n. 15.* Rebuff. *de nominat. q. 12. num. 17.* vbi *num. 24.* sublimat in arbitrio; limitatur etiamsi confessio sit iurata, quia tunc plenè probat, nec reuocari potest, Mascard. *d. concl. 345. n. 36.* Brunor. à Sole *verbo, confessio, num. 28.* Guttier. *d. cap. 47. num. 14.*

De Probationibus.

TIT. XIX.

SVPER hanc rubr. scripserunt Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anch. Bald. Panorm. Felin. Barbat. Aretin. Mantu. Mynsing. Compostel. *in breuiario sanctorum Canonum*, Guillelm. Durand. *in breuiari aureo iuris Canon. fol. 60. verso*, Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol. 64.* Dan. Venat. *in analysi method. iuris Pontificij, à pag. 239.* Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancelot. *in instit. Canon.* Barth. Carthag. *in expositt. tit. iuris Canon.* Zipæ. *in analytica postremi iuris Pontif. enarrat. pag. 134.* Canis. *in summa iuris Canon.* Casar. *in erotem. eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib. 2. sum. in Decret.* omnes *sub hac rubr. & p. 3. repet. in iure Canonico ad secundum Decret. librum* Paul. de Eleazariis, & Ioan. Baptista Ferret.

De materia huius tit. vide Guillelm. Durand. *in speculo iuris, lib. 2. sub hoc tit.* Kirchou. Soar. Villalob. & alios *tom. 1. comm. opin. lib. 4. tit. 9.* Donel. *comment. iuris Ciuilis lib. 25. c. 1.* Perez *ad rubr. tit. 11. lib. 3. Ordinam.* Soar. de Pace *in pract. tom. 1. part. 1. temp. 8.* Morla *in emporio iuris Ciuilis, part. 1. tit. 11.* Cur. Philip. *p. 1. §. 17. verbo, prueuas*, Amat. Roder. *in practic. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap. 7. de forma probationis*, Nauar. *tom. 1. cons. sub hoc tit.* Sayr. *in floribus decisionum sub eod.* Rendina *in promptuario recepr. sent. tom. 1 tit. 93.* Galganet. *de iure publico, lib. 2. tit 29. & 30.* & de probationibus integros, & absolutos edidere tractatus, Iacob. Mascard. & Fuluius Pacianus.

SVMMARIVM.

1 *Nemo tenetur quærere in suis scriptis ea qua contra se sunt, & illa in medium proferre.*
3 *Papa ex vi Pontificalis officij habet sufficientem potestatem super omnia negotia sæcularia, quando id expedierit inter Principes ad quietem, & conseruationem, & Ecclesiæ defensionem, & ad bonum spirituale.*
4 *Princeps ex contractu inito cum subdito efficaciter obligatur.*
5 *Contractus sunt de iure gentium, & non insunt sub potestate Regis, vel Imperatoris.*
6 *Princeps naturaliter, & ciuiliter obligatur ex contractu cum subdito celebrato.*
7 *Obligatio per Principem ex conuentione contracta, adeo valida est, vt nec ipse, nec eius successor, siue per electionem, siue per successionem possit suum contractum, vel prædecessoris sui infringere.*
8 *Princeps non potest contractum cum subditis celebratum in totum, vel pro parte reuocare, nec modum, aut conditionem ei adiicere.*
9 *Princeps non potest reuocare priuilegia, seu concessiones illas, quæ in naturam, & vim contractus transeunt, vel pro quibus pecunia interuenit, vel conceduntur in recompensationem meritorum.*
10 *Princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam, & esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus.*
11 *Princeps data iusta causa potest contractum à se cum subdito celebratum limitare, eique modum, & conditionem præscribere.*
12 *Instrumentum productum ex archiuo publico facit fidem.*
13 *Instrumenta propria contra se non tenetur reus in iudicio conuictus actori petenti edere, nisi sit fauor Ecclesiæ.*

CAP. Ex epistolæ. I. *Gregor.*

NEmo tenetur quærere in suis scriptis ea, quæ 1
contra se sunt, & illa in medium proferre. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Imol. Anan. Host. Butr. Panorm. Bald. Innoc. Felin. Dec. Barbat. Hentic. Mantua, Mynsing. Aretin. Cujac. Hieron. Fernandez de Ottero, Cened. *collect. 167.* Mant. Quintil. Mandos. Antonius Perez Nauarrete, & Franc. de Sanabria, Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 125* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 251.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen *in concord. p. 1. & 2. & p. 3. repet. in iure Canonico ad secundum Decretalium librum*, Ioan. Baptista Ferret. refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 2. titul. 12. cap. 1.* nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælectionib. Salmantic. tom. 2. pag. 232. cum seqq.*

In superscript. ibi, *Gregor. Tancredo Regi VVestriæ.* 2
In emendatioribus codicibus legitur, *Recaredo Regi VVisigothorum*, desumitur hic text. ex *lib. 1. epist. 226. in registro epistolarum Diui Gregorij*, in qua Epistola agitur præter alia de fœdere, & pactis initis Athanagildi Regis Gothorum Hispaniæ cum Imperatore Iustiniano, quæ referunt Ambros. de Morales *in historia Hispaniæ, lib. 2. cap. 4.* optimè Valdes. *de dignitate Regum, regnorumque Hispaniæ, cap. 8. num. 13.* At Anton. Perez Nauarrete *in repet. huius text. n. 26. & 27.* & Franciscus de Sanabria *ad hunc tit. de prob.*

bation. in hoc c. 1. n. 1. & Antonius de Fuertes *Canonicarum lect. lib. 4. c. 6.* non tantùm suprascriptionem text. vt suprà legendam corrigendámque probant, sed eam latiùs sic restituendam censent, *Gregorius primus Recaredo Regi Gothorum in Hispania.* Casus autem super quo emanauit huius text. decisio, sic se habet, *Regnante Athanagildo Gothorum Rege in Hispania, atque imperium Romanum gubernante Iustiniano Imperatore sacratissimo, vt euitarentur lites, & discordiæ, quæ erant, & in dies expectabantur in maximam Regni perniciem,* idem Athanagildus pacta quædam cum Iustiniano celebrauit, in quibus continebatur, quid deberet Athanagildus, & cæteri Reges, & Hispaniæ Regnum habere; quæ pacta in scripturam redacta fuerunt ad perpetuam rei memoriam, & penes Iustinianum remanserunt, qui in Archiuio Constantinopolitano reposuit, vbi reliqua conseruabat instrumenta, & custodiæ causa tenebat; cum quo omnis discordia sopita fuit, & Reges Hispaniæ pacifici cœperunt regnare per multa tempora, quibus nulla molestia ab Imperatoribus fuit illata. Euenit autem vt Athanagildus decederet anno 567. vt tradit Cardin. Baron. *tom. 7. Annalium sub eodem anno pag.* 523. Mariana *de rebus Hispaniæ lib. 5. c. 9.* cui successerunt Liuva, & Leouigildus, quibus & Recaredus primus succesſit, qui Catholicus fuit appellatus, qui etiam omnes temporibus Iustini, & Tiberij Imperatorum pacifici fuerunt quousque Mauritius Imperator, qui & Tiberius dictus aliquando fuit, contra Recaredum Regem bellum aggressus est, fortassis ob eam causam, quam Mariana narrat *lib. 5. de rebus Hispaniæ c. 13.* nempe quod Childebertus Francorum Rex aduersùs Recaredum odium conceperat, propterea quòd in Francorum fines irrupisset, qua de causa Mauritium Imperatorem sollicitauit, vt aduersùs Longobardos, & Gothos rerum dominos in Italia, atque Hispania bellum ageret; quæ res cum placuisset Mauritio, aduersùs Recaredum arma monit, voluitque sibi vendicare maiorem partem, quàm quæ ad eum pertinebat, sed Recaredus pactorum ab antecessoribus factorum, & obseruatorum memor pacis potius cum Imperatore amicitior quàm belli, quod & semper maximè fuit detestatus, & ideo pacis filius appellatus, vt per Baron. *d. tom. 8. anno* 588. *pag.* 628. quia partem illam iure tenebat, rectiùs agere volens ad Pontificem Max. qui tunc erat Gregorius magnus, literas dedit, quibus precabatur vt ad piissimum Imper. scriberet quatenus requireret in chartophylacio, siue Archiuio instrumenta pactorum cùm Iustiniano initorum, vt sic cognosceret quid eidem Recaredo seruare deberet, & à molestia incepta cessaret. Has literas Gregorius accepit per Neapolitanum quendam iuuenem, quibus etsi non statim postea tamen respondit, asserendo ipsum Pontificem duabus de causis distulisse, quæ in petitione continebantur exequi; atque ita eundem Recaredum sua prudentia, & iudicio vt rem omnem componeret, exhortauit. Ne autem Recaredo Pontificia responsio videretur dura, rationes edixit, primam, quia cartophylacium Constantinopolitanum erat combustum; secundam, quia nulli dicendum est, quòd ea quæ apud se sunt contra se pro alio exhibere debeat, quæ est tota relatio breuissimi fragmenti, quod D. Raymundus compilauit, & desumpsit ex operibus D. Gregorij *lib. 7. regiſtri epiſt.* 126. Vnde ex hac facti serie colligitur mendosam esse vulgarem inscriptionem huius text. dum Tancredi meminit, quia in operis D. Gregorij magni eius auctoris ad nullum alium Regem de iis scripsisse apparet, quàm ad Recaredum postquam nemo fuit, qui publicè, & palàm, coactóque Concilio generali sectam Arrianam abrenuntiauerit, præter eundem Recaredum; qua propter summis laudibus ab eodem Gregorio extollitur in eadem epistola antequam ad petitionem respondeat, & certè extollendus est princeps Christianus, Catholicus, pius, prudens, iustitiæque cultor, ac virtutum omnium non tam amator, quàm parens, de quo Card. Baron. *d. tom. 7. anno* 588. *pag.* 638. *& anno* 650. Roderic. Tolet. *lib. 1. cap.* 37. Bossi. *de signis Ecclesiæ tom. 2. lib. 22. cap. 3.* Mariana *lib. 5. de rebus Hispaniæ, cap. 14. & seq.*

Vt Imperatori scriberem, &c.] Notatur ad hoc quòd Pontifex ex vi Pontificalis officij habet sufficientem potestatem super omnia negotia sæcularia etiam inter sæculares, quando id expedierit inter Principes ad quietem, & conseruationem, ac Ecclesiæ defensionem, & ad bonum spirituale, & ad finem Ecclesiasticæ potestatis supernaturalem assequendum, hanc concl. probant plures citati à Cened. *d. collect. 167. n.* 1 quibus adde Cardin. Bellam. *de Romano Pont. controu. 3. generali, lib. 1. c. 6* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 29. vers. tertia conclusio,* Rebel. *de obligat iustitiæ. p. 2. lib. 14. q. 23. sect. 1. n. 2. & 3. & sect. 5. n. 29.* Soar. *de legibus, lib. 3. c. 7. n. 5. & de defensione fidei Catholicæ contra Anglicanæ sectæ errores lib. 3. cap. 22.* nouissimè D. Mari. Cutel. *de donat. inter patrem & fil. tract. 1. disc. 2. partic. 6. num. 6.*

Quatenus pacta,] Notatur ad hoc quòd Princeps ex contractu inito cum subdito efficaciter obligatur vt per Dec. & Felin. *num.* 1. Beroi. *num. 2.* & omnes *hic* Bart. & alios *in l. digna vox, C. de legib.* Abb. *cons. 94. col. 3. vers. quoad tertium vol. 2.* Socin. *cons. 4. num. 1. vol. 2.* Ruin. *cons. 90. n. 4. vol. 1.* Gabr. *commun. tit. de iure quæsito non tollendo concl. 5. n. 19.* Pedroch. *cons. 1. num. 201.* Carol. de Tapia *in l. fin. p. 2. n. 2. ff. de const. Princip. & decis. 5. num. 34. cum seqq.* Anton. Fab. *in C. tot. de rei vendic. definit. 12.* Ioseph. Ramon. *cons. 37. num. 157.* Alex. Caluan. *cons. 20. num. 10.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 891. num. 9.* Calistr. *de lege Regia §. 10. num. 35.* D. Mari. Cutel. *citato loco num 98.* Tiraq. *de iure primog. quæst. 35. n. 23.* Contard. *in templo omnium iudic. lib. 1. cap. 1. §. 3. vers. octauo,* Anton. Gom. *l. 40. Tauri, num. 189. col. 3. & tom. 2. var. cap. 1. col. 2.* Padil. *in l. interpositas, num. 37. C. de transact.* Roland. *cons. 13. à n. 33. lib. 3.* Bursat. *cons. 15. à num 45. & cons. 160. à num. 10. cum seqq.* Gam. *Iustit. decis. 135. num. 5.* Burg. de Pace *cons. 15. num. 52. cum seqq.* Perez *l. 1. per text. ibi gloss. 2. tit. fin. lib. 4. Ordin.* Nauar. *de spoliis clericorum, §. 18. num. 2.* Azeued. *l. 1. n. 12. tit. 2. lib. 4. noua recop. & l. 3. n. 6. tit. 10. lib. 5.* vbi Matiens. *n. 5.* Menoch. *cons. 75. n. 42. & cons. 103. n. 54.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 3. q. 1. n. 19. & q. 18. n. 89.* Anton. Oliban. *ad vsaticum, alium namque de iure fisci, cap. 3. num. 12.* Ioseph. Sesse *Arag. decis. 187. n. 1. cum seqq.* Pereg. *de iure fisci, lib. 1. tit. an habentes iura fisci, n. 44. & 45.* Cald. Pereira *de resol. emphyt. cap. 2. n. 18. & 19.* Mench. *illustrium, cap. 2. à princ.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, Princeps 10.* Anton. Gom. *l. 40. Tauri, num. 89. vers. confirmatur,* plures alios Doctores refert Cened. *d. collect. 167. n. 5.* Adeò quòd nec de plenitudine potestatis possit Princeps contrauenire & subditi contractum infringere, Soc. *cons. 86. n. 14. volum. 4.* Gabr. *d. concl. 5. num. 18.* Bursat. *cons. 160. num. 26. volum....* Beroi. *cons. 138. num. 1. & 9. volum 3.* Peregr. *cons. 7. num. 1. vol. 3.* Grammat. *decis. 65. n. 27.* Rodulphin. *de absoluta Principis potestate cap. 6. num. 170.*

Sunt enim contractus de iure gentium, & non insunt sub potestate Regis, vel Imperatoris, Surd. *decis. 43. num. 11.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 28. n. 13.*

6 n.13 cum seqq. Et naturaliter ac ciuiliter obligatur Princeps ex contractu cum subdito celebrato, Ant. Gom. *var. tom. 2. c. 1. num. 1.* Xuar. *alleg. 10. n. 2.* Mench. *illustr. c. 45. num. 14.* Molina *d. tom. 2. disp. 261. n. vlt.* cùm in contractibus reguletur vt priuatus, Surd. *dec. 1. n. 5.*

7 Et adeò valida est obligatio per Principem ex conuentione contracta, vt nec ipse, nec eius successor siue per electionem, siue per successionem possit suum contractum, vel prædecessoris sui infringere, aut aliter ab eo recedere, Anton. Gom. *d. cap. 1. num. 1.* Padil. *ad l. interpositas, n. 37. C. de transaction.* Bursat. *cons. 160. sub num. 36. vol. 2.* Aym. Crauet. *cons. 241. sub num 17.* Menoch. *cons. 1. num. 228. & cons. 264. num. 15. & 17.* Surd. *decis. 326.* Socin. iun. *cons. 60. num. 18. vol. 3.* Roland. *cons. 13. num. 36. vol. 4.* Carol. Tapia *in l. fin ff. de const. Princip cap. 9. n. 111.* Rodulph. *d. cap. 6. num. 195.* Ioseph. Ludou. *Pedem. decis. 139. num. 11.* Peregrin. *d. loco, num 45.* Perez *l. 3 col penult. tit. 8 lib. 3. Ordin.* Gam. *Lusitan. decis. 335. n. 5.* Mench. *illust cap 26. num. 16.* Soar. *de legib. lib. 3. cap 35. num. 23.* Cabed. *Lusitan. decis. 75. num. 1 part. 2.* Nam contractus Principis habet vim legis, Surd. *decis. 2. num. 4.* Mench. *d. cap. 3. à num. 5.* Peregrin. *de iure fisci, lib. 6. tit. 1. num fin.* Card. Tusch. *lit. P. concl. 693.* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib. 3. tit. 10. à num. 46.*

8 Vnde sequitur Principem non posse contractum cum subditis celebratum in totum, vel pro parte reuocare nec modum, aut conditionem ei adiicere, iuxta reg. *l. sicut ab initio, C. de act. onib. & l. perfecta, C. de donat. quæ sub modo*, Gabr. *commun. lib. 3. tit. de iure quæsito, concl. 5.* Roland. *cons. 25. num. 35. lib. 3.* Mench. *illust. cap. 26. num. 16.* Cabed. *Lusit. decis. 19. num. 12.*

9 *& decis 75. num. 1. part. 2.* Nec etiam reuocare potest priuilegia, seu concessiones illas, quæ in naturam, & vi contractus transeunt, vel pro quibus pecunia interuenit, vel conceduntur in recompensationem meritorum, Gabr. *vbi proximè concl. 6.* Anton. Gom. *l. 40. Tauri, n 89. ad med.* Pinel. *ad rubr. C. de rescind. vend. p. 1. cap. 2. col. penult. & vltim.* Menoch. *cons. 661. num. 12.* Mench. *illustr. cap. 3. n. 2.* Valasc. *cons. 72. num. 5 & cons. 120. num. 9.* Molin. *de primog. lib. 4. cap. 3. num. 18 cum duobus seqq.* Cabed. *Lusitan. dec. 95. num. 14 & dec. 20. & dec. 71. a princip. part 2.* Aloys. Ricc. *in collect decis. p. 4. collect. 862.* Camill. Borrel. *de præstantia Regis Catholici, cap. 53. à num. 6.* Marta *de clausulis, part. 1 claus. 105. n. 9.* Soar. *de legib. lib. 8. cap. 37. num. 4 & 10.* Ludou. Rodulphin. *de absoluta Principis potest. cap. 6. num. 170.* Xuar. *alleg. 9.* Aym. *cons. 241 num 10.* Mohedan. *decis. 6. num. 2. sub tit. de priuileg.* Roland. *cons. 76. n 13 cum seqq vol. 2. & cons. 13. n. 21. & seqq. vol. 3.* Petr. de Petra *de potestate Principis, c. 32. dub. 2. n. 154.* Peregr. *de iure fisci, lib. 1. tit. 3. num. 28.* Sanctarel. *variar resol. lib. 1. quæst. 17. num. 3.* Talia enim priuilegia, præcipuè ex causa meritorum concessa sunt irreuocabilia, etiam de plenitudine potestatis, Nauar. *in cap. nouit, de iudic.* vbi Aretin. *n. 28.* & Felin. *num. 12* Afflict. *decis. 128. num. 11.* Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo, donatione largitus, n. 11. C. de reuoc. donat.* Natt. *cons. 122. n. 24.* Bec. *cons. 129. num. 48. vol. 2.* Surd. *cons. 419. n. 51.* Bardel. *cons. 22. n 20.* plures refert Mari. Cutel. *citato l. c., num 103.* Quod vendicat sibi locum etiamsi tale priuilegium sit subdito concessum, Bursat. *cons. 16. num. 44 & seqq volum. 1.* Natt. *cons. 268. num. 5.* Surd. *citato loco*, Bardel. *d. cons. 22. num. 20.* tam si ipse Princeps sit qui concessit, quàm eius prædecessor, Tapia *decis. 10. num. 19.* S. Cons. Neapol. Ioseph. Ramond. *cons. 24. à num. 35.* Mari. Cutel. *vbi supra n. 104.*

10 *in fin.* Debet enim habere vnum calamum, & vnam linguam, & debet esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus. Dec. *cons. 619. num. 19.* Bald. *cons. 279. lib. 3. & cons. 327. incip. Pridie, sub n. 4. vol. 1.* Bossi. *in tit. de Principe n. 18.* Iacob. de Leo *cons. 117. num. 95. cum seqq.* inter consilia Bruni, Rodulphin. *de absoluta Principis potest. cap. 6. num. 186.* me citato *in hoc loco*, D. Mari. Cutell. *de don. inter patrem & fil. tract. prima disc. 2. partic. 6. num. 199.* Molina *d. cap. 3. num. 19.* itavt etiam in donationibus, quas facit, immotus persistere debeat tanquam polus in cœlo, Cott. *in memorab. verbo, Princeps, pag. 703.* Molin. *d. cap. 3. n. 18.* Menoch. *cons. 331 num 65. & cons. 378. num. 29.* Surd. *decis. 234. num. 10.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 3. quæst. 17. num. 91. & quæst. 18. num 92 & lib. 9. quæst. 25. à num. 19.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 2. num. 32. & 91.* Cald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 2. num. 18.* Cabed. *d. Lusit. decis. 19. in fine*, Melch. Phœbos *Lusit. decis. 92. num. 4 tom. 1.* Farin. *in praxi crimin. quæst. 28. num. 5.*

Data tamen iusta causa non solùm potest Princeps 11
contractum à se cum subdito celebratum limitare, eique modum, & conditionem præscribere, Molin. *d. cap. 3. à num. 17.* Pelaëz *de maioratu, quæst 44. n. 11.* Matiens. *l. 11. gloss. 8. num. 4. tit. 7. lib. 5 nouæ recopilat.* Peregr. *de iure fisci lib. 1. tit. 3. n. 67.* Cabed. *d decis. 19. n 10 & decis. 68 part. 2.* sed etiam in totum reuocare, Iason. *cons. 227. vers. 13. & 14. & n. 45. & 49. volum. 2.* Rimin. iun. *cons. 601. n. 114. vol. 6.* Abb. *cons. 94 col. 3. vers. quoad textum vol. 2.* Afflict. *decis 361 n. 6* Menoch. *de præsumpt. lib. 2 præs. 10. num 49.* Peregrin. *de iure fisci, lib. 1 tit. 3. num. 67. & lib. 6. tit. 1. num. 3.* Gabr. *d. concl. 5. num. 46.* Roland. *cons. 66. num 24.* Tiraquel. *de pœnis temper. in præfat. num. 41.* Pinel. *ad l. 1, C. de bonis nat. part. 3. num. 62. illat. 16. vers. ego*, Nauar. *in cap. si quando, de rescript. except. 13. vers. ad 4.* Burg. de Pace *cons. 25. à n. 48.* Cabed. *decis. 19. num 8. & decis. 75. part. 2.* Rodulphin. *d. cap 6. num. 199* dummodo tamen causa publicam respiciat vtilitatem, ex Menoch. *cons. 352. num. 21.* Cæs. Barz. *decis. 118. num. 10.* Surd. *cons. 303. num. 26.* Peregr. *de iure fisci lib. 5. tit 2. sub num. 49.* Bec. *cons. 3. sub num. 50.* Crauet. *cons 276. sub num. 7.* Roland. *cons. 80. n. 29 vol. 3.* Decian. *cons. 51. num. 31. vol. 3.* qui volnit tunc ratione publicæ necessitatis posse derogari priuilegiis, quando constat quòd talis vrget necessitas, quæ non potest euitari nisi priuilegiati soluant, Bursat. *cons. 16. num. 71. vol. 1.* qui hoc intelligit in casu valde insolito, & omni raro.

In cartoſylacio.] Notatur ad hoc quòd scriptura, 12
vel instrumentum productum ex archiuo publico, vbi solùm scripturæ publicæ, & instrumenta solent asseruari, facit fidem, de quo vide Doctores *ad cap. ad audientiam, de præscript.*

Quia nulli dicendum, &c.] Notatur ad hoc quòd 13
reus in iudicio conuentus non tenetur edere propria instrumenta contra se actori petenti, vt per Socin. *reg. 149. & seq. & reg. 212.* Hyppol. *in l. de minore, §. torménta, à num. 2. ff. de quæstionib.* Clar. *lib. 5 §. fin. q. 27. num. 2.* Hieron. de Monte *de finibus regundis, cap. 82.* Ioan. Rojas *sing. 54.* Bouer. *sing. 32. incip. editio, num. 3.* Alphan. *collect. 102. vers. ad illud quod*, Anton. Scap. *de iure non scripto lib. 3. cap. 76. cum duobus seqq.* Iacob. Benin. *de priuileg. Iureconsl. part. 1. priuil. 5.* Broncorst. *Enanthiop. cent. 2. assert. 9.* Pacian. *de probat. lib. 1. q. 62.* Anton. Fab. *in suo C. tit. de edendo definit. 6. 7. 16. & 19.* Kirchou. Villalob. & alios, *tom. 1. commun. opinion. lib. 2. tit. 1. à num. 2. pag. 279* Menoch. *de arbitrar. casu 499.* Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, tit. de sentent. prouis. art. 3. gloss. vlt. num. 22. & de priuileg. scholarium, priuil. 116.* Ioan. Garc. *de nobilitat. gloss. 2. §. 1. num. 12. cum seqq.*

Valasc.

Valasc. *de iure emphyt. q.*8. *n.*1. Cened. *d. collect.* 167. *n.*6. Marc. Anton. Genuens. *in practicabilibus Eccles. iast. quæst.* 174. *num.*1. vbi latè probat, quòd in fauorem Ecclesiæ actor tenetur edere instrumenta contra se.

SVMMARIVM.

1 *Actor qui plenè iurauit non debet compelli iurare.*
2 *Consuetudo inualida est, per quam is, qui in iudicio suam intentionem instrumentis, aut testibus fundauit, cogebatur id ipsum proprio iuramento affirmare.*
3 *Consuetudo minimè valet, quòd iuramentum necessario deferatur plena probatione facta.*
4 *Probanti semiplenè in supplementum probationis iuramentum deferri potest.*
5 *Semiplenè probare dicitur quando quis probauit intentionem suam per vnum testem omni exceptione maiorem.*
6 *Probatio semiplena si aliàs detur ex aliqua præsumptione, non sufficit, vt ob eam deferatur parti iuramentum in supplementum probationis.*
7 *Probatio semiplena non fit ex vno teste non reddente rationem dicti sui, vel verisimilia non dicente, vel ex pluribus singularibus.*
8 *Testis omni exceptione maior ille dicitur, qui nulla legitima exceptione repelli potest.*
9 *Iuramentum in supplementum probationis deferendum est semiplenè probanti si ab eo petatur, vel in conclusione libelli apposita sit clausula,* peto ius, *&c.*
10 *Iudex ex officio potest iuramentum in supplementum probationis deferre quandocunque sibi videbitur, etiam parte non petente.*
11 *Appellari poterit à non delatione iuramenti suppletorij casu, quo illud deferri debeat.*
12 *Iuramentum suppletorium, cui deferendum venit, debet esse legalis, & de fide dignus, non autem periurus, vel infamis.*
13 *Iuramentum suppletorium deferendum est vsque ad conclusionem in causa, & etiam post conclusionem, si antea petitum fuisset, nisi causa esset summaria.*
14 *Appellationis causa peti potest iuramentum suppletorium, licèt in principali petitum non esset.*
15 *Citanda est pars aduersa ante delationem iuramenti suppletorij.*
16 *Iuramentum suppletorium deferendum est actori, quando semiplenè intentionem suam probauit, reus verò nihil præstitit; reo verò, & non actori quando reus similiter semiplenè probauit.*
17 *Matrimoniali in causa non defertur iuramentum suppletorium, quando agitur de matrimonio dissoluendo.*
18 *Monachationis in causa non defertur iuramentum suppletorium.*
19 *Beneficialibus in causis non defertur iuramentum suppletorium.*
20 *Vsurarum in causa non defertur iuramentum suppletorium.*
21 *Fiscali in causa non defertur iuramentum suppletorium.*
22 *Excommunicationis in exceptione non defertur iuramentum suppletorium.*
23 *Consuetudine in probanda non defertur iuramentum suppletorium.*
24 *Ingratitudine in probanda non defertur iuramentum suppletorium.*
25 *Interesse in probando non defertur iuramentum suppletorium.*
26 *Præscriptione in probanda non defertur iuramentum suppletorium.*
27 *Testes quando examinantur ad perpetuam rei memoriam, non defertur iuramentum in suppletorium probationis.*
28 *Iuramentum suppletorium non defertur, quando aliquis se adstrinxit ad probandum, vel similiter plures testes haberi possunt.*
29 *Recusatione iudicis non defertur iuramentum suppletorium.*
30 *Dominio in probando non defertur iuramentum suppletorium.*
31 *Voluntatibus in vltimis non defertur iuramentum suppletorium.*
32 *Impedimento debito in non prosequendo appellationem non defertur iuramentum suppletorium.*
33 *Fama vbi probari intenditur non defertur iuramentum suppletorium.*
34 *Sententia vbi retractari intenditur non defertur iuramentum suppletorium.*
35 *Iuramentum suppletorium non defertur quando agitur de maiori parte bonorum.*
36 *Notario in probando non defertur iuramentum suppletorium.*
37 *Instrumentum publicum, vel confessio partis, quando adest de debito, non defertur iuramentum suppletorium alteri habenti vnum testem de solutione.*
38 *Iuramentum suppletorium non defertur contra iudicem in syndicatu.*
39 *Minis in probandis non defertur iuramentum suppletorium.*
40 *Dolus vbi obijcitur non defertur iuramentum suppletorium.*
41 *Criminalibus in causis criminaliter intentatis non defertur iuramentum suppletorium.*
42 *Pœnis non defertur iuramentum suppletorium.*
43 *Iniuriarum actione non defertur iuramentum suppletorium.*
44 *Causis magni valoris non defertur iuramentum suppletorium.*
45 *Causa grauis, & ardua quæ dicatur, remissiuè.*
46 *Iuramentum suppletorium non defertur non habenti notitiam rei.*
47 *Hæredi non habenti notitiam rei iuramentum suppletorium deferendum non est.*
48 *Famosa in causa non defertur iuramentum in supplementum probationis.*

CAP. Sicut. II. *Alex. III.*

ACtor quando fundauit suam intentionem, seu rem bene probauit, non tenetur iurare, & consuetudo contraria non valet, quia iuramentum in defectu probationis præstatur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Zabar Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imol. Anan. Host. Butr. Panorm. Bald. Innoc. Felin. Barbat. Beroi. Deci. Mynsing. Aretin. Cujac. Viu. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.*137. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 252. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. *& part.*3. *repet. in iure Canonico ad secundum Decretalium librum,* Ioan. Baptista Ferret. refertur ab Ant. Aug. *collect.*2. *Decret. lib.*2. *tit* 10. *c.*1. nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælectionib. Salmantic. tom.*2. *pag.*145. *cum seqq.* 1

Collige ex text. inualidam, & reprobandam esse consuetudinem per quam is, qui in iudicio suam intentionem instrumentis, aut testibus fundauit, cogebatur idipsum proprio iuramento affirmare, itaut si illud recusaret, instrumenta, & testes fidem non facerent 2

facerent, vt notant Doctores *hic* & plures alij, vt per Tiraquell. *de retract. lig.* §. 2. *gloss.* 2. *n.* 1. & per Boër. *decis.* 95. Perez *l.* 1. *verbo, iuramento, vers. quartò, cùm seq. tit.* 4. *lib.* 3. *Ordin.* Syluan. *cons.* 51. *n.* 17. & post multos
3 *decis. Pedem.* 10. *n.* 6. Ratio colligitur ex Ioan. Andr. Abb. & Bellam. & præsertim Decian. *n.* 5. asserentibus ideo hanc improbari consuetudinem quia irrationabilis erat, & iniusta dum stantibus quibuscunque probationibus instrumentorum, vel testium, per quas litigantes suam fundabant intentionem, absque vlla necessitate vel causa eosdem cogebat iurare, & ideo minimè valere consuetudinem, quod iuramentum necessariò deferatur plena probatione facta, tenuerunt Ioseph. Ludou. *Lucen. decis.* 35. Valdes. *ad Xuar. in l.* 4. *n.* 29 *tit. de las Iuras, lib* 2. *fori*, nullus enim grauari debet cùm plenam habet probationem, Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocandis donat. in præfat. n.* 38. vbi id limitat quando factum allegatum non esset verisimile.

4 *Cùm tunc demum*, &c.] Notatur ad hoc quòd semiplenè probanti in supplementum probationis iuramentum deferri potest, vide Viu. Bellacomb. & alios *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 1 *à n.* 95. Mascard. *de probat. concl.* 954. Marant. *de ordin. iud. p.* 6. *actu* 9 *n.* 4 *cum seqq.* Cott. *in memorab. verbo, iuramentum in supplementum*, Menoch. *de arbitr. casu* 464. Seraph. *de priuil. iurament. priuil.* 33. Steph. Grat. *Marchiæ decis.* 36. Bernard. Muscatel. *in sua praxi aurea ciuili Neap. p.* 7. *gl. conclusio, n.* 16. *cum seq.* Camil. Borrel. *in summ. omnium decis. tit.* 54. *de*
5 *iuram. suppletorio.* Semiplenè probare dicitur quando quis probauit intentionem suam per vnum testem omni exceptione maiorem, Franc. Viu. *decis.* 381 *n.* 1. Franc. Marc. *Delphin decis.* 753 *n.* 11. *vol.* 2. Marant. *d. actu* 9. *n.* 3. Menoch. *d. casu* 464. *n.* 12. Bap. Cost. *de remed. subsid. remed.* 97. *n.* 3. Seraph. *d priu.* 33. *à n.* 42. Mascard. *concl.* 1360. *n.* 5. Camil Borrel. *d. tit.* 54. *n.* 11. Muscatel.
6 *d. gloss conclusio, n.* 19 vbi *n.* 21. quòd modicus defectus impedit semiplenam probationem, imò etiam præsumptio leuissima, ex Centolin. *in addit. ad Farin. p.* 4. *decis.* 32. Camil Borrel. *d. tit.* 54. *n.* 49. Nam si semiplena probatio elidatur ex aliqua præsumptione, non sufficit vt ob eam deferatur parti iuramentum in supplementum probationis, Hyppol. *in pract.* §. *diligenter, n.* 3. *& cons.* 65. *n.* 7. Socin. *reg.* 252. *vers. fallit* 61. Boër. *decis.* 95. *n.* 7. Strach. *de mercat. p.* 2. *n.* 82. Mascard. *concl.* 954.
7 *n.* 23 Seraph. *d. priuil.* 33. *n.* 57. Item si testis non reddat rationem dicti sui, Cassan. *in consuet. Burgund. rubric.* 1 §. 2. *fol.* 27. Socin. *reg.* 252. *vers. fallit* 59. Ias. *in repet. l. admonendi, n* 186. Camil. Borrel. *d tit.* 54. *num.* 23. Vel si verosimilia non dicat. Mascard. *concl.* 1364. *n.* 5. Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 65. *n.* 146. Seraphin. *d. priuil.* 33. *num.* 48. Vel si testes singulares sint, Mascard. *concl.* 954. *n.* 10. Farin. *q* 61. *n.* 50. Camil. Borrel. *d. tit.* 5. *n.* 32. quia etiam ad probandas diuersas confessiones extraiudiciales non coniunguntur, Stephan. Gratian.
8 *discept. forens. c.* 144. *n.* 52. *cum seqq.* Dicitur namque testis omni exceptione maior ille, qui nulla legitima exceptione repelli potest, gloss. *verbo, idoneos, in* §. *item verborum, Inst. de inutil. stipul.* Mascard *in præfat. q* 6. *n.* 69. *cum seq. & concl.* 855. *n* 10. *& concl* 1019. *n.* 5. *& concl.* 1106. *n.* 6. Steph. Grat. *discept. forens. c.* 537. *num.* 14. Farin. *in praxi crimin. q.* 62. *à n* 1.

9 Primò intellige huiusmodi iuramentum semiplenè probanti esse deferendum si ab eo petatur, ita Bart. *in l. admonendi, n.* 59. *ff. de iureiur.* Gregor. *l* 2. *verbo, deue, tit.* 11. *part.* 3. Menoch. *d casu* 464. *n* 28 Mascard. *de probat. concl.* 954. *n.* 46. Seraph. *d. priuil.* 33. *n.* 192. Mancin *de iuram. p.* 2. *art.* 6. *num.* 89. Farinac. *fragm. crimin. p.* 2. *lit. I. n.* 1261. Vel in conclusione libelli apposita sit clausula, *peto ius, & iustitiam mini-*

strari, quia tunc iudex huiusmodi iuramentum, etsi expressè petitum non sit deferre debet, cùm virtualiter sub hac clausula petitio contineatur, Cott. *d. verbo iuramentum in supplementum*, Anton. Gabr. *commun. lib.* 6 *tit. de clausul. concl.* 4. *num.* 25. Turzan. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 1. *pag.* 443. Mascard. *concl.* 954. *num* 48. Gail. *lib. obseru.* 108. *num.* 1. Setser. *de iuram. lib.* 4 *cap.* 15. *num.* 6. Farin. *d. lit. I. num.* 1264. Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 37. *num.* 12. *&* 13. Camill. Borrel. *d. tit.* 54. *num.* 56. Iudicem tamen ex officio 10 posse huiusmodi iuramentum deferre quandocunque sibi videbitur, etiam parte non petente, tenet Bald. *in d. l. admonendi*, quem referunt Bellacomb. *d. tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4 *tit.* 1. *n* 131. *vers. subiicit, pag.* 441. Seraphin. *d priuil.* 33. *num.* 195. Muscatel. *d gloss conclusio, num* 34. saltem pro eruenda veritate, Valasc. *cons.* 43. *n.* 18. *cum seq.* Et si non deferatur huiusmodi 11 iuramentum casu, quo illud deferri debeat in supplementum probationis, poterit appellari, Mascard. *d. concl.* 954. *n.* 2. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 9. §. 1. *in annot. n.* 95.

Secundò intellige si is, cui deferendum venit iu- 12 ramentum huiusmodi in supplementum probationis, sit legalis, & dignus, ac persona honesta, Iason. *in repet. d. l. admonendi, n.* 296. Seraph. *d. priuil.* 33. *num.* 114. Clar. *in pract.* §. *periurium, num.* 8. Menoch. *de arbitr. casu* 190. *n.* 12. *cum seqq. & d. casu* 464. *à n.* 13. Mancin. *p.* 2. *art.* 6. *num* 44. Seraphin. *priuileg.* 1. *n.* 36. *& priuileg.* 174. *num.* 7. Farinac. *d. lit. I. num.* 1248. Camill. Borrel. *d. tit.* 55. *num.* 12. Vnde infamis infamia facti, aut iuris, homicidæ vsurario, periurio condemnato actione furti, spurio, concubinario, Blasphematori, aut inimico inimicitia graui, huiusmodi iuramentum deferendum non esse resoluunt Mascard. *d. concl.* 954. *n.* 66 *cum seqq.* Menoch. *d. casu* 464. *d num.* 17. Seraphin. *d. priuil.* 33. *à n.* 46. latè Mancin. *de iurament. part.* 2 *art.* 6. *num.* 45 *cum seq.* latè Farinac. *d. lit I. num.* 1250. *cum seqq.* vbi *à num.* 1259. quoad spurium subdit ei posse deferri iuramentum in supplementum, quando esset nobilis, & magnæ conditionis, & excellentiæ, vel probaretur esse bonæ conditionis, & famæ & multo magis si esset Religiosus, & *n.* 1255. post Ioseph. Ludon. *Lucensi decis* 4. *n.* 34. subdit hoc iuramentum non deferri minori, & *n.* 1256. post Mancin. *d. part.* 2. *art.* 6. *n.* 50. adiicit nec deferri mulieri nisi fuerit plusquam semiplene probatum.

Tertiò intellige si deferatur vsque ad conclusio- 13 nem in causa Cott. *d. verbo iuramentum in supplementum*, Prosp. Carau. *ritu* 239. *n.* 5. Seraph. *d. priuil.* 33. *n.* 192. *in fin. & n.* 193. Vinc. de Anna *sing.* 283. Franc. Mar. *Delphin. decis.* 454. *n.* 1. *vol.* 2. Mascard. *concl.* 954. *n.* 50 Farin. *d. lit. I. n.* 1269. Amat. Roder. *in pract. c.* 11. *à n.* 25. Camil. Borrel. *d. tit.* 54. *n.* 53. *&* 54. nisi ante petita fuisset delatio iuramenti, quia tunc post conclusionem deferri poterit, Ioseph. Cumia *in ritibus Siciliæ, c.* 39. 69. Bapt. Costa *de facti scientia, & ignor. cent.* 2. *dist.* 31. *n.* 4. Camil. Borrel. *d. tit.* 54. *n.* 55. Nisi etiam agitur de causa summaria, quia in ea vsque ad calculum ferendæ sententiæ deferri poterit. Mascard. *d. concl.* 954. *n.* 52. Muscatel. *d. gloss. conclusio, n.* 16. Steph. Grat. *d decis.* 36. *n.* 14. In causa verò appellationis peti 14 potest huiusmodi iuramentum, licet in principali petitum non sit, Menoch. *d. casu* 464. *n.* 29. Mascard. *de probat. in proœm. q.* 9. *n.* 27. *& d. concl.* 954. *n.* 31. *&* 54. Muscatel. *d. gloss. conclusio, n.* 30. Seraph. *d. priuileg.* 33. *n.* 194. Setser. *d. lib.* 4 *c.* 15. *n.* 17. Steph. Gratian. *d. decis.* 36. *n* 8. Costa *de mediis subsidiariis, remed.* 97. *n.* 10. Camil. Borrel. *d. tit.* 54. *n.* 57. Farin. *d. littera I. num.* 1269.

15 Quartò intellige, si ante declarationem huiusmodi iuramentum suppletorij pars aduersa citetur, Foler. *ad Marant. p. 6. actu 9 n.* 11. Capyc. *Nouiss. decis. 35. n. 3.* Cott. *d. verbo, iuramentum in supplementum*, Menoch. *d. casu* 464. *n.* 26. *&* 27. Vezin. *tom. 1. comm. opin. lib. 4. tit. 1. n.* 441. Setser. *d. lib* 4. *c.* 16. *n.* 8 Mascard. *concl.* 954. *n.* 60. Camil. Borrel. *d. tit.* 54. *n.* 58. Farin. *d. litera I. n.* 1265. Muscatel. *d. verbo, concl. n.* 30. vbi *n.* 32. id limitat nisi partes ab initio ad singulos terminos citatæ fuerint.

16 Aduertendum maximè est, huiusmodi suppletorium iuramentum deferendum esse actori quando semiplenè suam intentionem probauit, reus verò nihil præstitit, Menoch. *casu* 100. *n.* 20. Grass. *tom. 1. comm. opin. lib* 4. *tit. 1. n.* 100. Surd. *cons.* 136. *n.* 95. Camill. Borrel. *d. tit.* 54. *n.* 51 *&* 52. tunc verò deferendum esse reo, & non actori, quando actor pro se vnam probationem habet, & reus alteram, quia iudex propensior esse debet ad liberandum, tenent Scapp. *de iure non scripto, lib.* 3. *c.* 53. *n.* 3. Menoch. *casu* 190. *n.* 19 Fachin. *controuers. iuris, lib.* 1. *cap* 18. Mascard. *d. præm. q.* 9. *num.* 29. quamvis actori esse deferendum teneat Perez *ad tit.* 1 *lib.* 3. *Ordin. pag* 446. *vers. dubitari vtiliter*; nisi alterius testis melior, & dignior sit, quia tunc habenti illum huiusmodi iuramentum est deferendum, Rebuff. *de reprobat. testium, num.* 109.

In his casibus, qui sequuntur; iuramentum in supplementum probationis deferri non potest.

17 Primus casus, est in causa matrimoniali, quando agitur de matrimonio dissoluendo. Vide Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 1. *cap.* 39. *n.* 22. Caroc. *tract. de iuram. decisor. q.* 49. *quæst. princ.* Farinac. *in praxi crimin. q.* 47. *num.* 65. *cum seqq.* Franc. Molin. *de ritu nuptiarum, lib.* 1. *comp.* 15. *à num* 4 Turzan. *tom.* 1. *commun. opinion. lib* 4. *tit.* 1. *n.* 102. *propè finem, vers. limita secundò, pag.* 444. *&* 446. Mascard. *de probat. in proœm. quæst.* 9. *num.* 43. *& concl.* 1040. Surd. *cons.* 109. *n.* 19. Fichard. *cons.* 16. *num* 12. Ceuall. *commun. contra commun. q.* 449. *num* 3. Nicolaus Reusn. *consil.* 20. *num* 53. *lib.* 2. nouissimè Carol. Tusch. *lit. T. concl.* 540. *n.* 48. Mancin. *de iuram. p.* 2 *art.* 6. *n.* 10. Farin. *fragment. crimin. p.* 2. *lit. I. n.* 1243. Camil. Borrel. *in sum. decis. tit.* 54. *de iuram. suppler. n.* 45. Seraphin. *de priuileg. intram. priuil.* 33. *n.* 113. *cum seqq.* vbi *n.* 123 *in fin.* concludit deferri posse iuramentum in supplementum, quando iurandum est pro matrimonio, provt etiam deferendum esse quando plusquam semiplena probatio esset inducta, dicit Mascard. *d. concl* 1039. *n.* 5. & Mancin. *in tract. de iuram. p.* 2. *art.* 6. *n.* 10. vbi declarat, nisi essemus in matrimonio clandestino, quia tunc iuramentum in supplementum non defertur etiam quòd fuerit plusquam semiplenè probatum, Setser. *in simili tract. lib.* 4. *c.* 14. *sub num.* 12.

18 Secundus casus in causa matrimonij spiritualis, putà monachationis, Seraphin. *d. priuil.* 33. *n.* 123. *&* 137 Hyppol. *in l maritus, sub n* 14. *ff de quæst.* Mascard. *d. concl.* 1030. *n.* 3. Caroc. *q.* 15. *princ. n.* 6. Molin. *d. emp.* 15. *n.* 10. *&* 11. nouissimè Camil. Borrel. *d. tit.* 54. *n.* 47. Farin. *d. lit. I. n.* 1244.

19 Tertius casus, in causis beneficialibus, Hyppol. *in l. maritus, n.* 13. *ff. de quæstionibus*, Seraph. *d. priuil.* 33. *n.* 129. nouissimè Camil. Borrel. *d. tit.* 54. *n.* 46. Mancin. *de iuram. p.* 2. *art.* 6. *n.* 15. Farin. *d. lit. I. n.* 1237. vbi declarat non procedere quando ageretur de fructibus beneficij, vel in causa spolij, quia tunc defertur iuramentum in supplementum plenæ iustificationis tituli, vel coloratæ possessionis pro spoliato.

Quartus casus, in causa vsurarum, Hyppol. *sing.* 273. Seraphin. *d. priuil.* 33. *n.* 128. Mascard. *concl.* 954. *sub n.* 53. Farin. *d. lit. I. n.* 1212. vbi declarat tribus in casibus deferri iuramentum in supplementum in causis vsurarum, primò quando aliqua præsumptio fit in contrarium; secundò quando fuisset plusquam semiplenè probatum: tertiò quando agitur de receptione vsurarum. 20

Quintus casus, in causa fiscali, vide Peregr. *de iure fisci, lib* 7. *tit.* 3. *n.* 46. 21

Sextus casus in exceptione excommunicationis, Mascard. *concl.* 691. *num.* 3. *& concl.* 702. Seraphin. *d. priuileg.* 33. *n.* 27. Mancin. *d. art* 9. *n.* 37 Farinac. *d. lit. I. num.* 1215. 22

Septimus casus, in probanda consuetudine, Mascard. *concluf.* 323. *num.* 5. *&* 21. Seraphin. *d. priuileg.* 33. *num* 27. 23

Octauus casus, in probanda ingratitudine, Mascard. *concluf.* 1356. *num.* 52. Seraphin. *d. priuileg.* 33. *num* 86. 24

Nonus casus, in probando interesse, Iason. *in rep. d. l. admonendi, num.* 286. Surd. *de aliment tit.* 1 *quæst* 45. *n.* 47. Seraphin. *d. priuil.* 33. *n.* 160. Gam. *Luslt. decis* 110. *n.* 16. D. Barbos. *in l.* 2. *in princ. p.* 1. *num.* 62. *ff. solut. matrim.* 25

Decimus casus, in probanda præscriptione, Hippol. *sing.* 370. Seraph. *d. priuil.* 33. *à n.* 137. 26

Vndecimus casus, quando testes examinantur ad perpetuam rei memoriam, Curt. iun. *in d. l. admonendi, limit.* 25. *num.* 218. Seraphin. *de priuil.* 33. *à num.* 165. 27

Duodecimus casus, quando aliquis se adstrinxit ad probandum, Seraph *d. priuil* 33. *num.* 199 Stephan. Gratian. *decis.* 36. *n.* 3. vel verosimiliter plures testes haberi possunt, Muscatel. *d. gloss. conclusio, n.* 25. Grat. *d. decis.* 36. *n.* 2. Surd *decis.* 326. *n.* 93. Baptista Costa *de remed. subsid. remed* 97. *num.* 1. Camil. Borrel. *d. tit.* 54. *num.* 28. 28

Decimus tertius casus, in recusatione iudicis, Cabed. *part.* 1. *decis.* 45. *à princ.* Seraph. *de priuileg.* 33. *num.* 88. 29

Decimus quartus casus, in probando dominio, Curt. iun. *d. l. admonendi, à n.* 226. Seraph. *d priuil.* 33. *num* 185. 30

Decimus quintus casus, in vltimis voluntatibus, Curt. iun. *in d. l. admonendi, n.* 237. Seraph. *d. priuil.* 33. *num.* 201. 31

Decimus sextus casus, quando agitur de probando impedimento habito in non prosequendo appellationem, Seraph. *d. priuil.* 33. *num. vlt.* 32

Decimus septimus casus, quando de probanda fama, Camill. Borrell. *d. tit.* 54. *de iuram. suppler. num.* 34. 33

Decimus octauus, quando agitur de retractanda sententia, Seraph. *d. priuil.* 33. *n.* 79. 34

Decimus nonus, quando agitur de maiori parte bonorum, idem Seraph. *d priuil.* 33. *n.* 124. 35

Vigesimus in probando notorio, idem Seraphin. *d. priuil.* 33. *n.* 27. 36

Vigesimus primus, quando adest instrumentum publicum, vel confessio partis de debito, & altera vult probare solutionem, & habet vnum testem, tunc illi non defertur iuramentum suppletiuum, ex Azeu. *l.* 2. *n.* 23. *tit.* 21 *lib.* 4. *nouæ recop.* 37

Vigesimus secundus, contra iudicem in synd. catu non defertur iuramentum suppletiuum Auiles *ad cap.* 1. *Prætor. verbo, dadiuas, n.* 27. Ignat. del Villar. *in syua resp. lib.* 1. *resp.* 9. *part.* 2. *n. vlt.* Mascard. 38

de

de probat.concl.954.n.28. Seraphin.*d. priuileg.33.n.60. cum seqq.* Mancin.*de iuram. p.2.art.6.n.35.*

39 Vigesimus tertius, in probandis minis, vide Camil.Borrel.*d tit.54.de iuram supplet.n.42.*

40 Vigesimus quartus,in causis in quibus dolus obiicitur, idem Camil. Borrel. *d.tit.54. n.37.* & quando agitur de probatione doli. Mascard. *d.concl.954.n.24.* Seraphin.*d. priuil.33. n.97.cum seqq.* Mancin.*de iuramento,p.2 art.6.n.19* Farin.*d.lit.I n.1214.*

41 Vigesimus quintus, in causis criminalibus criminaliter intentatis, vide Menoch.*de arbitr.cas.464.n.5.* Ioseph. Ludou. *Lucensi decis.42. num.18. p.1.* Pacian. *de probat. lib.1. cap.39. num.11. cum seqq.* Mancin. *de iuram. part 2 art 6. num 6.* Setser. *in simili tract lib.4. cap.4. n 8.* Ceuall. *commun.contra commun. quæst.449. num.3.* Bellon. *Genuens. decis. 5. num.3.* Matth. Coler. *German. decis 141. num 8. & 9.* Hyppol. *in l. maritum, num.13. ff de quæst.* Iason. *in l.3. à n.18. & in repetit.l. admonendi, à num.35.ff.de iureiur.* Clar.*§. fin quæst 63.* Viuian.*tom.1.comm.opin.lib.4. tit.9. pag.484.* Mascard. *de probat.in proœm. quæst.9.num.31. & concl.954 n.38.* Farin. *in praxi crimin. part. 1. quæst. 16. num 43. & d. lit I. num.1222.cum seqq.*vbi declarat Camill. Borrell.

42 *d tit. 54. num 29.* Vnde huiusmodi iuramentum in pœnis non deferri tenent Cott.*in memor.verbo, pœna, pag.mihi 672.* Seraphin.*d. priuil.33 n 101.* vbi *n.110.* asserit deferendum quando agitur ad pœnam con-

43 uentionalem. Et demum iuramentum purgationis in supplementum non solùm reo,sed nec etiam actori defertur quando agitur de pœna corporali, vt per Herculan.*de negatiua, num.235. & n.279.* & Setser.*in tract.de iuram c.11.n.13.*quos refert, & sequitur Farin. *d.lit.I. n 1231.* aliàs enim multis in casibus causarum criminalium deferri potest à iudice reo iuramentum purgationis suppletiuum, de quibus Herculan. *vbi sup.n 233. & seq.* Menoch.*de arbitr.lib.2.casu 464.n 10.* vbi hoc iuramentum reo accusato de crimine deferendum putauit quando semiplenè suam innocentiam probauit, Mascard. *concl.954. n.39 cum seq.* vbi dicit hoc purgationis iuramentum reo accusato deferendum, quando semiplenè probauit suam innocentiam, vel quando contra eum adsunt indicia, & præsumptiones, Pacian.*de probat.lib 1.c.71.à n.4.*vbi ait non esse deferendum reo iuramentum purgationis, quando contra ipsum de crimine, de quo accusatur deponeret vnus testis omni exceptione maior, Setser. *de iurament. lib. 3. cap. 11. num. 16. & seq.* vbi quòd non defertur iuramentum quando adsunt indicia ad torturam.

44 Vigesimus sextus in causis arduis & magni valoris, Cornaz. *decis. Lucen. 68. num. 14.* Surd. *cons.12. num.12. & decis. 326. num.94.* Mascard. *d.concl. 954. num.32* Menoch. *de arbitr. casu 464. num. 4.* Camill. Borrel.*d. tit.54.n.38.* Muscatel. *d. gloss.concluso, n.26.* Seraphin.*d. priuil.13. num.11.*Ioseph. Ludou. *Lucensi decis.42.n.8.p.1.*& Perus. *decis. 109.n 6.p.2* Setser. *in tract. de iuram. lib 4. cap.15. à n.1.* Mancin. *in simili tract. p.2. art.6. num 5.& num.13. & 14.*vbi infert ad causas spirituales, & eas, in quibus agitur de statu hominis.

45 Limita aliquibus modis, & primò quando fuit plusquam semiplenè probatum, quia tunc iuramentum in supplementum defertur, etiam in causis magnæ quantitatis, vt per Herculan *in tract.de negatiua, n.235.* Benintend. *Bonon.decis.67.n 2.* Ioseph. Ludou. Perus. *decis.100. n.7. p.2.* Mascard.*concl.944. n.31. & concl.954.n.33.& seq.* Pacian.*de probat. lib.1.c.39.n.18. & 19.*Seraphin.*d. priuil.33.n.10. & n.114.* Mancin. *de iuram. p.2.art.6.n.8.*Secundò limita vbi non agitur ad fundandam & radicandam totam intentionem agentis, sed solùm ad declarandum obscuritatem fundamenti adiuuantis dictam intentionem, quia tunc iuramentum in supplementum defertur etiam in causa magna, Bald.*cons.297 n.3 vers.item secundum breuitatem,lib.3* quem refert & sequitur Card.Cuich.*verbo iuramentum, concl 540.n.81.*

Qualis & quanta debeat esse ista causa ad hoc, vt dicatur magna, grauis & ardua, & excludat petentem à delatione iuramenti suppletini, vide Roland. *cons.26.n.11 lib.1.*vbi post Alberic. & Iason.*in locis per eum citatis*, dicit causam magnam esse ducentorum aureorum, & *n. 21.* pariter resoluit causam dici magnam, & paruam inspecta qualitate, & conditione personarum, larè Menoch. *de arbitr. lib.2. cas 71.* vbi relatis diuersis Doctorum opinionibus concludit causam magnam, seu paruam esse iudicis arbitrio remissam, Seraphin.*d. priuil.33 n.124.*vbi quod quando agitur de omnibus bonis, & de maiori parte bonorum, tunc causa dicitur magna, & *n. 12.*vbi quod iudicis arbitrio remissum est quæ dicatur causa grauis, & ponit exemplum in causa status, filiationis, spurietatis, & similium, Perez *ad tit 7 lib 5 Ordin. pag.205.* Mascard *in proœm.q.9.num 38 & 39 & concl. 954.n.30.* Surd. *decis.316.n.94.*Camil.Borrel.*d.tit.54. num.48 & 49.* Mancin. *d p. 2. art. 6. n 4.*vbi & ipse hoc remittit arbitrio iudicis, Setser. *d lib.4. c.14.n.4.* qui idem tenet. Illud aduertere oportet quòd ille qui dicit causam esse magnam, seu arduam, probare debet, vt tenent Curt. iun. *in l, admonendi, num. 68. vers.tertiò singulariter, ff. de iureiur.* & *ibi* Lanfranc. de Oriano *n.88. n 35.concluf.* Roland. *cons 26.n.22. lib.1.* Menoch. *de arbitr. casu 464. n. 5.* Mascard. *concl.954. num.36.*

Quia vbi de possessione tantùm litigatur causa non dicitur magna, sed parui præiudicij, ideo in causa possessorij, licèt agatur de possessione rei magni valoris, iuramentum in supplementum deferturi, secundùm Ant Gabr. *commun. tit. de restit. spoliat. concl.5. n.77* Menoch.*d.casu 72.n.18.*Mancin.*d. p.2.art.6. post n.3 & n.7.* Seraph.*d. priuil.32.n.11.*vbi *n.13.*declarat non procedere quando possessorium ordinatur ad petitorium, quia tunc dicitur esse pleni præiudicij, & propterea in eo non defertur iuramentum in supplementum.

Vigesimus septimus, quando petens sibi dari huiusmodi iuramentum non habet notitiam rei, vide Hyp.*in l.maritus, n.7.ff.de qu.* Ias.*in repet. d. l. admonendi, n.312.& 313.*Bern.*reg.392.vers.limita*, Bellac. *tom 1.com.opin.lib.4. tit.11.n.97. pag.* 440. Mascard.*de probat. concl.954. n.11.* Costa *de remediis subsid. remed. 97.n 4.*Camil.Borrel.*d.tit.54.n.18.*Farin. *p.4.decis.50. n.2.& ibi addit.lit.B* Steph. Grat.*discept. forens.c.144. n.46.cum seq.* Vnde hæredi tanquam non habenti rei 46 notitiam minimè esse dandum tenent Marant.*de ordine iudic p.6. tit dt iuram. & quando deferatur, n.5.* Afflict. *decis.169.n.2. & 3.* Seraphin. *d. priuil.33. n.217.* Surd.*cons.74.n.15. & cons.73. n.47. & cons.109.n.18.* Menoch.*casu 190.n.6.cum seq.& cons.81.n 2.*Mascard. *concl.956.à n.63.*Steph.Grat.*d.c.144.n.48.*Camil.Borrel.*d.tit.54.n.19.& tit.60.n.158.* 47

Vigesimus octauus in causa famosa, secundùm Cephal. *cons.127. n.1.lib.2.* vbi *n.* .bene declarat quæ dicatur causa famosa, Soar.*comm.lit.I n 308.*Mancin. *de iuram p 2 art.6.n.12.*Setser. *cod.tract lib.4.c.14. ex n.5.*Farin.*d.lit.I.n.1210.* 48

Vigesimus nonus,quando procederetur per denuntiationem Euangelicam, vt per Seraphin.*de priuil.33. n.191* Mancin.*d.art.6.n.88* Farin.*d.lit.I.n.1216.* 49

Trigesimus in causis quæ veniunt decidendæ de rigore iuris,Mancin.*d.art.6.n.43.* Farin. *d.lit. I.n.1217.* 50

51 Trigesimus primus, quando agitur contra obligatum ex delicto alterius, Mancin. *d. art. 6. n. 105.* Farin. *d. lit. I. n. 1218.*

52 Trigesimus secundus quando agitur ad pœnas contentas *in l. si quis maior, C de transaction.* Card. Tusch. *verbo iuramentum concl. 540. num. 117.* Farinac. *d. litera I. num. 1219.*

53 Trigesimus tertius in causa simulati instrumenti, Anch. *cons. 327. Ad corroborationem, n. 6. & seq.* Card. Tusch. *d. concl. 540. n. 119.* Farin. *d. lit. I. n. 1220.*

SVMMARIVM.

1 *Actor & reus in communi iudicio probant, & si pariter probant, reus absoluitur, nisi fauorabilem causam foueat actor.*
2 *Probatio facienda est iudici.*
3 *Confinium in quæstionibus vtraque pars est actor, & vtraque reus.*
4 *Diuisoria in iudicia dicuntur duplicia.*
5 *Probationes cum sunt æquales, testibus rei magis, quàm actoris in dubio creditur.*
6 *Sententia pro libertate ferenda est cum vtriusque partis testes sunt æquales.*
7 *Testes deponentes pro causa pia præferuntur.*
8 *Iura potiora sunt ad absoluendum.*
9 *Declaratur text in præsenti, & n. 10.*
11 *Terminos agrorum mutantes, vel euellentes quam pœnam incurrant, remissiuè.*
12 *Exceptionem qui obiicit eam probare tenetur.*
13 *Duorum vicem quando quis sustinet, ostenditur.*

CAP. Ex literis. III.

Luc. III.

1 ACtoris & rei personam vtraque pars agit quando litigatur de confinibus, & sic vtraque pars debet probare testibus, & iudex admittere quos excellere intellexerit. Sed si ambarum partium testes sunt æquè idonei, præferuntur testes possessoris, quia iura sunt promptiora ad absoluendum possessorem, quàm ad condemnandum, sicut cùm agitur de libertate, iura semper fauent libertati. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Host. Butr. Felin. Barbat. Henric. Bero. Dec. Mynsing. Aretin. Cujac. Bald. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 137.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 252.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 11. c. 2.* & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p. 38. c. 2.* nonissimè Ioan. de Valboa *in annis Academ. prælect. Salmantic. tom. 2. pag. 156. cum seqq.*

2 *Ad cognitionem iudicis instruendam.*] Ergo iudici facienda est probatio, vt per Abb. *notab. 7.* & alios *hic*, Dec. *in rub. huius tit. n. 7. in fin.* Mascard. *de probat. lib. 1. q. 4. à n. 23.* Tiraq. *de retractu lig. tit. 1. §. 36. gloss. 2. n. 54.* Crot. *de testib. n. 258.* Perez *in rubr. tit. 11. pag. 666. col. 2. lib. 3. Ordin.*

3 *Videlicet actoris, & rei.*] Notatur ad hoc quòd in quæstionibus confinium vtraque pars est actor, & vtraque reus, Mascard. *de probat. concl. 393. n. 13.* Marant. *de ordine iudic. p. 4. dist. 17.* Perez *l. 20. gloss. 1 post*
4 *med tit. 3. lib. 2. Ordin.* diuisoria enim iudicia dicuntur duplicia, cùm in illis quilibet censeatur actor, & reus, D. Barbos. *in l. in tribus, n. 1. cum seqq. ff. de iudic.* Menoch. *remed. 3. retin. à n. 760.* Cujac. *lib. 4. observ. c. 21.*

Possessoris testes præferuntur.] Notatur ad hoc quòd 5
cum probationes æquales sunt, testibus rei magis, quàm actoris in dubio creditur, vt per *l. 2. vbi gl. fin. tit. 8. lib. 2 leg. for.* Menoch. *de arbitr. casu 98. à n. 2.* Perez *ad d. rub. tit. 11 gloss. 1. pag. 667. col. 2.* Christoph. de Pace *ad leges styli, l. 28 n. 40 & 41* Buccaron. *de differen. inter iudic. ciuilia, & crimin. differ. 61.*

Præterquam in liberali causa.] Notatur ad hoc quòd 6
quando in liberali causa vtriusque partis testes æquales sunt, pro libertate sententia proferri debet, *l. 4. vbi gloss. 1. tit. 13. lib. 2. leg. for.* Perez *ad rubr. d. tit. 11. gl. 1. pag. 667.* Sic etiam præferuntur testes deponentes 7
pro causa pia, Rebuff. *de reprobat. testium, num. 126.* vbi etiam resoluit quod quando vtraque pia & fauorabilis est, tunc pro magis fauorabili præfertur probatio.

Cùm promptiora sint iura ad absoluendum &c.] Vide 8
Conar. *var. lib. 1. cap. 1. n. 2. vers. quarta*, Mex. *in tract. tassæ panis, concl. 1. num. 11.* Anton. Monach. *Forent. decis. 36. num. 2.* Cardin. Tusch. *tom. 1. litera A. concl. 41 num. 1.* metipsum *in tract. Axiom. iuris vulg. Axiom. 1. n. 9. cum seqq.* De hac regula & fauore rei conuenti vltra Doctores *hic*, & in iuribus cita is per *gloss. verbo, promptiora*, vide Dec. Cagnol. & alios *in l. fauorabiliores, ff. de regulis iuris, & in reg. um sit. partium, eod. tit. lib. 6.* Alciat. *de præs. reg 3. præl. 44.* Menoch. *de arbitr. casu 98. à n. 4. & d. præs. 91. in col. 2.* Duen. *reg. 313. limit. 4.*

Te, & Archidiaconum confines habere prædendas, &c.] 9
Ergo Episcopus quem Papa alloquitur, ibi, *te*, iuncta superscriptione, retinebat insimul canonicalem præbendam cum Episcopatu, contra reg. *cap. cum in cunctis, §. cum verò, sup. de elect.* nam certum est si is priusquam in Episcopum promoueretur, esset Canonicus, per promotionem ad Episcopalem dignitatem canonicatus vacaret, per ea, quæ tradit Nicol. Garc. *de benefic. part. 9. cap. 6. à princip.* post obtentum vero Episcopatum non poterat iure communi inspecto Canonicus fieri, *cap. cum nostris, de conces. præb. l.* Cui difficultati variè respondet Abb. Felin. Bero. *in princip.* & omnes *hic*, inter quos nonnulli contendunt vitiatam esse superscriptionem huius text. Alij, cum quibus est communis, intelligunt text. *in præsenti* procedere iure speciali, scilicet consuetudine, vel priuilegio Romani Pontif. ita Felin. *hic in princip.* Bero. *num. 1.* Roch. *in cap. vltim. de consuetud. sect. 2. numer. 30.* nec diuinat hic intellectus, quia cùm Pontifex in præsenti non decidat, nec fuerit interrogatus an Episcopus Canonicatum & præbendam insimul cum Episcopatu habere possit, sed aliud longè diuersum, vt constat ex litera, vtique in eo, quod incidenter narrat & supponit, termini habiles suppon. ndi sunt.

Inter vos controuersiam agitari.] Dubitatur, nec im- 10
merito, cur Canonicus super fundo pertinente ad præbendam in iudicio agere possit absque mandato Capituli, vel Ecclesiæ, ad quam, & non ad Canonicum pertinet administratio talium bonorum, arg. *cap. pen. vers. nec 12 quæst. 1. cap. relatum in 2. vers. nomine, & cap. requisisti, vers. illud, de testam. gloss. verbo, reseruari,*

reseruari, in cap vlt. de officio Ordin. lib. 6. variè respondent Doctores *hic*, vt per Abb. *à n.* 1. Dec. 9. & Bero. *à n.* 38. & reliquos, inter alios verò intellectus de quibus per eosdem, planiùs dici potest Canonicum agere posse in iudicio non solùm contra alium Canonicum eiusdem Ecclesiæ, provt communis intelligit hunc text. verùm etiam contra extraneum super iuribus ad Canonicatum pertinentibus, quorum administrationem, quamvis restrictam, habet iuxta *c.* 1. ibi, *ad dispensandum* 16. *q.* 1 *d. c. penan fine*, ibi, *expendat*, resoluunt Innoc. Abb. *d. n.* 1. Dec. 9. & Bero. 45. *cum seq. in præsenti.*

11 *Antiquos fines egressum.*] De crimine, & pœna eorum, qui fines, seu terminos agrorum mutant, euellunt, vel furantur, vide per *totum tit. ff. de termino moto, cap. tanta, vbi gloss. 3. 86. dist. cap. in legibus* 12. *q.* 1. vbi refertur illud Deut. 27. *Maledictus, qui transfert terminos proximi sui*, tradunt vltra Abb. *hic à n.* 13. & Decian. 18. Auiles *in capita Prætorum, verbo, Lei, à n.* 7. Clar. *in pract. § vlt. q.* 83. *n.* 10. & latè prosequitur Menoch. *de arbitr. casu* 395.

12 *Nam possessori*, &c.] Notatur ad hoc quòd qui obiicit exceptionem, eam probare tenetur, vide *l.* 7. *vbi gloss. 1. tit. 8. lib. 2. for. leg.* Morla *in emporio iuris Ciuilis, c. 1. tit. 1. q.* 11. *la 2. n.* 25.

13 In gloss. *Vices duorum.* Notatur ad hoc quòd in iudiciis duplicibus familiæ herciscundæ, communi diuidundo, & finium regundorum singulæ personæ duplex ius habent, & agentis, & eius cum quo agitur, vt dicit text. *in l. iudicium* 10 *ff. finium regund. l. inter cohæredes, §. qui familiæ, ff. famil. herciscund. si defunctus, §. fin.* vbi gl. *verbo ad defendendum, ff. de procur* Dec. *n.* 12. *in præsenti.* D. Barb. *in l tribus. n.* 1 *ff. de iud.* Non obstat quòd etiam in huiusmodi duplicibus iudiciis actor is dicitur qui prior ad iudicium prouocauit, *d. l. in tribus, ff. de iudic. l.* 1. *§ in tribus, ff. comm. diuid.* Roman. *cons.* 217. *n.* 1. cum aliis per D. Barbos. *vbi sup. n.* 2. quia dispositio *d. l in tribus*, potest procedere quoad ordinem iudicij, ne aliàs inducatur causæ & processus confusio; quo verò ad effectum & litis decisionem, quilibet censetur actor & reus, ita post Iacob. de Rauen. Alberic. & Angel. *in d. l. in tribus*, & Matthesil. *sing.* 109. probat & veriorem dicit Decian. *in præsenti n.* 49. *vers. sed Iacobus, & n.* 50. *& seqq.* Ronchegal. *in rubr. ff. de duobus reis, n.* 30. & alij quos citat D. Barbos. *in d. l. in tribus, n.* 44. refert Rot. *in Discien. Capellaniæ* 10. *Maij* 1628. coram R. P. D. Merlino.

In ead. gloss. ibi, *Quòd vna persona vicem duarum sustineat.* Aduerte quòd quando munera & officia non sunt sibi contraria, ea simul habere quis potest, itavt vnus, & idem duorum vice & munere fungatur, ita Bart. *in l. si consul. ff. de adopt.* Couar. *lib. 3. var. c.* 13. *n.* 6. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 7. *q.* 13. Azeued. *ad Curiam Pisan. lib. 2. c. 22. n.* 9. Auiles *ad c.* 1. *prætorum, fol.* 30.

SVMMARIVM.

1 *Marito asserenti etiam cum iuramento se vxorem cognouisse non creditur si vxor per matronas attestantes ex ipsius corporis aspectu probat contrarium.*

2 *Matrimonialis causa Episcopo inferioribus à Romano Pontifice delegare potest.*

3 *Iuramentum deferri potest viro super copula habita cum sua vxore, cùm vir non probat contrarium.*

4 *Mulieri asserenti se à viro cognitam potiùs credendum est, quàm viro neganti, intellige vt ibi.*

5 *Periti in arte iurare debent, vt suo testimonio fidem faciant.*

6 *Sententia secundùm medicorum, aliorumque in arte peritorum iudicium lata, an, & quando in rem iudicatam transeat, ostenditur.*

7 *Matronæ, quæ fœminam aspiciant, sufficiunt duæ vt de Virginitate deponant.*

8 *Peritus vbi in ciuitate, vel loco vnus tantùm adest, is sufficit vbi plures requiruntur.*

9 *Matronæ quomodo sufficienter inspectionis causam reddant ostenditur.*

10 *Probatio admittitur contra iuramentum.*

CAP. Proposuisti. IV.

Gregor. VIII.

MVlier si dicit se non fuisse, nec potuisse cognosci à viro, & hoc probatur iuramento, & testimonio septem mulierum, quæ ipsam aspexerunt, & inuenerunt virginem, est credendum illi, & non marito, etiamsi iuret illam cognouisse. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Panorm. Bald. Butr. Henric. Felin. Barbat. Dec. Mynsing. Aretin. Cujac. Vivian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 138. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 252. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 10. *cap.* 2. nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælect. Salmantic. tom.* 2. *pag.* 168. *cum seqq.* 1

Tibi fuit de mandato Apost. delegata.] Ergo causa matrimonialis Episcopo inferioribus à Romano Pontif. delegari potest, vt per Rendinam *in promptuario receptarum sentent. tit.* 72. *num.* 6. Couar. *de sponsalib. part.* 2. *c.* 8. *§.* 12. *n.* 1. *vers. est tamen*, quos refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, p.* 3. *alleg.* 84. *num.* 6. 2

Viro per iuramentum suum, &c.] Notatur ad hoc quòd deferendum est iuramentum viro super copula habita cum sua vxore, vt per Tiraquell. *de retractu lig. §* 4. *gloss.* 1. *verbo, admittitur ad probandum, num* 3. Vivian. *tom.* 1. *commun. opinion lib* 5. *tit.* 2. *num.* 3. *vers. idcirco, pag.* 702. Mascard. *de probation. concl.* 452. *n.* 14. vbi etiam quòd licebit vxori probare contrarium, quod deducitur ex *gloss. in fin. hic*, ibi, *cùm mulier non probat contrarium*, Couar. *d. part.* 2. *cap.* 3. *§.* 1. *num.* 14. *& lib.* 2. *variar. cap.* 13. *num.* 4. Sayr. *in claui Regia, lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. Vbi enim lex, statutum, contractus, siue conuentio partium disponit, standum esse testimonio, vel assertioni alicuius (nisi aliud expressum sit) intelligi debet quandiu ex aduerso contrarium plenius non probatur, & ita admittenda est probatio contraria, & ea, si plenior sit, prævalere debet, vt notant omnes *hic gloss. in cap. continebatur, de sponsa. impub. gloss. verbo, affectata in cap* 2. *de tempor. ordinat. in* 6. cum aliis, de quibus per Dec. & Felin. *num.* 4. *hic*, eund. Felin. *in cap. qualiter in* 2. *num.* 9. *ad fin. de accusat.* Couar. *lib.* 2. *var. c.* 13. *num.* 4. latè Tiraq. *de retractu lig. §.* 4. *gloss.* 1. *à princip.* Mascard. *de probat. concl.* 954. *à princip.* Intellige & amplia etiam vbi creditur testimonio, vel assertioni alicuius in pœnam siue odium alterius, vt in specie *cap. vlt. de his, quæ vi, & l. si quando, C. unde vi*, adhuc enim nisi aliud sit expressum, admittenda est probatio in contrarium, & eidem stari debet si plenior fuerit, secundum communem, vt per Dec. & Felin. *num.* 4. *hic*, Tiraquell. *num.* 30. Mascard. *num.* 11. *dictis locis*, Menoch. *de arbitrar. casu* 208. *num.* 21. *& 34.* 3

4 *Iuramento puellæ.*] Notatur ad hoc quòd mulieri se cognitam à viro asserenti est potius credendum quàm viro neganti, Mascard. *concl.* 1124. n. 14. post Host. Io. Andr. Anchar. Alex. de Neuo, Præpos. Turrecrem. & alios, tenet Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 109. *n.* 9 id ibi intelligens, nisi vir conuincat eam per aspectum corporis esse virginem; quia si vxor per aspectum probet se cognitam à viro, cùm reperta fuerit virgo à matronis illam inspicientibus, tunc potius creditur vxori neganti copulam, quàm viro affirmanti. Franc. Marc. *Delphin. decis.* 77. *n.* 1. Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 2 *c.* 2. *n.* 15. *&* 16. quos refert, & sequitur Sanch. *d. disp.* 109. *n.* 6. vbi *n* 7. asserit prædictas matronas sufficere si sint prouidæ, & in arte peritæ, quamvis peritissimæ minimè sint.

5 *Et testimonio illarum*, &c.] Notatur ad hoc quòd matronæ, ac reliqui artis periti iurare debent, vt suo testimonio fidem faciant, gloss. & Doct. *in cap. fraternitatis, inf. de frigidis, & maleficiis.* Bald. *hic n.* 3. & alij plures, quos refert, & sequitur Sanch. *dict. lib.* 7. *disp.* 113. *n.* 13. & in genere de cæteris artis peritis, Couar. *var. lib.* 2. *c.* 17. *n.* 4 *concl.* 3. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. p.* 3. *c.* 4. *n.* 1. Mascard. *concl.* 1174. *n.* 48. *&* *concl.* 1410. *n.* 16. Tiraq. *de priuil. pt. fol.* 6. Pacian. *de probat. lib.* 1. *c.* 7. *n.* 2. Ioan. Garc. *de expensis, c.* 14. *n.* 18 Matienz. *l.* 1. *gloss* 2. *n.* 10 *&* 21. *tit.* 11 *lib.* 5 *nouæ recop.* Ceual. *commun. cont. a comm. q.* 17. *n.* 25. Sanch. *d. n.* 13 vbi etiam tenet quòd licèt huiusmodi in arte periti quando de communi consensu partium assumpti sunt, iurare non teneantur matronæ de communi partium consensu electæ ad explorandam vxoris virginitatem, ad dissoluendum matrimonium iuramentum subire debent. An, & quando sententia secundùm medicorum,
6 aliorúmque in arte peritorum iudicium lata in rem iudicatam transeat; quæstio est ad præsens institutum non contemnenda, in qua in eam sententiam communiter deuentum est tunc in rem iudicatam transitum facere quando ipsæmet partes concorditer & voluntariè elegissent, vel per iudicem eligi consensissent, & promisissent electorum iudicio stare, secus quando coactè ad electionem ventum esset, vt per Marant. *de ordine iudic. p.* 6 *actu* 1. *n.* 131. *vers. quod limita*, Magon. *Lucensi decis.* 28. *sub n.* 11. Caualcan. Finizan. *decis.* 28. *sub n.* 52. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præs.* 95. *n.* 30 *cum seqq & cons.* 849. *à n.* 2. Fulu. Pacian. *d. c.* 47. *sub n.* 92. Thesaur. *decis.* 25. quem refert Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 136. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 111. *in consid.* Sed peritis discordantibus quid agendum, vide Stephan. Gratian. *decis.* 32.

7 *Septem mulierum.*] Notatur ad hoc quòd matronæ, quæ fœminam aspiciant, testenturque eam esse virginem, debent esse septem, vt per Pacian. *d. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 26. Verùm cùm in ore duorum, vel trium stet omne verbum, *cap. in omni negotio, infr. de testib.* sufficere duas matronas, vt de virginitate deponant, resoluunt gloss. *verbo, obstetricum, in cap. nec aliqua* 27. *quæst.* 1. Bald. *hic num.* 4. *vers. item quia*, Alex. de Neuo *in cap. fin. num.* 11. *de frigidis*, Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 113. *n.* 16. qui *disp.* 109. *num.* 8. asserit textum *in præsenti* non facere mentionem septem obstetricum, quòd scilicet tot necessariæ sint, sed ad maiorem cautelam,
8 narrando factum. In quo aduerte communiter receptum esse quòd si in ciuitate, vel loco, in quo agitur, plures sint periti, duo necessariò adhiberi debent, quorum assertioni standum est; si verò vnus tantùm, is sat est, per text. *in auth. de non alien. §. quod autem*, ita obseruat Bart. *in l.* 1. *§. vlt. ff. de verbor oblig.* communis, vt per Abb. *n.* 4. Dec. 11. *hic*, Anton. Gom. *var. tom.* 2. *c.* 9. *num. vlt. & tom.* 3. *c.* 3. *n.* 28. Garc. *reg.* 349. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. p.* 3. *cap. vlt. n.* 5. Padil. *in l.* 3. *n.* 23. *C. de iuris, & facti ignor.* Mascard. *concl.* 1037. *à num.* 22. *& concl.* 1034. *num.* 23. Cherian. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit* 9. *n.* 161. Verùm Abb. *hic n.* 5. existimat in causis arduis duos omnino esse necessarios, itavt si vnus tantùm sit in loco, alius ex viciniori accersiri debet, sequuntur in effectu, Aretin. *hic n.* 10. *& in l videamus, §. vlt. n.* 40. *ff. de in litem iurando*, vbi Socin. *n.* 15. Iason. 11. Galeaula 9. Crot. 3. *ad fin.* & alij nouiores, quæ sententia in rigore iuris mihi probabilior videtur.

9 *Quæ per aspectum*, &c.] Notatur ad hoc quòd matronæ sufficienter inspectionis causam reddunt si deponant puellam esse virginem eo quod eius partes inspexere, illasque tetigere, in quibus deprehenditur virginitas, ita Sanch. *d. lib.* 7. *disput.* 113. *num.* 12.

10 In gloss. *Puellæ, vlt.* ibi, *cùm mulier non probat. contrarium.* Notatur ad hoc quòd contra iuramentum probatio admittitur, vt per Tiraq. *de retractu lig. §.* 4. *gloss* 1. *n.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Singulares de vniuersitate possunt ad commodum vniuersitatis reprobare instrumentum falsò confectum nomine vniuersitatis.*
2 *Instrumentum etiam priuatum sigillo authentico munitum fidem facit.*
3 *Exceptio alternatiua quando admitti possit, ostenditur.*
4 *Negatiua an, & quando probari possit, ostenditur.*
5 *Testes in causa propria an, & quando recipi possint, remissiuè.*
6 *Iuramentum ad remittendum per testes necessariò requiritur vtriusque partis consensus.*
7 *Testes præferuntur instrumento, in antiquis verò instrumenta testibus.*
8 *Antiquum dicitur, quod excedit centum annos,* & n. 9.
10 *Instrumentum per testes an reprobari possit, ostenditur.*

CAP. Tertio loco. V.

Clem. III.

1 INstrumentum quando profertur, v. g. circa alienationem terræ alicuius monasterij, vel Capituli, de quo dubitabatur, si fratres, vel singulares personæ iurant Capitulum, vel Vniuersitatem nunquam consensisse tali instrumento, cùm semper repugnauerint tali alienationi, creditur testimonio eorum, non instrumento. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Panorm. Anch. Host. Butr. Felin. Barbat. Henric. Bero. Dec. Mynsing. Aretin. Bald. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 138. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag* 253. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. *& part.* 3. *repet. in iure Canonico ad secundum Decretal. librum*, Paul. de Eleazariis, refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 10. *cap.* 3. nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælect. Salmantic. tom.* 2. *pag.* 175. *cum seqq.*

2 *Sigillo Capituli*, &c.] Notatur ad hoc quòd instrumentum etiam priuatim sigillo authentico munitum fidem facit, vt notant Abb. *in princ.* Felin. *col.* 1. Dec. *n.* 13. & alij *hic*, omnes per text. *ibi in c.* 2. *de fide instrum.*

instrum. vbi gloss. vlt. Couar. *pract. c. 22. n. 9.* vbi post alios discutit an, & quando sigillum publicum, vel priuatum præsumatur appositum instrumento de voluntate illius, cuius est, vt *hic & in l. 1. § ille, vers. sed ne furandi, C. de latina libertate*, de quo vide Gabr. *comm. tit. de præs. concl. 4.* Aym. *de antiq. tempor. p. 1. cap. quæritur à n. 44.* Menoch. *de arbitr. casu 113. & de præs. lib. 2. præs. 58.* An verò sigillum per se solum absque scriptura, vel subscriptione obliget, vel fidem faciat, prosequuntur Dec. & Felin. *hic col. 1.* communis *in cap. post cessionem, infrà hoc tit.* Couar. *vbi sup.* latè Menoch. *d. lib. 2. præs. 57.* De sigillo inuenies multa apud Menoch. *d. casu 113.* & Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 61. per totam.*

3 *Adulterinum, vel furtiuum.* [Admittitur ergo exceptio hæc alternatiua, quia in qualibet eius parte concluditur intentio excipientis, vt notant Doctores *hic*, vt per Felin. *num. 2 vers. fallit primò*, Decian. *num. 6. vers. quarto*, post alios Padil. *in l. cùm proponas, n. 10. C. de transact.* idem colligitur ex *cap. ex parte 2. de rescript.* ibi, *dolo, vel negligentia, & ex cap. ex parte B. de foro compet.* vbi Doctores, alias etiam rationes ob quas hæc exceptio admitti potest, colliges ex Padil. *d. loco, & in l. agi, num. 5. illo tit.* ex quibus limitabis regulam, *c. 2. & vlt. de libelli oblat.* cum similibus, *& reg. l. 1. § Labeo*, vbi Bald. *ff. de fluminibus, & l. scire, §. scire ff. de excusat. tut.* dum probat libellum, vel exceptionem incertam, vel generalem non esse admittendam, tradunt gloss. *verbo, obnoxiam, in cap. Abbate, de re iud.* Rip. & alij per text. *ibi in l. 1. §. qui autem, ff. quorum legat.* latè Farin. *à n. 2.* post *gloss. 3* & alios *ibi in cap. pastoralis, de except.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. p. 3. cap. 3. n. 8.*

4 *Cùmque fratres*, &c.] Aduerte negatiuam, scilicet Regulares noluisse in Conuentu alienationi consentire, non rectè probari per ipsos Regulares, poterant enim abesse, nisi dixerint id fieri non potuisse quin ipsi vidissent, Alex. *cons. 45. num. 5. lib. 4* Decian. *cons. 94. num. 5.* quod refert, & sequitur Mantica *Rotæ decis. 350. num. 7.* testes enim deponentes super negatiua nihil probant, nisi adiiciant quòd aliter esse non posset, quin ipsi scirent, Rota *decis. 571. num. 1.* apud Farinac. *p. 1. recent.* negatiua ideo probari potuit per Fratres in præsenti, quia deposuerunt quòd vnanimiter alienationem noluerunt quoties de hoc inter eos actum fuit, & cùm fuerit coarctata per verbum illud, *quoties*, probari rectè potuit. Vel fortè vt *gloss. 1. hic* existimat, Fratres probarunt hanc negatiuam indirectè, id est, restringendo illam ad locum, & tempus in instrumento expressum, sequuntur hunc intellectum nonnulli *hic*, & Paul. *num. 3. in l. 1. C. de bonor. possess. secundum tab.* Rip. *num. 86. in cap. cum Ecclesia, de causa possess.* Paris. *cons. 19. num. 23. lib. 3.* & alij, vt per Mascard. *concl. 1091. num. 9* faciunt ea, quæ Brunor. à Sole *in locus communib. verbo testis*, Mascard. *de probat. concl. 1087. n. 8.* Rebuff. *in tract. de except. n. 172.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 11. q. 14. n. 68.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana, lib. 5. cap. 1. n. 62.*

5 Quare autem testes hìc fuerint recepti in propria causa, vide Perez *l. 12 gloss. 2 column. 2. tit. 11. lib. 4. Ordin. & l. 2. gloss. 1. pag. 216. col. 2. post med. tit. 5. lib. 5. Ordin.* Azeued. *l. 20. tit. 3. lib. 6. nouæ recop.* Illa verò ratio non mihi displicet, quia an Fratres in Capitulo, vel conuentu alienationem noluissent, solummodo ipsi testificari possent cum in rebus, quæ sui natura secundùm communem cursum difficulter possunt probari, admittatur probatio, licèt minus legitima, vt per hunc text. dicit Valasc. *de iure emphyt. quæst. 9. n. 26. col. 2.*

In gloss. *Iurati*, ibi, *nisi à partibus fuerit ei remissum.* Notatur ad hoc quod ad remittendum iuramentum à testibus, præstandum necessariò requiritur vtriusque partis consensus, nec sufficit si is tantùm remittat contra quem testes producuntur, obseruant Ioan. Andr. Zabarell. Abb. *num 4.* Felin. *in cap. tuis, de testibus*, Rebuff. *de reprobat. testium, num. 308* Et suadetur, quia in hoc iuramento vertitur vtriusque partis negotium, & ita succedit reg. *quod omnes tangit, lib. 6.* Quamvis Iason. *in l. admonendi, in repet. n. 196 ff. de iureiur.* existimet satis esse remissionem aduersæ partis, contra quam testis producitur, per text. *in d. c. tuis*, ibi, *à parte remittatur aduersa*, cui satisfaciunt Abb. *d. n. 4.* & alij *ibi*, ac Rebuff. *d. loco.* Adde iudicis consensum in tali remissione non requiri ex *d. cap. tuis*, Abb. & Felin. *n. 5.* Crot. *de testibus, n 236.* Iason. *d. n. 197.* quamvis contrarium innuat *gloss. 2. in d. cap. tuis.* 6

In gloss. *Testium*, ibi, *Sic ergo testes præferuntur instrumento.* Vide Ceuall. *communium contra communes, q. 53. num. 4. & q. 45* Rotam *decis. 266. num. 7.* apud Farin. *part. 2. recent.* vbi dictum fuit testibus minus credi, quàm scripturis, & instrumentis. In antiquis certum est instrumenta præferenda esse omni alij probationi, Mascard. *de probat. concl. 540. n. 13.* Xuar. *allegat. 6. n 11.* Cabed. *de patronat. Regiæ Coronæ, c. 34. num....* Et antiquum dicitur, quod excedit centum annos, Burg. de Pace *cons. 3. num. 76.* Farin. *in praxi crimin. part 1 q. 47. num. 112. & p. 2. q. 69. num. 142.* Menoch *de arbitr. casu 3.* Gam. *Lusit. decis. 88. num. 1.* Auendan. *de exequendis mand. p. 1. cap. 6. n 6.* Gutier. *cons. 1. n. 5.* 7 8

Gloss. hæc circa hunc text. tria dubia inuoluit. Primum an instrumentum per testes reprobari possit. Secundum quot testes sint ad hoc necessarij. Tertium tandem quales esse debeant. Quoad primum, quicquid gloss. inuoluat, certum & receptissimum est instrumentum reprobari posse per testes contrarium deponentes non solùm in illo descriptos, verum etiam per alios, vt apertè probat hic text. *& cap. cum Ioannes, vers. porrò, de fide instrum.* obseruant Imol. *in l. 1. §. si quis neget, ff. quemadm. test aper.* Boër. *decis. 118. à num. 8.* Couar. *lib. 2. var. cap 13. num 11.* Menoch. *de arbitr. casu 105. à princ.* Burat. *decis. 543. num. 1* Quoad secundum dubium variæ sunt Doctorum sententiæ, sed communis obtinuit duos tantùm testes alioquin idoneos sat esse ad reprobandum etiam indistinctè instrumentum, siue in eo tales testes sint descripti, siue non, ex Innoc. Ioan. Andr. Abb. *num. 13.* Felin. 35. & alij *in d. cap. cùm Ioannes*, communis vt per Dec. *hic num. 11.* & aliis, vt per Couar. *d. cap 13. num. 11. & pract. cap. 20. num. 6.* Menoch. *d. casu 105. num. 37.* Mascard. *concl. 919 num. 9.* Circa tertium, & vltimum dubium receptum est requiri in proposito ad instrumentum reprobandum testes omnino idoneos, & omni exceptione maiores, communis ex Felin. *vbi sup. num. 35* Couar. *dictu loci*, Menoch. *d. casu 105. num. 33* Bursat. *cons. 33 num. 8.* & aliis per Mascard. *concl. 919. num. 5. & 8.* Restat nunc respondere ad hunc text. in quo ad instrumentum reprobandum satis sunt monachi in causa sui monasterij deponentes, qui non sunt in ea omnino idonei, & omni exceptione maiores cùm sint de eadem domo, & familia monasterij, intendit gloss. *verbo, testes, in auth. de monachis in princip. vers. cogitandum*, quia non sequitur, admittitur is testis, ergo est integer, & omni exceptione maior, post alios Dec. *hic num. 19. vers. retenta*, Simanch. *de cathol. instit. c 62. num. 4.* Sed dici potest cum Dec. *hic num. 7. vers. sed certè, & d. num. 11. vers. retenta, & in cap. insuper, n. 7.* 9 10 11

vers. ex hoc, de testib. & Aym. *cons.* 59. *n.* 12. in hoc text. satis esse monachos in causa monasterij deponentes, & per eos instrumentum reprobari, quia agebatur de his, quæ in Capitulo facta dicebantur, in qua specie cùm falsitas instrumenti per alios extraneos non ita probari possit, admittuntur monachi, vt magis instructi, & omnino ea in re idonei. Accedit quod in hac materia ad constituendam qualitatem testium, per quos instrumentum reprobari valeat, maximè attenditur arbitrium iudicis examinaturi omnes circunstantias, vt resolunt citati à Couar. *n.* 11. Menoch. *n.* 42. *dictis locis*, plane in specie huius text. considerata natura loci, & qualitate negotij quod in Capitulo inter monachos gestum proponitur, non leuis insurgit coniectura, quæ iudicis arbitrium moueat, vt monachos ipsos hac in re magis idoneos arbitretur, quàm sint omnes alij testes extranei.

SVMMARIVM.

1 *Impedimento probato matrimonij contrahendi, & publicatis attestationibus, alij testes super defectu impedimenti admittendi non sunt.*
3 *Testes vltrò se offerentes, & non requisiti probant, quando agitur de peccato vitando.*
4 *Examini se vltrò offerens tanquam suspectus regulariter non probat.*
5 *Iurans puellam ducere in vxorem non tenetur accipere, si dotem non constituat.*

CAP. Iurauit. VI.

1 IMpedimentum aliquod matrimonij contrahendi quando est sufficienter probatum iuramento, & partibus publicatum, si alius velit oppositum probare, non est audiendus, sed stari debet primæ sententiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Host. Bald. Panormit. Felin. Henric. Barbat. Anch. Butr. Dec. Mynsing. Aretin. Cujac. Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 139. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 253. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. & *p.* 3. *repet. iuris Canonici secundum Decret. librum.* Ioan. Baptista Ferret. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 10. *cap* 4.

2 *Acceperum.*] Et sic de futuro. Vide Perez *lib.* 1. *gloss.* 1. *pag.* 7. *colum.* 1. *vers. dubitatur, titul.* 1. *lib.* 5. *Ordin.*

3 *Qu dam iuramentis*, &c.] Notatur ad hoc quòd quando agitur de peccato cuitando, veluti si agatur de probanda consanguinitate ad impediendum matrimonium, testes se vltrò offerentes, & requisiti probant, vt per Mascard. *de probat. concl.* 1358. *num.* 65 Rebuff. *de probat. testium, num.* 69. *vers. saluatur.*

4 Regulariter enim offerens se vltrò examini tanquam suspectus non probat, vt per Hyppol. *in l. vnius §. seruo n.* 1 *ff. de quæst. & cons.* 12. *n.* 9. *& cons* 18. *n.* 30. *& cons.* 31 *& cons.* 28 *n.* 11. *& cons.* 12. *& cons.* 29. *n.* 22 *& cons.* 65. *n.* 38. Tiraq. *de pia causa, priuil.* 1. *pag.* 28. Perez *ad leges Ordinam. tit.* 1. *lib.* 3 *pag* 668. Menoch. *de arbitr. casu* 474 *n.* 57. *& de præs. lib* 2. *præs.* 55. *n.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 1358. *n.* 44 *& concl.* 1358. *n.* 63 *cum seq. & concl.* 1368. *n.* 4. Spin. *in speculo testam. p.* 2 *rubricæ n.* 4. Bobadil. *in sua politica lib.* 1. *c.* 3. *n.* 68. Farinac. *in praxi crimin. q.* 80. *n.* 1. *cum seqq. & p.* 4. *decis.* 43. *vbi addit. lit. C.*

5 Argumento huius text. colligunt aliqui quòd si quis iurauit puellam ducere in vxorem, non tenetur accipere si dotem non constituat, vt per Laram *in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, n.* 6 *ff. de liberis agnosc.* Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 19. *n.* 9. Cabed. *Lusit. decis.* 31. *n.* 15. *p.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus vbi quis per literas Ordinarij probatur à procuratione repellitur.*
2 *Literæ Episcoporum, & similium Ordinariorum faciunt fidem.*
3 *Ordinarij literis asserentibus aliquem esse excommunicatum, vel quid simile, an credatur, remissiuè.*
4 *Excommunicatus maiori excommunicatione non potest procurator constitui in iudicio, intellige vt ibi.*
5 *Excommunicatus si constituatur procurator, constitutio est nulla ipso iure.*
6 *Doctores referuntur de sigillo Episcopi agentes.*
7 *Scripturæ tabellionis non creditur, nisi habeat testium subscriptionem.*
8 *Testes duo instrumentis publicis sufficiunt.*
9 *Procurator excommunicatus si constituatur, licèt postea absoluatur, non tamen habilitatur, vt possit agere.*

CAP. Post cessionem. VII.

Innoc. III.

SI per literas iudicis Ordinarij probatur aliquem quando assumpsit officium procurationis, fuisse excommunicatum, non est vt procurator admittendus, donec enim probetur contrarium est standum literis Ordinarij. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Henric. Anan. Hostiens. Bald. Panormit. Butr. Anchar. Barbat. Dec. Mynsinger. Aretin. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 239. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 253. & *part.* 3. *repet. in iure Canonico ad secundum Decret. librum*, Ioann. Calderin. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 11. *cap.* 1. nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælectionib. Salmantic. tom.* 2. *pag.* 186. *cum seqq.* 1

Per literas iudicis Ordinarij, quibus standum est, &c.] Notatur ad hoc quòd literæ Episcoporum, & similium Ordinariorum faciunt fidem, itavt illis standum sit donec contrarium ostendatur, Rot. *decis.* 22. *in nouis, aliàs* 16. *in antiq. sub hoc tit.* Mascard. *de probat. concl.* 990. Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 17. *à n.* 13. Rebuff. *in praxi, tit. forma literarum tonsuræ, num.* 18. & 20. & *tit. forma dimissoriarum, num.* 37. An literis Episcopi super natalium defectu dispensantis credatur, vide Cæs. de Graffis *decis.* 270. *sub hoc tit.* quem citat Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 1. *collect.* 84. Quando verò credatur literis Ordinarij asserentibus aliquem esse excommunicatum, vel aliud simile, vide Soar. *in thesauro communium opin. litera L. verbo, literis*, Valdes. *ad Xuar. allegat.* 13. *numero* 7. Bellacomb. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 4. *tit.* 11. *num.* 331. *pag* 589. 2

Excommunicatus erat cùm procurationis, &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicatus maiori excommunicatione non potest procurator constitui in iudicio ad litem exercendam, etiam pro reo Padil. *lib.* 1. *num.* 55. 4

num. 55. *C. de iuris, & facti ignor.* Crescent. *decis.* 12. *de procurat.* Peregrin. *de iure fisci, lib.* 3. *tit.* 11. *num.* 30. Maram. *de ordine iudic. part.* 4. *disp.* 16. *num.* 24. Vant. *tit. ex defectu mand. num.* 136. latè Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib.* 4. *cap.* 24. *per totum*, vbi *num.* 3. extendit vt procedat siue excommunicatio sit publica, siue occulta, & *num.* 4. siue mandatum sit abhoninè, siue à lege, & *num.* 5. etiamsi mandatum sit datum à socio ad gerendum causam communem cum ipso excommunicato, & *num.* 9. quamvis post constitutionem, & acceptationem mandati superueniat excommunicatio, quia tunc impeditur exercitium quousque excommunicatio duret, & *num.* 11. siue excommunicatus sit constitutus procurator pro parte actoris, siue pro parte rei.

5 *Tanquam procuratorem non duximus admittendum.*] Ergo si excommunicatus constituatur procurator, constitutio est nulla ipso iure, vt per Butr. *hic sub n.* 10. Imola *sub n.* 7. Felin. *n* 20. Crescent. *d. decis.* 12. *de procurat.* bene Vinian. *tom* 1. *communium opinion. lib.* 2. *tit.* 8. *n* 22. *pag* 316. latè Anton. Ricciul. *d. cap.* 24. *à n* 12. bene resoluentes constitutionem procuratoris excommunicati non valere ipso iure à principio, ita quòd opus tunc aliter non est, quòd procurator iste reiiciatur exceptione aliqua; nam procuratorem constituens, si sciebat eum excommunicatum, sibi imputandum esset, qui talem elegisset incapacem, & legibus exosum; sed si ignorabat, posset certè agere contra procuratorem ad interesse cum ingessisse se officio sibi interdicto à iure; & hæc est communis sententia; quamvis contrariam opinionem, imo quòd constitutio procuratoris in persona excommunicati non sit nulla ipso iure, sed requiratur oppositio, teneat Innoc. *in cap. veritatis, num.* 2. *sup. de dolo*, quem latè probant Soar. *de censuris, disp.* 16. *sect.* 7. *n.* 10. *vers. sed non video fundamentum*, Mar. Alter. *eod. tract. lib.* 2. *disp* 3. *cap* 2. *versic. contraria tamen*, Nauar. *in man. cap.* 27. *n.* 23.

6 In gloss. *Literas.* De sigillo Episcopi vide *l. fin. & ibi gloss.* 1 *ad finem, tit.* 9 *lib.* 2. *leg. for.* Perez *in rubr. tit* 11. *gloss* 1. *pag.* 668. *vers. quæri potest. lib.* 3 *Ordinam.* Gonzal. *ad reg* 8. *Cancel. gloss* 61. & quòd sigillum tribuat fidem scripturæ æquè ac subscriptio, Gemin. *cons.* 57. *n.* 5. *& cons.* 144. *n* 1. Gabr. *commun. tit. de præsumpt. concl.* 4. *n.* 46. Menoch. *consil.* 1. *n.* 332. Rot. *in Tridentina decimarum* 14. *Februarij, & 6. Aprilis* 1620. coram Card. Sacrato, *& in Casalen. beneficij* 28. *Iunij* 1627. coram R.P.D. Merlino.

7 In ead. gloss. ibi, *Nec scripturæ tabellionis creditur, nisi habeat testum subscriptionem.* Vide Tiraq. *de retractu lig. gloss.* 9. § 8. *n.* 35. Cassan. *in consuet. Burgundiæ, rubric.* 4. § 19. *propè fin. verbo, ou de Notaire*, Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 13 *in coronide, n* 11.

8 Cald. Pereira. *de emptione, cap.* 6. *n.* 2. *&* 3. Et in instrumentis publicis sufficiunt duo testes, Couar. *practic. cap.* 20. *num* 4. *vers. & licet*, Aloys. Ricc. *d. collect.* 84. *in fine.*

9 In gloss. *Excommunicatus.* Notatur ad hoc quòd si constituatur procurator excommunicatus, licèt postea absoluatur, non tamen habilitatur vt possit agere, quia attenditur inhabilitas, quæ à principio erat, vt per Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 4. *q.* 1. *n.* 15. Anton. Ricciul. *d. c.* 24. *n.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Substitutio facta filio eo decedente sine liberis euanescit per ingressum Monasterij, nec ad inualidandum ingressum sufficit probare minorem ætatem tempore ingressus, si ille ex aduerso geminatus probetur.*

2 *Monasterium habetur loco filij, seu hæredis, & succedit excluso penitus substituto.*

3 *Monasterium an habeatur loco filij quando appareat testatorem intellexisse de filiis veris, & naturaliter genitis, quæstio dubia in qua affirmatiua, & negatiua opinio æquè probabilis.*

4 *Substitutus si fuerit filius testatoris, tunc ille succedet excluso Monasterio.*

5 *Testator si substituerit aliquem de sua familia adiiciens velle ea bona perpetuò in familia conseruari, tunc Monasterium non habetur loco filij seu hæredis.*

6 *Grauatus si religionem ingrediatur animo fraudandi substitutum, tunc ille non excludetur.*

7 *Grauatus si inductus sit ad religionem suasionibus, & blanditiis Monachorum, tunc Monasterium nulla huius professi bona consequitur.*

8 *Substitutus non excludetur si grauatus ante professionem testatus sit instituendo hæredem extraneum.*

9 *Monasterium non succedit excluso substituto, vbi non sub conditione liberorum, sed purè, & simpliciter post mortem restituere fuerit grauatus.*

10 *Monasterium non habetur loco filij quando liberorum conditio sit in propriam personam relata.*

11 *Monasterium habetur loco filij, & succedit excluso substituto in vltimis voluntatibus, & contractibus gratiosis, non verò onerosis.*

12 *Testator si instituat filium in Sacris iam constitutum, aut professum, & ei decedenti absque liberis substituat tertium, non succedit Ecclesia, vel Monasterium.*

13 *Monasterium succedendi incapax nullaterus substitutum excludit, sed statim substitutus à die professionis admittitur.*

14 *Monasterium succedendi capax quando non vult succedere in bona professi grauati ea restituere, si decesserit sine liberis, substitutus non excluditur per professionem factam.*

15 *Substitutus à Monasterio non excluditur quando ingressus in illud cauit effectu.*

16 *Pluralitas actuum non præsumitur.*

18 *Probatio obscura non releuat probantem.*

19 *Testis dubiam, seu obscuram depositionem non interpretatur producens ad suam intentionem.*

20 *Minorum appellatione venit tam pueritia, quàm adolescentia.*

21 *Monasterium qui sibi hæredem instituit non dicitur sine hærede decedere.*

23 *Testis ambiguum verbum contra producentem, interpretatur.*

24 *Pia causa substituta per professionem grauati, non excluditur.*

25 *Grauatus hæreditatem restituere, si absque liberis decesserit si fiat clericus Ecclesiæ secularis quando substitutio euanescat ostenditur. & quando si se, & sua tradat Ecclesiæ seculari, n.* 26.

CAP. Præsentia. VIII.

PAter moriens si in testamento instituat hæredem suum filium, præcipiens vt si filius sine liberis moriatur, bona deuoluantur ad patrueles, & interim

terim filius ingreditur monasterium offerens se & sua, & deinde egrediens iterum reuertitur offerens se & sua cum iuramento & moritur, bona cedunt monasterio, quod est loco filij primi hæredis, & patrueles si obiiciant quòd obtulit se & sua in minori ætate, talis obiectio non nocet, quia est æquiuocum an fuerit minor in prima, vel in secunda oblatione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Bald. Panorm. Butr. Anch. Barbat. Beroi. Dec. Mynsing. Aret. Mantu. Cuiac. Cened. *col.* 111. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 140. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 154. & *p.* 3. *repet. in iure Canonico ad secundum Decret. librum* Petr. Paul. Paris. & Ioan. Baptista Ferret. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3 *Decretal. lib.* 2. *tit.* 11. *cap.* 2. nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælect. Salmantic. tom.* 2. *pag.* 205. *cum seqq.*

2 Collige ex text. monasterium haberi loco filij, seu hæredis, itavt grauato hæreditatem restituere si absque liberis decedat, profitente, succedat monasterium, excluso penitus substituto, vide Abb. *hic num* 16. Felin. *num.* 29. Dec. *num.* 168. & 190. Bart. Bald. Alberic. Salicet. Angel. & alios *in auth. nisi rogati, Cod. ad Trebel. & in authent. si qua, C de sacrosanct. Eccles. & in auth. ingressi, eod tit.* Couarru. *lib.* 1. *variar. cap.* 19. *à n.* 6. Boër. *decis.* 358. Honded. *cons.* 62 *n.* 15. *& sequent. lib.* 1 Cranet. *cons.* 152. *n.* 1. Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo, susceperit, n* 46. *Cod. de reuocand donat.* Maluas. *cons.* 21. *num.* 11. *vol.* 1. Rota *decis.* 92. *num.* 11. *part.* 2. *diuers.* Sfort. Odd. *in tract. de compendiosa substit. part.* 6 *art.* 6. *dub.* 2. *à num.* 6. Vincent. de Franchis *decis.* 29. Caualcan. *decis. prima, part.* 3. Ozasc. *dec.* 126. *num.* 20. Molina *de primog. lib.* 1. *cap.* 13. *à num.* 71. & *lib.* 2. *cap.* 5 *à num.* 28. & *cap.* 9. *num.* 45. Mich. Grass. *in §. fidei commissum quæst.* 42. *à num.* 1. Aquilin. *in §. & quid si tantum, si per illis verbis, quid enim si aquæ, & ignis, à numero* 27. Auendan. *ad l.* 40 *Tauri, gloss.* 4. *num.* 17. Carol. Tapia *ad auth. ingressi, Cod de sacrosanct. Eccles. cap.* 13. Bened. Ægid. *in reper. l. Titiæ si non nupserit, part.* 1. *n.* 54. *ff. de condit. & demonstrat.* Rebel. *de obligat. iustit. part.* 2. *lib.* 18. *q.* 16. *n.* 3. Mench. *de succes. creat. lib.* 3. §. 21. *num.* 166. Villalob. *commun. litera M. verbo monachus, n.* 188. Marien. *ad l.* 7 *gloss.* 2. *num* 21. *tit.* 11. *lib* 5. *noua recop.* vbi Azeued. *num* 28. Matheat. *lib.* 3. *de legatis, & fideicommiss. cap.* 13. *n* 2. & 3. Emman. Costa *in cap. si pater, verbo, si absque liberis, n.* 70. *de testam. lib.* 6. Peregrin. *de fideicommiss. art.* 28 *n.* 58. *cum seqq.* Spin. *in speculo testam. gloss.* 12. *princip. à num.* 27. Cardin. Mantic. *de coniecturis vltim volum. lib* 11. *tit.* 7. *& de tacitis, & ambig. conuent lib.* 12 *tit.* 46. *num.* 7. & 8. Guttier. *canon lib.* 1. *cap.* 32. Menoch. *cons.* 108. *num.* 22. *& de præsumpt. lib.* 4. *præs.* 83. *num.* 28 *cum seq.* Alexand. Trentacinq. *de substitut. part.* 4. *cap.* 7. *num* 20. *cum seqq.* plures alios refert plena manu Cened. *ad Decretal. collect.* 111. *num.* 1. quibus adde Gam. *Lusitan. decis.* 318. Galganet. *de condit. & demonstr. part.* 1. *cap.* 12. *num* 31. Don. Garc. Mastril. *Siciliæ decis.* 65. *à num.* 2. Molina *de iustit. tract.* 2. *disp.* 190. *vers. quando quis,* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst.* 6. *num.* 10. & *de renouat. quæst.* 19 *num.* 9. Valasc. *consult.* 24. *num.* 4 & 8. Fr. Emman. *quæst Regul. tom.* 2. *q.* 77. *art.* 4. Surd. *de alim. tit.* 12. *q.* 15. *num.* 17. Francisc. Molin. *de ritu nuptiarum, lib.* 3. *q* 26 *à num.* 1. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 7. *q.* 7. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 131. *consid* 1. *num* 13. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 305. Cened. *practic. & canon. quæst. lib.* 1. *q* 35. *num.* 10. Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de bonis clericorum,* §. 20. *n.* 2. Hieron. Fernandez de Ottero *lucubrat. disput.* 2. *n.* 9. Camil. Borrel. *cons.* 17 *à n.* 30. *volum.* 1. Castill. *de vsufructu, lib.* 1. *c.* 65. *n.* 4. Mendez de Castro *in repet. l. cùm oportet, p.* 3. *n.* 157. *C. de bonis quæ lib.* Nicol. Intrigl. *in tract. de feudis cent.* 1. *q.* 46. *à num.* 83. *& in tract. de substitut. cent.* 3. *q.* 63. Polydor. Rip. *in tract. de actis in articulo mortis cap.* 44. Camill. Borrel. *cons.* 33. Cardin. Tusch. *lit. M, concl.* 344. Farin. *fragm. crimin. tom.* 2. *lit. I. num.* 345. *cum seqq.* Sanctarel. *variar. resol. q.* 26. *num.* 20. *cum seqq.* optimè Fusar. *de substitut. q.* 429. *à n.* 8. diffusè metipsum *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appellat.* 99. *ex num.* 117. *vsque ad num.* 175. latè & eleganter Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 16.

Ampliatur aliquibus modis conclusio supradicta ex hoc text. desumpta, & primò vt procedat, & locum habeat etiam in foro conscientiæ, vt resoluunt, Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.* 11. *tit.* 7. *n.* 2. Pereg. *d. art.* 28. *n.* 91. Matheat. *de legatis, & fideicom. lib.* 3. *c.* 23. *n.* 3. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præs.* 80. *num* 5. & *lib.* 4 *præs.* 85. *à n.* 59. Fusar. *de substitut. q.* 429. *n.* 9 Rustic. *ad l. cùm auus ff. de condit. & demonstr. lib.* 5. *cap* 2. *n.* 3. *cum seqq.* Benedict. Ægid. *in l. Titiæ si non nupserit* 100. *ff. de cond. & demonstr. p.* 1. *n.* 54. Sanch. *d. lib.* 7. *c.* 16. *n.* 1. cum aliis per me citatis *d. appell.* 99. *num.* 124.

Amplia secundò etiam in grauato bigamo, qui ex dispensatione Papæ sit monasterium ingressus, quia & tunc substitutus erit excluſus. Cardin. Mantic. *d. lib.* 11. *tit.* 7. *n.* 17. Menoch. *d. lib.* 4. *præs* 83. *n.* 63. Rustic. *d. lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 24 Sanch. *d. lib* 7. *cap.* 16. *num* 64. vbi bene obseruat ad id nulla dispensatione opus esse, quia si ad Ordines promouendus non est, non obstat bigamia, vt autem bona eius per possessionem transferantur in Monasterium, & sic extinguatur substitutio, nullibi petitur professum ad Ordines promoueri.

Amplia tertiò etsi monachus apostataret, quia adhuc monasterium excluderet substitutum, Bald. *n.* 15 & Felin. *n.* 32. *in præsenti,* Fusar. *d. q* 429. *n.* 14. vbi *n.* 15. post Rustic. *d. lib.* 5 *c.* 2. *n.* 32. & 33. extendit etiamsi monachus degradaretur, refero ego ipse *d. appell.* 99. *n.* 126.

Amplia quartò vt tunc etiam substitutio euanescat si grauatus fiat clericus Ecclesiæ secularis in sacris constitutus, concurrentibus conditionibus mox explicandis, secundùm Pute. *dec.* 55. *n.* 2. aliàs *dec.* 53. *in correctis lib.* Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 32. *n. vlt.* Bened. Ægid. *in repet d. l. Titiæ p.* 1. *n.* 45 Fusar. *d. q.* 429. *à n.* 1. Sanch. *d. lib.* 7. *c.* 26. *n.* 32. & alios per me relatos *d. appell.* 99. *num.* 127. Duplex autem conditio exigitur vt clericus hoc priuilegio excludendi substitutum fruatur, prior est vt perpetuò in clericatu perseueret, posterior vt in fine vitæ bona illa, quæ substituto restituturus erat, det Ecclesiæ, vel in alia opera pia expendat, ita Pute. *d. decis.* 53. *n.* 3. Menoch. *d. præs* 83. *num.* 68. Fusar. *d. q.* 429. *n.* 3. *cum seqq.* ego ipse *d. appel.* 99. *n.* 128.

Primo limita textus conclusionem quando conditioni aliquid adiiciatur, ex quo appareat testatorem de filiis veris, & naturaliter genitis intellexisse, veluti cùm conditio sub ea forma concipitur, si sine liberis naturalibus, aut legitimis, aut masculis, vel ex corpore suo natis decesserit; tunc enim monasterium admittendum non esse, nec substitutum excludere, docuerunt Bald. *in d. auth. nisi, n.* 2. Mantic. *d. tit.* 7. *n.* 10. Menoch. *d. præs* 83. *à n.* 27. Guttier. *d. cap.* 32. *à num.* 52. Sim. de Prætis *de interpret. vltim. volunt. lib.* 2.

*lib.2.interpret. dub.2. fol.2. num.109.*Pereg. *d art 28. à n.78.* Graſſ. *§.fideicommiſſ.quæſt.40. n 1* Spin. *d.gloſſ.12. princip. n.31.* Ceuall. *q 93. n.3.* Camill. Borrell. *conſ.33. n.107. vol.1.* Fr. Emman. *d. art.4.*Gall. *de except. ſucceſſ.tit.4.except.27.num.255. p.2.* Ruſtic. *in l. cum auus, ff. de condit. & demonſtr lib.5.cap.1.n 44. cum ſeqq.* Farin. *d.lit. M. num 377.* Furſat. *d.q.429.num.27.cum ſeqq.* ſequuntur Boër. Corn. Grat. Fulg. Mench. Mandel. Sfort. Petr. Gregor. Matheat. Pancir. Mieres, & alii quos refert licèt non ſequatur, Sanch. *dec.17. n.51.* Verùm licèt hæc noſtræ limitationis ſententia probabilis mihi videatur; contraria tamen probabilitate non caret, immo Doctorum numero communior, & receptior eſt, & præcipuè eam tenent Canoniſtæ *in præſenti*, Butr. *num.26.* Bald. *n.9.* Abb.48. Aretin. *à num.68.* Dec. *n.232.* Felin.36. Ferret.104 Pariſ. *à num.136.* Beroi. *num 486.* & Legiſtæ *in d. auth. ingreſſi*, vbi Barr. *& in d.auth.niſi rogati*, vbi Cyn. Fab. Albert. Fulgoſ. Paul. & Iaſ. & Summiſtæ omnes, præcipuè Roſel.*verbo, legare, n.24* Silu.*verbo, hæreditas 1. quæſt. .n.10. dicto 5.* Angel. *verbo, hæres, n.18.* Tapia *eod verbo, q.14. n.15.* ſequuntur Mench. Sarm. Villalob. Perez, Burſat. & Auend. ac alij, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. cap.17. n.53.* Molin. *d. diſp.190. verſ. quando quis*, Rebel. *d p.1. lib.18. quæſt 6. num 3.* Et ponderatis vtriuſque ſententiæ rationibus vnam, & alteram æquè probabilem cenſeo, & ideo poſſe quemlibet ad ſuum libitum vni, vel alteri adhærere, dicunt Anch. *in cap. Raynaldus, n.41.infr.de teſtam.* & Fulu. Pacian. *conſ.36. num.113. vol.1.*

4 Secundò limita, niſi ſubſtitutus fuerit teſtatoris filius, tunc enim ſuccedet ille excluſo monaſterio, ita Menoch. *d.præſ.83. n.44* Octauian. *Pedem. deciſ. 126.n.26.& 2.* Vincent. de Franch. *Neap. deciſ.29. num.vlt. lib.1.* Pereg. *d artic.28. num.87. & conſ.59.à num.3. volum.5.* Gutier. *d. cap.32. num 35.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæſt.6. n.6.* Camill. Borrell. *conſ 33.num.103.vol.1.* Alciat.Rip. Beroi. Tiraq. Padil. Mantic. Tap. Fr. Emman. & alij plures, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. cap.16. num.39.* quibus addo Ruſtic. *d.lib.5.c.1.num.64. cum ſeqq.* Farin. *d. lit. M.num 379.* Fuſar. *d. q.419. num 48. cum ſeqq* & alios per me citatos *d. appell 99. num 142.* quicquid hanc limitationem improbent Mench. *de ſucceſſ. creat. lib.3. §. 21. num 70. volum.3.* Spin. *gloſſ. 4. princip. num.126.* Molin. *loco proximè citato*, Bellet. *diſquiſit. clerical. part 1. tit. vltim. §. 20. num.5. pag.551.*

5 Tertiò limita, ſi teſtator ſubſtituerit aliquem de ſua familia adiiciens velle ea bona perpetuò in familia conſeruari, tanc enim cenſetur velle, vt excluſo monaſterio ſuccedat ſubſtitutus, quippe quòd Monaſterium incapax eſt conſeruandæ agnationis, & familiæ, vt per Couar. *d.cap.19.num.11.* Menoch. *d.præſ.83.num.45.* Gutier. *d cap.32.num 29.* Ceuall. *d.q.195.num.3.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. c.6. num.12.* Pacian. *d. conſ 26. num 128.* Cabed. *Luſitan. deciſ.133. num 9 part.1.* & alios plures, quos refert, & ſequitur Sanch. *d. c.12. n.44.* quibus addo Ruſtic. *d.lib.5.cap.2.num.86.* Fuſar. *d. q.429. num 54.* vbi *num 55.* idem reſoluit quando quis eſſet ſubſtitutus cum conditione vt nomen & inſignia familiæ ſuſciperet, & alios per me citatos *d appell.99. n.144.*

6 Quartò limita, ſi grauatus religionem ingrediatur animo fraudandi ſubſtitutum, tunc enim ille non excludetur, gloſſ. *verbo locum, auth. niſi rogati, C. ad Trebell.* vbi omnes Legiſtæ, præcipuè Odofr. *n.4.* Cyn. *n.3. quæſt.3.* Butr. *quæſt. penult.* Bald. *num.24.* Salycet. *num.5.* Corn. *num.13.* Fulgoſ. *num 4.* Albert. *num.* Item & Canoniſtæ *in præſenti*, Abb. antiq. *num.vlt.* Ioan. Andr. *num 36.* Butr. *num.61.* Bald. *n.31.* Abb. *num.46.* Dec. *num 204.* Ferret. *n.95.* Pariſ. *n.126.* Felin. *num.36.* Beroi. *num.500.* Bellam. *num.32. & 40.* Henric. *num.21.* Barbat. *num.41. & 42.* Mant. *num.57.* Menoch. *d.præſ.83. num.76. & lib.6. præſ.8. num.4.* Fr. Emman. *d quæſt.77. art 5.* Molina *verbo... d.diſp.190. verſ. itqn quamvis*, Tapia *in d.auth.ingreſſi, ſua, c.13. num.35.* Ruſtic. *d.lib.5.cap.2.num 52.* Fuſar. *d.quæſt.429. num. 73. cum ſeqq.* & alij per me citati *d. appell.99. num.148.* Sanch. *d.cap.17.* vbi *numer. ſequentib.* diſputat ex quibus conjecturis hæc fraus deprehendi valeat.

Quintò limita, ſi grauatus inductus ſit ad religionem ſuaſionibus, & blanditiis Monachorum, quia tunc Monaſterium nulla huius profeſſi bona conſequetur, *cap conſtituit, 2.quæſt.3.* ac proinde minimè excludetur ſubſtitutus, Menoch. *d. præſ.83. num. vlt.* Tapia *n.40.* Peregr. *art 28.num.vlt.* Sanch. *n.62. dictis locis*, Ruſtic. *d.lib.5.c 2 n 45.* Fuſar. *d q.429.n.72.* & alij per me citati *d appell 99.n.152.* 7

Sextò limita, ſi grauatus ante profeſſionem teſtatus ſit reſtituendo hæredem extraneum, tunc enim non excludetur ſubſtitutus, Bald. *in d.auth niſi rogati, n.20.* Peregr. *d.art 28.n.65.* Mantic. *de coniectur.lib.11. tit.7.n.14.* Surd. *conſ.238. n.1. & de aliment.tit.2.q.15. n.159.* Sanch. *d.cap.17.n.47.& 49.* declarat tunc non ſuccedere ſubſtitutum in ea bona vſque ad naturalem profeſſi mortem. Ruſtic. *d.lib.5. cap.2. num. 48.* Fuſar. *d q.419. n.66.* & alij per me citati *d. appell.99. n.145.* 8

Septimò limita, vbi non ſub conditione liberorum, vel nuptiarum, ſed purè, & ſimpliciter poſt mortem reſtituere fuerit grauatus, tunc enim cùm in ea inſtitutione nec expreſsè, nec tacitè claudatur conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, non militat diſpoſitio text. *in præſenti*, vt per Bald. *in d auth. niſi, num.20.* Coſta *n.76.* Menoch. *56. Peregr. 66. dictis locis*, Graſſ. *§. fideicommiſſum, q.40.n 2.* Molin. *d.diſp.190. col.pen.* Sanch. *d.c.17.n.80. cum ſeqq.* Fuſar. *d.q.429.n.89.* ego ipſe *d.appell.99.n.175.* 9

Octauò limita, quando liberorum conditio ſit in propriam perſonam relata, vt ſi quis ſic teſtetur: Si abſque liberis deceſſero, ſubſtituo Titium; quamvis enim teſtator non relictis liberis religionem ingrediatur, non excludetur ſubſtitutus, ſed ille excluſo Monaſterio ſuccedet, ita Canoniſtæ *in præſenti*, Ioan. Andr. *num vlt.* Butr. *num.62.* Zabarel. *num.vnic. col.4.* Abb. *num 46.* Anchar. *num.29.* Dec. *num. 214.* Pariſ. *num.121.* Ferret. *num.99.* Menoch. *d.præſ.83. num.86. & 87.* Tapia *d cap.13. num.20.* Peregr. *d.art.28.n.57.* Sanch. *d.cap.17. num.66.* Ruſtic. *d.lib.5.cap.2.num.50.* Fuſar. *dict. quæſt.429.num.83.* ego ipſe *de appellat 99. num 155.* 10

Nonò limita, ſi illa conditio, ſi abſque liberis deceſſerit, apponatur in contractibus oneroſis, nam textus noſtri deſumpta concluſio ſolùm procedit in vltimis voluntatibus, & contractibus gratioſis, Tiraq. *in l.ſi vnquam verbo, ſuſceperit liberos, n.43. ſiue 46.* Peregr. *d art.28.n.68.* Roland. *conſ 93 n.21.vol.2.* Sanch. *d.c.17.n.68.* 11

Decimò limita, ſi teſtator inſtituat filium in Sacris iam conſtitutum, aut profeſſum, & ei decedenti abſque liberis ſubſtituat tertium, quia cùm teſtator memor Eccleſiæ, & Monaſterij ſubſtituerit tertium, voluit clarè hunc Eccleſiæ, vel Monaſterio præferri Menoch. *dict.præſ.83.num 54.& 55.* Sanch. *dict.cap 17. num.73.* vbi *num.74.* limitat, etiam ſi teſtator dixerit ſi grauatus deceſſerit ſine liberis, ſuccedat Titius, 12

&

& nullus alius, qui ea verba, *nullus alius*, excludit Monasterium, & *num.* 76. limitat, etiam si grauatus post professionem ex licentia Pontificia testaretur, instituerétque extraneum hæredem; tunc enim non videtur excluſus ſubſtitutus, licèt ibi contrarium ſequatur, & *num.* 77. limitat denique ſi teſtator apponat conditionem, ſi deceſſerit ſine liberis illius matrimonij; quia cùm Monaſterium nequeat dici filius illius matrimonij, excludetur, & admittetur ſubſtitutus.

Vndecimò limita, quando grauatus reſtituere hæreditatem ſi abſque 13 liberis deceſſerit, profeſſionem fecerit in Monaſterio ſuccedendi incapaci, tunc enim tale Monaſterium nullatenus ſubſtitutum excludet, Nauarr. *comment. 2. de Regular. num.* 54. Fr. Emman. *d. quæſt* 77. *art.* 4. Sanch. *dict. cap.* 17. *num.* 13. Fuſar. *d. q* 429. *num.* 61. Farin. *d. lit. M. num.* 380. cum aliis per me citatis *d. appellat.* 99. *num.* 129. imo ſubſtitutus ſtatim à die profeſſionis admittitur, excluſis Monachi illius hæredibus, Couarruu. *in cap.* 2. *num.* 6. *de teſtam.* Aſcan. *de patriæ poteſt. cap. vltim. num.* 72. Guttier. *d. cap.* 31. *num.* 25. Parlad. *differ.* 147. §. 1. *n.* 12. & 13. Menoch. *d. præſ.* 83. *num.* 71. Surd. *conſ.* 90. *n.* 8. & 9. & *conſ.* 328. *num.* 2. Pereg. *d. artic.* 28. *num.* 63. Honded. *conſ.* 62. *ex num* 16. *lib.* 2. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 8. *quæſt.* 6. *in fine*, Mantic. *dict. lib.* 11. *tit.* 7. *num.* 8. quamvis Spin. *gloſſ.* 12. *princ. numero* 34. & 35. & *gloſſ.* 14. *num.* 127. Cald. Pereira *dict. quæſt.* 6. *num.* 10. Rot. *in Bononien. fideicommiſſi, de deſideriis* 20. *Martij* 1621. coram R.P.D. Merlino, teneant excludi ſubſtitutum non in perpetuum, ſed dolo tempore vitæ Monachi, quo ipſe in ſæculo exiſtens ea bona poſſeſſurus eſſet, & interim ea bona à tempore profeſſionis pertinere ad legitimos illius Monachi hæredes; verior tamen eſt noſtra limitatio, quam defendit Sanch. *d. cap.* 17. *num.* 16. vbi *num.* 18. cum Boër. Mantic. Peregr. & aliis reſoluit exiſtente conſuetudine legitimè præſcripta, vt eſt apud Gallos, ne Monaſteria in aliqua profeſſi bona ſuccedant, ſed alij hæredes ſuccedant, non excludi ſubſtitutum, & *num.* 19. quærit quid dicendum, ſi ex ſolo ſtatuto Monaſteria eſſent ſuccedendi incapacia, & *num.* 20. quid tenendum, ſi ille grauatus ingrediatur Societatem Ieſv.

Duodecimò limita, quando Monaſterium ſucce- 14 dendi capax non vult ſuccedere in ea profeſſi bona, tunc enim ſubſtitutus non excluditur per profeſſionem factam, quia ipſo Monaſterio repudiante nec habetur vt filius, nec vt hæres, vt per Bald. *hic n.* 13. & Felin. *num* 50. Mantic. *d. tit.* 7. *num.* 10. Menoch. *d. præſ.* 83. *num.* 7. Tapia *d. cap.* 13. *n.* 48. Pancir. *conſ.* 114. *num* 4. *lib* 1. Peregr. *art.* 28. *num.* 64. Surd. *conſ.* 238. *num.* 1. Gall. *de except. ſucceſſ. tit.* 4 *except* 27. *n.* 224. *p.* 2. Fuſar. *d. q.* 429. *num.* 64. cum aliis per me citatis *d. appell.* 99. *num.* 153. & alios plures quos refert, & ſequitur Sanch. *d. cap.* 17. *num.* 24. aduertens *num.* 25. cum Pancirol. *loco citato*, facta repudiatione admitti ſtatim ſubſtitutum, non expectata naturali profeſſi illius morte.

Decimotertiò limita, quando ingreſſus in Mona- 15 ſterium caruit effectu, quia nimirum ingrediens exiit, aut obiit tempore nouitiatus, tunc enim non excluditur à Monaſterio ſubſtitutus, ita omnes Canoniſtæ *in præſenti*, Ioan. Andr. *num.* 36. Butr. *num.* 61. Zabarell. *num. vnic. colum.* 2. Panorm. *num.* 44. Bald. *num.* 15. Dec. 200. Pariſ. *num.* 118. Felin. *numero* 32. Henric. *num.* 20. Bellam. *num.* 40. Mantu. *numero* 56. Mantic. *d. tit.* 7. *num.* 11. Menoch. *d. præſ.* 83. *num.* 73. Peregr. *d. art.* 28. *num.* 60. Tapia *dict. cap.* 13. *num.* 43. Fuſar. *d. q* 429. *num.* 69. ego ipſe *d. appell.* 99. *à n.* 134. & plures alij per Sanch. *d. cap.* 17. *num.* 26. vbi idem reſoluit ſi profeſſio facta fuiſſet irrita, quia tunc non verè habuit effectum, & ingreſſus *n* 27. idem quoque dicendum putat, ſi grauatus huiuſmodi non ingrediatur religionem, vt religioſus efficiatur, ſed gratia pœnitentiæ, agendæ, cùm hic non verè dicatur religionem ingreſſus. Ego ipſe *d. appellat* 99. *n.* 136. & *ſeqq.*

Quare cùm conſtet quòd idem M. bis.] Notatur ad 16 hoc quòd pluralitas actuum non præſumitur, vt per Anton. Gom. *var. tom.* 3. *c* 11. *n.* 6 *verſ. quarto limita*, Menoch. *de arbitr. caſu* 92. *n.* 32. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, actuum, n.* 31. Maſcard. *de probationib. concluſ.* 1173. Stephan Gratian *diſcept. forenſ. cap.* 93. *num.* 12. Farinac. *in praxi criminali, p.* 2. *q* 64. *n.* 319. & *p.* 4. *dec.* 98. Rota *dec.* 180. *n.* 2. *in fine*, apud Farinac. *p.* 2. *recent.*

Monaſterio veſtro contulit ſe & ſua. Et quòd etiam in 17 hoc caſu legitima ſit relinquenda monaſterio titulo inſtitutionis, tenet Perez *l.* 1. *g'.* 1. *pag.* 67. *col.* 2. *in princ. tit.* 2. *lib.* 5. *Ordin.*

Intentioni veſtræ verbum dubium non nocebat.] Nota- 18 tur ad hoc quòd obſcura probatio non releuat probantem, vt per Hippol. *conſ.* 20 *num.* 8. & *conſ.* 49. *num.* 57. Maſcard. *de probat. concl.* 1363. *num* 6. Surd. *deciſ.* 288. *num.* 45. & *conſ.* 5. *num.* 45. *cum ſeqq.* Seraphin. *deciſ.* 332. *n.* 2. & *dec.* 1103. Stephan. Gratian. *diſceptation. forenſ. c.* 114. *n.* 21. *cum ſeqq.* D. Barboſ. *in l ſi quis intentione ambigua, num.* 38. *cum ſeqq. ff. de iud.* Et dubiam, ſeu obſcuram teſtis depoſitionem non 19 interpretatur producens ad ſuam intentionem, vt per Bald. *tom* 1. *communium opinion. lib.* 4. *tit* 10. *n.* 388. *pag* 559.

Intellige in ciuilibus cauſis, in criminalibus enim, & ad fauorem reorum probatio dubia, & non concludens contra accuſatoris, & fiſci etiam plenam probationem releuat, & prodeſt: ita Bart. *in l. non ſolum, § ſed vt probari, n.* 2. & *ſeq. ff. de noui oper. nuntiat.* Boſſ. *in pract. crimin. tit. de conuict is, num.* 60. & *ſeq.* & *tit. de defenſ. reorum, num.* 12. Vulpel. *conſ.* 97. *num.* 4. *volum* 1. Maſcard. & alij plures, quos refert & ſequitur Farin. *in praxi crimin. q.* 86. *num.* 76. & *q* 125. §. 1. *num* 423. & *ſeq.* & *q.* 62. *n.* 9. & *conſ.* 102. *in fine, lib.* 1. latè Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuilia & crimin. differ.* 60.

Præterea cùm verbum illud, minor annis, &c.] Nota- 20 tur ad hoc quòd appellatione minorum venit tam pueritia, quàm adoleſcentia, vt per Sfort. Odd. *de in integr. reſt. p.* 2. *q.* 2. *art.* 5. *n.* 42. Flam. *de reſign. benef. lib.* 3. *q.* 7. *n.* 1.

Quia tamen intelligendum, &c.] Notatur ad hoc 21 quòd ſine hærede decedere non dicitur, qui Monaſterium ſibi hæredem inſtituit, vide Coſtam *in cap. ſi pater, de teſtam. lib.* 6. *p.* 1. *verbo, ſi abſque liberis, n.* 2. & *n.* 10. & 61. Gutier. *canon. lib.* 2. *c.* 1. *n* 68. Ceuall. *communium contra communes, q.* 538.

Illud in hac materia ſcitu dignum eſt quòd ſubſtitutus ſub conditione ſi inſtitutus deceſſerit ſine liberis agent pro immiſſione, non tenetur aliquid probare, quia mors ſine liberis de iure præſumitur, & remanet probata eo ipſo quòd non conſtat grauatum illo aliquando habuiſſe. Bart. *in l. ex facto, §. ſi quis autem*, & *ibi* Angel. *num.* 2. *ff. à Trebell.* Alexand. *conſ.* 20. *num.* 12. & *conſ.* 39. *num* 2. *lib.* 1. Bellon. ſen. *conſ.* 19. *num.* 3. Capyc. *deciſ.* 159. *num.* 11. Pariſ. *conſ.* 86. *num. vlt. lib.* 4. Aldobrand. *conſ.* 80. *n.* 5. *lib.* 1. Menoch. *de præſumpt. lib* 4. *præſ.* 182. *num.* 5. Pute. *deciſ* 23. *lib.* 1. *in correct.* Card. Mantic. *deciſ.* 32 *num.* 1. Fuſar. *de ſubſtitut. q.* 436. *num.* 3. Rot. *in Bononien. fideicommiſſi de Lutio*, 27. *Ianuarij* 1621. coram Card. Veroſpio, & *in Romana*

Romana fideicommissi 20. Decembr. 1627. coram R.P.D. Vbaldo, & *in Florentina fideicommissi de Cambiis 9. Iunij* 1627. coram R. P. D. Dunozetto iun. & *in Spoletana hæreditatis 27. Iunij eiusdem anni* coram eod. Attamen Fusar. *d. q.* 436. *per tot.* plures casus distinguit, qui apud eum videri poterunt.

22 In gloss. 1. *In princip.* ibi, *si naturales filios habeat, euanescit.* Hanc regulam affirmatiuam constituunt, & probant in proposito Felin. *n.* 21. Dec. *n.* 37. *bic*, Padil. *in Ducum acutissimi, n.* 31. *ff. de fideicom.* Duen. *reg.* 152. Mantic. *de coniect. lib.* 11. *tit.* 9. *à n.* 2. Gabr. *comm. tit. de fideicom. concl.* 2. *n.* 68. Gom. *tom.* 1. *c.* 5. *n.* 40. Rojas *in epit. successo.* 14. *n.* 12.

23 In gloss. *Verbum dubium*, ibi, *& est arg. quòd verbum testis ambiguum pro reo sit interpretandum.* Notatur ad hoc quòd verbum ambiguum testis contra producentem interpretatur, vt per Tiraquell. *de retractu lig.* 6. 1. *gloss.* 16. *n.* 4. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 389. Sùrd. *decis.* 360. *n.* 10. plures refert Doctores Farinac. *in praxi crimin. p.* 2. *tit. de opposit. contra dicta testium, quæst.* 68. *n.* 60. vbi *n* 61. limitat, & ita mitiorem partem interpretatur Tiraquel. *in l. si vnquam, C. de reuocandis donat. verbo, & postea, num.* 1.

24 In gloss. *Qui monasterium, vlt.* ibi, *si autem rogatus est restituere loco religioso, vel Ecclesiæ, vel expendere in pias causas*, &c.] Notatur ad hoc quòd pia causa substituta per professionem grauati non excluditur, sequuntur Canonistæ *in præsenti* Innoc. *n.* 8. Host. *num.* 19. Butr. *num.* 60. Abb. Panorm. *num.* 36. Anchar. *num.* 19. Imola, *num.* 17. Bellam. *num.* 29. *& vlt.* Dec. *num.* 192. Felin. *num.* 9. Paris. *num.* 113. Ferret. *num.* 83. *in fine, & num.* 99. Bero. *à num.* 451. Mantic. *num.* 47. *& 48.* Legistæ *in dicta auth. nisi rogati, C. ad Trebel.* & *ibi* Bart. *num. vnic. q.* 1. Alberic. *n* 1. Bald. *n.* 6. *&* 7. Corn. *num.* 12. & cæteri Ordinarij, Tiraquel. *de priuilegiis piæ causæ, priuil.* 95. Con. *d. cap.* 19. *num* 7. *in fine*, Costa *d. verbo, si absque liberis, n* 2. Bernard. *reg.* 219. *col.* 4. Mantic. *d. tit* 7. *n.* 12. Peregrin. *d. art.* 28. *n* 84. Menoch. *d. præs.* 82. *n.* 47. Guttier. *d. c.* 32. *n.* 39. Surd. *cons.* 248. *num vlt.* Tapia *d. c.* 13. *à n.* 29. Molina *d. disp.* 190. *vers. deinde si pia causa*, Bellet. *d. p.* 1. *tit. vlt* §. 20. *n.* 5. *vers. præterea*, Less. *de iustit. lib.* 2. *c.* 41. *dub.* 10. *n.* 84. Sanch. *d. c.* 16. *num.* 34. vbi *num.* 35. ampliat etiamsi causa pia substituta sit minus pia, quàm monasterium, & *n.* 36. ampliat etiam quamvis pia causa non esset immediatè substituta, sed mediatè, de quibus omnibus Fusar. *d. q.* 429. *n.* 56. *cum seqq.* Ego ipse *d. appellat.* 99. *ex num.* 138.

25 In ead. gloss. ibi, *Si verò ille, qui rogatus est restituere hæreditatem, vel legatum, fiat clericus*, &c.] Notatur ad hoc quòd si grauatus hæreditatem restituere, si absque liberis decesserit, fiat clericus Ecclesiæ sæcularis, substitutio euanescit duobus concurrentibus, videlicet primò, vt perpetuò in clericatu perseueret, secundò, vt in fine vitæ bona illa, quæ substituto restituenda erat, det Ecclesiæ, vel in alia opera pia expendat: sequuntur Canonistæ omnes *in præsenti*, exceptis Abb. Butrio, Ferretto, & Mantua, resoluunt Menoch. *d. præs* 83. *à n.* 55. Bellet. *d.* §. 20. *n.* 6. Guttier. *d. c.* 32. *num. vltim.* Bened. Ægid. *ad l. Titiæ, part.* 1. *n.* 45. Sanch. *d. cap.* 16. *num.* 32. aduertentes clericum illum debere esse in sacris constitutum, & continuò habitare in domo ipsius Ecclesiæ, non autem in paterna.

26 In ead. gloss. ibi, *Sed quid si tradit se, & sua alicui Ecclesiæ sæculari*, &c. Notatur ad hoc quòd non euanescit substitutio si hic solùm efficiatur oblatus, se & sua tradens Ecclesiæ sæculari, cùm adhuc non sit verus religiosus, sequuntur Canonistæ omnes *in præsenti*, Butr. *num.* 61. *in fine*, Panorm. *num.* 46. Anchar. *num.* 29. Henric. *num.* 28. Bero. *num.* 501. Mant. *num.* 59. plures per Sanch. *d. cap.* 16. *num.* 28. *& num.* 29. resoluit multò minus euanescere si grauatus ille monasterium non ingrediens illud hæredem instituat, & *num.* 30. tenet etiam non euanescere si ille ingrediatur capellam sæcularem, cùm adhuc non sit religiosus.

SVMMARIVM.

1 *Actor & reus vbi in interdicto retinendæ possessionis probant, obtinet is, qui antiquorum possessionem probat titulo maximè iustificatam, vel meliores probationes respectiu possessionis adducit.*

2 *Iudex non debet petitionem, vel exceptionem reiicere ob præsumptam malitiam partis petentis, vel apponentis.*

3 *Testes singulares non probant præscriptionem.*

4 *Testes sibi inuicem contrarij nihil probant.*

5 *Testes quando dicantur sibi inuicem contrariari, ostenditur*, & n. 6.

7 *Probatio testium, vel instrumentorum recepta post terminum eidem probationi præfixum, non valet ipso iure.*

8 *Iudex potest attentis circunstantiis præscribere vnum, & eundem terminum, tam productioni, quàm reprobationi testium, intra quem exceptiones probari debeant, insimul cum probatione principali.*

9 *Testes non admittuntur ad reprobandos illos, qui alios iam tertiò reprobarunt.*

10 *Parum, & nihil æquiparantur.*

11 *Remedium possessorium ex interdicto retinendæ intentari potest pro conseruatione iurisdictionis, honoris, & obsequiorum quasi possessione.*

12 *Possessione antiquiori probata illa, quæ est iunior, & sine titulo, clandestina, & turbatiua præsumitur.*

13 *Iurisdictionis quasi possessio probatur per exactionem gabellarum.*

14 *Duo insimul eandem rem, & eodem modo in solidum possidere non possunt.*

15 *Qualitas allegata necessariò probanda est.*

16 *Instrumentum dicitur euidentissima probatio.*

17 *Interdicto, vti possidetis, quotiescumque ambæ partes sunt in possessione, & vtraque prætendit se possidere, illa obtinere debet, quæ prior possidet.*

18 *Declaratur text. in præsenti.*

19 *Falsitas testimonij probatur ex probatione corruptionis.*

20 *Testium commissa receptione non censetur commissa illorum examinatio.*

21 *Testes numero plures aliis præferuntur, nisi pauciores sint digniores.*

22 *Falsitatis exceptio aduersus testes obiici potest etiam post sententiam.*

23 *Sententia ex falsis testibus, vel instrumentis lata nunquam transit in rem iudicatam.*

24 *Sententia lata ex testibus corruptis an veniat retractanda, transeatque in rem iudicatam, remissiuè.*

25 *Testium fides vt improbetur, & de falso puniri possit, sufficit probare corruptionem absque falsitatis probatione.*

26 *Sententia vsque ad triginta annos potest allegari nulla.*

27 *Sententia ex falsis testibus lata non est nulla, sed iniusta.*

28 *Interdicto* vt possidetis *si vtraque pars aqualiter probauit sorte res est adiudicanda.*

CAP. Licet causam. IX.

1 TErminus, v.g. trium mensium cum partibus datur ad producendos testes, vel pro causa principali, vel ad confutandos testes contrariæ partis si transacto termino vna pars vult producere testes, non admittitur, sed si obiiciat testes fuisse corruptos & depositisse falsum, admittitur, & assignatur terminus, v.g. vnus mensis, & parti contrariæ conceditur alter mensis ad producendos testes, qui reprobent primos. Item actor & reus vbi interdicto retinendæ possessionis probat, obtinet is, qui antiquiorem possessionem probat titulo maximè iustificatam, vel meliores probationes respectu possessionis adducit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Inno. Anan. Host. Bald. Panorm. Felin. Bero. Barbat. Anch. Butr. Dec. Mynsing. Aretin. Cujac. Vinian. *in ration. secundi libri iuris Pontificii, pag.* 141. Alagona *in compend. iuris Canon pag.* 254. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 1. *cap.* 4.

2 *Per excogitatam malitiam.*] Notatur ad hoc quòd ob præsumptam malitiam partis petentis, vel opponentis non debet iudex petitionem, vel exceptionem reiicere, vt per Abb. *n.* 6. Felin. & Dec. 5. Bero. 30. & omnes *hic*, sed pro veritate vide Cou. *pract. c.* 6. *n.* 2. Menoch. *remed.* 15. *recup. n.* 27. Aufrer. *ad Capell. decis.* 479. *n.* 5. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 81. *n.* 118. ex quorum mente, præcipuè Abb. *d. n.* 6. intelligendum est supradictum notabile de lui præsumptione, de qua agit is text. & innuit litera ibi, *alicuibus videretur*: nam videtur præsumptio per quam euidens, aut manifesta malitia, seu calumnia arguitur, tunc iudex potest, & debet omnino reiicere petitionem, vel exceptionem, quæ per huiusmodi euidentem litigantium malitiam offeruntur, quo casu procedit, & intelligi debet *cap. suscitata*, ibi, *ex præsumptionibus pluribus, de in integr. restit. & l.* 1. *C. de fals.*

3 *In dicto sui testimonij singulares.*] Notatur ad hoc quòd testes singulares non probant, vide *ad cap. quoniam* 3. *n.* ... *infr. de testibus*, & ideo non probant præscriptionem, Mascard. *de probat. concl.* 1213. *n.* 60. *&* 61. Farin. *in praxi crimin. q.* 64. *n.* 176. vbi *à n.* 192. an probent iurisdictionem.

Collige ex text. testes singulares deponentes de aliqua re in genere si deponant de diuersis actibus particularibus circa eandem rem in genere plenam probationem non efficere, ita in specie Host. *in sum. de testib.* § *quia diuersitas, vers. quid si agitur, gloss.* 3. *in fine*, & alij *in cap. vt officium, de hæret. lib.* 6. Decian. *in præsenti, n.* 7. Abb. *à n* 12. Felin. *n* 2. *vers.* 2. Bellam. *n.* 9. & alij *in c. licèt ex quadam, de testib.* Curt. *in tract. de testib. concl.* 17. *à n.* 77. Boër. *decis* 352. *n.* 2. Albert. *de agnoscendis assert. q.* 14. *n.* 12. Conar. *lib.* 3. *var c.* 3 *n.* 5. Simanch. *de catholicis institut. c* 64. *à n.* 66. Bursat. *cons.* 16. *n.* 14 *&* *cons.* 17. *n.* 10. Roland. *cons.* 48. § 29. *lib.* 4. *decis. Pedem.* 12. Mascard. *de probat. concl.* 947. *n.* 1. vbi plures referendos communem dicit. Pro quibus vrgenter facit text. *in præsenti*, quia non est negandum in probatione alicuius generalis requiri, & esse necessarium numerum duorum testium contestium, ex reg. text. *in cap. licèt vniuersis, de testib.* ac proinde cum testes singulares in eadem re generali non dicantur contestes, neque enim concordant in actibus particularibus ex quibus res illa generalis componitur, & probatur, & vti tales respectu illorum maneant singulares, & etiam maneant tales respectu eiusdem rei generalis, vtique dicendum est respectu illius non efficere plenam probationem, provt expressè colligitur ex hoc text. *in princ.* iunctis verbis relatis, quamvis contrariam sententiam teneat *gloss. vlt. in l. ob carmen*, §. *fin. ff. de testib. & gloss. verbo simul, in cap. nihilominus* 3 *q.* 9 Innoc. cui hæc sententia imputatur, & alij relati per supracitatos. Non obstat quòd testes singulares, licèt differant in mediis, hoc est, in actibus singularibus, nihilominus conuenire videntur in fine, & substantia rei de qua agitur, quæ quidem conuenientia efficit, vt resultet plena probatio, ex reg. *l. qui sententiam, C. de pœnis*, respondetur enim testes singulares in actibus singularibus eo ipso non conuenire, nec concordare in fine, vel substantia rei generalis, eo quòd substantia, & finis in quo, vel in qua testes concordare debent, non verificatur in genere aliquo per se, quod quidem cùm aliquo sensu corporis percipi non possit, de illo testes deponere nequeunt nisi per species, & actus eiusdem generis, quod de illis prædicatur, iuxta text. vbi gloss. *verbo quæ mouerunt, & viderunt in cap. testes* 3. *quæst.* 9. qua de causa finis & substantia, in qua testes debent esse concordes, tantummodo intelligitur, & verificatur in actu, seu specie illa, de cuius probatione agitur, vt ex illius probatione resultet eiusdem generis probatio, ac proinde si respectu actus vel speciei testes fuerint singulares, non possunt dici concordes in actu, vel specie, & consequenter nec in fine, nec in substantia rei de qua agitur: vnde cum non agatur de probatione generis, quod quidem vt sic probari nequit iuxta supradicta, sed agatur de probatione illius per probationem speciei, vel actus eiusdem generis, non erit mirum, si testes existentes singulares respectu eiusdem speciei, vel actus, dicantur non concordare in substantia, vel fine rei de qua agitur, & sic respectu illius in effectu discordes erunt, cuius probatio resultare nequit deficiente probatione actus, vel specie.

4 *Quia sibi inuicem euidentissimè contradicunt.*] Notatur ad hoc quòd testes sibi inuicem contrarij nihil probant, vt per Mench. *vsufreq. c.* 40 *n.* 6. *c.* 3 *n.* 25. Conar. *var. lib* 2. *c.* 13. *n* 8. *vers. cæterum si testis.* Clar. §. *fin q* 53. *vers. quartus est casus*, Menoch. *de arbitr. casu* 108. *n.* 2. *&* *de præs. lib.* 5. *præs.* 23. *à n.* 1 Bruner. à Sole *in locis communib. verbo, testis* 1. Mascard. *de probation. concl* 1361. *n.* 2. *&* 3. Sayr. *in claui Regia, lib.* 12. *c.* 21. *n.* 12. Farinac. *in praxi crimin. q.* 66. *n.* 13. *&* *cons.* 39. *à n.* 9 qui *d. q.* 66. *n.* 5 resoluit testem sibi contrarium dici illum, qui deponit duo, quæ simul esse non possunt, & Rota *decis.* 176. *num.* 10. *&* 11 apud Farinac. *p.* 1. *recent.* censuit testem dicere contrarium quando primum dicit se nescire, & postea dicit se scire. Circa prædicta verba, iunctis aliis, ibi, *sibi inuicem contradicunt*, Innoc. *n.* 4. Abb. *not. ab.* 8. Bellam. & alij communiter *hic & gloss* 1. *in c. in nostra* 32. *de testib.* & Doctores illic, intelligunt hunc text. agere de contradictione per quam testis sibi ipsi & in eodem suo testimonio contradicebat, iuxta quem sensum probat text. non valere testimonium illius, qui sibi ipsi in eodem testimonio contradicit, & duo inter se pugnantia deponit, vt notat *d. gloss.* 1. & omnes *hic*; in idem expenditur text. vbi omnes *in l. qui falsa, ff. de testib.* cum aliis per Cou. *lib.* 2. *var. c.* 13. *n* 8. *vers. cæterum*, Menoch. *d. casu* 108. *n.* 2. Mench. *vsufreq. c.* 32. *n* 9. Clar. *d. q.* 53. *num.* 15.

Intellige

5 Intellige primò text. procedere vbi testis sibi ipsi, & in eodem testimonio contradicit absque animo, & intentione expressa corrigendi se, & retractandi quod priùs dixerat, veluti quia vtrumque contrarium simpliciter affirmat, non ostendens se velle per posterius recedere à priori, vt in specie huius text. & similium obseruant præcitati. Si verò testis sibi contradicat non simpliciter, sed cum eo animo se corrigendi, & retractandi quòd prædixerat, non procedit is text. & tunc distinguendum est. Si talis correctio incontinenti fiat, prævalet, & fidem facit posterius dictum *cap. præterea 7. vers. quorum, de testibus cog.* vbi glos. & communis, Bart. *in l. eos, ff. de falsis*, receptum dicunt Cou. Menoch, *à num. 4.* Mench. & Iul. Clar. *locis prox. mè citatis*; si verò ex interuallo prævalet prius dictum, ex quo ius parti quæsitum est. Abb. *num. 10.* Felin. *num. 4.* & alij *in cap. cùm in tua, de testib.* communis ex Cou. *d. num. 2.* Menoch. 10. *dictis locis, num. seqq.* respondentes ad fundamenta Butrij, & aliorum existimantium neutrum dictum valere, vbi testis seipsum ex interuallo corrigit. Sanè cùm iure expressum non sit, quæ correctio ex interuallo, & quæ incontinenti fieri dicatur, totum id relinqui arbitrio iudicis tenet Gabr. *commun. tit. de crimin. concl. 27 num. 12.* Cou. Menoch. *num. 5.* Clar. *in dictis locis.*

6 Intellige secundò prædicta, text. procedere ita vt nec possit, nec excusari valeat ipsius testificantis rusticitas, vel simplicitas, quæ in plerisque aliis prodesse, & excusare solet, *cap. super literis 20. de rescript.* idque in proposito obseruant Ioan. Andr. *in cap. cum Ioannes, de fide instrum.* Bald. *in l. scriptura, ad fin. C. illo tit.* Dec. & Cagnol. *in l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 11. n. 15.* contra Socin. & Angel. quos sequitur, & explicat Auend. *de exequend. mand. lib. 2. cap 27. num. 28* Tertiò intellige, & amplia text. procedere, ita vt sublata vel prohibita quacunque exceptione, vel reprobatione testium non censeatur sublata, vel prohibita ea, quæ insurgit ex huiusmodi contradictione, vt ex Dec. *in l. edicta, C. de edendo, & in d. l. vbi repugnantia*, resolvit Cagnol. *ibi, n 2.* Quartò intellige, & limita, text. tantummodo locum habere vbi testis sibi ipsi contradicit in substantia testimonij, & rei de qua agitur, vt innuit *hic* text. ibi, *in serie sui testimonij*, secus verò si in circunstantiis accedentibus, seu verbis in quibus rei substantia non consistit, vt satis significat *cap. nihil. de verb. sig. glos. verbo, vacillasse, in cap cùm Ecclesia, de cens. & poss.* Rebuff. *de reprobat. testium, num. 105.*

7 *Ipsum nullatenus audiendum.*] Notatur ad hoc quòd probatio testium, vel instrumentorum recepta post terminum eidem probationi præfixum non valet ipso iure, vt per Bald. *n. 8.* Aret. & alios *hic*, sequuntur Boër *decis. 352 num. 1.* Crot. *de testib. n. 170.* Notabis tamen hunc text. melius expendi posse pro opinione Angeli, & Imol. *in l. quandiu, ff. de acquirenda hæredit.* & aliorum, quos referens sequitur Hippol. *sing. 285.* dum resolvunt tunc demum elapso termino probationem recipi non posse cùm iudex interloquendo pronuntiauit illum esse elapsum, & partes vlteriùs non admittendas, provt fecit pontifex in proposito, ibi, *interloquendo decreuimus*, &c.

8 *Spatium in nostris literis comprehensum*, &c.] Notatur ad hoc quòd potest iudex attentis circunstantiis præscribere vnum, & eundem terminum tam productioni, quàm reprobationi testium, intra quem exceptiones probari debeant, insimul cum probatione principali, vt per Abb. *notab. 3.* Dec. Bero. *à n. 16.* & alios *hic*, Tiraq. *de retractu tit. 2. §. 2. glos. 1. n. 84.* idem constat ex *c. cum causam 37. de test.* quod est pars huius Decretalis. Sic etiam attentis eisdem circunstantijs, & iusta causa poterit iudex præscribere vnũ terminum ad testes producendos, & alium diuersum ad eodem reprobandos, iuxta hunc text. *in vers. seq.* ibi, *indulto ex tunc altero mense.* Planè vbi terminus non præfigitur à iudice expressè ad reprobandos testes, sed simpliciter ad probationem in negotio principali, non censetur idem præfinitus ad reprobandos testes, & probandas exceptiones huiusmodi, quæ regulariter vsque ad publicationem attestationum, & aliquando post illam deponi possunt, *c. præsentium 31. de testib.* Crott. *de testib. à n. 354.* Cõuar. *pract. c. 18. n. 5.* Auendan. *resp. 21.*

9 *Ad reprobationem testium illorum*, &c.] Notabis quòd licèt iure non admittantur testes ad reprobandos illos, qui alios, iam tertiò reprobarunt, ne in infinitum procedat probatio, *c. licèt dilectus 49. de testib.* nihilominus tamen hi, qui alios repellunt, per exceptionem repelli & reprobari possunt, vt per glos. *hic verbo, reprobationem*, probat apertè *d. c. licet*, vbi Felin. tradit Soar. à Pace, sic intelligendus *in praxi tom. 1. p. 1. temp. 9. n. 31.*

10 *Nulla, vel modica.*] Ergo parum, & nihil æquiparantur vt per Hippol. *sing 276.* Tiraq. *in tract. de iudicio in rebus exig. fol. 53 vers. 8.* Sebast. Neui. *ad l. minus 32. n. 2 ff. de verborum significat.* Corn. *cons. 64. col. fin. lib. 1.* Menoch. *cons. 69. n 7. & 8.* Octau. Glorit. *resp. 1. p 3. n. 100.* metipsum *in tract. Axiom. iuris vsu freq. Axiom. 175. n. 1.*

11 *Honore.*] Ergo pro conseruatione iurisdictionis, honoris, & obsequiorum quasi possessione potest intentari remedium possessorium ex interdicto retinendæ, de quo vide Bart. *in l. 1. in princ. num. 4 ff. vti possid.* Menoch. *remed. 3. retin. n. 118.* Tiraq. *de nobilit. c. 20. n. 57.* Laram *in l. si quis à liberis, in princ. n. 3. ff. de liberis agnosc.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss 35. n. 59.* Idque generaliter in quibuscunque iuribus incorporalibus admittit *gloss. 1. in d. l. 1.* communiter recepta *ibi*, & alibi, vt per Menoch. *d. loco, n. 104.* Marant. *de ord. iud. p. 4. dist. 7. n. 20.*

12 *Illa prorsus dubio sine iusto titulo*, &c.] Notatur ad hoc quòd probata antiquiori possessione, illa, quæ est iunior, & sine titulo, clandestina, & turbatiua præsumitur, vt per Tiraq. *remed. 15. recup. num. 69.* Alex. *cons. 110. n. 1. lib. 1. & cons. 76. n. 8. lib. 2. & cons. 88. n. 4. lib. 4.* Rot. *decis. 17. n. 7. p. 1. diuers. & decis. 19. n. 2. p. 2.* & nouissimè *decis. 555. num. 1.* apud Farin. *part. 1. in recentior. & decis. 476. num. 4 ead part. 1.* Gozadin. *cons 86. num. 7.* Paris. *cons. 26. vol. 4.* Roland. *cons. 46 n. 40. vol. 2. & cons. 72. n. 2. eod. vol. & cons. 9. n. 12. & cons. 41. n. 13. vol. 3.*

13 *Aliqua seruitia*, &c.] Notatur ad hoc quòd probatur quasi possessio iurisdictionis, per exactionem gabellarum, vt per Menoch. *remed. 3. retin. n. 582.*

14 *Duo insimul eandem rem, & eodem modo insolidum possidere non possunt.*] Consonant text. *in l. si vt certo, §. si duobus vehiculum, ff. commodati, l. duo 19. ff. precario*, latè explicant Bart. Alex. Zaz. Socin. Duaren Cuiac. & alij *in l. 2. §. ex contrario, ff. de acquirend. possess.* Anton. Gom. *l. 45. Tauri, num. 99.* Mant. *paralip. dial. 50.* Vacon. *declarat. iuris, lib 2. cap. 39.* Cuiac. *lib. 9. obseru. 32.* Gilchen. *de præscript part. 1. cap. 6. num. 205.* Card. Tusch. *tom 6. lit. P. concl. 429.* Rota *decis. 456. num. 4.* apud Farin. *part. 1. recent. & decis. 263. n. 3. p. 2. recent.*

15 *Quia non probant.*] Ex eo, quia non fuit probata qualitas allegata, quæ necessariò probanda erat, iuxta tradita per Tiraquel. *de retractu lig. §. 8. glos 7. num. 1. & 2.*

16 *Euidentissimè colligatur.*] Ergo instrumentum dicitur euiden-

cuidentissima probatio, vide Doct. citatos *in meo repertorio iuris, verbo, instrumentum*, 1.

17 *Longè sint priores.*] Notatur ad hoc quòd in interdicto *vti possidetis*, quotiescunque ambæ partes sunt in possessione, & vtraque prætendit se possidere, illa obtinere debet, quæ prior possidet, quæque anteriorem, & antiquiorem possessionem habet, vt per Marant. *de ordine iudic. p. 4. dist. 7. n. 17.* Menoch. *remed. 3. retin. à n. 725.* Couar. *practic. c. 17. in fin. vers. 12.* optimè Mascard. *de probation. conclus. 1193. à princip.* Cam. *decis. 54.*

18 *Malæ famæ, &c.*] Quicquid velit Bero. *n. 45.* imponens Abb. & Baldo, verba hæc non videntur intelligenda de infamia iuris, quæ à iure procedit, & per eam, absolutè loquendo, non dicitur quis malæ famæ, sed de infamia facti, quippe quæ procedit ex malefactis, & manet apud homines; præsertim quia text. dicit hos testes non fuisse speciatim reprobatos, reprobarentur verò si essent infames à iure; & insuper quia text. innuit eosdemmet esse malæ famæ, & leuis opinionis, quasi ex mala fama procedat ea euis opinio.

19 *Quoniam etsi de corruptione*, &c.] Notatur ad hoc quòd ex probatione corruptionis non probatur falsitas testimonij, vt per Ioan. Andr. & alios, cum quibus est communis, secundùm Dec. *n. 20. hic*, Clar. *§. falsum, n. 15.* & vt iure veriùs defendunt Couar. *in cap. quamvis, p. 1. §. 7. n. 5.* Menoch. *de arbitr. casu 310. à n. 6.* probat, & Lusitaniæ consuetudine receptum fatetur Vala. *c. consult. 51. n. 14.* vbi admonet Aduocatos ne super testium falsitate conficiant articulos de sola corruptione. Contraria tamen opinio probabilior est, & receptior, quam probant Butr. Abb. *n. 24.* & Felin. *notab. 9. hic*, Bart. *in l. Diuus, n. 7.* vbi Alex. 9. Ias. 27. & alij, *ff. de re iud.* Rebuff. *de reprobat. testium, num. 403.* Azened. *l. 4. n. 26. & 29. tit. 8 lib. 4. nouæ recop.* & potest responderi ideo hic non fuisse satis corruptionem probari, quia, vt constat ex litera agebatur de corruptione simpliciter & in genere proposita, non verò de corruptione pecuniæ, quæ sola satis est, & requirit in proposito ad concludendam testimonij falsitatem, iuxta *d. l. Diuus, & d. l. 1. ff. de falsis, & cap. sicut 9. de testib.* ibi, *pecunia accepta.*

20 *Recipere, & examinare.*] Ergo in dubio commissa testium receptione non censetur commissa illorum examinatio, de quo vide Dec. *notab. 7.* Felin. *num. 14.* Bero. 17. *hic*, Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 56. à princip.*

21 *Per testes numero plures*, &c.] Notatur ad hoc quòd testes numero plures aliis præferuntur, vt per Alex. *cons. 64. n. 2. & cons. 86. num. 17. vol. 3.* Marsil. *cons. 113. num. 47.* Boss. *in pract. tit. de oppos. contra testes, num. 9. & 13.* Hieron. de Monte *de fimb. regund. cap. 59. num. 2. & 3.* Surd. *cons. 303. num 4.* Farin. *in praxi crimin. q. 65. num. 107.* Rot. *decis. 272. n 3.* apud Farin. *p. 1. recent. & decis. 299. n. 2. ead p 2. & decis. 315. num. 8. part. 1 recent. & decis. 245. num. 3. ead. p. 1.* nisi pauciores sint digniores, Mantic. *decis. 317. num 11. & 12.* facit text. *in l. ob carmen, §. fin. in fin.* vbi Gloss. & Bart. *ff. de testib.* vbi habetur quòd non ad multitudinem inspiciendum est, sed ad synceram testimoniorum fidem, & testimonia, quibus potiùs lux veritatis assistit, quapropter ad testium qualitatem potius, quam ad eorum multitudinem inspiciendum esse, inquiunt Gloss. Butr. Abb. Aretin. Dec. Bero. & alij *in cap. in nostra, infr. de testib.* Roland. *cons. 24 n. 53. vol 1.* Anton. Gabr. *commun. sub tit. de testib. concl. 4. n. 37.* Petr. *de fideicommiss. q. 52. n. 1195.* Farin. *in praxi crimin. q. 65. n. 120. & quæst. 57. num. 38.*

22 In gloss. *Opponi.* Notatur ad hoc quòd exceptio falsitatis aduersùs testes obiici potest etiam post sententiam, Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 3. tit. 87. §. 1.* vbi parens meus *n. 2.* apud Castellanos *l. 13. tit. 22. & l. 2. tit. 36. p. 3. & l. 5. tit. 6. p. 7.* vbi Greg. Lop. Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 1. n. 5.* Clar. *§. fin. q. 51. n. 1.* Villadieg. *in gloss. l. 8. del fuero iuzgo, tit. 4 lib. 2. n. 4.* Amat. Roderic. *de modo, & forma videndi, seu examinandi proces. cap. 9. n. 9. & 10.* Sententia enim lata ex falsis testibus nunquam transit in rem iudicatam, Ordin. Reg. Lusitan. *d. l. 3. tit. 75. in princ.* vbi parens meus, & apud Castellanos *l. 13 tit 22. p. 3.* vbi Greg. Lopez, Alex. Trentacinq. *var. lib 2. tit. de sentent. ref. 3. n. 13* Cur. Philip. *p. 1. §. 18. n. 12.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 5. collect. 1502.* Sic etiam nec transit in rem iudicatam sententia ex falsis instrumentis lata, Cald. Pereira *cons 36. à num. 1.* vbi *num 11.* declarat procedere si is, pro quo lata fuit, sciat falsas esse probationes, regulariter enim sententia ex falsis testibus lata retractari potest, vt latè per Mench. *quæst. vsufreq c. 36. à princ.* vbi *n. 11.* tenet text. *in præsenti*, dum ait corruptionem probari satis non esse nisi & falsitas probetur, procedere ideo quòd antea fuerat concessa dilatio ad probandum, & obiiciendum contra personas testium, secus vbi talis dilatio concessa non fuisset. 23

In ead. gloss. ibi, *Sed nunquid sufficit probare testes esse corruptos.* An & quando sententia lata ex testibus corruptis veniat retractanda, transeatque in rem iudicatam, vide Menoch. *de arbitr casu 343. n. 6.* Mench. *quæst. vsufreq. cap 37.* Auiles *ad cap. 1. Prætorum, verbo donation. num. 6* Rebuff. *de reprobat. testium, num 405.* Peregr. *de iure fisci, lib. 7 tit. 4 num 5. cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect decis part. 5. collect. 1499.* Farin. *in praxi crimin part 3. quæst. 111. num. 197.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. q. 34. art. 8. ad fin.* Ad hoc verò vt testium fides improbetur, & de falso puniri possint, sufficit probare corruptionem absque falsitatis probatione, Car. *lib. 5 § falsum, n. 12.* Menchac. *d. c. 36 n. 10.* Cenal. *commun. contra commun. q. 178.* Amat. Roder. *d. pract. c. 8. n. 12.* 24 25

In ead. gloss. ibi, *Non tamen transit in rem iudicatam vsque ad viginti annos.* Imò ad triginta annos, nam vsque ad hoc tempus sententia potest allegari nulla, Tiraq. *de retractu lig. §. 36 gloss. 2. num 38.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis maternis, part. 3. num. 50. & in auth. nisi, n. 21. eod. tit.* Viu. & Bellacomb. *tom. 2 commun. opinion. lib. 7. tit. 15. num 131. cum seqq.* Perez *tit. 15. lib. 2. Ordin. pag. 738.* Rota *decis. 156. num. 8.* apud Farin. *part. 2. recent.* 26

In ead. gloss. ibi, *Bene tenet, sed retractanda est.* Notatur ad hoc quòd sententia ex falsis testibus lata non est nulla, sed ininsta, vt per gloss. Bart. & Doct. *in l. Diuus, ff. de re iudic.* Felin. *hic n. 35.* & alios, quos refert, & sequitur Cou. *ad cap. Alma Mater, p. 1. §. 11. n. 14. vers. secundo.* 27

In gloss. *Vti*, ibi, *forte dirimatur.* Notatur ad hoc quòd si interdicto *vti possidetis*, vtraque pars æqualiter probauit, nullusque ostendit titulum, vel vterque ostendit, non tamen apparet quis ad iudicium prouocauit, forte res est adindicanda, vt per Tiraq. *de iure primog. q. 17. opin 1 n. 19 & opin 4. n. 7. & 8.* Couar. *pract. c. 17. n. 3.* Anton Gom. *l. 45. Tauri, n. 178. & 179.* Menoch. *remed. 3 retin. n. 743.* 28

SVMMARIVM.

1 *Filium si quis nominet, & ita communiter reputatur, non creditur postea alteri eorum iuranti contrarium.*

2 *Concubinarius filius præsumitur natus ex concubina secum domi retenta.*

3 *Filius*

3 *Filius mariti præsumitur natus ex vxore cum illo cohabitante, quamvis probetur vxorem esse adulteram & filius assimiletur in facie adultero.*
4 *Parentum ex confessione, & nominatione magna insurgit præsumptio pro filio.*
5 *Nemo auditur contra propriam confessionem.*
6 *Nominatio solum, non facit quem filium, nisi habitus sit pro tali.*
7 *Probatio tractatus filiationis an sufficiat in iudicio petitorio, vel probari debeat de titulo seu dominio, remissiuè.*

CAP. Per tuas. X.

1 CConcubina si dicat suum filium esse Titij, & Titius acceptat, ac recognoscit publicè esse suum filium, & pro tali communiter reputatur, si deinde mulier dicat contrarium, & iuret, non ei ampliùs creditur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Panorm. Bald. Butr. Henric. Felin. Anchar. Barbat. Dec. Mynsing. Aret. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 142. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 155. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 4 *Decretal. lib.* 2. *tit.* 6. *cap.* 2.

2 *In domo ipsius peperit*, &c.] Notatur ad hoc quòd natus domi ex concubina præsumitur filius concubinarij, qui illam secum retinebat, vt per Abb. Felin. & Dec. *in præsenti*, Alciat. *de præs. reg.* 3. *præs.* 38. *num.* 2. Paleoth. *de nothis, & spur. c.* 26. *n.* 3. Gam. *Lusit. dec.* 152. *n.* 2. Couar. *de sponsalib. p.* 2. *cap.* 8 §. 3 *n* 8. Duen. *reg.* 344. *ampl.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 788. *n.* 25. Menoch. *de arbitr. casu* 89. *n.* 26. *& de præsumpt. l.* 6. *præs.* 53. *n.* 5. Intellige, & amplia procedere, etiamsi concubinarius per se, vel insimul cum matre neget illum esse filium, qui domi ex concubina natus est, vt obseruant Doctores communiter *hic*, communis ex Duen. *ampl.* 5. Menoch. *n.* 27. dictis locis Gom. *l.* 9. *Tauri, n.* 3. Mascard. *d. concl.* 788. *à n.* 2.

3 Notatur etiam ad hoc quòd natus ex vxore in domo mariti cum ea cohabitantis filius mariti præsumitur, probant text. *in l. filium diffinimus, ff. qui sunt sui, vel alieni iuris, & in l. si vicinis, C. de nuptiis*, Gabr. *communium, tit. de præsumpt. concl.* 14. Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & vxor.* §. 60. *ex num.* 12. Hyppol. *sing.* 530 *n.* 2. *cum seqq.* Rojas *de successionc. c.* 2. *ex n.* 25. Cened. *ad Decretal. collect.* 75. *n.* 4. Duen. *reg.* 344. Anton. Gom. *l.* 9. *Tauri, n.* 2. Couar. *d. n.* 8. Mascard. *d concl.* 788. *num.* 6. Menoch. *de arbitr. casu* 89 *à num.* 19. *& d. præs.* 53. *n.*... Paleoth. *c.* 22. Fulu. Pacian. *de probat. lib* 2. *c.* 3. *num.* 24. Valasc. *cons.* 134. *n.* 3. Lar. *in l. si quis à liberis*, § *si vel parens, n.* 38. *ff. de liberis agnosc.* Put. *p.* 2. *dec.* 518. Mench. *vsufreg. c.* 32 *n.* 6. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 20. *n.* 5. Gam. *d. dec.* 152. vbi Flores de Mena *in addit.* qui omnes notabiliter ampliant, quamvis legitimè probetur vxorem adulteram esse, & eo tempore, quo concedit, habuisse consuetudinem cum adultero, adhuc enim mariti cum ea cohabitantis, non adulteri filius præsumitur, vt colligunt ex *l. miles*, §. *defuncto, ff. ad legem Iuliam, de adulter.* & notant Gabr. Couar. Menoch. Mascard. Paleoth. & Gam. *vbi proximè*, & vltra eos noster Costa *in* §. *& quid si tantum, p.* 5. *n.* 45. Rojas *successionum, cap.* 2. *n.* 25. Mantic. *de coniecturis vltimarum volunt. lib.* 2. *tit.* 14. *num.* 8. & relati ab Alphano *collect.* 47. ampliantes etiamsi filius sit natus assimiletur in facie adultero, & non marito, & etiamsi filius claudus, cœcus, monstruosus, vel aliàs debilis nascatur; & etiamsi stet matris confessio asserentis filium ex adulterio concepisse, adhuc enim filius adhærens præsumptioni huiusmodi, quæ est iuris & de iure licitè etiam in foro conscientiæ matris dicto credere non tenetur, vt ex Corneo, Sot. & Medina, comprobat Guttier. *canon. lib.* 1. *cap.* 38. *n.* 30. & ante eum Menoch. *d. casu* 89. *n.* 28. Mantic. *d. lib.* 2. *tit.* 14. *n.* 8. Ceual. *q.* 803. *num.* 19. Perez *l.* 2. *gloss.* 3. *pag.* 360. *titul.* 15. *lib.* 2. *Ordin.*

Et filius eius nominatus communiter fuit, &c.] Notatur ad hoc quòd ex confessione, & nominatione parentum magna insurgit præsumptio pro filio, itavt ipse per eam constituatur in quasi possessione filiationis, subindéque in aduersarium probandi onus transferatur, ac proinde accedentibus aliis indiciis plena efficiatur probatio, vt per Cou. *d. c.* 8. §. 3 *n.* 7. Paleoth. *c.* 23. *num.* 2. Duen. *reg.* 34. *cum seq.* Menoch. *d. casu* 89. *n.* 88. *& cons.* 18. *n.* 22. *& cons.* 199. *n.* 46. *&* 47. Put. *p.* 2. *dec.* 173. Peregr. *de fideicommiss. art.* 43. *n.* 66. Mascard. *de probat. concl.* 789. *n.* 10. *& concl.* 790. *n.* 9. Fulu. Pacian. *eod tract. l* 2. *cap.* 6. *n* 10. *cum seq.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 112. *n.* 8. *cum seq & cons* 1. *à n.* 9. *& cons.* 5. *à num.* 7. *& cons.* 552. *n.* 24. Steph. Grat. *discept. forens. c* 135. *num. vlt.* Amplia procedere non solùm ad probandam legitimorum filiationem, sed etiam naturalium, & spuriorum, Menoch. *cons.* 181. *n.* 1. *cum seqq.* Mascard. *concl.* 787. *n.* 15. *& concl.* 789. *n.* 12. *&* 25. Surd. *cons.* 1. *n.* 46. Valasc. *cons.* 134. *n.* 3 *&* 4. Limita in nominatione facta incidenter, non principaliter propter se, sed propter aliud in recentibus, vel otiosè, aut blandiendi gratia, vt per suprà citatos. Aduerte tandem filiationem non probari ex nominatione aliorum, quàm parentum, ex Surd. *cons.* 710. *n.* 71. sicut etiam tractatus non habet locum in fratre, sed solùm in filio, & vxore, Mascard. *concl.* 789. *n.*... Steph. Grat. *discept. forens. cap.* 135. *n.* 45. Nota, quòd filiatio & matrimonium ad effectum legitimitatis ac similia probantur quoque ex annotatione in libro priuato, secundùm Paris. *cons.* 10. *n.* 58. *vol.* 2. Alban. *cons.* 83. *n.* 13. Canaler. *dec.* 123. *num.* 1. *& dec.* 128. *n.* 1. vbi *n.* 2. subdit filiationem probari ex libro Parochi Baptismatum, vbi quis nominatur filius talis, addito aliquo adminiculo. 4

Cum nimis indignum, &c.] Ex hoc text. *& l. generaliter, in fin. C. de non num. pecun.* passim colligitur neminem audiri contra propriam confessionem, vt vtrobique notant Doctores, tradunt Lanfranc. *de confessionibus*, Cost. *in l. si ex cautione, limit.* 5. Valasc. *cons.* 33. 5

In gloss. *Nominatus*, 1 ibi, *bene dicit, nominatus & habitus, nam sola nominatio non facit eum filium.* Vide Duen. *reg.* 341. Ranchin. *p.* 4. *dec.* 472. Menoch. *de præs. lib.* 6. *præs.* 53. *n.* 28. Mascard *concl.* 790. Valasc. *cons.* 177. *n.* 9. Cald Pereira *in resp. pro Sebastiano Limpo, n.* 10. Probatio tractatus filiationis an sufficiat in iudicio petitorio, vel probari debeat de titulo, seu dominio, vide Rendin. *in prompt. recept. sent. tom.* 1. *tit.* 93. *n.* 1. vbi *n.* 2. an probatio filiationis sufficienter fiat ex sola fama. 6 7

SVMMARIVM.

1 *Iudex debet habere notarium, vel duos viros idoneos, qui scribant acta iudicij, aliàs si quid difficultatis emerserit, per superiorem punietur, nec creditur eis super processu, nisi in quantum per acta, vel aliàs per legitima documenta constabat.*
2 *Vera negatio quæ in hoc text. dicatur, ostenditur.*
3 *Negatio, vel negatiua quid sit, & variæ illius species, remissiuè.*
4 *Notarij electio, qui acta describat, spectat ad iudicem.*
5 *Notarius semel electus, an possit postea repelli, & mutari sine causa, vt alius assumatur, saltem de partium consensu, remissiuè.*

6 *Declaratur text. in præsenti, & quibus casibus procedat ostenditur.*
7 *Iudicis simplici assertioni, sine scriptura in causis minimis standum est.*
8 *Iudici regulariter non creditur.*
9 *Sententia lata sine processu est nulla.*
10 *Notarius habet vim duorum testium.*
11 *Edi debent integrè omnia in iudicio à litigatoribus inducta.*
12 *Processus in dubio ritè, rectéque factus non præsumitur.*
13 *Appellatione pendente pro sententia minimè præsumitur.*
14 *Decretum factum nullo confecto processu est nullum.*
15 *Sententia sine actis non facit fidem, nisi sit antiqua.*
16 *Ad processus substantiam quæ requirantur ostenditur.*
17 *Acta cum loco, die, & consule edenda sunt.*
18 *Instrumentis publicis annus, mensis, & dies apponendus, non tamen hora.*
19 *Temporis computatio ab Æra Cæsaris olim fiebat.*
20 *A tempore Regis Ioannis I. apud Hispanos incepit tempus computari à die Natalis Domini nostri Iesu Christi.*
21 *Æra Cæsaris 32. annis, vel secundùm alios 42. Christi Seruatoris Nostri ortum præcessit.*
22 *Originalia penes scriptores remanere debent.*
23 *Scriptores, & eorum successores tenentur custodire originalia, & partibus exhibere, aliàs tenerentur ad restitutionem.*
24 *Iudicis officium non est scribere, & si de facto scribat illi non creditur.*
25 *Recusatio suspendit iurisdictionem iudicis recusati.*
26 *Recusatio iudicis in scriptis proponenda est.*
27 *Petitio, siue libellus dari debet in scriptis.*
28 *Testium subscriptio in instrumentis extraiudicialibus vltra fidem Notarij necessaria non est.*
29 *Notario scribenti creditur in actis iudicialibus, etiamsi testes non interuenerint.*
30 *Dilatio probatoria regulariter peremptoria esse debet.*
31 *Citatio peremptoria necessaria est ad hoc, vt actor in possessionem bonorum mittatur.*
32 *Citatus in prima dilatione, qui non comparuit, veniens postea in secunda, non auditur antequam damna, & expensas citanti persoluat.*
33 *Exceptiones satis est verbo proponere.*
34 *Exceptiones propriæ appellantur, quæ proponuntur contra aduersarium, vel contra rescriptum.*
35 *Contestatio litis fit tantùm per petitionem, & directam responsionem ad eam.*
36 *Conclusionem potest iudex ex causa reuocare & aperire.*
37 *Instrumentis necessaria solemnitas est vt locus gesti contractus exprimatur.*
38 *Sententia interlocutoria necessariò non est in scriptis proferenda, licèt postea debeat in scriptis redigi.*
39 *Sententia definitiua in scriptis proferenda est.*
40 *Sententia non probat acta iudicij, & processum præcessisse nisi transisset in rem iudicatam.*

Cap. Quoniam contra. XI.

1 IVdex tam Ordinarius, quàm extraordinarius, tenetur per notariũ publicum, vel per duos idoneos fideliter scribere omnia acta iudicij, id est, citationes, dilationes, recusationes, exceptiones, petitiones, responsiones, interrogationes, confessiones, testium depositiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, & cætera omnia ordine competenti, designando loca, tempora, & personas, & horum copiæ dari debent partibus, & originalia manere penes scriptores, vt hoc modo possit cognosci si quæ nascitur dubitatio in processu. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarell Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imol. Anan. Host. Butr. Panorm. Bald. Innoc. Felin. Barbat. Henric. Dec. Mynsing. Aretin. Bero. Mantua, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag.* 142. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 255. *& p.* 3. *repet. in iure Canonico ad secundum Decret. librum.* Petr. Paul. Parisi. Lanfranc. de Oriano, Franc. Niconitus, Ioan. Baptista Ferrettus, Iacob. Cagnacenus, desumptus est ex Concil. generali Lateran. sub Alex. III. *c.* 38. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decret. lib.* 2. *tit.* 6. *c.* 3.

Veram negationem.] Quicquid controuertant Doctores *hic* multipliciter intelligentes hæc verba, verius videtur per veram negationem *hic* tantummodo intelligi eam, quæ in se vera est, & veritatem continet ad differentiam illius, quæ falsa est, & falsitatem includit, qui sensus colligitur opertè ex litera tam ex verbis præcedentibus, dum agit de falsa assertione iniqui iudicis; qui opponit hanc veram negationem innocentis litigatoris, quàm ex sequentibus, ibi, *falsitas veritati*, & ibi, *iniquitas æquitati*, & ita sensus est; quoniam contra falsam iniqui iudicis assertionem quandoque non potest innocens litigator probare negationem veram, id est, quæ à parte rei veritatem, non verò falsum, aut mendacium continet. 2

Cum negantis factum, &c.] Quid sit negatio, vel negatiua provt opponitur affirmationi, vel affirmatiuæ, & variæ illius species secundùm varias diuisiones, & multa in proposito notanda vltra Doctores, *hic, & in cap. tertio loco, & in cap. ad nostrum, hoc tit.* vide per gloss. *verbo, rerum, in cap. bonæ, de elect.* gloss. & Doctores *in cap. vlt. 6. quæst. vlt. gloss.* & omnes *in l.* 1. vbi Ferret. *ff. hoc tit. & in l. actor, C. eod.* Curt. *de testib. concl.* 2. Martin. de Fano, & Franc. Herculan. *in tract. de negatiua*, Gabr. *commun. sub hoc tit. concl.* 8. latè Igne. *in repet. l. necessariò, §. non aliàs, à n.* 55. *ff. ad Syllan.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 50. *à n.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 1091. 3

Adhibeat.] Id est, eligat, & ita ad iudicem spectat electio Notarij, qui acta describat, vt per Dec. *n.* 10. & Felin. 4. ac alios *hic*, post Domin. per text. *ibi, in cap. statutum, §. notarium, de rescript. in* 6. Aret. *cons.* 33. *num.* 5. Boër. *decis.* 258. *n.* 11. *in fine, cum seqq.* Cosm. *in pragm. sanct. tit. de electione, §. notarius, verbo, notarius.* An autem notarius semel electus possit postea repelli, & mutari sine causa, vt alius assumatur saltem de partium consensu tradunt Bart. & Doctores *in l. cùm sententiam, C. de sent. & interl.* Bald. per text. *ibi in l.* 1. *C. de sportulis*, Angel. & alij, vt per Dec. *n.* 11 Felin. 4. Paris. 26. & relatos per addit. ad Abb. *num.* 35 *hic*, Anil. *ad c.* 35. *Prætor. verbo, remetta, à n.* 1. in quo dubio probabilior videtur pars negatiua, limitando tamen, & declarando, vt per Felin. *d. n* 4. 4 5

Tam in ordinario iudicio, quàm extraordinario.] Per hæc verba iuncta ratione generali in principio scripta intendit text. comprehendere quodcunque iudicium, siue agatur coram ordinario, siue corã delegato iudice, qui extraordinarius appellatur, *l.* 2. *C. de dilat.* resoluunt *gloss.* 2. Abb. & omnes *hic*, vt per Paris. *n.* 22. siue iudicium sit plenarium, in quo ordinariè, & secũdùm iuris ordinem, siue summarium in quo extra ordinem, vel absque illo proceditur, vt post Abb. Imol. Card. & alios obseruat cõmunis, ex Paris. *n.* 14 *hic*. Sic etiam procedit is text. siue per accusationem, siue per 6

inqui

inquisitionem, vel denuntiationem procedatur, secundùm eand. *gloss.* 2. & omnes *hic*, inde inferentes post eand. gloss. & similem pen. *in cap. multi* 2. *quæst.* 1. iudicium inquisitionis esse extraordinarium, sequuntur Abb. Dec. *num.* 7. Beroi. & nouiores *in rubr. de Iudic.* vbi Nauar. *num* 17. Clar. § *vltim. q.* 3. *num.* 3. & alij per Soar. à Pace *in pract. tom.* 1. *annot.* 1. *num.* 17. Comprehendit etiam text. *hic* arbitros compromissarios, quia procedunt ad similitudinem iudicum, & ordinem, ac formam iudiciorum seruare tenentur, ex reg. *l.* 1. *ff. de arbitr.* resoluunt Abb. *num.* 7 Paris. 7 *n.* 33. *in præsenti.* Nam procedit in causis exiguis, & minimis, in his enim sine scriptura standum est simplici iudicis assertioni, vt per Bart. *in auth. nisi breuiores, C. de sentent. ex breuit.* Abb. *num.* 3. Felin. *num* 1. Dec. *n.* 7. Paris. 14. Beroi. *à n.* 21. *hic*, Marant. *de ordine iudic. p.* 4. *dist.* 9. *num.* 71. addit. ad Mathes. *sing.* 1. *n.* 12. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *p.* 13. *art.* 3. *vers. secunda via.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 4. *n.* 11. *& n.* 10. resoluit quod index non potest esse notarius causæ, nisi in iurisdictione voluntaria, quando scilicet exercitium vnius actus non præstat impedimentum exercitio alterius, & quia in istis voluntariis potest scribere vt notarius, & auctoritatem præstare vt iudex.

8 *Iudex semper adhibeat*, &c.] Ergo iudici non creditur, Mascard. *de probat. in proœm. q.* 1. *n.* 7. sed in omni iudicio interuenire debet persona propria notarij, qui acta scribat, vel eo deficiente duo testes idonei, qui vniuersa iudicij acta conscribant, vt per Fr. Emman. *d. q.* 12. *art.* 2. *à princ.* vbi *in vers. corroboratur*, 9 resoluit quòd sententia lata sine eo quòd constet de processu est nulla. & *in vers. denique*, tenet quòd præsumitur pro notario teste negante id dixisse, & in fine asserit hunc text. procedere etiam quando agitur per viam inquisitionis.

Collige ex text. testimonio vnius iudicis non esse credendum etiam respectu causæ, seu processus, quia apud illum ventilatur, vel quia apud illum geritur, ita in effectu gloss. apertiùs Beroi. *à num.* 26. & DD. communiter *in præsenti*, Innoc. *statim in princip.* Abb. *not.* 4 Felin. *num.* 3. Bellam. *num.* 5. & Mynsing. *num.* 1. & alij *in c. cum à nobis, de testibus*, ommunis *in cap. licet, illo tit.* Couar. *variar. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 9. *vers. sexto*, Menoch. *de arbitr. q.* 26. Nauar. *cons.* 1. *aliàs* 6. *num.* 8. *de testam.* Intellige procedere huius text. decisionem de iure non quando iudex tanquam talis profert dictum suum verbaliter circa processum in suo iudicio factum, prout in effectu intelligunt DD. communiter *in præsenti*, quæ quidem explicatio in primis suadetur ex verbo, *statuimus*, de quo *in hoc text.* quòd ius nouum necessariò inducit, iuxta text. & DD. *cap. statuimus, de officio deleg. lib.* 6. *gloss. vltim. in Clement. vltim. de rescript.* confirmatur etiam vt aliis verbis, ibi, *nec pro ipsius*, &c. quæ quidem verba similiter innuere videntur id de nouo esse statutum contra iudicem, pro quo antea præsumebatur, iuxta text. *in cap. in præsenti, de renuntiat.* Confirmatur denique ex aliis verbis *in princ.* ibi, *contra iudicis assertionem*, &c. in quibus supponitur antea credi iudicis assertioni, quam pars impugnare non poterat.

Neque prædictæ declarationi refragatur text. *in cap. cum à nobis, de testibus*, qui quidem text. similiter est Innoc. III. huius Decretalis auctoris, & tamen dicit eodem modo verbo vnius iudicis nequaquam credendum esse, in quo se refert ad iura Canonica, & ciuilia, ibi, *& Canonica, & ciuilia iura*, &c. sic planè videtur probare iam antea esse statutum ne vni iudici asseueranti crederetur, siquidem respondeti potest text. illum, licet sit eiusdem Innocentij constitutum esse post hanc decisionem, qua supposita ius Canonicum sequutus decidit illud, quod text. iste antea dixerat; qui quidem intellectus poterat defendi, sic text. *in d. c. cùm à nobis*, solummodo ad ius Canonicum se retulisset, sed cùm text. ille in præcitatis verbis etiam ad ius Ciuile respectum habeat, & illud sequatur, nequaquam subsistineri potest. Vnde meliùs respondetur text. illum non agere de iudice, qui tanquam iudex circa processum, & acta apud ipsum facta asseuerat, sicut agitur *in hoc text. & in d. cap. in præsentia*, sed potiùs agere de iudice, qui tanquam testis ad instar aliorum testium in causis deponit, & suum in illis pro parte profert testimonium, patet ex litera ipsius text. *in dicto cap. cum à nobis*, ibi, *siue super testamentis, siue super quibuslibet aliis contractibus*, & colligitur ex rub. *de testib.* sub qua text. ille collocatur.

Neque similiter refragatur text. *in l. acta, cum seqq. ff. de re iudic. & in l.* 2. *C. de edendo, & in l. illud* 17. *vbi gloss. verbo actorum, C. de sacrosanct. Eccles.* & passim alibi, vbi fit mentio actorum publicorum, & scripturarum, in quibus acta iudicialia in publicum redigebantur, ex quibus colligendum videtur, text. *in præsenti*, declarasse magis in specie illud quod antea iam cautum erat: satisfit enim si adnertas quòd licèt in prædictis iuribus fiat mentio actorum, nullibi tamen ante hunc text. legitur constitutum quòd talia acta omnia per publicam personam, vel illa deficiente per duos viros idoneos, semper & necessariò scribantur, sicut id nonè per hunc text. legitur statutum; vnde aliquando in aliquibus casibus sic contigisse aliqua iura referunt, aliquando alia simpliciter agunt de actis, non facta mentione publicæ personæ, aliquando denique alia appellant publica etiam illa, quæ coram iudice publicum officium habente gesta sunt, vel in loco publico fiunt, nunquam tamen in iure inuenitur hoc indistinctè & absolutè seu per viam regulæ in omnibus casibus statutum, sicut modò per text. *in præsenti* statutum est.

Aut duos viros.] Notatur ad hoc quod notarius 10 habet vim duorum testium, vt per Mascard. *de prob. concl.* 1095. *n.* 3. *cum seqq.* Menoch. *cons.* 380. *n.* 5. Rebuf. *de reprobat testium, n.* 125. Farin. *in praxi crimin. part* 2. *q.* 65. *n.* 85.

Quæ fideliter vniuersa iudicij acta conscribant.] No- 11 tatur ad hoc quod integrè omnia in iudicio à litigatoribus inducta edi debent, vt per Fulu. Pacian. *de probat. lib.* 1 *cap.* 66. *num.* 42. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 114 *num* 5. *& 6.* nam processus in dubio recte, riteque factus non 12 præsumitur, Mascard. *de probat. concl.* 1230. *à princ.* itavt appellatione pendente pro sententia minimè 13 præsumatur, sed oporteat eum, pro quo sententia lata est, probare processum, Mascard. *concl.* 1241. *à num.* 2. quia decretum factum nullo confecto pro- 14 cessu est nullum, Vant. *de nullit. tit. ex defectu sententiæ. n.* 14. *cum seqq.* Mar. Ant. *var. resol. lib.* 2 *resol. lib* 30. *n.* 1. sententia sine actis non facit fidem, Mantic. *dec* 30. 15 *num.* 9. nisi sit antiqua, quia tunc probat etiam contra tertium, Rota *decis.* 675. *n.* 1. apud Farin. *part.* 2. *recent.*

Videlicet. Cùm text. in præcedentibus verbis in- 16 distinctè, & absolutè statuerit vniuersa iudicij acta conscribenda esse, planè sequitur verba hæc, quæ sequuntur, intelligenda esse velut exempla illius regulæ, non quasi ea in his tantùm actibus locum habeat, vt intendunt Aretin. Imol. Decian. *num* 15. Felin. *num.* 7. & omnes *hic*, Menoch. *de arbitrar. casu* 275. *num.* 6. secundùm quos multa alia ad pro-

cessum pertinentia scribenda sunt, veluti iuramentum calumniæ, & testium ipsorum, vel attestationum publicationem, similia quæ satis comprehenduntur sub illis verbis, *& contra quæ occurrerint*. Sic sanè receptum est etiam in diffinitiua procedere regulam huius text. & eam in actis scribendam esse, cùm ad ea pertineat, & sit de processu, Abb. *n.* 5. & Doctores communiter *hic*, ex Paris. *n.* 28. post Bart. *in l. in. fraudem*, § *neque*, *ff. de iure fisci*, & communem *in l.* 2. *C. de edendo*, Boër. *decis.* 258. *à n.* 6.

17 *Loca designando, tempora*, &c. Ergo notarius in actis iudicialibus debet, hæc omnia designare, & referre secundùm omnes *hic*, nam acta cum loco, die, & consule edendo sunt, vt per Bernard. Græuæ. *ad*
18 *practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *cons.* 134. *num.* 10. provt generale est in omnibus instrumentis publicis, *auth. vt proponatur nomen Imperatoris*, vbi gloss. *verbo*, *auctore*, *cap. inter dilectos*, vbi gloss. *verbo*, *indictionis*, *de fide instrum. cap. Abbate*, *vers. præfatus*, *de re iudic. lib.* 6. resoluunt gloss. magistra *in l. generali*, *C. de tabular. lib.* 10. omnes per text. ibi, *in l. optimam*, *C. de contrab. & commit. stipul.* Couar. *pract. cap.* 20. *n.* 3. Padil. *in l. si qua*, *num.* 4. *C. de diuersis rescript.* Roland. *cons.* 38. *num.* 7. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 54. *n.* 11. resoluentes etiam nullius momenti esse instrumentum publicum in quo tempus, vel locus deficit, nisi consuetudo sit quòd instrumentum fiat sine anno, & die, Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit.* 14. *de consuet. num.* 73. per tempus intellige annum, mensem & diem; non requiritur tamen mentio horæ licèt ea vtilis esse possit, Tiraq. *de iure primog. q.* 2. *num.* 2. Gom. *l.* 40. *Tauri*, *n.* 68. *col.* 1. Padil. *vbi sup. n.* 8. Tiraq. *de retractu*, *tit.* 2. §. 1. *glos.* 7. *à n.* 49. Pereg. *de iure fisci*, *lib.* 6. *tit.* 6. *n.* 37. Quando verò annus, mensis, & dies fuerint erroneè, siue falsò appositi possunt verè apponi per eundem notarium iudicis auctoritate, vt resolvit Galganet. *de condit. & demonstr. part.* 2. *cap.* 2. *quæst.* 4.

19 Illud tamen non abs re aduertendum duxi olim temporum computationem ab Æra, ideſt, anno Cæ-
20 saris, factam fuisse, vnde apud Hispanos à tempore Regis Ioan. I. à Domini Iesv Christi Natali die annorum computationem sumpsisse exordium aduertunt Couar. *var. lib.* 1. *c.* 21. *n.* ... Gregor. *l.* 45. *glos. la era*, *tit.* §. *p.* 5. Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. c.* 20. *n.* 3. Escobar. *de ratiocin. comput.* 21. *à princ.* Hieron. Roman. *de Repub. p.* 2. *lib.* 9. *c.* 6. Corrasc. *interpr. ad aliquas leges recopil. c.* 1.
21 *n.* 7. Cæsaris autem annus, quem nostri Æram nuncupabant triginta & octo annis, vel secundùm alios, quadraginta duobus, Christi Seruatoris nostri ortum præcessit, de quo vide Morales *in historia Hispaniæ*, *p.* 1. *lib.* 8. *c.* 51. *fol.* 193. Cæs. Baron. *in addit. ad Martyrolog. Roman. die* 22 *Octobris*, Vasæum *chronicorum Hispaniæ tom.* 1. *c.* 22. *fol.* 53. *cum seqq.* Curit. *p.* 2. *de los annales de Aragon*, *lib.* 8. *c.* 39. Maur. Ferrer. *en la historia de Santiago*, *lib.* 3. *c.* 21. Scobar. *d. comput.* 21. *n.* 3. Cald. Pereira *de empt. c.* 5. *n.* 8.

22 *Ita quòd originalia penes scriptores remaneant.*] Notatur ad hoc quòd originalia penes scriptores remanere debent, vide Couar. *practic. cap.* 29. *num.* 1 & 2. Menoch. *casu* 370. Boër. *decis.* 15. Soar. à Pace *in pract. part.* 1. *annot. vltim. n.* 28. Franch. March. *Delphin. decis.* 267. *num.* 1. *part.* 2. Archil. Personal. *in l. fin. C. de edicto D. Adriani*, vbi Zucchar. *n.* 92. Burat. *decis.* 543. *num.* 12. Azin. *in praxi Florentina*, §. 14. *cap.* 11. & *c.* 24. Caualcan. *Fauiz. decis.* 11. *sub num.* 13 *part.* 1. Bernard. Græuæ. *d. concl.* 134. *num.* 13. Peregrin. *l.* 5. *glos.* 1. & *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin.* & dixi ad *cap. vltim. infr. hoc titul.*
23 Quæ scriptores ipsi, & eorum successores tenentur custodire, & partibus exhibere, aliàs tenerentur ad interesse, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 162. *n.* 52. *cum seqq.*

Nec pro ipsius præsumitur processu.] Notatur ad hoc 24
quòd non est iudicis officium scribere, & si de facto scribat, illi non creditur, Perez *l.* 5. *glos.* 1. *pag.* 643. *col.* 2. *vers. ex quo deducitur*, *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin.*

In gloss. *Recusationes*, ibi, *& recusatione iudicis pro-* 25
posita, &c. Notatur ad hoc quòd quemadmodum appellatio emissa suspendit iurisdictionem iudicis à quo, itavt non teneant acta post eam, ita recusatio, vt per Perez *l.* 1. *pag.* 566. *tit.* 5. *lib.* 3. *Ordinam.* Rebuff. *tom* 1 *ad leges Galliæ*, *tit. de sentent. execut. art.* 3. *num.* 1. Vant. *tit. ex defectu iurisd. Ordin. num.* 140. Lancel. *de attent. part.* 2. *cap.* 6. Kirchou. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 168. Azened. *l.* 1. *num.* 8. *tit.* 16. *lib.* 4. *nouæ recop.* Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuileg.* 7. *num.* 21. Scob. *de ratiocin. c.* 8. *num* 20. Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit.* 42. *n.* 31. Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib* 2. *cap.* 7. Amat. Roderic. *in practic. cap.* 10. *d. num.* 54. Carrasc. *in explicat. ad aliquas leges*, *recop. cap.* 9. *num.* 37. Recusans tamen iudicem debet insuper appellare ab vlteriori processu, aliàs acta per illum, post recusationem absque appellatione sunt valida, Bursat. *cons.* 21. *num* 16 & *seq.* Lancel. *de attent. p.* 2. *cap.* 8. *n.* 1. *cum seqq.* & *n.* 48. Caputaquen. *decis* 60. *num.* 4. & *decis.* 172. *p.* 1. Canaler. *decis.* 148. *n.* 3. & fuit dictum *in Asten. censurarum* 28. *Iunij* 1617. coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, vbi etiam subditur quod huiusmodi appellatio interponi debet in scriptis, & in schedula particulari, nec sufficit simplex protestatio facta per recusantem de habendo recursum ad quos poterit, Rot. *decis.* 563. *num.* 2. *p.* 2. *diuers.* refert Ferentil. *in annot. ad decis.* 371. *Buratti litera A.*

In ead. gloss. ibi, *Et sic patet quòd iudicis recusatio* 26
redigenda est in scriptis. Notatur ad hoc quod recusatio in scriptis proponenda est, vt per Auend. *part.* 2. *Prætorum*, *c.* 23. *n.* 12. *in fine*, Perez *l.* 1. *glos.* 1. *c.* 565. *col.* 2. *in princ. & pag.* 568 *col.* 2. *vers. quæro* 14. *tit.* 5. *lib* 3. *Ordin.* Azened. *l.* 1. *n.* 5. *tit.* 16. *lib.* 4. *nouæ recop.* Fr. Ludou. Miranda *de ordine iudic. quæst.* 30. *art* 2. *concl.* 3. Amat. Roder. *in pract. de forma videndi*, *seu examinandi processum*, *c.* 10. *n.* 47. Rebuff. *in tract. exception. n.* 179. Roland. *decommissar. lib.* 2. *c.* 15. *ante n.* 9. *part.* 1. Soar. de Pace *in pract. tom.* 2. *part.* 1. *cap.* 6. *num.* 26. Cur. Philip. *part.* 1 §. 7. *num.* 2. Cardos. *in praxi iudicum*, *verbo*, *recusatio*, *n.* 5. Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib.* 2. *c.* 7. Modern. *in tract. de cognit. per viam violentiæ*, *p.* 2. *q.* 14. *num.* 37.

In gloss. *Petitores*, ibi, *ideo petitio*, *siue libellus dari* 27
debet in scriptis. Vide Matiens. *in dialogo relatoris*, *p.* 3. *c.* 43. *n.* 1. Perez *l.* 11. *verbo*, *la demanda non fue dada in escripto*, *tit.* 1. *lib.* 3. *Ordin.* Cur. Philip. *part* 1. §. 11. *n.* 3. Cardos. *in praxi iudicum*, *verbo*, *libellus*, *n* 6. Matth. Coler. *Germaniæ decis* 111. *n.* 5. Amat. Roder. *in pract. c.* 5. *num.* 5. Camill. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 49. *num.* 33.

In gloss. *Duos viros*, ibi, *nisi habeat testium subscri-* 28
ptionem. Vult gloss. in instrumentis extraiudicialibus vltra fidem notarij necessariam esse testium subscriptionem, idem intendunt gloss. *in l. generali*, *C. de tabul. lib.* 10. *& in cap. possessionem*, *sup eod.* & suaderi videtur ex *l. comparationes*, ibi, *testium subscriptiones*, *C. de fide instrum.* Contrarium tamen probant Doctores communiter *hic*, vt per Dec. *n* 18. Paris. 35. & omnes *in c* 1. *de fide instrum* resolvunt Couar. *pract. c.* 20. *n.* 4. Gom. *l.* 3. *Tauri*, *n* 3. respondentes *d. l. comparationes*, non agere de iustrumento publico, sed speciatim procedere in chirographo.

In ead. gloss. ibi, *Licet non habeat testium subscriptio-* 29
nem.

n.... Ergo in actis iudicialibus creditur soli notario scribenti, etiamsi testes non interuenerint, sequuntur Abb.*n.*7. & Doctores communiter, vt per Dec. *num.* 10. Felin. 12. Paris. 36. Bero. *à num.* 75. *hic*, Crot. *de testib.num.*377. Soar.de Pace *in pract. tom.*1. *in princ. annot. vltim. num.*27. Intellige procedere tantum in his, quæ sunt de actis iudicialibus, id est, quæ pertinent ad litem, & iudicium, non verò in aliis, quæ licèt in actis scribantur, nihilominus tamen non sunt de illis, vt post Host. Lap. Anton & alios obseruant Abb.*n.*8 Paris.37 Beroi.79.*hic*, contra Bald. Aretin. & alios. Notario creditur dicenti se rogatum de gestis in præsentia sui, & testium tempore contractus. Castren. *conf.* 241.*n.* 2. *lib.*1. & *conf.* 52. *col.* 1. *in princ. lib.*2. Corn. *conf.* 154. *num.* 7. *lib.* 4. Caualer. *decis.* 644.*num.* 4. Mantic. *decis.* 302. *num.*1. quia de gestis ante celebrationem instrumenti notario non creditur. Crauet. *conf.*171.*num.*5. Rot. *decis.*289. *p.*2.*diuers.* Seraph. *decis.*1430.*num.*5. Greg. *decis.* 177.*num.* 1. quod procedit quamvis attestatio de præterito concernat actum à se ipso gestum, Rot. *decis.*289. *num.*6. post *volum.*2. *conf.* Farinac. Caualer. *decis.*609.*num* 4. Nisi notarius attestetur de actibus præteritis coram se gestis, & coram testibus distinguendo tempora, & loca quibus gesta fuerunt, vt fuit dictum *in Lucana iurispatron.*26. *Iunij* 1619. coram bonæ memor. Dunozetto. Notarij attestationi creditur sine testibus, quando adest stylus Rot. *in Vlixbonen.iuris deputandi collectores*, 14. *Maij* 1602.coram Ortembergo, & *in Tolesana iurisdictionis*, 11. *Ianuarij* 1616. coram bonæ memor. Buratto inter eius impressas *decis.*146. *n.*4.& coram R. D. meo Coccino inter eius impressas *decis.*404. *num.*3. *&* *decis.*475. *num.*7.

30 In gloss. *Dilationes*, ibi, *nec prima dilatio esse debet peremptoria.* Imo regulariter etiam absque vlla causa prima dilatio, quæ citatoria dicitur, peremptoria est, dummodo nimis breuis non sit, *c.*1. *de dilation.* vbi Doctores; resoluunt Abb. *num.*10.& alij *hic*, sic etiam dilatio probatoria regulariter peremptoria esset debet, *l. oratione, & l.vlt. ff. de feriis*, explicant Abb.*not.*4. Dec.*n.*5. Felin.4.& latè Beroi. *à n.*20.*in c. licet*, per text.*ibi*, *supra hoc tit.* post alios, Duen. *reg.* 200 *cum seq.* Marant.*de ordine iudic.*2. *part.sexta*, *tit.*5. *à n.*2. Soar. à Pace *in pract.p* 1. *tom.*1.*temp.*8.*à n.*2. qui multipliciter limitant, & declarant *d.l. oratione d.l.vlt.*

31 In ead. gloss. ibi, *Vel etiam in possessionem mitti non debet.* Vult gloss. necessariam esse citationem peremptoriam ad hoc, vt actor in possessionem bonorum mittatur similis *gloss.*2.*vers.ad primum*, *in l si finita*, §. *si plures*, *ff. de damno infecto*, vbi omnes probant *hic*, Abb.*n.*10.Dec.23.Paris.46.Beroi.138.Perez *l.*1. *gl.*1. *q.*9.*tit.*9.*lib.*...*Ordin.* Soar. à Pace *in pract. tom.*1. *p.*2. *c.*1.*n.*23.

32 In ead.gloss.ibi, *Et ad primam citationem non venerit*,&c.Ergo qui in prima dilatione citatus non comparuit, veniens postea in secunda non auditur antequam damna, & expensas citanti persoluat, secundùm omnes *hic*, vt per Dec.*n.*23.*vers.secundo*, Couar. *pract.c.*27. *n.*3. *vers. verum*, Soar. à Pace *d tom.*2. *p.*1. *c.*3.*n* 14.

33 In gloss. *Exceptiones*, ibi, *danda est in scriptis* Idem probat *gloss vlt.in fine*, *in cap.appellatio*, *de appellat in* 6. Sed in contrarium est communis, quia nullibi reperitur contraria regula iure præscripta, ac subinde sat est exceptiones etiam verbo proponere, *l.scire* 15.§. *oportet autem*, vbi Bart.& alij,*ff.de excusat.tut.*exceptis nonnullis casibus iure speciatim expressis, veluti in recusatione, de qua *suprà* egi ad gloss.*verbo*, *recusationes*, obseruant Abb. *n.* 3. Imol. & alij *hic* communis ex Decian.*num.*27.Paris.53.& Beroi. *à n.*163. post multos Rebuff. *in arborem except. num.*3. Nec oppositum probat hic text. quia, vt aduertunt proximè citati, non agit de exceptione in scriptis proponenda per opponentem, sed de illa in acta redigenda iuxta formam huius text.postquam proposita fuerit.

In ead.gloss.ibi, *Et hic propriè appellat exceptiones, quæ proponantur contra aduersarium, vel contra rescriptum.* Sequitur Abb. *n.*13. *in fine*, *cum seqq.*& est de mente aliorum, Paris.*n.*56.*hic.* Sed in contrarium vide Dec.*n.*27.Beroi.*à n* 166.*hic*, Couar. *in reg. possessor*, *p.*1. *in princ.n.*4 Ad difficultatem verò, quam gloss. præsentit ex litera text.dum exceptiones refert tanquam aliquid diuersum à recusationibus, quas præmiserat post Dec. & præcitatos respondet Rebuff. *de except n.*243. 34

In gloss.*Responsiones*, ibi, *quæ fit tantùm per petitionem, & directam responsionem ad eam.* Vide Marant. *de ordine iudic. p.*6. *memb.* 10. *n.* 4. Palat. *in repet.c.per vestras, de donat.inter, not.*1 §.1.*n.*5.*vers.& pro eis*, Gam. *Lusit.dec* 147.*n.*3 Ronchegal.*in rubr. ff.de duobus reis*, *n.*7.*cum seqq.* 35

In gloss. *Instrumentorum*, ibi, *non petierit.* Intellige regulariter, aliquando tamen ex causa potest iudex reuocare, & aperire conclusionem, secundùm omnes, vt per Abb.*n.*17. Felin. 19.Dec.28.Beroi.*n.*201. *cum seqq. in præsenti*, Socin. *reg.* 184. Padil. *in l. error*, *num.*38. *C.de iuris*, *& facti ignor.* Menoch. *de arbitrar. lib.*1. *quæst.* 35 *& casu* 51. *à num.*18. Baptist. *num.*25. Rip. 48. *cum seqq.* & alij *in l. admonendi*, *ff. de iureiurand.* 36

In gloss. *Tempora.*Notatur ad hoc quòd instrumentis necessaria solemnitas est, vt locus gesti contractus exprimatur, vt per Couar. *pract. cap.* 20. *ante num.*4 *vers. quinto*, Ceph. *conf.* 622. *num.*13. Bertaz. *de clausul.instrum. in præam.num.*10. *&* *clausul.* 2. *gloss.*1. Menoch. *de præsumpt.lib.*2. *præs.* 84.*à num.*2. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 235. *num.* 13. *&* *Marchiæ decis.* 28 optimè Cald. Pereira *de emptione*, *& vendit. cap.* 5. *num* 9. vbi etiam resoluit quòd non solùm in instrumento describendus est generaliter locus contractus, sed etiam singularis locus, non tamen est necessarium vt locus loci exprimatur. Verùm contrarium, imo necessarium esse locum loci describi,vt instrumentum probet, tenent Pute. *decis.*256. *num.*1. *lib.* 1. *in correct.* Caputaq. *decis* 98. *p.* 2. Menoch. *de præsumpt.lib.*2. *præs.*84 *num.* 2. Farin. *conf.*109.*num.*17. *cum seqq lib.*2. Ferentil.*in annot.ad decis.* 265. *Buratti*, *lit. A.* Rot. *decis.*701. *lib.*3. *p.* 3. *diuers.* Hoc tamen limitatur nisi adesset consuetudo in contrarium, quæ esset valida, Pute. *decis.*7. *de fide instrum.* Caputaq. *d decis* 89. *p.*2.vbi subdit quòd instrumenta, quæ carent loco loci in Hispania, sunt valida stante consuetudine illarum partium non apponendi locum loci in instrumentis. Nec contrarium dicit Menoch. *d. præs.*84. *num.*2.*vers.& hanc quidem*, prout illum malè refert Farinac. *d. cons.* 109. *num.* 20 quia videtur loqui de consuetudine non apponendi locum, non autem locum loci, & ita loquuntur Doctores per ipsum citati.

In gloss. *Interlocutiones*, ibi, *non tamen dicitur quod proferenda sit in scriptis.* Notatur ad hoc quòd sententia interlocutoria necessariò non est scriptis proferenda, licèt postea debeat in scriptis redigi, vt per Mich.Graff.*tom* 2. *comm.opin.lib.*7. *tit.*8.*n.*24. *pag.*243. vbi Viu.*n.*32. *pag.*244. 38

In ead.gloss.ibi, *Aliud consueuit dici de sententia diffinitiua.* Notatur ad hoc quòd sententia diffinitiua in scriptis 39

scriptis est proferenda, vt per Vivian. *d. num.* 32. D.Barbos. *in l. si debitori, n.* 138. *ff. de iudic.* vbi etiam resoluit in collocutoriam habentem vim diffinitiuæ debere ferri in scriptis, Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de sentent. resol.* 2. *à n* 1 vbi *à n.* 4. tenet quòd hæc solemnitas in graui causa, & ponderosa à partibus remitti non potest, secus in causis vilibus, & modici momenti. Vnde sententiam non latam in scriptis, neque publicatam in die prolationis vitio nullitatis subiacere probant, *l.* 2. *& 3. C. de sentent. ex breuit. recit. cap. fin.* vbi Franch. *n* 1. *de sent. & re iudic.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu processus, n.* 69. & censuit Rota *in Eroliuien. emphyteusis* 1. *Iulij* 1613. coram R. Coccino Rotæ Decano apud Farin. *decis.* 474. *n.* 2. *p.* 2. *recent.*

40 In gloss. *Præsumatur*, vlt. Notatur ad hoc quòd sententia non probat acta iudicij, & processum præcessisse, nisi transiisset in rem iudicatam, quia tunc habet præsumptionem iuris pro se quoad rectitudinem processus, & instantiam, vt per Mich. Grass. *tom.* 2. *commun. opin lib.* 7. *tit.* 14. *num* 131. *pag.* 268. Mascard. *de probat. concl.* 1296. *n.* 8. Vant. *de nullit. tit. à quo, & quibus modis, n.* 10. Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 67. *à n.* 17.

SVMMARIVM.

1 *Delictum rei si probari potest tunc non est admittenda probatio quòd non deliquerit.*
2 *Canonico iure deficiente recurrendum est ad iura, & consuetudines Regni, non autem ad iura Imperatorum, vel Iurisconsultorum.*
3 *Clerici tenentur ex vi solius rationis seruare ius Regium.*
4 *Declaratur text. in præsenti, & n.* 5.

CAP. Ad nostram. XII.

Honor. III.

1 QVando affirmatiuè probari potest aliquem deliquisse, non admittitur probatio negatiua quòd non deliquit, quasi velit se purgare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Panormit. Host. Bald. Butr. Barbat. Decian. Felin. Mynsing. Aretin. Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 141. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 256. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part.* 2.

2 *Legi Regni.*] Notatur ad hoc quòd deficiente iure Canonico recurrendum est ad iura, & consuetudines Regni, non autem ad iura Imperatorum, vel Iurisconsultorum, vt per Palat. *in introduct. rub. de donationibus inter virum, & vxor. n.* 15. Sic etiam è contra deficientibus legibus Regiis, & consuetudinibus prouinciarum recurrendum esse potius ad ius Canonicum, quam ad Cinile, de iure Castellæ tenent Perez *in proœm. Ord. q.* 1. Cur. Philip. *p.* 1. §. 7. *à n.* 14. Burg. de Pace *l.* 1. *Tauri, à n.* 602. Soar. de Pace *in practic. in princ. annot.* 5. *sub num.* 36. Morla *in emporio iuris Ciuilis p.* 1. *tit.* 1. *q* 16. *n.* 36, Azeued. *ad rub. tit.* 1. *n.* 18 *lib.* 2 *nouæ recop.* Flores de Mena *var. lib.* 1. *q.* 2. *n.* 4. Amat. Roderic. *in practic. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.* 10. *n.* 25. licèt de iure Lusitanorum per Ordin. Regiam *lib.* 3. *tit.* 64. *in princ.* ad ius Canonicum tantùm recurrendum sit, vbi de materia agitur, quæ peccatum concernit.

Notatur etiam ad hoc quòd clerici tenentur seruare ius Regium, vt per Perez *l.* 4. *gloss.* 1. *pag.* 624. *col.* 1. *tit.* 8. *lib.* 3. *Ordin.* intellige non vi legis sæcularis, sed vi solius rationis, aut iuris naturalis, per ea, quæ resoluunt Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de exemptionibus clericorum à statutis sæcularium*, §. 2. *num* 34 & citati Doctores *ad cap. Ecclesia S Mariæ, in princ. sup. de constitut.* 3

In huiusmodi probatione negatiua, &c.] Non satis constat inter Doctores quænam fuerit ratio, ob quam consuetudo, vel lex, de qua *hic* agitur, admittens probationem negatinæ per purgationem penitus reprobetur vt pestis omni iuri contraria, vt habet litera, præsertim quia purgatio admittebatur *hic* casu, quo adhuc per testes de crimine non constabat, vt innuit text. ibi, *quæ probari testibus*, &c. & *in fine*, ibi, *dum tamen possit*, &c. in qua specie ante probatum crimen sola apparebat infamia, & suspicio, quæ purgationem admittit, *c. accedens* 23. *de accusat. cap nos inter* 6. *de purgat. canon.* Penia *ad direct. Inquis. p* 2. *commento* 14. In qua difficultate laborant glossa, Innoc. Ioan. Andr. Abb. Felin. & alij *hic* Rauenna *in alleg. consuetudinis pag. mihi* 171. Roman. *sing* 373. *alias* 378. Roch. *in c. vlt. de consuet. pag.* 13. *col.* 1. Sed probabilius videtur ex mente Dec. *n.* 4. & 5. legem, vel consuetudinem hanc improbari tanquam omnino irrationabilem, & nutritiuam peccati, quia per illam reus postulatus de crimine, quod poterat testibus legitimè comprobari, innocens iudicabatur si se quoquo modo, idest, bene, malè, purgaret de huiusmodi crimine, cùm enim per legem, vel per eam consuetudinem, & purgationem non tantùm crimina verè commissa impunita relinquerentur, verùm etiam maxima occasio delinquendi præstaretur iis, qui facillimè in scelera prolabuntur scientes se posse pœnam euadere, & innocentes pronuntiari, quoquo modo se purgare possent, quæ purgatio sub ea forma probabiliter nunquam deesse potest, meritò talis lex, vel consuetudo omnino improbatur, & contraria dicitur omni iuri, quia tam naturale, quam diuinum, & humanum prohibet ne delinquendi, hoc est, ruinæ specialis occasio, & ita scandalum præstetur, & ne in perniciem Reip. & animarum homines inuitentur ad delinquendum, iuxta illud quod de scandalo habetur *Matth.* 18. *& in cap.* 2. *de præscript.* tradit D. Thom. 2. 2. *quæst* 48. sic sanè iuxta hunc intellectum pestis appellatur, consuetudo, de qua, *hic*, quia sicut pestis per contagionem alios sanos & inficit, & interficit, *cap. resecandæ* 24. *q* 3. 4

Quærent Doctores *hic*, & alibi, cur scilicet lex, vel consuetudo Regni Daciæ cùm sit sæcularis, obliget in proposito clericos, vel in eisdem locum habet, contra reg. *cap. Ecclesia S. Mariæ de constitutionibus*, in quo variant, & multipliciter respondent omnes *hic*, & illic, Palat. *in introduct. rubr. num.* 15. Tiraq. *de retract. lig* §. 1 *gloss.* 13. *num* 2. *& in tract. de mort. part.* 3. *declar.* 8. *num.* 4 Ego verò respondendum puto si dicas quòd Clerici in proposito non seruabant legem, vel consuetudinem Daciæ, quippe quæ non dicebat id quod Clerici, & Sacerdotes faciebant; solùm enim (vt habet litera) agebat de probatione negatinæ, id quod iustum, & legitimum in dubio præsumi debet, sed Clerici, & Sacerdotes temere innitentes illi legi, vt ait text. occasione eiusdem inducebant aliud, quod tanquam pestis, & omni iuri contrarium improbatur *hic*. Et hinc est quòd Papa non reprobat ipsam legem Daciæ, quam vtique reprobasset si contineret id, quod Clerici faciebant, iuxta *c. vlt. de præscript.* ac propterea nihil agens de sæcularibus 5

bus pedem huiusmodi penitus extirpari iubet à Clero illam inducente, & obseruante, quamvis Doctores ad hæc aliter, & non bene respondeant.

SVMMARIVM.

1 *Fines diœcesum probantur per libros antiquos, adminicula, & testes, & famam.*
2 *Confinium antiquorum in probatione admittuntur plures probationes imperfectæ ad constituendam vnam perfectam.*
3 *Confines probantur per libros antiquos.*
4 *Historiis & chronicis creditur, si illis à maioribus nostris fides adhibita sit.*
5 *Historiæ dicuntur scripturæ priuatæ, quæ ex antiquitate, & fama fidem assumere dicuntur.*
6 *Lapides, seu columnæ terminorum, quibus literæ incisæ sunt, probant confinia.*
7 *Antiquum probatur per literas scriptas, seu incisas in lapidibus, vel per instrumenta pro confinibus facta.*
8 *Confinia probantur per scripturam, si illi adhibita sit fides ab antiquo.*
9 *Confinia probantur ex enuntiatiuis plurium instrumentorum, præsertim iunctis adminiculis.*
10 *Confines probantur per testes, quamvis sint de auditu, & singulares, dummodo rationem reddant dicti sui.*
11 *Confines probantur per famam publicam, & antiquam.*
12 *Fama plenè probat in antiquis.*
13 *Confines probantur per lapides antiquos pro terminis apponi solitos.*
14 *Probationes exactæ necessariæ non sunt in probandis confinibus antiquis.*
15 *Probationes plures imperfectæ, etiam diuersi generis, si tendant ad eundem finem, coniunguntur ad faciendam plenam probationem.*

CAP. Cùm causam. XIII.

1 FInis diœcesum litigantium probatur per antiquos libros vel testes, famam, vel alia adminicula, & sic potest procedi in causa. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Bald. Panorm. Butr. Anch. Felin. Barbat. Dec. Mynsing. Aretin. Cuiac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 144. Alagona *in compend iuris Canon. pag.* 256. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

2 Collige ex text. quòd in probandis antiquis confinibus admittuntur plures probationes imperfectæ ad constituendum vnam perfectam, vt per Hieron. de Monte *in tract. de finibus, c.* 53. *n.* 2. & 4. Menoch. *cons.* 147. *n.* 48. Mascard. *de probat. conclus.* 343. *n.* 2. *cum seqq.* Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. C. concl.* 700. Menoch. *de arbitrium q. c.* 84. *n.* 17. Rota *decis.* 334. *n.* 1. apud Farin. *p.* 2. *in recent.* vbi censuit in probatione consilium, quæ est difficilis, attendi adminicula. Et ideo sufficere leuem probationem, licèt non sit omnino plena, resoluunt Hieron. de Monte *d. tract. c.* 50. *n.* 2. *cum seqq.* Paris. *cons.* 84. *n.* 24. & *cons.* 107. *n.* 7. & 8. *vol.* 1. probationes enim se se adinuicem coadiuuant Butr. *in c. veniens il.* 1. *de testib.* Anch. *cons.* 376. *n.* 4. Alex. *cons.* 52. *n.* 4. *lib.* 1. cum aliis per Rot. *decis.* 361. *n.* 2 post *vol.* 2 Farin.

3 *Per libros antiquos.*] Notatur ad hoc quòd confines probantur per libros antiquos, vt per Duen. *reg.* 257. Socin. *reg.* 294. Cassaneus *in catalogo gloriæ mundi p.* 5. *consid.* 28. *vers. vnde*, Gam. *Lusit. decis.* 337. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 9. *num.* 26. Mascard. *de probation. concl.* 396. Ioseph. Ludou. *tom.* 3. *communium opinion. tit. de libris mercatorum, concl. vnic. vers. amplia* 31. Cald. Pereira *de emptione, & vendit. cap* 21. *num* 20. etiam 4 historiarum, & chronicorum, si illis à maioribus nostris fides adhibita sit, Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, part* 10. *consid.* 46. *ad finem*, Guttier. *pract. quæst. lib.* 3. *quæst.* 13. *num.* 23. Menoch. *cons.* 378. *num.* 8. Mascard. *concl.* 105. *num.* 9 & *concl.* 396. *num.* 6. Historiæ enim 5 sunt scripturæ priuatæ, quæ ex antiquitate, & fama fidem assumere dicuntur, Mench. *d. cap.* 84. *num.* 16. ac proinde maximam fidem eis esse adhibendam tradunt Caputaq. *decis.* 190. *p.* 2. Xuar. *allegat.* 8. *num.* 21. Decian. *cons.* 21. *num.* 19. *volum.* 1. Baraion. *in addit. ad Palat. in introduct. rub. de donat. num.* 2. *lit. A.* Ioan. Garc. *de nobil. t. gloss.* 18. *num.* 18. Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 3. *cap.* 10. *num.* 28. & quòd scriptoribus, atque historicis standum sit innuit text. *in l.* 1. ibi, *à quibusdam scriptoribus traditum est, ff. de offic. Præf. Prætor.* Bart. *in l.* 1. *num.* 22. Alex. *num.* 34. Purpur. *num.* 152. & 156. qui loquitur in erectione Ecclesiæ, sequitur Rip. *num.* 73 *ff. si certum pet.* Guttier. *practic. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 13. Xuar. *alleg.* 8. *num.* 11. Verall. qui pariter loquitur in erectione Ecclesiæ, *decis.* 190. *p.* 2 Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *cap.* 893. *num.* 6. *cum seqq.* Rot. *decis.* 290. *num.* 7. post *volum* 2. *consil.* 1. Farin. Vnde confines probantur ex tabulis geographicis, & mappis. Rot. *in Clusina Postæ Puteoli* 14. *Decembr.* 1618. coram bonæ memor. Buratto, inter eius impressas *decis.* 367. *n.* 1. Intellige si mappæ 6 sint factæ seruatis seruandis, aliàs parum, aut nihil probant. Rot. *in nullius, seu Aprutina iurisdictionis* 10. *Martij* 1624. coram bonæ mem. Dunozetto. Et lapides, seu columnas terminorum, quibus literæ incisæ sunt, probare confinia, tenent Mich. Grass. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 3 *tit.* 26. *num* 6 *pag* 429. Kirchou. *lib.* 4. *tit* 9. *n.* 188 *pag* 498. Card. Tusch. *d. concl.* 700. *num.* 4. Menoch. *cons.* 21 *num.* 30 & *cons* 12. *num.* 67. *cum seqq.* Valasc. *d. q.* 9. *num.* 28. Mascard. *d. concl.* 329. *num.* 1 c. Cald. Pereira *de empt. cap.* 21. *num.* 20. Antiquum enim probatur per literas scriptas, seu incisas in lapidibus Mascard. *concl.* 104. *num.* 10. & probatio ducta ab armis sculptis, vel affixis, vel depictis in monumentis, domibus, & capellis, attenditur Bald. *cons.* 310. *lib* 5. quem sequitur Rot. *in Comen. habitus Iunij* 1610. coram R. P. D. meo Pirouano, & *in Toletana habitus* 14. *Martij* 1625. coram R. P. D. Merlino, & ideo inscriptio in antiquis probat inspatronatus, Bart. *in l. monumentorum, C. de relig. domib.* Rip. *in c. cum Ecclesia Sutrina, num.* 97. *de causa possess.* Purpur. *in l.* 1. *num.* 155. *ff si certum pet.* Ferret. *cons.* 298 *num.* 9. Rot. *in Mutien. Plebis, seu iurispatron.* 21. *Februarij* 1625. coram R. P. D. meo Coccino Decano. Probantur etiam per instrumenta pro confinibus facta. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, confinia*, Mascard. *conclus.* 394. Cald. Pereira *d. c.* 21. *n.* 28.

Per scripturam, si illi sit adhibita fides ab antiquo, 8 probantur confinia, Mascard. *cons.* 399. Cald. Pereira *d. c.* 21. *n.* 19. Valasc. *q.* 9. *n.* 21. vbi *n.* 22. resolvit quòd instrumenta facientia mentionem de confinibus enuntiatiuè, veluti dicendo, quòd vendita fuit talis domus, cui ab aquilone cohæret domus Titij & est in tali castro, vel territorio, non probant illa loca confinia esse eorum, quæ nominantur, nisi agatur de probandis finibus antiquis, de quo etiam Mascard. *concl.* 394. *a n.* 1. Ex enuntiatiuis verò plurium instru- 9 mentorum, præsertim iunctis adminiculis probantur confinia, Rota *dec.* 683. *n.* 4. *in fine*, apud Farin. *p.* 1. *recent.*

Nec non testes.] Confines probantur per testes, 10 quamvis

quamvis sint de auditu, Mascar l. *concl.* 395. Farin. *in prax. crimin. part.* 2. *quæst* 69. *num.* 120. Cald. Pereira *d. cap.* 21. *num.* 15. Hieron. de Monte *d. tract. cap.* 51. Roman. *cap.* 92 *sub num.* 1 *vol.* 4 quod absque dubio locum sibi vendicat in testibus, qui non simpliciter dicunt audiuisse ab antiquis, sed expressè testantur audiuisse ab eorum maioribus, quorum aliquos nominant Cranet. *de antiquit. tempor. vers. viso de fama num.* 12. Hieron. de Monte *d cap.* 51 *num* 9. Mascard. *d. conclus.* 394. *num.* 7 & quamvis sint singulares, Mascard. *concl.* 395. *num.* 31. & *concl* 753. *num.* 49. dummodo rationem reddant dicti sui, Mascard. *d. concl* 395. *n* 3. & *concl.* 369. *n.* 24. Farin. *d. p.* 2. *q.* 70. *num* 186.

11 *Famam.*] Notatur ad hoc quòd confines probantur per famam publicam, & antiquam, vt per Ruin. *cons.* 92. *num.* 2. *volum.* 4 Hieron. de Monte *de finibus regundis*, *cap* 55. *n.* 10. & *cap* 66. *num.* 1. Xuar. *alleg* 6. *num.* 9. & 10. Grat. *resp.* 138. *num.* 11. *volum.* 1. Duen. *reg.* 299 *vers. limita* 7 Ial. *in l. prætor ait. § prætor. num.* 25. *ff de edendo*, Dec. *in cap.* 1. *de appellat.* vbi Franch. *n.* 10. idem Dec. *in cap. veniens il.* 1. *num* 11. *de testibus*, Afflict. *dec* 277. *n* 2. Cassad. *dec.* 2. *de prob. n.* 2. Tiraq. *de iure primog. in præfat. num.* 103. Mascard. *concl.* 396. Mench. *d. cap* 84. *num.* 16. Nam in factis antiquis fama plenè probat, Alex. *cons.* 4 *num.* 2. *lib.* 2 & *cons.* 16. *num.* 22. *lib.* 5. Mascard. *concl.* 103. *n.* 12. Mich. Grass. *communium opinion. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 212. *cum seqq.* Cald. Pereira *d. cap.* 21. *num.* 16. Mench. *d. cap.* 84. *num.* 15. Duen. *reg.* 299. *limit.* 7. Auendan *de exequendis mand. p.* 1. *cap.* 6. *num.* 6. Valasc. *d. q.* 6. *num* 25. & 26. Gam. *Lusit. dec.* 290. *num.* 1. Stephan. Gratian. *discept. fore s. cap.* 78 *num* 35. & 36. Cald. Tusch. *tom.* 3 *lit. F. concl.* 66. *à num.* 10. Farin. *in praxi crim. quæst.* 47. *num.* 106. & 117. Seraph. *decis* 75. Sigism. Scacc. *in tract. de indic. causar. crimin.* &c. *lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 106. Rot. *dec.* 171 *n.* 7 *p.* 1. *diuers.* Intellige tamen in causis ciuilibus, quia in criminalibus fama nec plenam in antiquis, nec semiplenam in non antiquis probationem facit, vt per Lancel. Conrad. *in pract. lib* 1 *cap.* 9. *§.* 2. *de offic. Prætor. in causis ciuil in rub. dicta testium esse sumenda, in verbo de fama n.* 54. *vers. tertium*, Mascard. *de probat. concl.* 754 *ex num.* 1. Farin. *in praxi crimin. q* 47 *sub limit.* 2. *ex n.* 59. & *cons.* 127. *n.* 28. *in fine lib.* 2.

Nec contra resolutionem suprà positam, quòd scilicet confines probentur per famam publicam & antiquam, obstat quòd *in hoc text* ibi, & *quæcunque adminicula*, &c. vltra famam alia adminicula desiderantur ad plenè probandum in rebus antiquis, quia respondetur *in hoc text.* requiri adminicula non copulatiuè, sed distributiuè, cùm dict. &, distributiuè aliquando recipiatur iuxta materiam de qua agitur, arg. text. *in c.* 2. ibi, *te tuaque liberando, de homicid.* Vel aliter & melius tentari potest *in hoc text.* non fieri mentionem de spatio centum annorum, nec de excessu memoriæ hominum, provt requiritur ad effectum vt fama plenè probare possit, & proinde dicendum videtur textum non agere de finibus, qui erant antiqui antiquitate requisita, provt colligitur ex verbo *testes*, quo text. *in præsenti* vtitur, per quod significat diuisionem, de qua est dubitatio per testes scientes, vel videntes probari posse.

13 In gloss. *Per libros*, 1. ibi, *item creditur instrumento producto ex archiuo publico*, &c. Notatur ad hoc quòd scripturæ repertæ in archiuo probant, quamvis requisitas non habeant solemnitates, vt per Marsil. *in rub. C. de probat. num.* 293. Ranchin. *p.* 4. *concl.* 174. Vezin. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 4. *tit.* 11. *num.* 104. *pag* 372. & Bellacomb. *num.* 229. *pag.* 585. & Soar. *n.* 308 *pag.* 586. Ioseph. Ludon. *Perus. dec.* 105 *ex n.* 19. Valasc. *de iure emphyt. q.* 9. *n.* 26. *vers. rursus*, & *numeris seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 111. *n.* 9. & 10. & *concl.* 711. *n.* 61. & *concl.* 973. *n.* 50. Ozasc. *Pedem. decis.* 69. *ex n.* 1. Caputaq. *decis.* 3. *n.* 10. *p.* 2. Anton. Port. inter consilia Farin. *lib.* 2. *cons.* 189. *n.* 11. Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de fide instrum. resol.* 8. Quarant. *in sum. Bullarij*, *verbo Archinus*. Farin. *cons* 158. *num.* 11. & *cons* 164. *n.* 14. *lib* 2. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 3. *c.* 582. Sebast. Guazin. *in tract. de pace*, *q.* 23. *p.* 1. *num.* 16. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia & criminal. differ.* 54. *num.* 2. vbi ex *num.* 5. post Anton. Gabr. *commun. lib.* 1. *tit de probat. concl.* 5. *n.* 15. Mascard. *de probat. concl* 975. *num* 54. hoc intelligit procedere quoties agitur de probando aliquo negotio ciuili, siue ad ciuilem causam pertinente, secus verò si ageretur de negotio criminali, vel de aliquem criminaliter condemnando, quia isto casu prædictis scripturis etiam in publico archiuo repertis non est fides adhibenda.

In ead. gloss. ibi, *item si reperiatur scriptura in aliqua columna, vel lapide*, &c. Notatur ad hoc quòd confines probantur per lapides antiquos pro terminis apponi solitos, vt per Mascard. *concl.* 400. Cald. Pereira *d. c.* 21. *n.* 20. & 21. vbi *n* 23. quòd etiam probantur per priuilegia antiqua, & *n.* 29. quòd etiam probantur per custodiam locorum.

In gloss. *Testes*, 2. Notatur ad hoc quòd in probandis finibus antiquis non sunt omnino necessariæ exactæ probationes, vt per Menoch. *cons.* 147. *à num.* 1. 14

In gloss. *Adminicula* Notatur ad hoc quòd plures imperfectæ probationes etiam diuersi generis si tendant ad eundem finem coniunguntur ad faciendam plenam probationem, vt per Farin. *p.* 4. *cons.* 70. *n.* 67. latè Anton. Gabr. *commun. lib.* 1. *tit. de probat. concl.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib* 1 *præs.* 41. *ex num.* 1. Seraph. *decis.* 276. Intellige in ciuilibus, nam in criminalibus imperfectæ probationes diuersi generis non coniunguntur, vt plenè probent, & ad condemnandum sufficiant, vt per Gabr. *d. concl* 1. *n* 23. Boss. *in pract. crimin. tit. de conuict. n.* 23. Clar. *§. fin. q.* 63. *vers. tu scis*, Penia *in direct. inquiritur*, *p.* 3. *q.* 72 *pag.* 616. *vers. quod si cum teste singulari adsit fama de crimine*, & *pag.* 616. *vers. primum quia*, Farinac. *in praxi crimin q.* 86. *n.* 3. & *n.* 71. & *cons.* 182. *n.* 2. *lib.* 2. nisi essemus in criminalibus pecuniariis, quia tunc imperfectæ probationes diuersi generis iunguntur, secundùm Gabr. *d. concl.* 1. *n.* 16. & 26. Clar. *d. q.* 63. *vers. tu scis*, Menoch. *d. præs.* 41. *n.* 8. & *seqq.* 15

SVMMARIVM.

1 *Matronæ reprobari possunt per quas virginitas probatur.*
2 *Restitutio vxoris nondum cognitæ denegatur viro.*
3 *Matronæ debent esse artis peritæ, honestæ, & bonæ famæ.*
4 *Virginitas probetur, remissiuè.*
5 *Matronæ vt legitimè de fœminæ virginitate deponant, non satis est, vt illius, verenda oculis perspiciant.*
6 *Castitas pretiosissima omnium.*

CAP. Causam matrimonij. XIV.

MAtronæ, quæ in causa matrimonij separandi attestatæ sunt puellam esse virginem, possunt reprobari 1

reprobari à viro per alias probationes, quæ sunt recipiendæ, & per nouas matronas est expediendum de virginitate, & interim puella haberi debet in loco tuto ne patiatur violentiam. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar. Bellam.Ioan.Andr. Imol. Anan.Panorm. Anchar.Host.Bald. Butr. Felin. Henric.Barbat.Dec.Mynsing. Aretin. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 145. Alagona *in compend.iuris Canon. pag.*256.remissiuè Ximen.*in concord. p.*1.*&* 2.

2 Probat hic text.viro denegari restitutionem vxoris nondum cognitæ, & iuberi eam in monasterio depositam esse donec eam minimè cognitam esse probetur, vt per Sanch.*de matrim. ib.*7. *disput.*112. *n.*6.*&* 8.

3 *Honestas matronas, prouidu,* &c.] Notatur ad hoc quòd matronæ debent esse artis peritæ, honestæ, ac bonæ famæ, non leues ac viles, ne modico pretio subornatæ falsò deponant, vt per Sanch.*d.lib.*7.*disp.* 113.*à n.*1.

4 *Signa virginitatis.*] Qualiter probetur virginitas, vide Perez *in rubr. tit.*15. *gloss.*1. *pag.*279. *lib.*8. *Ordinam.*

5 *Quia sæpè manus fallit.*] Notatur ad hoc, quòd vt matronæ legitimè deponant de fœminæ virginitate, non satis est, vt illius verenda oculis perspiciant, atque sufficienter, & sagaciter tangant manibus, vt per Fulu. Pacian.*de probat.lib.*2.*cap.*1.*num.*17. Sanch. *d disp.*113.*num.*10.vbi *à n.*11.per hunc text.resolnit cæteris paribus magis esse habendam fidem testificantibus virum esse potentem, quàm dicentibus frigidum.

6 *Virginitatis priuilegio.*] De priuilegiis virginitatis, eiusque laudibus, vide D.Thom.2.2.*q.*152.Sot.*lib.*4. *sent.disp.*29.*q* 6.*art.*2.Pelag.*de planctu Ecclesiæ, lib.*2. *cap.*83. Illud autem non est paruipendendum, quòd in tantæ virtutis præmium particulares vitas prorogare dignatus est Deus, vt auctor vitæ, & mortis cognoscatur, S.Ioan.*cap.*1.nam eo Dauid Episcopus Scotus vixit vltra annum 170. vt tradit Olaus *lib.* 4. *cap.*4. & Senerus in virginitatis, & sanctitatis meritum vixit ad annum 300. vt tradit Petr. Natal. *in eius vita,* potest enim natura, & arte mors retardari, non tamen vitari.Franc. Vallesi.*lib.*6. *controuers.cap.*1. Et de priuilegiis honestatis ex professo egit Conlusitanus noster Bened. Ægid. Nam castitas pretiosissima omnium, maximáque possessio, vt ait Magnus Basil.*lib.de virginitate*, & dignitas magna, quia hominem Deo simillimum facit. Ego ipse *de offic.& potest.Episc.p.*1.*tit.*2. *gloss.*8. *n.*9. vbi per totam illam glossam plura de castitate dixi, quibus addo D. Th. 2.2.*q.*151.*art.*1. *cum seqq.*Less.*de iustit.lib.*4.*c.*2.*dub.*13. Illustr.D.meus Roder.Cunha *in comm ad cap.de iis* 5. *n.*4. *dist.* 28. Riberam & Blasium Viegas super illud Apocal.14.*Virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocunque ierit.*

SVMMARIVM.

1 *Acta etiam litis ordinatoria facta coram primis iudicibus fidem faciunt coram secundis.*
2 *Acta originalia quæ dicantur, ostenditur.*
3 *Acta apud quem iudicem remanere debeant, ostenditur.*
4 *Acta processus, & attestationes habitæ apud vnum iudicem fidem faciunt apud alium successorem.*
5 *Confessio litigantium admittitur in probando contestationem præcessisse.*
6 *Probationes post publicatas semel attestationes iterum reciri possunt, vbi priores non extant.*

7 *Tractare, & tractatus multipliciter in iure dicitur.*

CAP. Cùm bonæ. XV. & fin.

Gregor. IX.

ACta originalia, quæ remanserunt apud primos iudices, habent vim si transferantur ad secundos iudices, & si non habent, accipiantur de nouo probationes.Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Collect. Innoc.Zabar.Bellam.Ioan.Andr.Imol.Anan.Anchar. Panorm. Host. Bald. Butr. Barbat. Decian. Mynsing. Aretin.Felin.Cujac.Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif.pag.* 145. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.*256.remissiuè Casal.*in annot.*& Ximen.*in concord. p.*1.*&* 2. 1

Acta originalia.] Quæ sint acta originalia explicant gloss. & Doctores *in l.*2.*ff. de fide instrum. & in cap.*1.*illo tit.* omnes per text. *ibi, verbo, originalia, in cap quoniam contra, supra hoc tit.* post alios Couarr. *pract. cap.* 19. *à princ.* vbi ex communi resoluit originale in proposito appellari publicam scripturam, quasi origo sit ipsius actus, & omnium exemplarium, quæ deduci, & adduci debent, licèt aliquando originalia dicantur ea, quæ authentica sunt, iuxta communem *in d. cap.* 1. *& in d.l.*2. tradit idem Couar.*dicto loco,* vbi in sequentibus numeris explicat an, & quando hæc originalia differant à protocollis, de quibus *in auth.de tabellionibus*, §.*vlt.* vbi gloss. & Doctores. 2

Apud priores iudices remansisse.] Ergo apud iudices acta manere debent, vt per Boër.*decis.*15.*num.*4. *&* 15. Sed dubium facit quòd talia acta originalia necessariò remanere debent apud notarium, qui eadem scripsit, ad quem recurrendum est super his, de quibus dubium, vel controuersia fuerit, *cap quoniam contra, vers. & omnia, sup. hoc tit.* ibi, *ita quòd originalia penes scriptores remaneant*, vbi notant Doctores, vt per Felin. *not.*7. Bero. *n.*52.tradit Couar. *d.c.*19. *n.*2. *vers. de his.* Cui difficultati non satisfacit *gloss.* 1. *hic*, dum sentit alternatiuè, vel apud notarium, vel apud iudicem posse originalia remanere, siquidem repugnant verba *d.cap. quoniam*, vnde inter alios intellectus, de quibus per Bero. *d. num.*52. communiter receptum est cum Ioan. Andr. *in d. cap. quoniam contra*, quem alij sequuntur *ibi*, Abb.Felin. & omnes *hic*, communis ex Boër. *d.n.*4. prædictum *cap. quoniam*, cum similibus procedere attento iure: at verò *hic* referri factum, quia scilicet de facto potiùs, quàm de iure remanserant acta originalia apud priores iudices, id quod non approbat is text. quippe qui supposita ea facti contingentia explicat quid agendum sit, & qualiter eadem acta remitti debeant ad alios iudices. Vnde cùm Papa principaliter non decidat apud quem originalia remanere debeant; vtique in eo, quòd refert apud iudicem remansisse, supponendi sunt termini in quibus id iure fieri potuit, veluti quia pendente lite iudex acta retinebat, vt eadem examinaret, & super dubio aliquo interloqueretur, & pronuntiaret. Notabis ex hoc text. iuxta communem intellectum quòd licèt acta originalia non reperiantur apud notarium, qui attento iure eadem reseruare debet, sed apud alium ad quem iure communi non pertinet, adhuc fides faciunt, ex Abb.Aretin.Felin.& aliis *hic*, tradit Ang.per text.*ibi in l.qua*, §.*vlt.*vbi Alex.& alij, *ff. de edendo.*

Ad nostram præsentiam remittatis.] Ergo acta processus, & attestationes habitæ apud vnum iudicem, fidem faciunt apud alium successorem, qui de eadem causa cognoscit, vt *hic* notant omnes, text. vbi gloss. & communis *in cap. causam, quæ* 11. *de testib. l. mortuo* 60. vbi gloss. & communis, *ff. de iudic.* post alios Menoch. *de arbitr. q.* 33. *à n.* 8. Decis. Pedem. 1. *num. vlt.* Mascard. *de probat. concl.* 33. *à princ.*

Vtrùm autem attestationes receptæ in iudicio incompetenti alij competenti in quo ab eisdem partibus litigatur, remittantur, & faciant fidem, dubium est non contemnendum. Partem affirmatiuam sustinere videtur Bald. *in l.* 1. *col. fin. ff. de feriis*, Decian. *n.* 9. & 10. *& in cap. at si clerici, de iudic.* refert alios Mascard. *de probat. concluſ.* 43. *num.* 24. Pro quibus facit primò, quia iudicium sæculare respectu clerici dicitur iudicium incompetens, probat text. *in cap.* 2. *& in cap. si diligenti, de foro comp.* & tamen attestationes in iudicio sæculari contra clericum, receptæ contra eundem in iudicio Ecclesiastico admittuntur, & faciunt fidem, vt videtur probare text. *in cap. multi* 2. *quæst.* 1. *vers. nos verò*, ibi, *siue sæculari*, &c. Facit secundò, quia si prædictæ attestationes in iudicio competenti non admitterentur, non fieret aliquo modo condemnatio, arg. text. *in cap. at si clerici, in princip. de iudic.* constat autem per tales attestationes fieri condemnationem per iudicem competentem, vt videtur probare text. vbi DD. communiter *in cap. vltim. de restit. spoliat. & in cap.* 1. *de accusation. in 6. ergo*, &c.

Contrariam tamen sententiam obseruat communis, vt per Clar. §. *fin. quæst.* 36. *num.* 49. Mascard. *vbi supra num.* 25. Pro qua facit, quia vbi iudex incompetens est, statim redditur nullum iudicium illius, ex reg. *l.* 1. *& 2. C. si à non competenti iudice*, constat autem attestationes, & acta gesta nulliter in iudicio nullo nullam fidem efficere, iuxta resoluta per DD. *in d. cap at si clerici*, facit decisio text. *in l. pen. ff. si certum pet.*

Ego verò resoluendum puto attestationes eatenus fidem facere & probationem in alio iudicio, quatenus in iudicio omnino, vel ex partium consensu competenti recipiuntur, quæ verò apud iudicem omnino incompetentem & prohibitum recipiuntur, nullam fidem efficere, nec esse admittenda in alio iudicio competenti, constat namque prædictas attestationes eatenus fidem facere, quatenus valida sunt, arg. text. *in l.* 4 §. *condemnatum, ff. de re iudic.* Vnde cùm valeant attestationes, quæ recipiuntur in iudicio competenti, vel ex se, vel ex partium prorogatione, minimè verò illæ, quæ sunt receptæ in iudicio omnino incompetenti, & improrogabili, iuxta text. *in d. cap. at si clerici*, meritò effectum est vt illæ faciant fidem, minimè verò istæ, quæ in tali iudicio recipiuntur. Accedit quòd testes ad faciendam fidem, oportet vt iudiciales sint, qui quidem tales efficiuntur si respectu illius iudicij recipiens propriè & verè iudex sit in illa causa, de qua agitur, iuxta text. *in cap. forus, de verbor. signif.* ac proinde cùm solum dato iudice competenti simpliciter, vel ex partium prorogatione propriè, & verè iudex esse dicatur, & iudicium sufficiens existat, minimè vero si incompetens omnino proponatur, merito dicendum est respectu illius attestationes receptas fidem facere, non vero respectu istius si in hoc fuerint receptæ.

Qua retenta explicatione non obstant suprà adducta pro prima sententia. Ad primum enim de text. *in d. cap multi*, respondetur text. illum esse reducendum ad terminos habiles, itavt loquatur de clerico conuicto in iudicio sæculari competenti, & legitimo respectu ipsius clerici, conuicti; sic aliàs sententia prolata à iudice sæculari, vbi ad illum spectat cognitio, parit exceptionem rei iudicatæ, si opponatur apud Ecclesiasticum iudicem, iuxta text. *in cap. fin. de exception. in sexto.* Ad secundum satisfit si dicas iura illa *in d. cap. fin. & in d. cap.* 1. procedere in illis casibus, in quibus iudicium non est nullum ex defectu competentiæ, sed ex alio longè diuerso, qui totaliter non annullat attestationes receptas, provt eleganter considerat Valasc. *consil.* 65. *n.* 3. *vers. illud.*

Cùm non reuocetur in dubium, &c.] Ergo in probando contestationem præcessisse admittitur litigantium confessio, vt notant Abb. *num.* 4. Bald. Aretin. Felin. Dec. & omnes *hic*, idem Felin. *in cap. de causis, n.* 6. *& in cap cùm causam, n.* 19. *sup. hoc tit.* Boër. *decis.* 15. *n.* 5. Roman. *sing.* 123. 5

Recipiatis partis probationes.] Quæ etiam post receptas, & publicatas semel attestationes iterum recipi possunt, vbi priores non extant, & diligenter quæsitæ non inueniuntur, vt satis probat hic text. ex quo ita notant Doctores sic intelligentes *gloss.* 3. *hic*, resoluit post multos Gabr. *lib. comm. tit. de testib. concl.* 11. *num.* 75. 6

Tractatum.] Quamvis tractare, & tractatus in iure multipliciter dicatur vt latè Rebuff. *in l. Marcellus, ff. de verb. signif.* nihilominus *hic*, & passim alibi, proprie loquendo tractatus importat colloquium, vel discussionem, per quam de re aliqua ante vltimam illius conclusionem agitur, vt notant Felin. & Dec. *hic in fine*, Tiraq. *de retract. lig. ad fin. tit. n.* 31. Menoch. *de arbitr. casu* 470. *à princ.* Rebuff. *d. loco.* 7

In gloss. *De compositione, fin.* ibi, *ad quam iudices primò dare debent operam.* Intellige ex honestate suadendo, & exhortando non vero cogendo, *cap. vlt.* ibi, *poteris*, vbi gloss. & Doctores, *de transact. auth. vt litigantes iurent, §. vlt* ibi, *cogere*, &c. Duen. *reg.* 30. Padil. *in rubr. C. de transact. à n.* 9. Molin. *de primog. lib.* 4. *c.* 8. *n.* 30. limitantes non tantum in supremo Principe, iuxta *cap. cùm inter* 16 *in prine. de elect.* ibi, *ad componendum coëgit*, quem ad id notant multi, vt per Padil. *d. loco à n.* 11. verum etiam in inferiore, vbi partes diu litigarunt, siquidem eas ad componendum potest iudex compellere, obseruant plerique, vt per Felin. Padil. *n.* 14. Molin. *d. loco*, Perez *l.* 1. *gloss.* 2. *tit.* 8. *lib.* 1. *Ordinam.* 8

De Testibus, & attestationibus.

TIT. XX.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*
2 *Testium materiam qui Doctores tractent, citantur.*
3 *Testis duplex est, alius interior, alius exterior.*
4 *Testis interior dicitur ille, qui de rebus interioribus deponere potest.*
5 *Testis exterior appellatur ille, qui de rebus exterioribus per aliquem sensum corporeum deponit.*
6 *Testis definitur vt sit legitimus probator super statum causæ alterius adductus.*
7 *Attestatio definitur vt sit legitima probatio facta per vocem illius, qui super statum causæ alterius adducitur.*

8 *Attesta*

8 *Attestationes vocantur depositiones, & dicta testium, quæ parte præsente, vel vocata facta probant.*

VPER hanc rubr. scripserunt Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Aretin. Mynsing. Mart. Vran. Guid. Papæ, Mar. Socin. Cujac. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol. 63. verso,* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canon. fol.* 168. Petr. de Rauen. *in compend. iur. Can.* Martin. Mesnart. *in epitom. Decret. fol. 66.* Dan. Venat. *in analysi method. iuris Pont. à pag.* 246. Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in exposit. tit. Decret. al.* Zypæ. *in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag.* 134. nouissimè Ioan. Honor. *lib. 2. summ. in Decret.* omnes *sub hoc tit. & part. 4. repet. in iure Canon. ad secundum Decret. lib.* Paul. de Eleazariis.

2 De testibus peculiares tractatus in lucem ediderunt Albert. de Malettis *tom. 4. tract. Doctorum, fol.* 164. Andr. Barbat. *eod. tom. 4. fol.* 130. Angel. de Vbaldis *eod. tom. 4 fol.* 76. Bald. Perus. *tom. 4. fol.* 71. Barthol. de Saxoferrato *eod. tom. 4. fol.* 63. Federic. Schena *eod. tom. 4. fol.* 72. Franc. Curt. *eod. tom. 4 fol.* 125. Iacob. Ægid. *fol.* 73. Iacob. Butrig. *fol.* 88. Ioan. Crot. *fol.* 199. cum apostilla Petri de Moncada, Lanfranc. de Oriano *fol.* 179. cum addit. Bened. de Vadis, Cell. Vgo, Petr. Rebuff. Socin. *d. tom. 4 fol.* 139. Nesl. à S. Germin. *fol.* 79. Nep. de Monte Albano *fol.* 52. Steph. Aufrer. *fol.* 100. Tyndar. *fol.* 147. Hortens. Caualcan. Iacob. Damhaudetus, Bened. de Vadis, Angel. de Perus. Ægid. Bossius, Ludou. Vitalis, Robertus Maranta, Nicol. Perenottus. De materia tituli vltra citatos in suis particularibus tractatibus, agunt apud Lusitanos Ordin. Regia *lib 3. tit. 55. cum seqq.* vbi parens meus, & apud Castellanos *tit. 16. p 3.* vbi Gregor. Lopez, *& tit. 11. lib. 3. Ordin.* vbi Perez, *& l. 4. tit. 17. lib. 8. nouæ recop.* vbi Azeued. Soar. Kirchou. & alij *tom 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10.* Anton. Gabr. *tom. 3. commun. opin. sub hoc tit. pag.* 32. & Ioseph. Ludou. *ibid. pag.* 571. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, testis,* Cardos. *in praxi iudicum eod. verbo,* Mort. *in emporio iuris Ciuilis, p. 1. tit. 11.* Fr. Ludou. Miranda *de ordine indic. q 23 & 24.* Cur. Philip. *p. 1. §. 17.* Sigism. Scac. *de iudic. lib. 2. c. 8. & 9.* Galgan. *de iure publico, lib. 2. tit. 32.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. 2. sub hoc tit.* Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap. 7. de forma probat.* latè & eleganter Farin. *in praxi crimin. p. 2. tract. de oppositt. contra personas testium, q. 53. cum seqq.* De testium numero Petr. Domin. Magdalen. De examinatione testium Nicol. Leseut. *tom. 4. tractatuum Doct. fol.* 231. De reprobatione testium Bagarot. *eod. tom. 4. fol.* 298. Barthol. *fol.* 73. Iacob. Ægid. *fol.* 73. Angel. de Perus. *fol.* 75.

3 *Testibus.*] Duplex est testis, alius interior, alius verò exterior testis appellatur: prior est ille, qui de rebus interioribus deponere potest, & sic consideratus alius superior dicitur provt est Deus Opt. Max. iuxta illud Iob. 16. *Ecce in cœlo testis,* &c. refertur *in cap. inter verba 11. q. 3. & in cap. si peccatum,* ibi, *aut testis est mihi Deus, 25. q. 1.* & illud Pauli 3. *ad Cor.* 10. ibi: *Testem Deum inuoco in animam meam,* & illud *Ioan. 1. Canonica, c. 5.* ibi: *Si testimonium omnium hominum accipimus, testimonium Dei maius est,* docet Aug. *in serm. 50. de verbis Apost Iacobi tom. 10.* ibi, *Quid est iurare nisi testis est Deus,* notat Bald. *in l. falsam, n. 10. ff. de his, qui sunt sui,* tradit D. Th. 2. 2. *q. 89. art. 6.* facit illud Psalmi: *Scrutãs corda, & renes Deus;* & alius inferior, & hic est propria conscientia, & probat text. *in d. cap. inter verba,* ibi: *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, & in c. custodi, ea de causa & quæst.*

Exterior verò testis dicitur ille, qui de rebus exterioribus per aliquem sensum corporeum deponit, de quo agit text. *in cap. nolo 12. q. 2. & in c. iubemus, de consecr. dist 2.* & de illius testimonio in hac rubr. tractatur. 5

Testis autem iste exterior de quo *hic* agitur, dictus quasi à testatione, nullibi apud Doctores, quos viderim, definitur, licèt vna testimonij scriptio reperiatur tradita per Archid. *in c. testes 3. q. 9. n. 1.* quem *ibid.* sequitur Bellam. Nobis tamen videtur accommodata illa definitio, vt testis sit legitimus probator super statum causæ alterius adductus; quæ definitio colligitur ex text. *in c. forus 10. de verb. signif. vers. testes il 1.* ibi: *Quòd super causæ statum proferebantur*; sic sanè attestatio, de qua in hac rubr. rectè definitur, vt sit legitima probatio facta per vocem illius, qui super statum causæ alterius adducitur. Dicitur, *probatio,* & tale verbum loco generis ponitur in definitione, vtpotè quia probatio genus est ad instrumentum, præsumptionem continere dicuntur, suo enim modo ostendere, seu manifestare solent, in qua ostensione, manifestatione essentia probationis consistit, iuxta *l. si filius 8. & in l. quoties 18 ff. de probat. & in l. 1. cum seqq. & in l. si de possessione, C illo tit.* aduertit Abb. *n. 2 in hac rubr. & in cap. licèt, n. 20. de probat.* Reliquæ particulæ loco differentiarum constituuntur. 6

Attestationibus.] Depositiones, & dicta testium vocantur, quæ parte præsente, vel vocata facta probant, vt per Rebuff. *ad l. 39. §. attestari, ff. de verborum signif. pag* 226. 8

SVMMARIVM.

1 *Testis pretio conduci non debet, sed idoneus, ac fidelis & ieiunus.*
2 *Testis corruptus promissione, pecunia, vel alia re non probat.*
3 *Ieiunus testimonium dicere debet.*
4 *Ebrius non potest esse idoneus testis.*
5 *Edictum de testibus prohibitorium est.*

CAP. Placuit. I. *Ex Conc. Matic.*

TEstis pretio non est conducendus, sed idoneus, fidelis, & ieiunus assumendus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Host. Butr. Henric., Bald. Panorm. Anan. Felin. Dec. Aretin. Mynsing. Martin. Vran. Cuiac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 146. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 257. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 12. c. 1.* 1

Collige ex text. testes, qui ad ferendum testimonium producuntur, pretium recipere non posse, idem probant text. *in cap. placuit 4 q. 3. & in c. non sanè, vers. sed non ideo 14. q. 1* tradunt glos. *verbo pretio,* Abb. *n. 2. in fin.* Felin. & Imol *n. 1* Dec. *n. 3.* Anan. *in princ.* Bald. & alij *in præsenti,* resoluunt DD. *in c. licet causam, de probat. & in c. sicut, infr. hoc tit.* Bart. *in l. 2. §. 1.* vbi Hippol. *n. 5. ff. de falsis,* Anan. *in cap. 1. num. 15. de crimine falsi,* Albert. *de testib. p. 2. n. 1.* Aufrer *eod. tract. n. 30. & 76.* D. Thom 2. 2 *q 71. art. 4. in corpore,* Cou. *in reg. peccatum p. 2. §. 3. num. 2. & in cap. quamvis pactum, p. 3. §. 7. num. 5.* Menoch. *de arbitrar. casu 310.* Ratio est, quia per receptionem pretij violatur integritas, & veritas, quæ in iudicio necessaria est, siquidem testis pretium accipiés non tam liberè testificatur, nec præ- 2

sumitur dicere veritatem, eo quòd numera excœcant prudentes, & subuertunt verba iustorum, ne veritatem intelligant, vt legitur *Deuteron. cap.17.* quæ quidem ratio concludit etiam quando ab vtraque parte pretium recipitur; licèt enim testis in dicendo testimonium veritatem de necessitate dicat, & quoties id oportuerit ad dicendum testimonium teneatur, ex Doctrina D. Thom. *d.quæst.70 artic. 1.* Navar. *in cap. inter verba, corol. 63.* non tamen potest tacere, vel facere illud in quo falsitas, vel aliquo modo violatio integritatis reperiatur, ac proinde nil mirum si receptio ab vtraque parte similiter reprobetur.

Non obstat text. *in l. quoniam, C. de testib. & in cap. statutum, §. proferendo, de rescript. lib. 6.* quia respondetur in his iuribus receptionem, de qua *ibi*, non fieri pro ipso testimonio, sed pro expensis, quas faciunt testes in ferendo testimonio, quas quidem non solùm testes recipere possunt, sed etiam de necessitate illis persoluendæ sunt. Nec etiam obstat quòd Aduocato licet pecuniam, seu pretium recipere ab illo, cuius causam defendit, *d. cap. non sanè & l. sumptu, ff. de pactis*, quia satisfit si dicas Aduocati patrocinium, eo quòd continet hominis ministerium, esse pretio æstimabile, sicut etiam consilium Iurisperiti, cùm sint actus scientiæ acquisitæ, ac proinde nil mirum si pro illis pretium licitè recipiatur, D. Thom. *d. art. 4.* Sot. *de Iustit. lib. 5. q. 8. art. 4.* Nau. *in man. c. 25. num. 30.*

2 *Vt testes non conducantur pretio.*] Notatur ad hoc quòd testis corruptus promissione, pecunia, vel alia re non probat, & de facto accusari potest, vt per Rebuff. *in tract. de reprobat. testium, n. 403. cum seqq.* Mascard. *de probat. concl. 454. n. 1. & concl. 1358. n. 1.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, testis, n. 57* latè Farin. *in praxi crimin. p. 2. q. 67. à n. 236.* vbi multipliciter ampliat, & limitat, Amat. Roderic. *de forma videndi, seu examinandi processum, cap. 9. n. 3. versic. cæterum, & n. 9.* Mendez à Castro *in praxi Lusitana, lib. 3. c. 13. à num. 2.*

3 *At nullus testimonium dicat, nisi ieiunus.*] Notatur ad hoc quòd ieiunus testimonium dicere debet, aliàs non valet sua attestatio; de consuetudine tamen testimonium siue ieiunus, siue non ieiunus dicere poterit, vt per Rebuff. *de reprobat. testium, n. 230.* Mascard. *de probat. concl. 579. n. 5.* vbi etiam aduertit quòd hîc non ponitur prohibitio, sed quædam bona persuasio, quæ est quoddam quasi consilium.

Dum text. iste dicit in ieiunio esse testimonium ferendum, variè à DD. explicatur, nonnulli enim intelligunt procedere in illis locis tantùm vbi homines qui testificantur, post potum aliquantulum indiscreti censentur remanere, ex quorum numero sunt Ioan. Andr. & alij *in præsenti*. Alij verò existimant text. procedere de honestate, & consilio, iuxta *cap. honestum 22. q. 5.* ita gloss. Innoc. Bellam. Bald. & Anan. vterque *n. 4.* Imol. *à n. 2.* & communis sententia ex Mynsing. *n. 29. in præsenti*. Sed verius est prædictam ieiunij solemnitatem in testimoniis ex præcepto desiderari, itavt aliter attento iure idoneus testis non censeretur, quemadmodum aliæ solemnitates etiam in testimoniis requirebantur, putà vt iuramenta in Ecclesia propè Altare à testibus præstarentur, provt tradit D. Thom. *2. 1. q. 89. art. 10.* refert Sot. *lib. 8. de Iustit. q. 1. art. 10. col. 2.* Couar. *in cap. quamvis, p. 1. in §. 1.* quæ quidem solemnitates per desuetudinem antiquatæ sunt, vt in specie fatetur Felin. *in præsenti, n. 3.* & iam in aliquibus constituerat text. *in cap. decreuit, 22. quæst. 5.*

4 Vnde ebrium non esse idoneum testem, tenent Donat. à Fina *tom. 1. communium opinion. lib. 4. tit. 10. num. 154. pag. 530.* Mascard. *concluſ. 1358. num. 9. & d. concluſ. 579.* Rebuff. *d. tract. de reprobat. testium, num. 201.* Amat. Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap. 9. n. 17.* Farin. *in praxi crimin. part. 2. quæst. 56 à num. 434. & n. 438.* dicit procedere in penitus ebrio, vt non intelligat quid agat, seu dicat; modica enim ebrietas à testificando testem non repellit, Mascard. *concluſ. 579. à num. 8.* Multa incommoda quæ ebrietas gignere solet, aliaque in detestationem huius vitij retuli *in tract. de offic. & potest. Episcopi, part. 1. tit. 2. gloss 11. à num. 5.*

In gloss. *Idonei*, ibi, *& edictum de testibus prohibitorum est, vt quilibet admittatur, qui non repellitur.* Vide Ordin. Regiam Lusitan. *lib. 3. tit. 56. in princ.* Hect. Æmil. *in tract. huius tit. in rubric. testis locus generalis, n. 10 fol. 80.* Rebuff. *in tract. de reprob. testium, n. 7.* Mascard. *de probat. concl. 1356. n. 1.* Menoch. *conſ. 231. n. 6.* Cur. Phillp. *p. 1. §. 17. n. 13.* Farin. *d. p. 2. q. 53. n. 1.* Amat. Roder. *de practica, c. 9. n. 24.* Rota *deciſ. 147. n. 8.* apud Farin. *p. 1. in recent.*

5

SVMMARIVM.

1 *Testium receptio facta contra non citatum nulla est.*
2 *Citanda est pars in receptione testium.*
3 *Adulteri,*
4 *Bannitus,*
5 *Blasphemus,*
6 *Calumniator condemnatus,*
7 *Carceratus de crimine, quod per sententiam infamaret,*
8 *Concubinarius manifestus,*
9 *Criminosus condemnatus,*
10 *Decocti,*
11 *Ebrius punitus,*
12 *Fustigatus, & ad triremes transmissus,*
13 *Hæreticus,*
14 *Histriones,*
15 *Lenones,*
16 *Lusores,*
17 *Maleficus,*
18 *Meretrix,*
19 *Sodomita,*
20 *Vsurarius,*
} tanquam viles, & infames à testimonio repellantur.

CAP. In nomine. II. *Gregor.*

PArs, vel eius defensor citari debet antequam recipiantur testes; si verò noluerit venire, nec esset excusatus aliqua inevitabili necessitate, tunc recipi debet ac si veniſſet, si secus fiat, receptio non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Panorm. Bald. Butr. Henric. Felin. Anchar. Barbat. Dec. Guid. Papæ, Martin. Vran. Mynsing. Aretin. Cujac. Vinian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag. 147.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 258.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Augustin. *collect. 1 Decretal. lib. 2. tit. 13. cap. 3.* 1

Collige ex text. in receptione testium esse partem citandam, consonat apud Lusitanos Ordin. Reg. *lib. 3. tit. 1. §. 13.* vbi parens meus, & apud Castellanos *l. 4. tit. 16. part. 3.* vbi Gregor. Lop. & tenent Couar. 2

lib. 2.

lib. 2. var. cap. 8. num. 5. Marian. *de citat. art. 7.* Maranta *de ordine iudic. part. 6. cap. de citat. à num. 26.* Bajard. *ad Clar. in §. fin. quæst. 46. à num. 14.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu citat. num. 54* Kirchou. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 10. n. 36. pag. 514.* Cuputaquen. *decis. 4. n. 2. part. 3.* Buratt. *decis. 543. num. 14.* Azeuedo *l. 10. à num. 48. tit. 17. lib 4 nouæ recopil.* Mascard. *de probat. in proœm. q. 5. à num. 36. & concl. 431. n. . & concl. 682. num. 1. & concl. 1366. num 2.* Tiraquel. *in tract. res inter alios, à num. 29.* Azin. *in praxi Florent. §. 7. cap. 12.* Afflict. *Neapol. decis. 39. n. 3.* Cacheran. *Pedem. decis. 79. sub num. 19.* Flam. Chartar. *Gennens. decis. 21. num. 30. 34. & 36.* Verall. *decis. 275. n. 3. lib. 3.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis 231. n. 5.* Rebuff. *de reprobat. testium, à num. 70.* Menoch. *consil. 322. num. 46.* Anton. Correà Lusitan. *in fragmentis ad Ordin. Regiam Lusitan. lib. 5. fol. 28. num. 10.* Farin. *nouiss. Rotæ decis. 38.* Cott. *nouiss. Rom. decis. 64. num. 1. lib. 1. vol. 1.* Blanchet. etiam *decis. 311. num. 1. lib. 1. vol. 1.* Ceuall. *communium contra communes, quæst. 417. à n. 1.* Gonzal. *ad reg. 8 Cancel. gloss. 9. §. 1. in annot. num. 48. cum seqq.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 101. consid. 1.* latissimè cum ampliationibus, & limitationibus, Farinac. *in praxi crimin. p. 2. tract. de oppositione contra personas testium, q. 72.* Rota *decis. 259. n. 2. & decis. 120. n. 1.* apud Farin. *part 1. recent.* Alberic. *de test. p. 3. n. 1.* Simanch. *de catholic. institut. cap. 64. num. 28.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 1. num. 16.* Paris. *cons. 83. num. 14. vol. 1. & cons. 83. num. 9. & cons. 145. n. 10. vol. 4.* nouissimè Hieron. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ. 101. à princ.* vbi *num. 8.* post Menoch. *cons. 366. num. 25.* Honded. *cons. 101. & seq lib. 1.* ac Farin. *q. 72. num. 71.* quærit nunquid stylo, statuto, vel consuetudine introduci possit, quòd testes examinentur parte non citata? Quæ quidem ex text. desumpta conclusio exceptis aliquibus casibus rectè procedit ex eo, quia facta tali citatione meliùs extorquetur veritas absque partis præiudicio, vt sententia iustè proferatur: accedit quòd pars citata tempore, quo testimonium recipitur contra testem, quem non approbauit, talem exceptionem potest opponere, per quam omnino illius testimonium audiri, aut scribi impediatur, iuxta text. *in cap. ex parte, & in cap. testimonium 54. infr. hoc tit.* Nec obstat quòd absens, ad quem citatio non peruenit, nec potuit peruenire, dicitur inauditus, & non citatus, fatentur omnes *in cap. 1.* per text. *ibi, de caus. posses. & in l. de vnoquoque, ff. de re iudic.* & tamen constat contra talem absentem posse recipi testimonium, itavt receptum validum sit, vt est text. *in cap. perlatum 8. qui filij sint leg. & in cap. 1. qui matrimon. accus. poss. & in cap. quoniam frequenter, vt lite non contest.* quia respondetur iura illa *in d. cap. 1. & in d. cap. perlatum,* agere de partibus per contumaciam absentibus, contra quas procedi potest sine citatione, maximè existentes in locis, in quibus ad illas citatio peruenire nequit.

Nullius momenti.] Ergo testis parte non citata examinatus, sed adhuc viuus, & non repetitus, nullum facit indicium, de quo tamen an verum sit vide Felin. *n. 3.* & Dec. *n. 54 in præsenti*, Anton. Gabr. *comm. lib. 2. tit. de citat. concl. 1. n. 141. & 243.* Mascard. *de probat. lib. 1. q. 5. n. 37.* Farin. *d. q. 72. n. 89.* latè Buccaron. *d. differ. 101. ex n. 4.*

Etiam vilissimi sunt testes.] Notatur ad hoc quòd vilissimi testes reprobantur, vt per Rebuff. *de reprobat. testium, n. 568.* in subsidium tamen admitti scribit Bart. *in auth. testes, n. 2. C. hoc tit.* quem refert Ioan. Baptista Costa *de remed. subsid. remed. 70. n. 9.* & aduerte quòd testis inhabilitas inspicitur habito respectu ad tempus depositionis, Rota *decis. 147. n. 22.* apud Farinac. *p. 1. recent.* Vnde huiusmodi hominum genera, quæ sequuntur, tanquam viles, & infames à testimonio repelluntur.

Adulteri, vt *in cap. constituimus, & cap. similiter 3. q. 5. l. 3. lege Iulia, ff. hoc tit.* Rebuff. *d. tract. de reprobat. testium, n. 32.* vbi tenet hoc intelligendum, quando essent condemnati, alioquin maior pars hominum à testimonio repelleretur, Farin. *in praxi crimin. q. 56. n. 28. cum seqq.* 3

Bannitus, vt per Mascard. *concl. 1356. n. 38.* Hect. Æmil. *de testib. p. 1. verbo, Bannitus, fol. 323.* Rebuff. *d. tract. n. 54.* Farin. *q. 56 à n. 328.* 4

Blasphemus, Mascard. *concl. 1336. n 39* Hect. Æmil. *p. 1. verbo, Testis blasphemator, fol. 339.* Rebuff. *d tract. n. 55.* Farin. *q. 56. n. 44 cum seqq.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 93. à n. 16.* 5

Calumniator de calumnia condemnatus, Menoch. *de arbitr casu 322. n. 4.* Mascard. *concl. 1356. n. 47.* Farin. *q 56. n. 459* Rebuff. *d. tract. n. 61.* 6

Carceratus de crimine, quod per sententiam infamaret, *cap. si testes omnes, § lege Iulia, & ibi* gloss. *verbo, vinculis 4. q. 2. l. 3. §. Iulia, §. hoc tit* Mascard. *concl. 268. n. & concl. 1356. n. 34.* Rebuff. *d. tract n. 62.* Farin. *q. 56. num. 180.* 7

Concubinarius manifestus, Rebuff. *d. tract. n. 93.* Farin. *quæst. 56. à num. 284. & p. 4. decis. 40. num. 2. & decis. 125.* 8

Criminosus condemnatus, *l. 3. §. lege Iulia, & l. quæsitum, ff hoc tit* Rebuff. *d. tract n. 175.* Farin. *d q. 56. n. 126.* Nam testes non repelluntur ex eo quod fuerint de criminibus accusati, nisi fuerint confessi, vel condemnati, vel infamia ex eis irrogetur eiusdem, vt per Hieron. Fernandez de Ottero *Roman. lucubrat. disp. 18. n. 9.* 9

Decocti, Mascard. *de probat. concl. 733. num. 1. & 2.* Farinac. *d. quæst. 56. num. 446.* vbi *n. 447.* asserit hoc procedere in causis criminalibus secus in ciuilibus, & *num. 448.* intelligit dummodo vltra fallimentum non interueniat cessio bonorum, quia eo casu, id est, si fallitus etiam bonis cesserit, tanquam infamis infamia iuris à testificando repellitur ne dum in criminalibus, verùm etiam in ciuilibus causis, refert Buccar. *de differ. inter iudicia ciuil. & crimin. differ. 94. num. 9.* 10

Ebrius, Donat. à Fina *tom. 1. comm. opin. lib. 4. tit. 10. num. 154. pag. 530.* Mascard. *de probat. conclus. 1358. num. 9* Amat Roderic. *in practic. cap. 9. num. 37.* Farinac. *quæst. 56. à numero 434. & numer. 438.* dicit procedere in penitus ebrio, vt non intelligat quid agat, seu dicat, modica enim ebrietas à testificando testem non repellit, Mascard. *conclus. 579. à num. 8.* 11

Fustigatus, *l. fustibus, C. ex quibus causis infamia irrogetur*, Mascard. *concl. 1356. num. 38.* Farinac. *quæst. 56. n. 456* Rebuff. *d. tract. de reprobat. testium, numer. 224.* vnde Rota *decis. 664. n. 4.* apud Farin. *part. 1. in recent.* censuit testem fustigatum, & ad triremes transmissum tanquam infamem esse inhabilem ad testificandum. 12

Hæreticus, Rebuff. *d tract. n. 226.* Menoch. *cons. 149. n. 28.* Farin. *d. q. 56. n. 206.* 13

Histriones, Rebuff. *d. tract. n. 225.* Mascard. *concl. 1356.* Farin. *d. q. 56. n 439.* 14

Lenones, *l. athletas, §. 1. ff. de his, qui notantur infam.* Cresc. *de testib. decis. 1.* Rebuff. *d. tract. num. 329.* Menoch. *cons. 199. num. 22.* Farinac. *d. quæst. 56. num. 365.* Mantic. *decis. 142. num. 6.* Mar. Anton. *d. resolut. 28. num. 9.* 15

Lusores, Grammat. *decis. 116. num. 6.* Azeued. *de exequen* 16

exequendis manid. p.2.c.9.n.12. Rebuff. *d. tract. n.331.* Mascard. *concl.995.& concl.1356.n.29.* Mar. Anton. *var. lib.1.resol.28.* Bobadil. *in sua politica, lib.3.c.2. num.50.* Farin. *d.q.56. n.51. & 427.* vbi *n.429.* asserit non requiri quòd is aliquando luserit, sed quòd solitus sit ludere.

17 Maleficus, *cap. constituimus 3. q.5.* Rebuff. *d. tract. num.332.*

18 Meretrix, Hyppol. *cons.88. n.14. & cons.101. n.8.* Bonacos. *p.1. commun. crimin. verbo, meretrix, fol.113. & p.2. verbo, testis, fol.78. & tom.1. commun. opin. lib.4. tit.10. n.77.* vbi Vivian. *n.74. pag.521.* Rebuff. *d. tract. n.346.* Clar. *§. fin q.24. n.14.* Hieron. Magon. *Lucens. decis.89. n.4.* Mascard. *concl.1063. n.40. & concl.136. n.20. & 66.* Menoch. *cons.149. n.19. & 20.* Morla *in emporio iuris, p.1. tit.11. in prælud. n.78.* Farin. *part.4. cons.38. n.15.* Nam testis mulier vilis, & inhonesta nihil probat, Rota *decis.207. n.1. & 3.* apud Farin. *p.1. recent.*

19 Sodomita, Nouel. *reg.216. n.28.* Mascard. *concl.1313. num.6.*

20 Vsurarius, Gemin. *de vsuris commento 4. in præfat. n.4.* Seraphin. *de privil. iuram. privil.33. n.46.* Mascard. *concl.1356. n.25.* Rebuff. *d. tract. n.587.* Farin. *d. quæst.60. num.77.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier testificatur contra clericum cùm de crimine agitur.*
2 *Fœmina in causis criminalibus criminaliter intentatis testis esse non potest.*
3 *Laici sunt idonei testes in causis criminalibus contra clericos vbi ex natura negotij veritas actu, & habitu sciri non potest.*
4 *Fœmina in criminali causa in defectum probationis admitti potest.*
5 *Testes inhabiles recipiuntur, quando ex facti, seu negotij natura alij testes haberi non possunt.*

CAP. Quoniam. III.

1 MVlier ad deponendum contra clericum admittitur quando agitur de crimine. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imol. Anan. Host. Butr. Panormit. Bald. Innoc. Felin. Henric. Decian. Mynsing. Aretin. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.148.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.258.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part.1.* desumitur ex B. Gregor. *lib.2. epist.16. indict.11.* & refertur ab Anton. August. *collect.1. Decretal. lib.2. tit.13. c.4.*

Collige ex text. mulieres non obstante fœmineo defectu posse admitti ad testificandum, idem probat text. à contrario sensu *in l.3. §. lege*, ibi, *quæ vt palam quæstum faciat, ff. hoc tit.* text. opt. *in l. ex eo 19. ff. eod. & in cap ex eo 15. quæst.3. & in cap super eo il 2. in princ. hoc tit.* tradunt gloss. *verbo mulieres*, Innoc. Bald. Abb. & Felin. *num.1.* Dec. *num.5.* Imol. *num.3.* Mynsing. *à num.2.* & alij DD. communiter *in præsenti*, gloss. *verbo fœminas, in cap. forus, de verbor. signif. & verbo mulier, in §. testes, Instit. de testam. & verbo fœminas, in cap. tam literis, insf. hoc tit. gloss in sum.15. q.3.* resoluunt Alber. & alij *in d. §. mulier*, Sylvest. *verbo testis, num.1.* Aufrer. *de reprobat. testium, num.69.* Gom. *tom.3. variar. cap.12. num.13.* Duen. *reg.315.* Roland. *cons.7. n.12. lib.1. & cons.24. num.13. eod. lib.*... Mascard. *concl.764. à princip.* Ordin. Regia Lusitan. *lib.3. tit.56.* vbi parens meus. Licèt enim antiquissimo iure nullius testimonij ius mulieribus concederetur, nisi tantùm virgini Vestali, vt scribit Aul. Gell. *noctium Atticarum lib.6. cap.7.* tamen ex postfacto à iure habilitatæ fuerunt ad dicendum testimonium. Nec obstat text. *in cap. mulierum 33. quæst.5.* vbi dicit simpliciter mulierem non posse dicere testimonium, satisfit enim si aduertas text. illum esse S. Ambrosij, qui principaliter intendit subiectionem mulieris, quam marito suo exhibere tenetur, ad quod ostendendum enarrat plura, quæ licèt mulier facere possit, tamen sine obedientia nequaquam eidem licere constituit.

Mulieres.] Notatur ad hoc quòd fœmina in causis criminalibus testis esse non potest, vt per Clar. *in §. vlt.q.14. n.4.* Alciat. *reg.1. præsumpt.47. n.4.* Mench. *quæst. frequent.c.30.n.12.* Mascard. *de probat. concl.762.* Soar. *in thesauro recept. lit M. n.14.* Menoch. *de præsumpt. lib.6 q.47. n.46. cum eqq.* Rebuff. *in tract. de reprobat. testium, n.354.* Morla *in emporio iuris, p.1. tit.11. in prælud. n.78.* Martin. Delr. *disquisit. magic. lib.5. quæst.12. pag.45.* Farin. *in praxi crimin. p.2 quæst.69. à num.1. & part.4 cons.36. num.14. & 16.* Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia & crimin. differ.78. num.6.* nisi sit causa criminalis ciuiliter mota, Duen. *reg.315. vers. limita primò.* Mascard. *de probat. concl.962. num.vlt.* 2

Quod de causa scire, &c.] Notatur ad hoc quòd licèt in criminalibus mulieres, & laici non sint idonei testes contra clericos, vbi tamen ex natura negotij veritas actu, & habitu sciri non potest, quàm per laicos, tunc sunt idonei testes, vt per Viu. *tom.1. commun. opin. lib.4. tit.10. n.131. vers. imò sublimitatur, pag.525.* Tiraq. *in tract. le mort, p.6. declar.1. num.14.* Nam mulier in criminali causa in defectum probationis admitti potest, vt per Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib.1. tit. de testibus, resol.11. num.3.* Et testes inhabiles recipiuntur quando ex facti, seu negotij natura alij testes haberi non possunt, vt per Hyppol. *sing.73. & cons.41. num.6.* Rebuff. *de reprobatione testium, n.354. & 425.* 3 4 5

SVMMARIVM.

1 *Principalis persona admittitur in testem, vbi agitur de correctione, & de peccato impediendo.*
2 *Testes duo sufficiunt ad perfectam probationem inducendam in qualibet causa tam prophana, quam Ecclesiastica.*
3 *Testi vnico vt plena fides adhibeatur an à statuto, vel à Principe fieri possit, ostenditur.*
4 *Testi vnico consentientibus partibus plena fides adhiberi potest.*
5 *Testi vnico de re sua, vel contra producentem testificanti plena fides adhibetur.*
6 *Testi vnico creditur quando non agitur de alicuius præiudicio.*
7 *Clericatus probatur per vnum testem quando tractatur de nemini præiudicium inferendo.*
8 *Causæ paruæ quantitatis, & breuiores probantur per vnum testem.*
9 *Testis vnus probat, quando agitur de impediendo matrimonium antequam contrahatur.*
10 *Testis vnicus in ciuilibus concurrentibus aliquibus præsumptionibus plene probat.*
11 *Officiali dicenti se nuntiasse, vel citasse creditur.*
12 *Testis vnicus probat, quando sumus in probatione actus, in quo impossibile, vel saltem difficile est habere plures testes.*

13 Con

13 *Confessio pœnitentialis,*
14 *Ignorantia verisimilis causæ,*
15 *Qualitas alicuius rei,*
16 *Innocentia,*
17 *Appellatio à sententia,*
18 *Possessio in iudicio manutentionis,*
19 *Bona fides,*
20 *Absolutio ab excommunicatione,*
21 *Mala fides,*
22 *Mendacium, vel maleficium,*
23 *Excusatio querelantis ab expensis,*
24 *Baptismus,*
25 *Consecratio Ecclesiæ,*
26 *Deponens de facto, quod ipse tractauit tanquam mediator,*
28 *Scientia,*
30 *Beneficij valor,*

} *per vnicum testem probatur.*

31 *Testes singulares non probant, nec ad probationem faciendam coniunguntur.*

32 *Hæresis crimen,*
33 *Sodomiæ delictum,*
34 *Tempus, quod non est de substantia negotij,*
35 *Officium, status, & qualitas personæ, si sint singulares singularitate adminiculata,*
36 *Origo vna, & causa vna prouenies ex pluribus actibus,*
37 *Totum vnum,*
38 *Possessio in genere articulata,*
39 *Iurisdictio in genere,*
40 *Dominium,*
41 *Consuetudo,*
42 *Vsuræ,*
43 *Inhonesta, & meretricia vita, vel diffamatio in genere,*
44 *Fama,*
45 *Infamia facti,*
46 *Furor,*
47 *Dementia,*
48 *Mala fides,*
49 *Minæ dummodo testes sint concordes in illarum qualitate, licèt discordes in loco, & tempore.*
50 *Dolus,*
51 *Simonia,*
52 *Simulatio,*
53 *Consanguinitas,*
54 *Ætas,*
55 *Electio sepulturæ,*
56 *Præiudicium modicum,*
57 *Filiationis possessio,*
58 *Metus,*
59 *Hæreditatis aditio,*
60 *Confines,*
61 *Sacerdotium,*
62 *Irregularitas,*
63 *Voluntatis declaratio,*
64 *Habitatio,*
65 *Animus alicuius,*
66 *Societas,*
67 *Dotis causa,*
68 *Pœnitentiali in foro,*
70 *Adulterium,*
74 *Voluntas præsumpta hominis,*
75 *Scientia alicuius,*
76 *Decimarum perceptio,*

} *per testes singulares probantur.*

71 *Testes singulares probant iunctis adminiculis.*
72 *Testes singulares probant si sint nobiles, probatæ fidei, & verisimilia deponant.*
77 *Testes in dubio non præsumuntur singulares, sed conteste.*

Cap. In omni negotio. IV.

Paschal.

PRincipalis persona dicens verum habetur pro vno teste, & si alium secum ducit sunt duo testes, si duos erunt tres testes, iuxta denuntiationem post correctionem fraternam *Matth.* 18. & *Lucæ* 17. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Hostiens. Bald. Panorm. Felin. Henric. Anchar. Butr. Dec. Mynsing. Martin. Vran. Aretin. Guid. Papæ, Cuiac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 148. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 258. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 13. *cap.* 4. 1

Collige ex text. quòd in qualibet causa tam profana quàm etiam Ecclesiastica, vel spirituali duo testes sufficiunt ad perfectam probationem inducendam, vnus verò non probat, vide Crot. *de testibus, n.* 208. Gabr. *commun. tit. de testib. concl.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 99. *n.* 19. Magdalen. *in tract. de rum. testium in testam. requisito, c.* 1. *n.* 1. *cum seqq.* Mascard. *de probat. in præfat. lib* 1. *q.* 5. *n* 117. plures refert Doctores Cened. *ad Decretū collect.* 9. *n.* 3 quibus adde Aldouin. *cons.* 14. *n.* 27. *& cons.* 22. *n.* 12. *& cons.* 26. *à n.* 37. Pereg. *cons.* 2. *n.* 38. *vers. ad condemnationem, lib.* 2. Ceuall. *commun. contra commun q.* 494. *n.* 1. Fr. Ludou. Miranda *de ordine iudic. q.* 23. *art.* 1. Valasc. *cons.* 73. Cald. Pereira *q forens. cons.* 26. *n.* 11. Farin. *in praxi crimin p.* 2. *de opposit. contra personas testium, q.* 63. *n.* 1. *& à n.* 232. *cum seqq.* Curia Philip *p.* 1. *§.* 17. *à n.* 23. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 140. *n.* 4. Amat. Roder. *in pract. & modo videndi, seu examinandi processum, c.* 7. *de forma probat. à n.* 18. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib* 2. *c.* 3. Rota *decis.* 343. *n.* 5. apud Farin. *p.* 1. *recent. & decis.* 251. *n.* 1. *ead. p.* 1. *& decis.* 677. *n.* 3. *p.* 2. *& decis.* 691. *n.* 4. *ead. p.* 2. *recent.* 2

Amplia vt nec statuto, nec constitutione, nec etiam à Principe, vel à Papa fieri possit, vt vnico testi plena adhibeatur fides, vide Tiraquel. *in tract. de iudicio in rebus exiguis, in princ. vers. secunda ratio est,* Mascard. *de probat. in procem. q.* 11. *n.* 10. *vers. primum igitur,* Rodolphin. *de suprema, & absoluta Principis potestate, c.* 6. *n.* 24. *cum seqq.* Aldouin. *cons.* 26. *n.* 38. Farin. *d q* 63. *n.* 8. vbi *n.* 3. ampliat etiam in teste Senatoria, aut præsidiali dignitate constituto, & *n.* 14. resoluit quòd nec fauore piæ causæ vnus testis probat. Intellige hanc ampliationem procedere in arduis, & sic in criminalibus, & vbi agitur de pœna corporis afflictiua, vt tenent Scacc. *in tract. de iudic. caus. ciuil. lib.* 2. *c.* 9. *dub* 9. *sub n.* 432. 438. *&* 440. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia & crimin. differ.* 82. *n.* 3. *& ex n.* 8. & hinc prouenit vt nec testimonium ipsius Papæ, seu Regis sufficeret ad infligendam pœnam vltimi supplicij Mohedan. *decis.* 271. Seraphin. *decis.* 972. In leuibus verò, & in causis modici præiudicij poterit Papa interpretando limitare ius diuinum ex causa, & sic facere constitutionem, vt vni dumtaxat testi plena fides adhibeatur, vt aduertit Scacc. *d. c.* 9. *dub.* 9. *n.* 396. & Buccaron. *d. differ.* 82. *n.* 2. 3

4 Limita primò, vt non procedat de consensu partium, quia illis consentientibus vnico testi plena fides adhiberi potest, Mynsing. *cent.* 5. *obseruat.* 26. Turzan. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit* 1. *de rebus creditis, num.* 104. *pag.* 445 Soar. *in thesauro sentent. lit. T. num* 108. Mench *frequent. cap.* 29. *num.* 4. Menoch. *cons.* 315. *num.* 11. Guttier. *in l. nemo potest, num.* 38 *ff. de legatis* 1. Mascard. *d q* 11. *n.* 11. *& concl.* 386 *num* 5. Ranchin. *p.* 4 *concl.* 200. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, vel aduersarij dolo, num* 2. Farinac. *d. quæst.* 63. *à num.* 18

5 Secundò limita quando ipse de re sua testatur, vel testis testificatur contra producentem, Crot. *de testibus, num* 209 Ioseph Ludou. *concl.* 70. *vers fallit primò*, Gabr. *d. tit. de testibus, concl.* 1. *num.* 8. Menoch. *de arbitr. casu* 99. *à num* 13. Vivian. *decis.* 172. Mascard. *d. quæst* 11. *num.* 15. Menoch. *cons.* 1. *n.* 255. *& cons.* 21. *num.* 14. *& cons.* 22. *num.* 4. *& cons.* 23 *num.* 1. *cum seq. & cons.* 60. *num.* 17. *& cons.* 380. *n* 1. Mar Antonin. *var. lib.* 2. *resol.* 7. *num.* 4. Farinac. *d. quæst.* 63 *num* 20. *cum seqq. & part.* 4. *consil* 6. *num.* 27. 55. *&* 10. Surd. *decis.* 284. *n.* 18. Stephan. Gratian. *discept. forens. c* 111. *n.* 23. *cum seqq. & c* 151 *à n.* 22. *& c* 950. *n.* 28. At verò secundùm obseruantiam Rotæ Romanæ testis vnus de facto proprio non probat, plenè Rot. *decis.* 810. *n.* 1. *p.* 4. *diuers. decis.* 244 *n.* apud Farin. *p.* 2 *recent. & decis.* 286. *num.* 1. *part.* 1. censuit testem vnicum non probare plenè contra producentem, quia producens testem censetur illius personam solum approbare, non autem dictum. Greg. *decis.* 215. *num.* 5. vbi adden. *num* 9 Canaler. *decis.* 54. *num.* 2. *& decis.* 366. *num.* 5. & fuit dictum *in Tullen. iurisdictionis* 3. *Iulij* 1628. coram Card. Virili. Si autem postea eius depositionem in iudicio reproduceret, plene contra ipsum probaret, quia reproducendo censeretur illam approbare, vt distinguendo tradunt Honded. *cons* 81. *num.* 50. *&* 51. *lib.* 2. Farin. *d. q.* 62. *num.* 243. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 699. *num.* 21. *& cap.* 353. *num.* 15.

6 Tertiò limita quando non agitur de alicuius præiudicio, Nell. *de testibus, n.* 85. *casu* 9 *& n.* 87. *in fine*, Campeg. *eod. tract. reg.* 93. *fallent.* 3 Crot. *num.* 213. *& seq* Mascard. *d. q.* 11. *num.* 14. Farinac. *d. quæst.* 63. *num* 26.

7 Quartò limita in probando clericatu, quando tractatur de nemini præiudicium inferendo, Cranet. *cons* 613. *num* 13. *& cons.* 616. *num.* 18. *vol* 4. Couar. *pract. cap.* 33. *num.* 3 Gerard. *sing* 19. Rebuff. *in tract. nominat. q.* 12. *num.* 14 Mascard. *concl.* 303. *numero* 4. Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit* 7. *de Clericis, & Sacerd. à num* 12. Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore clerical. canonis*, §. 14. *numero* 17. vbi etiam secus dicit vbi ageretur de præiudicio tertij.

8 Quintò limita quando agitur de causis modicis, paruæ quantitatis, breuioribus, & quæ summariè expediuntur, Hyppol. *sing.* 433. *ad finem*, Maranta *de ordine iudic. part.* 2. *dist* 9. *num.* 75. Gabr. *d tit. de testibus, concl.* 1. *n.* 45 Mascard. *d quæst* 11. *n.* 19. Farinac. *d q.* 63. *n.* 30. Cardoso *in praxi iudicum, & aduocat. verbo, testis, num.* 45.

9 Sextò limita quando agitur de impediendo matrimonium antequam contrahatur, Cardos. *d. verbo, testis, n.* 43. Farinac. *d quæst* 63. *n.* 48 Fusc. *lit. C. sing.* 20. *in fine.*

10 Septimò limita quando in ciuilibus cum vnico teste concurrerent præsumptiones aliquæ, tunc enim videtur induci plena probatio, Decian. *cons.* 92. *n.* 8. *lib.* 1. Farin. *d. quæst.* 63. *à num.* 35. Cardos. *d. verbo testis, n.* 44. Caputaq. *decis.* 271. *&* 296. *part.* Achil. *decis.* 3. *n.* 6. *de testib.* Verall. *decis.* 271. *n.* 2. *p.* 3. Mantic. *decis.* 326. *n.* 4. Beltramin. *in annot. ad decis.* 170. *Gregorij n* 9. Rot. *decis* 244. *n* 4. *p.* 1. *& decis* 19. *n* 3. *&* 4. *p.* 2. *recent.* & coram R. D. meo Coccino Decano *decis.* 462. inter eius impressas, & *in Romana fideicommissi* 12. *Ianuarij* 1625. coram bonæ mem. Vbaldo, & *in Vrbeuetana dotis* 3. *Martij* 1617. coram bonæ mem. Buratto.

11 Octauò limita in officiali, cui solum dicenti se nuntiasse, vel citasse creditur, Nell. *de testib. n.* 85. *casu* 18. Farin. *d. q.* 63. *n.* 40. *&* 41.

12 Decimò nono quando sumus in probatione actus, in quo impossibile, vel saltem difficile est habere plures testes, per text. *in l.* 1 § *fin. ff. de verbor. obligat.* Hyppol. *in l. si quis ne q. n.* 184. *ff de quæst.* Mascard. *d. q.* 11. *n.* 18. Farin. *d q.* 63. *n* 8. Veluti quotiescunque Sacerdoti data fuisset à tali confitente facultas, vt confessionem manifestaret, & huiusmodi sacerdos esset fide dignus, tunc crederetur dicto illius sacerdotis, & sic dictum vnius testis in hoc casu plenè probat, Felin. *in cap nemo, in princ. de simon.* Antonin. Gabr. *comm. tit de testib. concl.* 1. *n.* 28 Mascard. *de probat. concl.* 377. *n.* 9. Cened. *ad Decretum collect.* 60 *num* 2. *propè fin.*

13 Vndecimo limita in probatione confessionis pœnitentialis, Farin. *d q.* 63. *n.* 37

14 Duodecimò limita in probanda ignorantia verisimilis causæ Farin. *d. q.* 63. *n.* 9.

15 Decimotertiò limita in probanda qualitate alicuius rei, Surd. *decis.* 166. *n.* 18.

16 Decimoquartò limita in probanda innocentia, Mascard. *conclus.* 904. *num.* 10 *& conclus.* 491. *num.* 17. *&* 18. Farinac. *d. quæst* 63. *num.* 43. *& part.* 4. *cons.* 60. *num.* 102.

17 Decimoquintò limita in probatione appellationis à sententia, Mascard. *concl.* 114. *in fine.*

18 Decimosextò limita in probando possessorio, Carot. *decis.* 126. Stephan. Gratian. *Marchiæ dec.* 192. Farin. *d. quæst.* 63. *n.* 60. quia testis vnicus bene probat possessionem in iudicio manutentionis, Grat. *cons.* 110. *num.* 8. *lib* 2. Rota *decis* 511. *n.* 8. *part.* 1. apud Farin. *in recent.* & sic in interdicto retinendæ summariissimo, Neuiz. *cons.* 8. *num.* 11 Menoch. *remed. vlt. retin. n.* 34. Buratt. *decis* 522. *num.* 6. Canaler. *decis.* 44. *num.* 2. *& decis.* 223. *num.* 1. in quo sufficiunt leuiores probationes, Dec. *cons.* 56. *num.* 1. Alexand. *cons* 103. *num.* 3. *lib.* Canaler. *decis.* 228. *num.* 1. Et quod testis vnicus sufficiat in iudicio manutentionis ad probandum quod possessio fuerit capitularis, tenuit Rot. *Iadren. Canonicatus* 5. *Iulij* 1621. coram bonæ memoriæ Vbaldo sen.

19 Decimoseptimò limita in probanda bona fide, Mascard. *concl.* 232. Surd. *dec.* 149 *n.* 2. Burgos de Pace *cons.* 40. *n.* 16.

20 Decimooctauò limita in probanda absolutione ab excommunicatione, Mascard. *concl.* 12 *n.* 3.

21 Decimononò limita in probanda mala fide, Burgos de Pace *cons.* 40. *n.* 16. Gama *dec.* 290. *n.* 2 Mascard. *concl.* 231.

22 Vigesimò limita in probando mendacio, vel maleficio, Hortens. Caualcan. *in pract. de testibus, p.* 2. *n.* 126 *&* 127.

23 Vigesimo primò limita quando agitur de excusando querelantem ab expensis, Carot. *decis.* 67 quem refert Aloys. Ricc. *in collect. dec. p* 2. *collect* 224. *in med.*

24 Vigesimosecundò limita quando probatur aliquem fuisse baptizatum, *gloss. fin. in fin. cap. super* 51. *de testib.* Farin. *d. q.* 63. *num.* 24. optimè P. Paul. Comitol. *resp. moral. lib.* 1. *q.* 1. *num.* 5. Bajard. *ad Clar.* § *assassinum, num.* 17.

Vigesimo

25 Vigesimotertiò limita in probanda consecratione Ecclesiæ, *d. gloss. fin, in d. cap. nuper*, Mascard. *concl.* 415. *num.* 4. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 10 *cap.* 26. *quæst.* 11. Ioan. Baptista Costa *de remed. subsidiar. remed.* 11. *n.* 6 *in fine.*

26 Vigesimoquartò limita in teste, qui deponit de facto, quod ipse tractauit tanquam mediator, quia planè probat, Caputaq. *decis.* 367.

27 Vigesimoquintò limita quando vnus testis aduersùs suum commodum testificatur, quia plenè ei creditur, Anton. Faber *in suo Codice, sub tit. de testibus, diffinit.* 10.

28 Vigesimosextò limita in probanda scientia, vt per Surd. *decis.* 221. *num.* 11. Anton. Monach. *Florent. dec.* 41. *num.* 6.

29 Vigesimoseptimò limita in Episcopis, cùm vnius testimonio credatur in foro sæculari, ex priuilegio ab Imperatore Episcopis ob reuerentiam concesso, vt habetur *in cap. quicunque* 11. *q.* 1. tenent Mar. Anton. Genuen. *in pract. Ecclesiast. q.* 678.

30 Vigesimooctauò limita in probando valore beneficij, Ægid. *decis.* 113. Crot. *decis.* 197. Cæs. de Grassis *decis.* 91. *aliàs* 2. *de except.* quos refert Mantic. *dec.* 193. *num.* 4. Et quòd ad probandum valorem obtentorum sufficiat dictum vnius testis tradunt Caputaq. *decis.* 173. *num.* 7. *p.* 1. Rota *decis.* 10. *num.* 4. *p.* 2. *recent.* Caualer. *dec.* 517. *num.* 5. Et quòd testi vnico in sua arte credatur in subsidium, tradit Ioan. Baptista Cost. *de remed. subsid. remed.* 70. *n.* 17.

31 Vnde testes singulares non probare, nec ad probationem faciendam coniungi, tenent Lanfranc. *de testibus, num* 26. Crot. *eod. tract. p.* 7. *num.* 317. & 319. Monticell. *in repert. testium, rub. testes singulares*, Cotta *in memorab. verbo, testes singulares*, Rebuff. *de reprobat. testium, à num.* 512. Hippol. *sing.* 114. Menoch. *cons.* 175. *num.* 13. & *cons.* 186. *n.* 24. *cum seqq.* Mascard. *de prob. concl.* 347. *num.* 56. Sayro *in clavi Regia, lib.* 12 *cap.* 21. *n.* 15. Surd. *cons.* 303. *num.* 31. Flores *var. lib.* 3. *quæst.* 22. *à n.* 37. Fr. Ludou. Mirand. *de ordine iud. quæst.* 23. *art.* 4. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 144. *à num.* 24. Amat. Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap.* 7. *de forma prob. num.* 60. Morla *in emporio iuris, part.* 1. *tit.* 11. *in prælud num.* 50. Ignat. del Villar. *in sylua resp. lib.* 1. *resp.* 9. latè Farin. *in praxi crimin. part.* 2. *de oppositione contra personas testium, quæst.* 64. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia & crimin. diff.* 68. Flamin. Paris. *de consid. benefic. quæst.* 67. *à n.* 4. Itavt minus probent mille testes singulares, quàm vnus, Morla *d. tit.* 11. *in prælud. num.* 51. Farinac. *d. quæst.* 64. *num.* 39. Aldouin. *cons.* 53. *num.* 5. Hortens. Cauallican. *in pract. de testibus, part.* 2. *num.* 135. Mendez à Castro *in praxi Lusitana, lib.* 3. *cap.* 15. *num.* 7. Mantic. *decis.* 211. *num.* 7. & *decis.* 285. *num.* 6. & *decis.* 280. *num.* 7. & *decis.* 373. *num.* 9. & *decis.* 147. *n.* 3. & *decis.* 162. *n.* 7. & *decis.* 210. *n.* 3.

32 Primò limita in causa hæresis, quæ probatur per testes singulares. Ita Guid. Papæ *quæst.* 44. Boër. *decis.* 23. *num* 44. Franc. Curt. *in tract. de testib. concl.* 37. *à num.* 77. Anton. Gabr. *commun. tit. de testibus, concl.* 2. *num.* 41. Vivian. *in suis communib. opinion. verbo, testes singulares*, Caccialup. *in repet. l. admonendi, à num.* 84. vbi Iason. *num.* 256. Hippol. *cons.* 1. *num.* 41. & 46. & 58. & *cons.* 39. *num.* 22. *ad finem*, Anton Gom. *var. tom.* 3. *cap.* 12. *n.* 12. Albert. *de agnosc. assertion. c.* 1. *q.* 16. *n.* 51. Moncel. *in rubr. testes in crimine hæresis, verf.* 1. *cum seqq.* Zanchin. *in pract de hæret. cap.* 16. *n.* 6. Mench. *de success. creat. lib.* 2. §. 4. *num.* 45. plures refert Doctores, & sequitur Farinac. *d. quæst.* 64. *num.* 201. Contrariam tamen opinionem sequuntur Nell. *de testibus, num.* 213. *verf. ad probandum certum crimen hæresis*, Palat. *in allegat. hæresis*, §. 12. Simanch. *in tract. de hæret. tit.* 64. *rub de testibus, à num.* 69. Brun. *eod. tract. lib.* 4. *cap.* 9. Rojas *part.* 2. *assert.* 6. *num.* 134. *cum seqq. & sing.* 204. *num.* 2. Eimeric. *in directorio Inquisit. p.* 3. *quæst.* 72. *num.* 1. vbi Penia *comment.* 121. *col.* 1. *verf. primum est.* Mascard. *concl.* 856. Menoch. *cons.* 82. *num.* 139. & *cons.* 149. *num.* 17. & 44. Delr. *disquisit. magic. lib.* 5. *quæst.* 9. & 10. *col.* 448. *cum seqq.* Sayro *in clavi Regia, lib.* 12. *cap.* 21. *num.* 16. Fr. Ludou. Miranda *de ordine iudic q* 23. *art.* 4. *quæst vnic in fine*, Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 721. Morla *d. tit.* 11. *in prælud. num.* 51. Ignat. del Villar. *d. resp.* 9. *n.* 38. *cum seqq. & n.* 40. sublimitat, etiamsi cum testibus singularibus concurrat fama publica.

Secundò limita in delicto sodomiæ ex pragmatica anni 1598. edita Matriti, qua attenta ex testibus singularibus deponentibus ex actibus singularibus cum aliis probationibus ibi contentis ad condemnationem pœnæ ordinariæ deueniri potest, de qua testatur Ignat. del Villar. *d. resp.* 9. *n.* 40. 33

Tertiò limita in testibus singularibus circa tempus, quando illud non est de substantia negotij, quia si de eo interrogetur, sufficit respondere se de eo non recordari, quod esset secus respectu loci, nam si testis interrogatus de loco delicti respondeat se non recordari, non probaret; ita Ignat. del Villar. *d. resp.* 9. *à n.* 42. *cum seqq.* & per conclusiones latiùs Farin. *d. q.* 64. *à num.* 95. 34

Quartò limita in testibus singularibus singularitate adminiculatiua, quando agitur de probando officio, statu, & qualitate personæ, quæ omnia includunt sub se plures actus particulares, & conficiuntur ex diuersis actibus, & sunt sicut quodlibet integrale, & faciunt plenam fidem. Item Flores de Mena *d. q.* 22. *num.* 43. 35

Quintò limita quando agitur de probando vnam originem, & vnam causam prouenientem ex pluribus actibus. Vide Aym. *de antiquit. tempor. part.* 4. *verf. sed enim, num.* 14. quem refert Farinac. *d. quæst.* 64. *num.* 159. 36

Sextò limita quando agitur de probando vnum totum, nam tunc testes singulares deponentes de diuersis partibus bene probant illud totum, Farinac. *d. q.* 64. *n.* 160. vbi *n.* 161. resoluit procedere quando producens testes expresè capitularet de partibus, vel de actibus inferentibus totum. Sic etiam testes deponentes de diuersis summis censentur contestes in minori quantitate, & illam probant adeò quòd iudex potest ex illorum depositionibus condemnare in minori quantitate, Alex. *in l.* 1. §. *si stipulanti, n.* 12. *ff. de verbor. oblig. & cons.* 54. *n.* 7. *lib.* 5. Hieron. Gabr. *cons.* 168. *n.* 10. *lib.* 1. Afflict. *decis.* 240. *n.* 3. *in* 2. *dub.* Rot. *in Caietana ole* 12. *Nouembris* 1627. coram R. P. D. Duran. & *in Marsicen. beneficior.* 20. *Martij* 1628. coram R. P. D. meo Pirouano, refert Ferentil. *in annot. ad decis.* 468. *Buratti lit. A.* 37

Septimò limita in probanda possessione in genere articulata, Cuputaq. *decis.* 269. *part.* 3. Gabr. *tit. de testibus, concl.* 2. *n.* 32. & 34. Ozasc. *Pedem. decis.* 99. *à n.* 25. Aldouin. *cons.* 45. *num.* 30. Flores *d. quæst* 22. *num.* 42. Farinac. *d. quæst.* 64. *à num.* 164. Anton. Monach. *Lucensi decis.* 35. *num.* 16. Moneta *tract. de decimis, cap.* 5. *num.* 80. Castro *cons.* 15. *num.* 1. *verf. secundo, vol.* 1. Rota *decis.* 511. *num.* 8. apud Farinac. *part.* 1. *recent.* Buratt. *decis.* 271. *num.* 6. Flamin. Paris. *dict. quæst.* 67. *num.* 15. 38

Octauò limita in probanda iurisdictione in genere, vide Hippolyt. *cons.* 7. *num.* 27. *cum seqq. lib.* 1. Gabr. *d. concl.* 2. *num.* 22. Mascard. *concl.* 947. Farinac. *d. quæst.* 22. *num.* 42. & *d. quæst.* 64. *num.* 182. Ioseph. de 39

Sessa

Sesse *Arag. dec.* 366. *num.* 10. Natt. *cons.* 672. *num.* 9. Aretin. *cons.* 42. *num.* 3. *vers. secundò principaliter*, Card. Caualer. *decis.* 161. *num.* 7. Rota *in Marsi. en. iurisdictionis* 16. *Ianuarij* 1617, coram bonæ mem. Buratto inter eius impressas *decis.* 219. *n.* 1. Flamin. Paris. *de consid. benefic. q.* 67. *n.* 13.

40 Nonò limita probando dominio. Vide Flores *d. q.* 2. *n.* 42.

41 Decimò limita in probanda consuetudine, Mascard. *concl.* 423. *num.* 8. *& concl.* 424. *num.* 11. *&* 62. Ozasc. *Pedem. decis.* 99. *num.* 27. Flamin. *d. q.* 67. *num* 14. Farin. *d. quæst.* 64. *numero* 190. vbi *num.* 191. plures citat Doctores contrarium tenentes, Cardin. Tusch. *lit. C concl.* 878. *num.* 24. Anton. Monach. *Florent. decis.* 47. *num* 33.

42 Vndecimò limita in probanda vsura, vide Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 5. *vers. verùm quoties*, Gabr. *d. concl* 2. *num* 28. Mascard. *concl.* 1417. Perez *l.* 8. *tit.* 15. *lib* 2. *Ordin. pag.* 360. Auend. *de exequendis mand p.* 2. *cap.* 29 *num.* 2. Gemin. *de vsuris*, *commento* 5. *in præfat. num.* 26. *cum seqq.* Menoch *de arbitr casu* 135 *num.* 23. Cardoso *in praxi iudicum*, *verbo*, *vsura*, *num.* 19. *in med.* Pradil. *in summa legum pœnal. part.* 1 *cap.* 30. *numero* 4. Farin. *d q.* 64 *num.* 195. Ignat. del Villar. *d. resp* 9. *n.* 18. Flores *d. q.* 22. *num.* 43. Ioseph de Sesse *d. decis.* 166. *n.* 9. Cardin. Mantic. *de tacitis*, *& ambig. conuent. lib.* 8. *tit.* 19. *num.* 5. Sigism. Scacc. *in tract. de indic. causar. ciuil. & crim. lib.* 2. *dub.* 9. *cap* 9. *num.* 471. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia & crimin. different.* 133. *num.* 25.

43 Duodecimò limita quando agitur de probando inhonestam, & meretriciam vitã alicuius mulieris, vel diffamationem in genere, Crammat. *decis.* 107. *n.* 9. Bajar. *ad Clar.* §. *stuprum*, *numero* 19. Ioseph Lndon. *concl.* 64. *vers. & ad probandum*, Mascard. *concl.* 1063. *num.* 37. Farin. *d. p.* 64. *num.* 223. Flores *d. quæst.* 22. *n.* 43. Bellet. *disquisit. cleric. part.* 1 *tit. de fauore cleric. reali.* § 4 *num.* 89.

44 Decimotertiò limita in probanda fama, Mascard. *concl.* 236. *& concl* 749. *num* 25. Flamin. *d. quæst.* 67. *n.* 16. Farin. *quæst.* 45. *à num.* 265. *& d. quæst.* 64. *numero* 251.

45 Decimoquartò limita in probanda infamia facti, Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 3. *num.* 5. *in princ.* Farin. *d. q.* 60. *num* 254.

46 Decimoquartò limita in probando fauore, Marant. *in repet. l. is potest*, *num.* 130 *vers. prædictis adde*, *ff. de acq. hæred.* Herculan. *in tract. de negatiua*, *num.* 157. *ad finem*, Flamin. *d. q.* 67. *num.* 19. Gabr. *d. concl* 2 *num.* 42. Mascard. *concl.* 827. *num.* 7. *& concl.* 1045. *num* 33. Farin. *d q.* 64. *num.* 259. Cald. Pereira *q. forens. cons.* 24. *num.* 7.

47 Decimosextò limita in probanda dementia, Burgos de Pace *cons.* 11. *n.* 10.

48 Decimoseptimò limita in probanda mala fide, & sententia, Surd. *cons.* 373. *n.* 24. Farin. *d. q.* 64. *n.* 257. *&* 294.

49 Decimooctauò limita in probatione minarum, dummodo sint concordes in illarum qualitate, licet discordes in loco, & tempore, Gabr. *d. concl.* 2. *n.* 56. Farin. *quæst* 45. *num.* 41. *&* 42 *quæst.* 50. *numero* 41. *& quæst.* 64 *num.* 275. *cum seqq.* Bajard. *ad Clar.* §. *fin. quæst* 21. *num.* 142. Buratt. *decis.* 205. *num.* 11.

50 Decimononò limita in probatione doli, Farinac. *d. quæst* 64 *n.* 273. *& p.* 4. *cons.* 40. *n.* 7.

51 Vigesimò limita in probatione simoniæ, Hippol. *cons.* 1. *tom.* 27 Farin. *d. q.* 64. *n.* 27. *& p.* 4. *cons.* 75. *n.* 9. non admittuntur tamen per Rotam, præsertim ad effectum priuationis, Pute. *decis.* 271. *num.* 11. *lib.* 2. Seraphin. *decis.* 1029. *num.* 11. *& seqq* Rot. *in Tullen. simoniæ* coram Orano, relata per Farin. *lib.* 1. *cons.* 75. *num.* 106. *in vers. aut sunt singulares*, *& in Aquen. simoniæ* 19. *Ianuar.* 1594. coram Card. Blanchetto, apud eundem Farin. *d. cons.* 73. *n.* 73. qui *ibidem* sequitur hanc conclus. *ni m.* 9. *&* 27 *in fine*, *&* *n.* 29. & fuit dictum *in Leodien. Canonicatus* 10. *Martij* 1619. coram bonæ mem. Vbaldo *in vers. non obstant.*

Vigesimoprimò limita in probatione simulationis, 52
Mascard. *concl.* 447. *l.* 2. *n.* 5. quem refert Farin. *d. q.* 64. *n.* 271.

Vigesimosecundò limita in probatione consanguinitatis, quando deponunt de diuersis gradibus, & lateribus, Farin. *d. q.* 64. *à. n.* 262. 53

Vigesimotertiò limita in probatione ætatis, Gabr. 54
d. concl. 1 *n.* 49. Farin. *d q* 64 *n.* 268.

Vigesimoquartò limita in probatione electionis 55
sepulturæ, Guid. Papæ *decis.* 644 Rol *cons.* 81. *n.* 44. *lib.* 2 Mascard. *concl.* 1199. *à num.* 24 *& concl.* 1297. Flores *d. q.* 21. *à num* 49. Guttier. *de iuram. confirmat. part.* 4. *cap.* 4. *in fine*, Flamin Paris. *de confident. q* 67. *num.* 20.

Vigesimoquintò limita, vbi agitur de modico 56
præiudicio, Gabr. *concl.* 1. *num.* 74. Farin. *d. quæst.* 64. *num.* 298 Seraphin. *de priuil. iuramenti*, *priuileg.* 27. *n.* 11.

Vigesimosextò limita in probatione quasi possessionis filiationis, Mascard. *concl.* 797. *num.* 8. Farin. *d. q.* 64. *num.* 269. 57

Vigesimoseptimò limita in probatione metus, 58
Mascard. *concl* 1053. Menoch. *lib.* 3. *de præsumpt. q.* 126. *num.* 31 Flamin. *de resignat. lib.* 13. *q.* 1. *num.* 85. *cum seqq.* Surd *cons.* 395. *num.* 26. Rot. *in Tullen. nullitatis probationis* 7. *Nouembris* 1616. coram bonæ memor. Buratto *inter eius decisiones impressas dec.* 205. *n.* 17.

Vigesimooctauò limita in probatione aditionis 59
hæreditatis, Gabr. *d. concl.* 2 *n.* 21. Mascard. *concl.* 52. Farin. *d. q.* 64. *n* 280.

Vigesimononò limita in probatione confinium, 60
Hieron. de Monte *in tract. finium regund. cap.* 62. *n.* 1. Mascard. *concl.* 395. *n.* 31. *& concl.* 753. *n.* 49.

Trigesimò limita quando agitur de probando 61
quem Sacerdotem, Farin. *d. q.* 64. *n.* 281.

Trigesimoprimò limita in probatione irregularitatis, *gl. verbo*, *simul*, *in c. nihilominus* 5. *q.* 6. Farin. *d. q.* 64. *n.* 184. 62

Trigesimosecundò limita in probatione declara- 63
tionis voluntatis, vt per Franc. Mar. *Delphin. dec* 462. *p.* 1. Mantic. *dec.* 323. *n.* 1.

Trigesimotertiò limita in probanda habitatione, 64
Gabr. *d tit. de testibus*, *concl.* 2 *n.* 44. Farin. *d. quæst.* 64. *num.* 293.

Trigesimoquartò limita in probatione animi, & 65
voluntatis alicuius, Mascard. *concl.* 94. *num.* 3. Surd. *de alimentis*, *tit.* 6 *q* 11. *num.* 52. Farin. *d. q.* 64. *n* 290. Anton. Monach. *Bonon. decis.* 16. *n* 18. Aym. *cons.* 73. *num.* 33. Seraph. *decis.* 559. *n.* 13 Rota *in Tullen. nullitatis probation.* 7. *Nouembris* 1616. coram bonæ mem. Buratto, *inter eius impressas dec.* 205. *n.* 2.

Trigemoquintò limita in probatione societatis, 66
Gabr. *d. concl.* 2. *n.* 43 Farin. *d q.* 64. *n.* 292. vbi *n.* 291. idem dicit de probatione litis.

Trigesimosextò limita in causa dotis, Peregrin. 67
consil. 196. *num.* 8. *in fine*, *lib.* 3. Aldouin. *consil.* 53. *num* 5.

Trigesimoseptimò limita in foro pœnitentiali, vt 68
per Farin. *d q* 69. *n* 299.

Trigesimooctauò limita in probatione repetunda- 69
rum, vel barattariæ, Ignat. del Villar. *d. resp.* 9. *num.* 61.

Trigesimononò limita in probatione adulterij, 70
Mascard.

Mascard. *concl.* 65. *& concl.* 1603. *num.* 37. Flamin. *d. q.* 67. *n.* 18. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 136. *n.* 29. Bellet. *d.* §. 4. *n.* 88. Sed melius distingue, aut enim ciuiliter de dicto crimine agitur, puta ad dotis priuationem, seu thori separationem, aut criminaliter & ad imponendam pœnam: primo quidem casu adulterium probari poterit per testes singulares, secundo autem casu minimè, ita Clar. *in praxi crimin. q.* 23. *vers. dixi etiam*, Farin. *d. praxi crimin. q.* 64. *num.* 224. *cum seqq.* Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia & crimin. differ.* 133. *num.* 19.

71 Quadragesimò limita iunctis adminiculis, tunc enim testes singulares plenè probant, Ant. Monach. *Luc. decis.* 55. *num.* 15. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *q.* 86. Farin. *d. q.* 64. *num.* 302. vbi asserit in criminalibus non procedere quoad pœnam ordinariam, Rot. *in Romana Mutui* 5. *Martij* 1629. coram R. P. D. Duran. Ferentil. *in annot. & decis.* 458. *Buratti in fine*, Et testi vnico, accedente verisimilitudine, est valde deferendum, Verall. *decis.* 27. *p.* 3. Cæsar de Grass. *dec.* 3. *n.* 6. *de probat.* Rot. *decis.* 119. *n* 4 *p* 2. *recent.* Buratt. *decis.* 430. *num.* 4.

72 Quadragesimoprimò limita si testes singulares sint nobiles probatæ fidei, & verosimilia deponant, Anton. Monach. *Luc. dec* 35. *num.* 13. *& Bonon decis.* 16. *num.* 16. Menoch. *de arbitr. casu* 99. *in fine.* Farin. *d. q. num.* 304. vbi *num.* 310. dicit in arbitrio iudicis esse singularibus testibus credere, si ita ex aliqua iusta causa sibi visum fuerit, & *num.* 314. *cum seqq.* quòd licèt testes singulares non plenè probent, faciunt tamen indicium, & præsumptionem, de quo etiam Cacheran. *Pedem. decis.* 99. *num.* 29. Mascard. *concl.* 856. *num.* 24.

73 Quadragesimosecundò limita quando agitur de probando rem in genere, de quo, & in quibus casibus probent testes singulares, vide Syluan. *cons.* 36. *n.* 10. & 11. Anton. Gom. *ad l.* 45. *Tauri*, *num.* 193. *colum.* 2. *in fine*, *& tom.* 3. *cap.* 12. *num.* 12. Viuian. *tom.* 1. *commun. opin. lib* 4. *tit.* 9. *num* 98. *pag.* 490. vbi Bellacomb. *n.* 117. *cum seqq. pag.* 493. Garc. *de nobilit. gl.* 7. §. 1. *n.* 35. Guttier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 12. *à num.* 9. Rebuff. *de reprobat. testium*, *n.* 528. Fr. Emman. *q. Regular. tom.* 2. *q.* 9. *art.* 4.

74 Quadragesimotertiò limita in probando præsumptam hominis voluntatem, Paul. Castr. *cons.* 395. *num.* 1. *vers. & cùm ad hanc dispositiuam*, *lib.* 2. Crau. *consil.* 73. *num.* 33. quos refert, & sequitur Mantic. *decis.* 313.

75 Quadragesimoquartò limita in probanda scientia alicuius, vt tentum fuit in Rota coram Mantic. *decis.* 179. *num. vlt. & decis.* 211. *num.* 7. vbi citantur Curt. iun. *cons.* 64. *num.* 8. Paris. 57. *n.* 19. *lib.* 4. Natt. *cons.* 23. *num.* 2.

76 Quadragesimoquintò limita in probanda perceptione decimarum, vt per Mascard. *concl.* 483. *num.* 1. Brunor. à Sole *in locis commun. verbo*, *decimæ*, Gabr. *commun. lib.* 1 *tit. de testib. concl.* 2. *num* 33. Moneta *de decim. c.* 4. *q* 4. *n.* 179.

Quadragesimosextò limita in probandis fæuitiis, Aldobrand. *cons.* 71. *num.* 5. 30. *& 38. cum seqq.* Bertazol. *cons.* 273. *num.* 9. *lib.* 2. *crimin.* Basil. Pont. *de matrim. lib.* 9. *cap.* 23. *num.* 6. Greg. *decis.* 374. *num.* 21. Rot. *decis.* 156. *num* 2. *post* 2. *volum. consil.* Farin. & *in Romana separationis thori* 1. *Martij* 1630. coram R. P. D. Merlino *in Anconitana separationis thori* 9. *Iunij* 1600. coram Cardin. Lancellotto, & *in Tullen. & nullitatis professionis* 7. *Nouembris* 1616. coram bonæ mem. Buratto, *inter eius decisiones impressas decis.* 205. *num.* 6.

Quadragesimoseptimò limita in probanda confessione extraiudiciali quando concurrunt adminicula, Cranet. *cons.* 35. *n.* 6. *& cons.* 73. *n.* 36. Pute. *dec.* 476. *n.* 3. *lib.* 2. Rot. *in Romana domus* 1. *Decembr.* 1623. coram Manzanedo.

Aduerte quòd testes in dubio non præsumuntur 77
singulares, sed contestes, vt per Gabr. *d. concl.* 2. *n.* 6. *vers. declara etiam*, Cacheran. *Pedem. dec.* 99. *n.* 28. Rota Auenion. *dec* 62. Mascard. *d. concl.* 1215. *n.* 18. Azened. *ad l.* 6. *n.* 11. *tit.* 9 *lib.* 3 *noua recop pag.* 338. Farin. *d. q.* 64. *à n.* 317. vbi *n.* 322. dicit quòd ad hoc vt testes dicantur contestes, & non singulares, omnis interpretatio facienda est, quòd testes præsumantur contestes, nisi probentur singulares, vltra citatos tradunt Alexand. *cons.* 185. *n.* 2. *& 6. lib.* 7. Surd. *cons.* 112. *n.* 42. *& cons.* 44. *n.* 9. *& cons.* 173. *n.* 43. Rot. *decis.* 191. *num.* 4. *p.* 1. *diuers.* Greg. XV. *decis.* 390. *n.* 9. Ferentil. *in annot. ad Buratti decis* 458. *in fine.*

Habenda est pro teste.] Collige text. denuntiatorem posse existere testem in illa causa, in qua denuntiator est, vt per *gloss.* 1. Innoc. Abb. *num.* 2. Imol. *in princ.* Bald. *numero* 4. Mynsing. *numero* 2. & DD. communiter *in præsenti*, Nauar. *in cap. inter verba*, *num.* 779. 11. *quæst.* 3. *& in man. cap.* 25. *num.* 33. Sot. *de ratione tegendi secretum*, *memb.* 2. *quæst.* 4. *concl.* 8. *vers. secundum dubium*, Simanch. *de Cathol. instit. cap.* 19. *in fine*, *& cap.* 64. *num.* 65. Paul. Berti. *Lucen. in sua praxi crimin. tit.* 7. *cap.* 5. Franc. Aretin *in sua methodo*, *siue practic. crimin. lib.* 1. *cap.* 9. Thom. à Iesu *de viti. Regul. tract. c.* 9. *num.* 8. Intellige procedere generaliter in omni negotio, in quo denuntiator principaliter, & immediatè nullam vtilitatem, nullumve emolumentum percipit ex denuntiatione, data enim tali denuntiatione, dummodo suspectus non existat denuntiator de re sibi nota, habetur pro vno teste, & in aliorum numero nuncupatur. Nec obstat text. *in l. ab accusatione* 6. §. *numeratores*, *ff. ad Turpil.* vbi text. videtur dicere non posse eundem hominem esse denuntiatorem, & testem, expendit Bald. *d. num.* 4. quia resp. hunc text. non probare illud ad quod adducitur, licèt probet intelligendum esse in denuntiatore, qui ex sua denuntiatione prædictum emolumentum recipit. Nec etiam obstat quòd in text. *in præsenti*, ibi, *principalis*, indicatur denuntiatorem personam esse principalem, ac proinde testimonium tanquam in causa propria dicere non posse, iuxta vulgaria iura, quia satisfit si dicas *in hoc text.* non appellari denuntiatorem principalem personam, quasi in hoc casu suam propriam causam agat, & prosequatur, sed appellari personam principalem, quia mouet causam alterius, sui scilicet principalis.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinitatis super causa quales esse, & qualiter iurare testes debeant, ostenditur.*
2 *Senioribus magis creditur.*
3 *Maior in dubio intelligitur ætate.*
4 *Maior de domo dicitur, qui ætate est maior, & sic naturaliter, non qui dignitate.*
5 *Testes deponentes de auditu, auditus suorum Maiorum in antiquis probant.*
6 *Testes de credulitate non probant, nec præsumptionem faciunt.*
7 *Testes de credulitate probant in causis in quibus probant testes de auditu.*
8 *Innocentia rei,*
9 *Ætas,*
10 *Filiatio,*
11 *Valor, vel æstimatio,* } *per testes de credulitate probatur*

12 *In antiquis testes de credulitate probant.*
13 *Obstetrices, medici, & similes in relationibus spectantibus ad eorum officium, de credulitate probant.*
14 *Testes de credulitate probant in his, quæ directò probari non possunt, vel sunt difficilis probationis, vt* n. 15. *& contra producentem, vt* n. 16. *& in probando adulterio, & copula carnali,* n. 17. *& contra confessionem raptæ,* n. 18.
19 *Testes de credulitate probant si reddiderint sufficientem rationem suæ credulitatis.*

CAP. Quoties. V.

Eugen. IX.

1 QVando agitur de separando matrimonio propter consanguinitatem, producendi & examinandi sunt duo, vel tres testes de eadem consanguinitate, qui si non sint totidem, meliores, & seniores eiusdem loci qui iurent se non inductos ad iurandum aliquo commodo vel incommodo, & ita se accepisse à maioribus suis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Panorm. Bald. Butr. Felin. Anchar. Dec. Martin. Vran. Mynsing. Aretin. Cuiac. Vivian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 149. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 259. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 13. *c.* 20. & est post Conc. Later. *p.* 8. *cap.* 17.

2 *Senioribus.*] Notatur ad hoc quòd senioribus magis creditur; vt per Tiraq. *in præfat. primog. n.* 148. *& seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 1295. *& concl.* 1296. *n.* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *q.* 47 *n.* 3. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. 465. *n.* 17. Senectus enim ætate fit doctior, vsu tutior, processu temporis sapientior, secundùm S. Hieronymum, quem refert Melch. Phœbos *Lusit. dec.* 66. *n.* 7. *&* 8. *tom.* 1.

3 *A maioribus.*] Notatur ad hoc quòd maior in dubio intelligitur ætate, vt per Tiraq. *in tract. primog. q.* 1.
4 *n.* 11. Et maior de domo dicitur qui ætate est maior, & sic naturaliter, non qui dignitate, scientia, aut aliter, & sic per accidens, seu ciuiliter, vt per Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 10. *sub n.* 1. quem citat Anton. Monach. *Florent. decis.* 71. *n.* 28.

5 Notatur etiam ad hoc quòd testes deponentes de auditu auditus suorum maiorum in antiquis probant, vt per citatos *ad cap. licet ex quadam, infrà hoc tit. limit.* 4.

6 *Et credere.*] Notatur ad hoc quòd testis de credulitate non probat, gloss. *verbo, meminerint, in l.* 2. *§. pen. ff. de aqua pluuia arcenda, & in l. testium, verbo, præsto, C. de testibus*, resoluunt. Anton Gom. *tom.* 3. *var. c.* 2. *in fine princ. vers. item adde*, Tiraq. *de retractu lig. §.* 2. *gloss.* 2. *n.* 10. Ozasc. *Pedem. decis.* 122. *n.* 1. Viu. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 4. *tit.* 9. Mascard. *de probat. concl.* 458. *num.* 1. *cum seqq. & concl.* 1363. Morla *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 11. *in prælud. n.* 49. Soar. de Pace *in praxi, tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 8. *n.* 78. Cardoso *in praxi iudicum, verbo, testis, n.* 84. Fr. Paulin. Bert. *in praxi crimin. Regul. tit.* 11. *c.* 11. *n.* 73. *cum seqq.* Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.* 7. *n.* 59. late Farin. *d. p.* 2. *q.* 68. Mendez à Castro *in praxi Lusitana, lib.* 3. *c.* 15. *n.* 8. Nec etiam præsumptionem facit, quamvis dicat se pro certo credere, nisi causam, & originem suæ credulitatis adducat, vt per Paris. *cons.* 67. *num.* 91. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 46. *num.* 12. *lib.* 4. Mascard. *concl.* 458. *n.* 9. *& concl.* 1363. *n.* 3. *in fine*, Mantic. *decis.* 30. *n.* 1. Rota *decis.* 502. *n.* 11. apud Farin. *p.* 1 *recent. vers. & quod testes*, Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 150. *n.* 30. Farinac. *d. q.* 68. *n.* 63. vbi *num.* 64. resoluit quòd consuetudine induci non potest, vt testibus de credulitate plenè credatur, de quo etiam Mascard. *concl.* 458. *n.* 10. *& concl.* 163. *n.* 4. *vers. & quod consuetudo.*

Limita primò in causis in quibus probant testes 7
de auditu, probant etiam testes de credulitate, vt per Mascard. *conclus.* 1363. *num.* 19. Farinac. *d. quæst.* 68. *num.* 100.

Secundò limita ad rei innocentiam probandam, 8
vt per Crot. *de testibus n.* 81. *& n.* 315. *vers. secundò fallit.* Compeg. *eod. tract. reg.* 209. *limit.* 9. Herculan. *de negatiua, n.* 309. *& n.* 314. *vers. hæc autem*, Mascard. *conclus.* 13. Farin. *dict. q.* 68. *n.* 77. Bossi. *in prax. crimin. de opposit. contra testes, n.* 79. latè Buccaron. *de different. inter indicia ciuilia, & crimin. differ.* 71. *n.* 4. vbi *post n.* 6. citato Farin. *d. q.* 68 *n.* 79. subdit testes de credulitate in criminalibus probare ad defensionem reorum, etiamsi nullam reddant causam credulitatis eorum per sensum corporeum concludentem.

Tertiò limita in probatione ætatis; vt per Menoch. 9
de arbitr. casu 116. *n.* 1. *cum seqq.* Surd. *cons.* 76. *num.* 6. Farinac. *d. q.* 68. *n.* 94.

Quartò limita in probatione filiationis, vt per 10
Mascard. *concl.* 798. *n.* 21. Farin. *d. q.* 68. *n.* 88.

Quintò limita in probatione valoris, vel æstima- 11
tionis, ad quam testes de credulitate admittuntur, vt per Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. p.* 3. *cap. fin. num.* 42. Gemin. *de vsuris commento* 2. *§.* 5. *n.* 126. Mascard. *concl.* 656. *n.* 33. *& concl.* 1363. *num.* 11. *& seqq.* Farin. *d. q.* 68. *num.* 98.

Sextò limita in antiquis, vt per Tiraq. *de retractu* 12
lig. §. 2 *gloss.* 2. *num.* 10 *&* 12. Mascard. *concl.* 104. *n* 15. *& concl.* 1363. *n.* 20 *&* 21. Cald. Pereira *de empt. c.* 21. *n.* 15. Farin. *d. q.* 68. *n.* 85. vbi *n.* 86. resoluit quòd multò magis probant testes de credulitate in factis notoriis antiquis.

Septimò limita in his, quæ consistunt in peritia 13
artis, provt sunt medici, obstetrices, & similes, quorum relatio, & testificatio de credulitate admittitur, vt per Mascard. *concl.* 1363. *n.* 14. Farin. *d. q.* 68. *n.* 95. *& quæst.* 127. *n.* 109. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 151. *num.* 9.

Octauò limita in his, quæ directò probari non 14
possunt, Bursat. *cons.* 87. *num.* 50. Farin. *d. quæst.* 68. *num.* 81.

Nonò limita in his, quæ sunt difficilis probatio- 15
nis, vide Crot. *de testibus, num.* 324. *lim.* 4. Campeg. *eod. tractat. reg.* 209. *limit.* 10. Farinac. *d. quæst.* 68. *num.* 84.

Decimò limita contra producentem, Mascard. 16
concl. 1363. *n.* 18. Farin. *d. q.* 68. *n.* 75.

Vndecimò limita in probando adulterio, & co- 17
pula carnali, Farinac. *in praxi crimin. part.* 5. *quæst.* 136. *num.* 32. vbi *num.* 34. id intelligit si suam credulitatem fundent in aliquo actu venereo, & propinquo.

Duodecimò limita contra confessionem raptæ, Io- 18
seph. Sesse *Aragoniæ decis.* 94. *n.* 21.

Decimotertiò limita quando testis redderet suffi- 19
cientem suæ credulitatis rationem, Crot. *de testibus, n.* 345. *lim...* Mascard. *concl.* 458. *n.* 11. *& concl.* 1363. *n.* 7. *& concl.* 1369. *n.* 45. Farin. *d. q* 68. *n.* 74. Roland. *cons.* 57. *ex n.* 27. *vol.* 1. Gom. *var. tom.* 3. *tit. de probat. delict. n.* 19.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Prælatus, & clerici qui causam Ecclesiæ non procurant, testificari possunt in ea.*
2 *Testes de vniuersitate, vel collegio admittuntur ad testificandum pro sua vniuersitate.*
3 *Clericus potest esse testis in causa suæ Ecclesiæ.*
4 *Abbas in causa sui Monasterij testis esse potest.*
5 *Canonicus in fauorem sui Capituli testis esse potest.*
6 *Testes de vniuersitate non probant pro ea in his, quæ eorum commodum tangunt, vt singulos.*

CAP. Insuper. VI.

1 PRælatus, vel clerici alicuius Ecclesiæ possunt in causa illius esse testes, non tamen procurare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Felin. Bald. Panorm. Henric. Boich. Dec. Aretin. Mynsing. Martin. Vran. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 150. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 259. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 13. *c.* 21. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 8. *c.* 18.

In superscriptione text. ibi, *Priori.* Ex hac superscriptione, iuncto text. *in præsenti*, ibi, *vobis*, colligitur posse superiorem quemcunque dicere testimonium in causa suæ Communitatis, idem probat text. *in cap. etsi Christus* 26. *in fine, vers. licèt*, ibi, *vobis*, iuncta superscriptione illius, ibi, *Abbati, de iureiur.* tradunt glos. in specie *in cap super prudentia* 14. *q.* 2. Abb. *à n.* 5. Imol. *n.* 2. Bald. *n.* 10. Bellam. *n.* 6. Dec. *n.* 1. & 11. & alij communiter *in præsenti*, Anch. *n.* 11. Domin. 17. *in cap. præsentium, hoc tit. lib.* 6. resoluit Alberic. *de testib. p.* 1. *tit. quando ratione affectionis, à n.* 34. Non obstat quòd Præ latus quicunque respectu suæ Ecclesiæ procurator est, & habet administrationem illius, vt probat text. *in c.* 2. *de donat.* resoluit Sarmien. *de reddit. p.* 3. *c.* 1. *n.* 4. & procurator, seu administrator in causa, quam procurat, seu administrat, testis esse non potest, vt probat text. *in l. vlt. ff. hoc tit. & in cap. fin. in fine, eod. lib.* 6. Mench. *vsufreq cap.* 33. *n.* 5. Respondetur enim text. *in d. cap.* 2. & melius *in cap. edoceri, de rescript.* non esse intelligendos in proprio procuratore, de quo loquitur text. *in præsenti*, sed lato modo, nam Prælati procuratores Ecclesiarum suarum appellantur non propter mandatum, quod habent ad negotia peragenda in iudicio, vel extra, quod requiritur vt propriè quis procurator esse dicatur, sed quia bona Ecclesiæ, & illius negotia ratione suorum titulorum diligenter curare tenentur, quæ quidem cura & diligentia efficere nequit vt è testimonio repellantur. Nec etiam obstat quòd procurator à superiore Communitatis constitutus ad agendum in causa illius testificari non potest, vt probat text. *in præsenti, vers. dummodo*, vnde à fortiori videbatur constituentem in eadem causa testimonium dicere non posse, arg. text. *in auth. multo magis C. de sacros. Eccles.* Resp. enim obiectionem procedere quando solus Prælatus absque Conuentu, seu congregatione ad illam causam peragendam procuratorem constituit, itavt nomine ipsius per eundem negotium tractetur, quia hoc casu huiusmodi Prælatus constituens, veluti per instrumentum, tanquam actor principalis agere videtur, *cap. qui per alium, de regulis lib.* 6. ac proinde in testimonium eiusdem causæ nequaquam venit admittendus, vt in specie tradit Archid. *in cap. super prudentia, n.* 2. 14. *q.* 2. Verùm secus dicendum quando idem superior vnà cum Communitate constituit eundem procuratorem, syndicum, vel actorem, qui nomine ipsius Communitatis causam exerceat, iuxta terminos text. *in cap. præsentium, hoc tit. lib.* 6. in quo casu sine dubio superior testimonium dicere potest eo quòd in hac specie respectu talis causæ sicut quilibet alius de Communitate connumeratur, vnde sicut quilibet de Communitate testificari potest, ita quoque superior, qui in hoc casu tanquam quilibet particularis reputatur.

Collige ex text. testem de vniuersitate, vel collegio, non habentem interesse particulare in causa, admitti ad testificandum pro sua vniuersitate, vt per Aym. *de antiquit. temp. part.* 1. *cap. quid in libro à n.* 17. Hyppol. *in l.* 1. §. *seruus à num.* 1. *ff. de quæst.* Crot. *de testib. num.* 171. Curt. *eod. tract. concl.* 3 *à n.* 11. Auffrer. *de reprobat. testib. à n.* 1. *& num.* 91. Couar. *pract. c.* 18. *num.* 4. Surd. *cons.* 28. *& cons.* 65. *n.* 8. Afflict. *decis.* 400. Nauar. *in quæst. forens.* 270. *lib.* 1. Octau. Glorit. *resp.* 12. *num* 27. latè Caualer. *decis.* 140. *num.* 3. *& decis.* 143. *à princip.* vbi *num.* 1. post Afflict. *decis.* 400. *numero* 4. *&* 5. ac alios ampliat etiamsi esset vniuersitas laicorum, Gregor. *l.* 18. *tit.* 16. *part.* 3. *verbo, los de consejo*, Socin. *reg.* 408. Hieron. de Monte *de finibus regundis, cap* 57. *num.* 1. *& cap.* 58. *num.* 11. Rebuff. *de reprobatione testium, num.* 571. *cum seqq.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 2. *casu* 106. *num.* 5. *vers. afferri etiam solet*, Cranet. *de antiquit. tempor. part.* 1. §. *quid in libro officialis, ex num.* 19. Azeued. *ad Curiam Pisanam, lib.* 2. *cap.* 19. *ex num.* 3. Perez *l.* 22. *in gloss. iurando cinquo hombres, tit.* 11. *lib.* 4. *Ordinam.* Vinian. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 76. *pag.* 47. & Donat. à Fina *eod. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 224. *cum seqq. pag.* 536. Mascard. *de probation. conclus.* 295. *num.* 14. *cum seqq. & conclus.* 395. *numero* 8. *cum seqq. & conclus.* 1414. Mench. *quæst. vsufreq. cap.* 33. *num.* 12. *cum seqq.* latè Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 60. *num.* 550. *cum multis seqq.* nouissimè Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 13. *num.* 102. Cald. Pereira *de emptione, & vendit cap.* 21. *num.* 16. *& seqq.* plures refert Doctores Cened. *ad Decretal. collect.* 156. Gregor. *decis.* 340. *num.* 1. & 8. vbi addent. *num.* 14. & fuit dictum in Calaguritana erectionis in Parochialem 11. *Ianuarij* 1619. coram Cardin. Verospio, & *in Clusina beneficio* 28. *Iunij* 1628 coram R. P. D. Dunozetto, & *in ciuitatis Beneficij* 16. *Martij* 1629. coram Cardin. Virili, & *in Bergomen. Capellaniæ* 18. *Maij* 1629. coram R. P. D. Merlino. Vnde bene infertur clericos posse esse testes in causis suæ Ecclesiæ, vbi non agitur de interesse singulorum, sed Ecclesiæ, Mascard. *concl.* 306. *n.* 4. Farin. *d. q.* 60. *n.* 459. & fuit latè deductum *in Narnien. continuum* 10. *Decembr.* 1623. *&* 15. *Martij* 1604. coram R. D. meo Coccino Decano, quæ sunt impressæ post 2. *volum. consil.* Farin. 104. & 210. sequitur Rota *in Meten. Cercatoriæ* 30. *Martij* 1626. coram bon. mem. Buratto, *inter eius impressas dec.* 926. *n.* 6. Infertur etiam testificari non posse Abbatem in causa sui Monasterij, Mascard. *concl.* 3. & Canonicum in fauorem sui Capituli, Mascard. *conclus.* 261. *n.* 6. *&* 9. Rebuff. *de reprobat. testium, n.* 59. Farinac. *d. quæst.* 60. *n.* 470. Sed quamvis testis de vniuersitate vbi non agitur de interesse singulorum admittatur ad eius fauorem, non est tamen omnino integer & omni exceptione maior ob affectionem, quam erga suam vniuersitatem habere præsumitur. Natt. *cons.* 672. *num.* 58. Honded. *consil.* 17. *num.* 38. *lib.* 1. Rot. *in Senogallien. iuris pascendi* 17. *Nouembr.* 1619. coram Remboldo, suppletur tamen huiusmodi defe-

2 3 4 5

ctus ex numero Honded. *d.conſ.17 n.43.* Gregor. *deciſ.34.ex n 6.*

6 Limita tamen in his, quæ eorum commodum tangunt vt ſingulos, tunc enim teſtes de vniuerſitate non probant pro vniuerſitate, vt per Felin. *hic n.6.* Curt. *in tract. de teſtib. concluſ.3.n.1.* Couar. *pract c 18. n.4.* Ioan. Andr. Angel. Bald. Bart. Dec. & alios, quos refert, & ſequitur Rota *deciſ.136. n.1.* apud Farinac. *p.1. recent. & deciſ.430. n 3 & 4. p.2 etiam recent.* Menoch. *d. caſu 106. num.11.* Rebuff. *de reprobat teſtium, n 176.* Lanfranc. de Oriano *in tract. de teſtib. num.73.* Oſaſch. *deciſ.99. n.39.* Roland. *conſ.72.ex n 13. lib 2.* Card. Caualer. *d deciſ.141. n.2.* Dicitur autem agi de commodo ſingulorum quando agitur de paſcuis, & nemoribus, in quibus ſingulorum animalia paſcuntur, & ſingulis ligna incidunt, Afflict. *deciſ.49.n.5.* Couar. *pract. c.18.n.4. verſ. quartò*, Roland. *conſ.72. n.13.& 14.lib.2* Ceual. *deciſ 140.n.3* vbi dicit ſecus ſi vniuerſitatis paſcua venderet, vel haberet animalia propria quæ paſcerent. Et ad hoc vt teſtis de vniuerſitate non admittatur ad teſtificandum pro ea, non ſufficit modicum eorum intereſſe. Cæſ. de Graſſ. *deciſ.8.n.8. de teſtib.* & ideo quale & quantum eſſe debeat, iudicis arbitrio remittitur, Gregor. *deciſ.140. n 9.* Nam text. *in præſenti*, vt conſtat ex eius litera, ibi, *res domus*, &c. procedit tantùm vbi cauſa de qua agitur, directè, & principaliter ſpectat ad monaſterium, Eccleſiam, collegium, ſiue vniuerſitatem, cui principalis quæritur vtilitas, aut damnum imminet, & in hac ſpecie procedunt text. *in præſenti*, ibi, *cauſis Eccleſiæ veſtræ, & in cap. cum nuntius*, ibi *ſuper negotio Eccleſiæ veſtræ, infr. hoc tit.* & aduertunt Doctores citati.

7 *Non debet admitti*, &c.] Collige ex text. ſingulos de Communitate inſtitutos procuratores non poſſe pro eadem dicere teſtimonium, idem probat text. *in l fin. ff. hoc tit. & in cap. vlt. hoc eod. tit. lib. 6.* tradunt *gloſſ. vltim* Bald. & Abb. vterque *num.8* Bellam. *n.2. & 10* Imol. *num 1* Decian. *num.14.* & alij *in præſenti*, DD. communiter *in cap. cùm à nobis infr. hoc tit.* vbi Felin. *num.12.* Rot. *deciſ. 122. in nouis*, Roman. *conſ. 320.* Alexand. *conſ. 152. num.7. vol 7.* Rip. *in cap. 1. de iudic.* Alberic. *de teſtib. part.1. in princip. tit. ratione domeſticitatis, num.22. & tit. ratione affectionis, num.2.* Anfrer. *à num. 8.* Xuar. *alleg. 1. num.15.* Ratio autem quare procurator non admittatur ad teſtimonium ſecundùm *gloſſ. vltim in præſenti*, eſt quia teſtificando duplex officium exercere cenſetur, nempe teſtis, & procuratoris litigantis, quod quidem inconueniens eſſe conſtat ex text. *in cap. ſingula, 86. diſt. & in cap. cùm ſingula, de præbend. in 6.* Vel ſecundùm Bellam. *hîc num 10.* quia procurator virtute ſui mandati repræſentat Communitatem, ſeu dominum conſtituentem, & veluti illius inſtrumentum eiuſdem conſtituentis vices gerit, arg. text. *in cap. ſanè, de officio deleg.* & conſtat ipſam Communitatem, ſi per ſe procederet ſicuti dominum conſtituentem nequaquam in cauſa veluti propria ad teſtimonium admittendam fore, propter text. *in l. omnibus, Cod. hoc tit.* Sed meliùs dicendum puto propterea procuratorem in teſtimonium non admitti, quia attenta iuris præſumptione dicitur habere affectionem maximam ad cauſam in qua procurator eſt conſtitutus, tum quia ex terminatione illius lans aliqua, ſi victoria comparetur, damnum verò, ſi condemnatio ſequatur, reſultabit. Non obſtat *l. deferre, 18. §. idem decreuerunt, ff. de iure fiſci*, quia reſpondetur illam non loqui de interrogatione facienda procuratori tanquam teſti, ſed tanquam parti, prout in ſpecie aduertit gloſſ. *verbo interrogari*, Bart. & alij DD. communiter *ibidem.* Nec etiam obſtat text. *in c. ſuper prudentia, verſ. cæterùm, 14.q.2.* quia ſatis fit, ſi dicas illum non eſſe intelligendum de tractu Aduocati, vel procuratoris, prout *in d.l. fin.* ſed de tractatu Capitularium electorum, ſeu fratrum einſdem Eccleſiæ, de quo tractatu optimè dicitur teſtimonium, veluti per illos, qui magis inſtructi & informati ſunt, iuxta text. *in c. tertio loco, de probat.*

In gloſſ. *Admitti*, ibi, *quia nemo debet habere duplex officium in cauſa.* Vide Perez *l.2. gloſſ.1. pag.403. col.1. verſ. nonò quæro, tit.19. lib.2. Ordinam.*

SVMMARIVM.

1 *Probatio exceptionis oppoſita contra teſtem productum, ſi non admittitur, antequam dictum teſtis recipiatur in caſu in quo admitti debuit, licitè appellatur.*
2 *Titulus in beneficialibus non præſumitur ex tempore.*
3 *Patronus laicus non poteſt accuſare clericum inſtitutum in Eccleſia, in qua eſt patronus.*
4 *Diſpenſatio præſumpta habet locum in illegitimis, qui beneficia obtinent, quæ eorum parentes obtinuerunt, vel in Eccleſiis, vbi parentes alia de præſenti obtinent.*
6 *Exceptiones, quæ contra teſtes opponuntur, debet ſtatim iudex admittere, aliàs grauaret partem, quæ poſſet appellare.*

CAP. Exparte A. VII.

QVando impetratis literis à Papa conuenitur reus coram iudice volente accipere teſtimonia, ſi reus excipit contra teſtes quod non ſunt idonei, quia vult probare eos eſſe latrones, raptores manifeſtos, & conuictos de periurio, & iudex non obſtante appellatione recipit teſtes, & fert ſententiam contra reum, quem ſpoliat, v.g. Eccleſia, & aliis, tradit, ſi hoc conſtiterit, ſententia eſt caſſanda, & Eccleſia Presbytero reſtituenda, non obſtantibus Apoſtolicis literis confirmationis, itavt deinceps non moleſtetur; ſi verò res aliter ſe habebat, cauſa audiri, & fine debito terminari debet, admonitis teſtibus, vt verum dicant. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Hoſt. Panorm. Bald. Butr. Anch. Aretin. Henric. Cujac. Mynſing. Martin. Vran. Vinian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 154. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 159. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2* refertur ab Ant. Auguſt. *collect.1. Decretal. lib.2 tit.13.c.23* & eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alex. III. *p.1.c.22.* 1

Et eam triginta annis, &c.] Notatur ad hoc quòd ex tempore non præſumitur titulus in beneficialibus, vt per Tiraq. *de præſcript. fol. mihi 96.* Maſcard. *de probat. concl. 160. n.10.* 2

Miles quidem, &c.] Notatur ad hoc quòd laicus patronus non poteſt accuſare clericum, inſtitutum in Eccleſia, in qua eſt patronus, vt per Clar. *lib. 5. §. fin. q.14. n.22.* 3

Quòd ſi dictus presbyter filius eſſet illius, &c.] Hinc colliges præſumptam diſpenſationem non habere locum in illegitimis, qui beneficia obtinent, quæ eorum parentes habuerunt, vel in Eccleſiis vbi eorum partes beneficia alia habent, ita Cochier. *in comment. ad reg.55. de triennali poſſeſſore, n.54.* 4

Infames, & notabiles.] Qui ſint iſti dixi *ad c.2. ſup. hoc tit. n.3. cum ſeqq.* 5

Nihilo

6 *Nihilominus iudices*, &c.] Notatur ad hoc quòd iudex debet statim admittere exceptiones, quæ contra testes opponuntur, aliàs grauaret partem, quæ posset appellare, vt per Rebuff. *in tract. de probat. testium, n.* 12. vbi multipliciter limitat, *& n.* 15. *vers. nec obstat*, dum ait post publicationem, & conclusionem non posse obiici, intelligit quando non fuit appellatum, secus si appellatum fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex mittere debet examinatorem discretum ad recipiendos testes, qui ad eum commodè venire non possunt.*
2 *Valetudinarij qui sint, arbitrio iudicis relinquitur.*
3 *Senes non possunt cogi venire ad testificandum.*
4 *Paupertas non est causa sufficiens ad repellendum testem à testimonio, si alias est persona honesta.*
5 *Senes an sint compellendi ferre testimonium inuiti, remissiuè.*

CAP. Si qui testium. VIII.

1 IVdex mittere debet personas idoneas ac discretas ad recipiendos testes, quando non possunt ad se venire, quia v.g. sunt senes, infirmi, pauperes, &c. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Panormit. Host. Bald. Butr. Felin. Aretin. Henric. Mynsing. Mart. Vran. Cujac. Cened. *collect.* 133. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 151. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 260. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1 *Decret. lib.* 2 *tit.* 13. *c.* 24. & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. *p.* 8. *c.* 20.

2 *Valetudinarij*] Qui sint arbitrio iudicis relinquitur, vt per Doctores, quos *suprà* citaui *ad cap. quoniam frequenter, in verbo, & valetudinarij, vt lite non contestata.*

3 *Et senes.*] Notatur ad hoc quòd senes non possunt cogi venire ad testificandum, sed debet iudex mittere ad domos illorum, Farinac. *in praxi crimin. part.* 2. *de oppositione contra examen testium, quæst.* 78. *n.* 79. Nam morbus, & senectus à pari procedunt, Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 5. *quæst.* 3. *n.* 47. Et de senibus vide plura per eundem Flamin. *lib.* 3. *q.* 17. *n.* 5. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *quæst.* 100. *art.* 2. *& tom.* 3. *q.* 24. *art.* 2. Pinedam *in vita D. Ioannis Baptistæ, lib.* 2. *c.* 9. §. 139. *pag.* 97. & per citatos à Cened. *ad Decretum collect.* 9. *num.* 5.

Mittatis personas idoneas, &c.] Collige ex text. posse iudicem committere examinationem testium, qui ad illum venire nequeunt, idem probat *c.* 1. *de testib. cog. c.* 2. *vers. sed cùm, de iudic. lib.* 6. *Clem.* 1. *de offic. leg. l. ad personas egregias*, 15. *ff. de iureiur. auth. sed iudex, C. de Episcopis, & cler. Auth. de hæret. & falcid.* §. *hinc nobis, in fin. collat.* 1. tradunt Innoc. Abb. & Felin. *n.* 1. *&* 14. Bald. *in princ.* Imol. & Bellam. vterque *n.* 1. Mynsing. *n.* 6. & alij *in præsenti*, Bart. *in l. iudices, C. de fide instrum.* Abb. *in c. quoniam contra n.* 30. *de probat.* Felin. *in c. cum causam, à n.* 21. *& n.* 28. *inf. hoc tit.* Alberic. *de testib. p.* 2. *à n.* 1. Roman. *sing.* 397. Gom. *in d. c.* 3. *à num.* 30. Tiraq. *de nobilit. c.* 20. *n.* 46. Cou. *lib.* 2. *var. c.* 13. *n.* 10. Clar. *in* §. *vlt. q.* 26. Cened. *ad Decret. collect.* 113. Non obstat quòd iudex debet colligere an vera sint quæ dicunt testes ex modo, quo ipsi suum proferunt testimonium, iuxta text. *in c. in nostra* 32. *inf. hoc tit.* quod iudicium non potest colligere, nec intelligere, per illas personas quas mittit ad recipiendos testes; resp. enim huiusmodi obiectionem tantummodo euincere quòd iudex debet tales personas mittere ad recipiendos testes, quæ veluti discretæ bene considerent vultum testium, illorúmque perturbationem, seu titubationem in dicendo testimonio, notantes & scribentes dignitates, qualitatésque, seu alias eorum circunstantias, vt in specie aduertit Abb. *in d. c. quoniam contra, n.* 35. Simanch. *de catholic. c.* 64. *n.* 11. Nec etiam obstat quod receptio testium continet in se nudum ministerium ipsius recipientis, quod alteri personæ per iudicem committi non potest, vt videtur probare text. *in c. vlt.* §. *vlt. de offic. deleg.* quia resp. faciendam esse distinctionem inter nudum ministerium, quod competit ex delegatione, inter illud, quod ratione proprij officij ad aliquem spectat, itavt priori casu nequaquam committi possit, propter text. sic intelligendum *in d. c. vlt.* §. *vlt.* contrà verò in posteriori, in quo commissio & licita & valida reputatur, sic explicatur text. *in Clem.* 1. § *sanè, de hæret. & incip. inter cætera, vers. vnde, de officio ordin.*

Amplia tex. *in præsenti* procedere non solùm quando mittitur persona habens iurisdictionem, sed etiam quando notarius, vel loco illius mittuntur alij carentes omni iurisdictione, ita in specie tradunt Salicet. *in auth. sed iudex, C. de Episcopis, & Cleric.* Bald. *in l. hac consultissima*, §. *si quis autem, n.* 1. vbi Alex. *n.* 4 *C. de testam.* Hippol. *in l. de minore*, § *plurimum, n* 16. *ff. de quæst.* Abb. *in d. cap. quoniam contra, num.* 30. Felin. per text. *ibi in cap.* 2. *à num.* 30. *de iudic.* Couar. *var. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 10.

Limita tamen non procedere in causis criminalibus, in quibus iudex regulariter ad testium examinationem alteram personam mittere non potest, sed ipse per se ire tenetur ad personas taliter impeditas: *Auth. apud eloquentissimum, Cod. de fide instr. d. c.* 2. *vers. si fortè*, vbi gloss. *verbo iure prohibente, gloss. vlt. in cap.* 1. *de testib. cog.* Abb. *num. pen.* Felin. *à num.* 21. *in cap. cùm causam, hoc tit.* Gom. *d. cap.* 2. *num.* 12. Con. *d. c.* 13. *num.* 10. Auend. *de exequendis mand. lib.* 2. *cap.* 17. *in fine.*

Aut paupertate depressi.] Ergo paupertas non est causa sufficiens repellendi testem à testimonio, si aliàs est persona honesta, vide Viuian. *tom.* 1. *communium opinionum, lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 136. *pag.* 527. *& n.* 417. *pag.* 563. Soar, *recept. sentent. lit. T. n.* 24. Menoch. *de arbit. casu* 65. *n.* 12. *& cons.* 149. *n.* 45. *cum seq. & cons.* 199. *num.* 21. Bonacos. *communium crimin p.* 2. *verbo testis, fol.* 172. Cotta *in memorab. verbo, paupertas, pag.* 662. Rebuff. *de reprobat. testium, n.* 387. *cum seq.* Mascard. *de probationib. concl.* 1155. *& concl.* 1357. *n.* 37. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 277. *n.* 4. Farin. *in praxi crimin. q.* 57. *n.* 1. *cum seqq.* Aldouin. *cons.* 22. *n.* 29. Cened. *ad Decret. al. collect.* 133. *n.* 2. latissimè Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin differ.* 100. *per tot.* Seraphin. *decis.* 1279. vbi quòd paupertas facit vt quis non sit omni exceptione maior. Rota *in Ferentina Bubalarum* 4. *Iulij* 1618. coram bon. mem. Buratto, *inter eius decisiones impress. decis.* 349. *n.* 1. *& decis* 444. *n.* 1. apud Farin. *p.* 1. *recentiorum*, Mar. Anton. *var. lib.* 2. *resolut.* 34. *n.* 15. *& resol.* 27. *num.* 8.

4 *Aut paupertate depressi.*] Ergo paupertas non est causa sufficiens repellendi testem à testimonio, si aliàs est persona honesta, vide Viuian. *tom.* 1. *communium opinionum, lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 136. *pag.* 527. *& n.* 417. *pag.* 563. Soar, *recept. sentent. lit. T. n.* 24. Menoch. *de arbit. casu* 65. *n.* 12. *& cons.* 149. *n.* 45. *cum seq. & cons.* 199. *num.* 21. Bonacos. *communium crimin p.* 2. *verbo testis, fol.* 172. Cotta *in memorab. verbo, paupertas, pag.* 662. Rebuff. *de reprobat. testium, n.* 387. *cum seq.* Mascard. *de probationib. concl.* 1155. *& concl.* 1357. *n.* 37. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 277. *n.* 4. Farin. *in praxi crimin. q.* 57. *n.* 1. *cum seqq.* Aldouin. *cons.* 22. *n.* 29. Cened. *ad Decret. al. collect.* 133. *n.* 2. latissimè Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin differ.* 100. *per tot.* Seraphin. *decis.* 1279. vbi quòd paupertas facit vt quis non sit omni exceptione maior. Rota *in Ferentina Bubalarum* 4. *Iulij* 1618. coram bon. mem. Buratto, *inter eius decisiones impress. decis.* 349. *n.* 1. *& decis* 444. *n.* 1. apud Farin. *p.* 1. *recentiorum*, Mar. Anton. *var. lib.* 2. *resolut.* 34. *n.* 15. *& resol.* 27. *num.* 8.

5 In gloss. *Valetudinarij*, ibi; *sed numquid senes sunt compellendi ferre testimonium inuiti?* Vide Perez *l.* 7. *gloss.* 1. *post princip. tit.* 11. *lib.* 3. *Ordin.* Farinac. *d. q.* 78. *num.* 79.

SVMMARIVM.

1 *Sententia retractanda est si constat fuisse latam ad dictum corruptorem testium.*
2 *Testi dicenti se falsum deposuisse de alterius mandato, vel prece, non creditur.*
3 *Testi qui dicit se falsum deposuisse fides adhibenda non est, quamvis dicat in articulo mortis.*
4 *Bartolus reprobatur.*
5 *Testis corrupti dictum non facit indicium contra corrumpentem ad inquirendum.*
6 *Testis periurus indicium non facit ad formandam inquisitionem.*

CAP. Sicut nobis. IX.

Alexandr. III.

1 TEstes quando pecunia corrupti testantur consanguinitatem, & per sententiam factum est diuortium, si deinde priuati dicunt iudici se corruptos, & falsum dixisse: si separati contraxerunt secundò cum aliis, imponi debet testibus pœnitentia pro periurio, & adulterio. Si verò non transierunt ad secundas nuptias, diligenter quæratur coram quibus corruptio fuit facta, & si probetur, sententia est reuocanda, qui testimonium periurij non admittatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr Imola, Anan. Host. Butr. Felin. Bald. Panorm. Henric. Boich. Dec. Areti. Mynsing. Martin. Vran. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag* 152. Alagon. *in compend iuris Canon. pag.* 160. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 13. *cap.* 7.

Postea verò, &c.] Collige ex text. non esse credendum testi deponenti contrarium illius, quod antea in suo testimonio deposuerat, sed priori dicto standum esse, idem probat text. *in c. præterea, in fine, de testib. cog.* tradunt gloss. *in casus positione, in fine*, Abb. Felin. & Imol. *n.* 1. Bald. *n.* 4. Anan. *n.* 2. Mynsing. *n.* 8. & alij *in præsenti*. Felin. *in cap. exhibita, de homicid.* Crot. *de testib. n.* 340. Boër. *decis.* 81. Duen. *reg* 59. Alciat. *reg.* 2. *præs.* 29. *in princ.* Clar. *in §. falsam, à n.* 9. *& §. fin q.* 52. *à n.* 12. Cou. *var. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 7. *ad fin.* refert alios Valasc. *cons.* 73. *à princ.* Ratio esse potest, quia per testimonium priori loco datum dicitur ius quæsitum litiganti, vt virtute illius à iudice proferatur sententia, ex reg. text. *in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præsid.* explicat D. Thom. 2. 2. *q* 67. *art.* 2. Sot. *lib.* 5. *de iustit q.* 4. *art.* 2. Cou. *lib.* 1 *var. cap.* 1. *à princip.* quod quidem ius sicut sine ipsius consensu nequit auferri, iuxta reg. text. *in l. id quod nostrum, ff. de reg. iuris*, explicat Mench. *illustr. cap.* 5. *& c.* 12. *à n.* 29. ita quoque tale testimonium in detrimentum eiusdem mutari non potest, iuxta reg. text. *in l. nemo potest, ff. de reg. iuris.*

Amplia text. procedere etiam quando vtrumque testimonium repugnans in diuersis iudiciis præstitum fuit, gloss. *verbo purgauit, in cap. literas* 14. *de præsumpt.* vbi addit, Limita non procedere in causa hæresis, in qua posteriori testimonio standum, *cap. accusatus* 8. *§. licèt, de hæret. lib* 6. Villadieg. *de hæret. prauit. q.* 13. *n.* 12. Cou. *var lib.* 2. *cap.* 13. *n* 9. *vers. ex his*, Simanch. *de cathol. c.* 64. *à num.* 58. Rojas *de hæret. p.* 2. *num.* 110. *& sing.* 206.

Ibid. *post n.* 6. *Est sententia reuocanda.* Collige ex text. sententiam diuortij in causa matrimonij latam per testes corruptos, probata postea corruptione reuocari, ita in specie tradunt Innoc. Abb. *n.* 6. Felin. *n.* 5. Imol. *n.* 2. Bald. *n.* 7. Bellam. & Anan. vterque *n.* 2. Mynsing. *n.* 13. & alij *in præsenti*, in effectu gloss. *verbo, opponi in c. licèt causam*, vbi Abb. *n.* 24. Dec. *n.* 30. *de probat.* subscribit Bart. *n.* 7. Alex. *n.* 19. vbi Ias. *n.* 27. *in l. diuus, ff. de re ind.* refert plures Valasc. *cons.* 51. *n.* 14. Cuius text. decisionem nonnulli, vt Abb. *in præsenti, n* 6. & Dec. *in d. c licèt causam, n.* 20. intelligunt procedere ex eo, quia in specie illius non solùm fuit proposita corruptio, & probata, sed etiam falsitas ab eisdem testibus in his testimoniis relata similiter probata fuit, per quæ duo diuortium, de quo *in text.* pronuntiatum est. Alij verò, vt Felin. Bart. Alex. & Ias. *dictis locis*, putant faciendam esse differentiam inter corruptionem simpliciter, & ita in genere, & sic alio quocumque modo factam, & inter illam, quæ per dationem pecuniæ fieri solet, ita vt in priori casu probatio illius non sufficiat ad reuocandam sententiam diuortij, provt sic intelligunt text. *in d. c licèt causam*; secus verò in posteriori casu, in quo solum sufficit probatio corruptionis, sicut etiam requiritur.

Ego tamen omissis prædictis explicationibus dicendum puto text. *in præsenti* specialiter procedere in causa matrimoniali, in qua licèt de falsitate non constet, probata tantummodo corruptione, interim dum secundum matrimonium non contrahitur, resultat præsumptio falsitatis, propter quam suppositio fauore matrimonij sententia diuortij reuocanda est ad effectum, vt separati coniuges iterum coniungantur, quorum coniunctione minus præiudicium reperitur reducendo illos ad statum antiquum, in quo ante sententiam permanebant. Qui quidem intellectus confirmatur ex finalibus verbis huius text. ibi, *in hoc casu*, &c. quasi sentiat text. extra hunc casum, id est matrimonij, testimonium esse sustinendum, & sententiam non esse retractandam ex defectu probationis circa ipsam falsitatem, licèt constaret de corruptione, ex quo cessat difficultas de text. *in d. cap. licèt causam.*

Se corruptos dicunt, &c.] Notatur ad hoc quòd testi 2
dicenti se falsum deposuisse de alterius mandato, prece, vel præmio minimè credendum est, vide Mascard. *de probat. concl.* 454. *n.* 10. *& concl.* 1311. *num.* 6. *& n.* 37. Mench. *q. vsufreq. c.* 32. *n.* 9. *& c.* 37. *n.* 42. Hippol. *cons.* 78. *n.* 18. *& cons.* 101. *n.* 40. *& cons.* 102. *n.* 8. Azened. *l.* 2. *n.* 44 *tit.* 8. *lib.* 4 *nouæ recop.* Stephan. Gratian. *c.* 192. Hortens. Caualcan. *d. p.* 3. *n.* 71. latè Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *quæst* 45. *num.* 1. *cum multis seqq.* vbi multipliciter ampliat, & limitat. Et quòd subornatio testis non probatur per dictum testis subornati, tenent Dec. *cons.* 189. *n.* 6. Roland. *cons* 16. *n.* 7. *lib.* 1. Rota *in Montis Falcisci fideicommissi* 24. *Nouembris* 1604. coram Illustriss. Ludouisio, apud Farin. *decis.* 141. *num.* 4. *part.* 2. *recent.* Fides enim adhibenda non est testi, qui dicit se fal- 3
sum deposuisse, Surd. *decis.* 326. *n.* 90. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 192. *n.* 9. *cum seqq.* quamvis illud dicat in articulo mortis, vt post Mascard. *concl.* 359. *n.* 32. resoluit Hortens. Caualcan. *in pract. de testibus, part.* 3. *n.* 59.

Pœnitentia iudicatur.] Apertus est hic text. contra 4
Bart. *in l. eos, n.* 4 *ff. de falsis*, dicentem testem in iudicio, & extra iudicium contraria respondentem esse pœna falsi puniendum, provt eum reprobat Cou. *var. lib.* 2. *c.* 14. *n* 7.

Non enim testimonium prædictorum, &c.] Notatur 5
ad quòd dictum testis corrupti contra corrumpentem non facit indicium ad inquirendum, vt per Farin. *d. q.* 45. *n.* 12.

Cùm

Cùm periuri sunt.] Ergo periurus testis indicium non facit ad formandam inquisitionem, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 60. n. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis, & muneris non testificatur etiam in crimine simoniæ, & vnius testimonium non sufficit ad condemnandum.*
2 *Socius criminis, & muneris non probat, nec indicium facit ad torturam aliis indiciis non concurrentibus.*
3 *Socius criminis admittitur in his criminibus, quæ solent perpetrari occultè.*
4 *Socij criminis, & muneris non probant contra simoniacum.*
5 *Simonia sicut in datione committitur, ita in remissione debiti liquidi.*
6 *Probationes in crimine debent esse apertissimæ.*

CAP. Veniens. j. X.

1 SImoniæ in materia qui de se confitetur crimen, non potest testificari contra suum socium negantem idem crimen, nec sufficit vnus ad condemnandum, v. g. si duo dicunt aliquod debitum fuisse remissum vtrisque ab obtinente beneficium, & alter dicit præcessisse pactum, nihil probant. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Panormit. Bald. Butr. Felin. Henric. Boich. Anchar. Dec. Martin. Vran. Mynsing. Aretin. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 152. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 260. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. &* 2. refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decret. lib. 2 tit. 13. c. 9.*

Probat hic text. socium criminis contra alium socium eiusdem non esse interrogandum, nec illius testimonium recipiendum, idem probat text. *in l. Diuus Seuerus, & in l. repeti, § is qui, ff. de quæst.* text. opt. *in l. vlt. ad fin. vers. nemo igitur, C. de accusat. & in cap. si testes, vers. item liberi 4 q. 3. & in cap. vlt. 15 q. 3.* tradunt *gloss. verbo, confessio*, Innoc. *in princ.* Bald. *n. 1. &* 4. Abb. & Bellam. *n. 7.* Imol. *n. 3.* Anan. *n. 1.* & alij *in præsenti*, resoluunt Alberic. *de testib. p. 1. tit. quando ratione affectionis, n. 32.* Curt. *eod. tract. concl. 1 à n. 1. &* 5. Gom. *tom. 3. var. c. 12. n. 16.* Duen. *reg. 300. & seqq.* Socin. *reg.* 425. Boër. *decis. 319. à princ. & decis.* 117. *n. 4.* Sot. *de ratione tegendi, memb. 2. q. 9.* Simanch. *de catholic. institt. c. 6. n. 26. & c. 51. n. 10.* Clar. *§ fin. q. 21. à num.* 4. Tiraq. *de pœnis temper. cap* 40. *numero* 15. Corras. *lib. 1 miscel. c. 20.* Alciat. *de præs. lib. 1. præs. 9 n. 5.* Ratio est secundum Ignat. *in l. etsi certus, n. 3. & 10. ff. ad Syllan.* quia scilicet delinquentes in tormentis de se confessi, & de aliis interrogati sæpè mentiuntur, iuxta text. *in l. 1. § quæstione, ff. de quæst.* Vel secundum Menoch. *de arbitr. casu* 474. *n. 18.* delinquentes confitentes de se crimen eo ipso declarantur infames, quia aduersùs alios interrogari non possunt, nec illorum dicta fidem faciunt, iuxta text. *in cap. testimonium infr. hoc tit.* Vel denique meliùs ne sceleratus homo in summo discrimine constitutus alicui, vel aliquibus falsò afferat nocumentum, quorum fauore aut priuilegio speret debitam euadere vltionem, aut ne inimicos suos conuocet in suum discrimen, provt colligitur ex *d. l. vlt.*

Sed obstat maximè text. *in l. Diuus Adrianus, ff. de custodia reorum, & in c. quoniam 3 supra hoc tit.* ibi, mulieres cum quibus peregisse dicitur, &c. Quapropter nonnulli Doctores quos refert Abb. *in cap. 1. n. 6. de confessis*, existimant faciendam esse differentiam inter delinquentem, qui prius de se quàm de aliis loquitur, & inter illum, qui prius de aliis interrogatur, itavt in priori casu audiendus non sit, secus in posteriori, in quo respectu sociorum auditur, & recipitur testimonium illius. Salicet. verò *in d. l. vlt. num. 5. de accusat.* existimat esse faciendam differentiam inter seruos, & homines ingenuos, itavt priores de se confessi semper interrogentur de sociis, eo quod serui, cùm abiecti sint animo, non solent sine sociis crimina committere. Tertio loco Bart. *in d. l. repeti*, § 1. Abb. *in d. cap. 1 num. 7.* Alex. *cons. 69. num. 8. lib. 2.* Hyppol. *in l. 1. §. diuus Seuerus, n. 5. ff. de quæst.* Angel. *de maleficverbo fama publica, num. 75.* Clar. *d. q. 21. num. 4.* Roland. *cons. 51. num. 26. lib. 1.* existimant aliam esse faciendam differentiam inter crimina, quæ ad vtilitatem perpetrantis principaliter committuntur, provt est furtum, adulterium, falsa moneta, & alia similia, & inter illa, quæ principaliter fiunt in odium offensi, provt est homicidium, incendium, & alia huiusmodi, itavt in prioribus testimonium socij contra alios socios admittatur, sic intelligentes text. *in l. pronunciarum pen. C. de fertis, & in l. 1. C. de falsa mon.* contra verò in posterioribus, in quibus existimant socium criminis non esse interrogandum, provt intelligi potest text. *in præsenti, & in l. fin. C. de accusat.* Ad text. verò *in d. l. diuus, & in d. cap quoniam* respondebis iuxta ea, quæ dicta sunt in addit. ad *c. 1. de confessis*, & quæ infra dicentur.

Amplia text. procedere, etiamsi infamia, aut alia probatio aduersus aliquem existat, & etiam deficientibus testibus, & in criminibus sua natura difficilis probationis *gloss. verbo iuramentum ad fin.* Abb. *num. 2.* & alij *in præsenti*, tradunt Bald. *in l. quando liberi, n. 3. C. de testib.* Aretin. *cons. 61. num. 3.* Alex. *cons. 64. lib. 4.* Roland. *cons. 73. num. 26. lib. 1.* Limita non procedere in crimine læsæ maiestatis, & in aliis, quæ à lege aliqua particulari ad prædictum effectum excipiuntur, resoluunt omnes *in l. fin. C. de accusat. & in cap. fin. de testib. cog.* tradunt Alberic. *de testib. tit. quando ratione affectionis, num. 32.* Gom. *tom. 3. var. cap. 12. num 16.* Duen. *reg. 300. & seq.* Simanch. *d. cap. 51. num. 10.* Clar. *d. quæst. 21. num. 5.* Menoch. *d. casu 474. n. 27.* Mascard. *concl. 1317. num. 21.* Limita etiam non procedere quando confessus de crimine conuenitur non criminaliter, sed ciuiliter, provt dictum est *in addit. ad c. per tuas, de simon.*

2 Collige ex text. socium criminis, & muneris non probare, vide Lanfranc. *in repet. cap. quoniam contra, verbo, testium depositiones, n. 120. sup. de probat.* Menoch. *de arbitr. casu 474 num. 13. & cons. 378. num. 4.* Ozasc. *Pedem. dec. 79. n. 19. in fine*, Perez *l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 60.* Mascard. *de probat. concl. 1311.* Moz. *de contract. lib. tit. de societate, cap. de diuisione societatis, num. 12.* Ceuall. *commun contra commun. quæst 280.* Christoph. de Pace *ad leges styli, l. 54. schol. 5. à num. 13* Morla *in emporio iuris, p. 1. tit. 1. in prælud. num. 79.* Surd. *de alimentit. tit. 1. q. 60. num 9.* Fr. Ludou. Miranda *de ordine iudic. quæst 23. art. 7. concl. 1* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 126. artic. 2.* Flamin. *de resignat. benefic. tom 2. lib. 1 4. q. 10.* Cardos. *in praxi iudicum, & Aduocatorum, verbo, testis, num 28.* Paulin. Berti Lucens. *in praxi crimin. Regularium, tit. 11. cap. 11. num. 35.* itavt aliis concurrentibus indiciis minimè faciat præsumptionem aliquam, indiciúmve ad torturam, vel ad inquisitionem formandam, vt per Bonacos. *commun. crimin. part. 2. verbo, socius, fol. 70. in fin.* Gregor. Lopez *l. 21. verbo, algun error, tit. 16. part. 3.* Menoch. *de arbitrar. casu 474. num. 13. cum seqq.* Kirchou. *tom. 1. commun.*

commun opin. lib.4. tit.10. num.207. pag.534. Rebuff. *de reprobat.testium, num.483.* Mascard. *concl.1311.n.9. & conclus.1359. num.19.* Morla *d. tit.11. in prælud. n.80. vers præterea*, Christoph.de Pace *d. l.54. schol.5. num 15.*

3 Aduerte tamen quòd in his criminibus, quæ solent perpetrari occultè,& veritas aliunde haberi non potest admittitur particeps,& socius criminis, Dec. *cons.189.n.10.* Aym. *cons.178 post n.3.* Alex.de Neuo *consil.37. sub n.2. inter consilia matrimonialia*, Computaq. *decis.277.num.8.& seqq.p.3.* quos refert, & sequitur Rota *decis.147. num.15.* apud Farin. *p.1. in recent.* adde Mascard. *concl.1311. num.34.* Morl. *d. num.79.* Mozz. *vbi proximè, versic. limita secundò*, Flamin. *d.quæst.10.à n.23.* Delr. *disquisit.magic.lib.5.c.17. pag. mihi 455.*

4 *Qui eodem erat infectus crimine.*] Licèt socij criminis in crimine simoniæ probent ipsam simoniam, vt dicit text. *in cap.1. hoc tit.lib.6.* & fuit dictum *in Balneoregien. simoniæ 17. Maij 1624.* coram R.D.Coccino, vbi asseritur hoc verum esse quando agitur contra illum, qui simoniam commisit, secus verò si agatur contra tertium; socij tamen criminis, & muneris non probant contra simoniacum, vt per hunc text. tenent Mascard. *concl.1311. num.26.* Flamin. *d. q.10. n.28.* Marc. Anton. *var.lib.3.resol.34.n.4.16.& 17.* Rota *in d. Balneoregien simoniæ*, Caualer. *decis.352.n.vlt.*

5 *Remittere.*] Notatur ad hoc quòd sicut in datione committitur simonia, ita in remissione debiti liquidi, vt per Rebuff. *d.l.76. vers.postremo, ff. de verborum signif. pag.356.* Soar. *de religione, lib.4. de simonia, c.38. num.4.*

6 In gloss. *Illorum 2* ibi, *quia in crimine apertissimæ debent esse probationes.* Vide Alciat. *de præsumpt. reg.2. præs.3.n.3.* Cou. *var.lib.2.c.13.n.1.& lib.3.c.3.n.4. vers. quarò, post med.* Duen. *reg.300.* Crot. *de testib n.140. cum seqq.* Hippol. *singul.437.* Clar. *lib.5.§. fin.q.21.n.1. & q.63. n.10.* Menoch. *de præsumpt. lib.1. præs.98. n.1.* Mascard. *de probat. conclus. 459.* Farinac. *consil.75. num.43.& 53. & 205. & cons.55. num.68.* D. Barbosa *in l.2. ff. soluto matrimon. in princ. p.1. n.81.* Azeued. *cons.30.n.29.*

Notatur ad hoc quòd cùm agitur ad priuationem beneficij ob simoniam, vel alterius criminis priuationem inducentis, etiamsi ciuiliter agatur, debet illud plenè, & concludenter probari, vt per Abb. *num.4.* Dec. *num.8. in præsenti*, Alciat. *cons.21. num.41. lib.1.* Natt. *consil.299. num.13. in fin. lib.2.* Seraphin. *decis.1029. num.1. & decis.1359. n.3.* Flamin. Paris. *de confident. benefic. quæst.64. num.14.* Farin. *consil.75. num.13. lib.1.* vbi *num.40.33.65. & 106.* plures refert Rotæ decisiones, & inter recentiores est etiam *decis.108. num. 8. part.1. recent. & decis.166. num.8. part.2. recent.* & fuit dictum *in Vercellen. parochialis 13. Ianuar.1617.* coram bonæ mem. Andrea, & *in Leodien. Canonicatus S. Ioannis 10. Martij 1619.* coram bonæ mem. Vbaldo, Seraphin. *decis.1029.n.1.* Tamburin. *de iure Abbatum tom.1. disp.10. q.5. num.10.* & ideo non admittuntur testes de fama deponentes, secundùm Anton. Gabr. *commun. tit. de probat. concl.1, n.12.* Seraphin. *d. decis.1029.n.6.* Tamburin. *vbi suprà num.14.*

SVMMARIVM.

1 *Attestationes in vno iudicio receptæ fidem faciunt in eadem causa, & inter easdem personas coram eodem iudice.*

2 *Testes examinati, & publicati in vno iudicio faciunt fidem in alio inter easdem personas.*

3 *Acta in vno iudicio probant in alio inter easdem personas.*

4 *Probationes factæ in iudicio summario, fidem non faciunt in plenario.*

5 *Acta facta coram iudice sæculari an faciant fidem coram iudice Ecclesiastico inter easdem personas, remissiuè.*

CAP. Causam, quæ. XI.

IVdex vnus potest vti attestationibus susceptis ab alio iudice in eadem causa, & inter easdem personas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect Innoc, Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Anch. Panor. Host. Bald. Butr. Felin. Dec. Aretin. Mynsing. Martin. Vran. Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iur. Pontif. pag.153.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.261.* refertur ab Ant. Aug. *collect.1. Decret. lib.2. tit.13. c.10.* 1

Collige ex text. quòd testes examinati, & publicati in vno iudicio faciunt fidem in alio inter easdem personas, idem probat text. *in c. præsentata 50. infr. hoc tit. & in l. fin. C. eod. & in l. pen. in fin. C. de arbitr. & in auth. de test. §. quoniam, collat.7.* tradunt gl. *verb. iudicibus*, Innoc. *n.1.* Bald. *n.3.* Abb. & Bellam. *n.2.* Dec. *n.4.* Mynsing. *num.3.* & alij *in præsenti*, resoluunt Bart. *in l. vnic. C. quando act. ciuil. & in l.2. §.1. ff. vi bonorum rapt.* Aret. *cons.136.n.1.* Afflict. *decis.396.n.3. & 7.* Boss. *in pract. de violent. n.24.* Mascard. *concl.33. à princ.* & alij plures, Bern. *reg.760.* Hyppol. *sing.257. & 280.* Menoch. *de arbitr. lib.1. q.33. n.9.* Vnde acta in vno iudicio probare in alio inter easdem personas, resoluunt Menoch. *remed.1. recup. n. 228. & de arbitr. cas.111.* Farin. *fragment. criminal. p.1. verbo, acta, n.25.* Mascard. *de probat. concl.33. à princ.* vbi *à n. 3.* ampliat etiam in actis factis coram arbitro, vt probent inter easdem personas, etiam in alio iudicio coram Ordinario. Regulariter tamen probationes factæ in iudicio summario fidem non faciunt in plenario, vt per Butr. *hîc n.7.* Panor. *n.6.* & Felin. *n.5.* Bart. *in l.2. § hoc edicto, n.5. ff. vi bonorum rapt.* Rendin. *in prompt. recept. sentent. tom.1. tit.21. n.1. in fin.* vbi *à n. 2.* quòd confessio, ex qua probatio inducitur facta in iudicio summario, fidem facit in plenario. An autem acta facta coram iudice sæculari faciant fidem coram iudice Ecclesiastico inter easdem personas, vide Menoch. *cons.367. à n.22.* Mascard. *d. concl.33. n.24. & concl. 149.* Farin. *d. verbo, acta, n.23.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.448. n.1. in 1. edit. & resol.400. in 2. edit.* vbi citat Ruin. Bajard. Henriq. & alios. Et an testes examinati à iudice sæculari probent coram Ecclesiastico; vide Boër. *decis.90. num.1.* Clar. *§. fin. q.36. vers. vltimò quæro*, Decian. *tract. crimin. tom.1. lib.4. c.34.* quos refert Mar. Antonin. *var. lib.3. resol.37. n.19.* Cætera autem quæ ad principalem conclusionem faciunt, vel contra illam obiici possunt, vide ad *cap. dilectos, de fide instr.* 2

SVMMARIVM.

1 *Clerici non sunt à ferendo testimonio in causa Ecclesiæ suæ sine rationabili causa repellendi.*

2 *Clerici possunt ferre testimonium in causa suæ Ecclesiæ quando commodum non tangit singulos, sed vniuersitatem.*

3 *Testificari qui compelli non possunt, ostenditur.*

4 *Clericus, seu Monachus potest compelli ad testificandum contra Ecclesiam, vel Monasterium.*

Cap. Cùm nuntius. XII.

1 CLerici non sunt repellendi à ferendo testimonio in causa Ecclesiæ, nisi impediat causa rationabilis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Hostiens. Bald. Panorm. Butr. Anchar. Aretin. Mynsing. Vran. Cened. *collect.* 157. Vivian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 154. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 261. *& tom.* 4. *repet. iure Canonico ad secundum Decretalium librum* Paul. de Eleazariis, remissiuè Ximen. *in concord.* refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 13. *c.* 11. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *p.* 8. *c.* 3.

2 Probat hic text. quod clerici possunt ferre testimonium in causa suæ Ecclesiæ, intellige quando commodum non tangit singulos, sed vniuersitatem, vt per Specul. *in tit. de teste,* §. 1. *n.* 23. *vers. sed nunquid Rector, & n.* 24. Roman. *cons.* 420. *n.* 7. Bald. *cons.* 445. *n.* 9. Ferret. *cons.* 150. *n.* 8. Guid. Papæ *decis.* 193. Afflict. *decis.* 400. *n.* 2. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de clerico, teste,* §. 2. *n.* 14 Mascard. *de probat. concl.* 3. *n.* 1. *& concl.* 206. *n.* 4 Farin. *in praxi crim. q.* 60. *n.* 439. *&* 544. vide *supra ad cap insuper* 6. *hoc tit.*

3 In gloss. *Repellendi,* 1. ibi, *& filius contra patrem non compellitur.* Nec frater contra fratrem, socrus contra generum, vxor contra maritum, vitricus contra priignum, & è contra, latè Farin. *in praxi crimin. q.* 78. *n.* 82. 83. 85. *&* 88.

4 In ead. gloss. ibi, *Alij dicunt quod verius,* &c. Collige ex gloss. clericum, seu monachum, vel similem posse compelli ad testificandum contra eandem Ecclesiam, monasterium. vel aliam similem Communitatem, idem tenet *gloss. vlt. in cap. veniens il* 2. *infrà hoc titul.* Bald. & Imol. *num.* 2. ac alij *in præsenti.* Pro quibus facit, quia in iudicio debet esse litigantium æqualis conditio, iuxta *cap. in iudiciis* 12. *de regulis iuris lib.* 6. constat autem licitum esse Ecclesiæ, seu monasterio adducere pro se clericum, seu monachum ad testificandum in causa sua, vt dixi *ad cap insuper, sup. hoc tit.* igitur similiter alteri litiganti licitum erit contra eandem Ecclesiam pro se adducere eundem clericum ad testimonium dicendum, iuxta *cap. non licet,* 32. *de regulis iuris, in* 6. Non obstat *cap. fin. vers. clericus, de postulando,* quia resp. pœnam illius prohibitionis procedere in clerico tale officium postulationis exercente, eo quod illud voluntarium est, & nulla coactione à volente suscipitur, propter quod clericus illud suscipiens culpam committere censetur, vnde nil mirum si in illo pœna incurratur; secus vero in testimonio dicendo, quod quidem non volens, sed aliquo modo inuitus testis præstare solet, & propterea cessat in illo aliqua culpa; provt in specie fatetur *gloss vlt. in d. cap. veniens, vers. & hæc est causa.* Nec etiam obstat quod filius non potest compelli contra patrem dicere testimonium, *l.* 4. *ff. hoc tit. c. si testes, vers. lege Iulia* 24. *q.* 2 *&* 3. quia in illo reperitur particularis prohibitio, de qua in illis iuribus, quæ iustificatur ex eo, quod ille similiter pro eodem patre testificari nequit, quod secus est in clerico respectu suæ Ecclesiæ, & in monacho respectu sui monasterij, qui quidem rectè possunt in fauorem Ecclesiæ, seu monasterij suum proferre testimonium, per dicta ad præfatum *cap. insuper.*

SVMMARIVM.

1 *Crimen nunc probatum repellit testem aliàs de illo crimine non damnatum.*

2 *Criminosus testis à testimonio repellitur si crimen contra eum oppositum probetur.*

Cap. Super eo. j. XIII.

TEstes etiamsi de crimine non sunt conuicti, vel confessi, si deinde conuincantur, repelluntur à testimonio tam in causa ciuili, quàm in criminali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabar. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imol. Anan. Host. Butr. Panormitan. Bald. Innoc. Felin. Mynsing. Aretin. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 154. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 261. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 13. *cap.* 12. & est post Concil. Lateran. *part.* 8. *cap.* 4. sub Alexand. III. 1

Collige ex text. criminosum testem à testimonio repelli si crimin contra eum oppositum probetur, etiamsi sententia condemnatus minimè sit, vt per Campeg. *de testib. reg.* 27. *fallent.* 8. Rebuff. *de reprobatione testium, n.* 175. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *tit. de oppositione contra personas testium, q.* 56. *n.* 128. 2

SVMMARIVM.

1 *Laicus in criminali causa non testificatur contra clericum accusat tamen pro sua, vel suorum iniuria.*

2 *Laicus contra clericum in causa criminali testimonium ferre non potest, etiamsi clericus sit primæ tonsuræ, vt n.* 3.

4 *Laicus contra clericum in criminali causa testificari potest quando agitur ciuiliter, vel in defectum Ecclesiasticorum testium; vel in criminalibus exceptis, vt* n. 6. *aut in probatione famæ.*

5 *Corpore vitiati non possunt testificari contra clericos in causa criminali.*

Cap. De cætero. XIV.

LAicus contra clericum in causa criminali non admittitur, nisi prosequatur suam, vel suorum iniuriam, & tunc admittitur ad accusationem, & non ad testimonium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Innoc. Anania, Hostiens. Bald. Panorm. Felin. Henric. Anch. Mynsing. Martin. Vran. Aretin. Butr Cujac. Viu. *in rationali secundi libri iuris Pontific. pag.* 55. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 261. remissiuè Casal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 13. *c.* 14. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 8. *c.* 8. 1

Collige ex text. laicum contra clericum in causa criminali testimonium ferre non posse, vt per omnes *in præsenti,* videlicet Abb. *n.* 1 Anch. *n.* 1 Felin. *in princ.* & Henric. *n.* 4 Campeg. *de testib. reg.* 98. *in princ.* Boss. *in tit. de oppos. contra testes, n.* 91. Roland. *cons.* 24. *n.* 15. *vol.* 1 Vivian. *comm. verbo, testificari possunt contra cleric. laici,* Duen. *reg.* 315 Clar. §. *fin. q.* 14. *num.* 22. *&* 24. *n.* 20 Cou *pract. c.* 18. *num.* 2. Socin *reg.* 469. Hippol. *cons.* 41. *n.* 2. *cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 962. & 2

concl. 1358. *num.* 44. *cum seqq.* Marant. *de ordine iudic. p.* 4. *à n.* 44. *in fine*, Perez *l.* 1. *vers. laicus præterea contra clericum, tit.* 3, *lib.* 3. *Ordinam.* Azeued. *l.* 6. *n.* 3 *tit.* 9. *lib.* 3. *nouæ recop.* Rebuff. *de reprobat. testium*, *n.* 321 *cum seqq.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 10. *art.* Paul. Comitol. *responsor. moralium*, *lib.* 4. *q.* 45. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda*, *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 14. latè Fatin. *in praxi crim. p.* 1. *q.* 61 *n.* 98. *cum multis seq.* Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuil. & crimin. differ.* 96. *n.* 5. Cened. *ad Decretum collect.* 54. Mar. Ant. *var. resol. lib.* 3. *resol.* 37. *n.* 16. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de clerico teste*, §. 5. *per totum.* ex quorum mente ratio assignatur, quia laici valde Ecclesiasticis sunt infesti, vt dicit text. *in cap. laicos* 2. *q.* 7. Non obstat text. *in cap. tam literis*, ibi, *siue laicos, infr. hoc tit.* quia respondetur non agere de causa criminali clerici, sed solùm de causa ciuili, siquidem *ibidem* solummodo agebatur de electione eiusdem clerici in Prælatum, patet ibi, *contra Iulianum electum*, &c. insuper agebatur de probanda irregularitate, non ex crimine, sed ex actu licito resultante, puta de bigamia contracta ex matrimonio celebrato cum vidua, patet ibi, *super matrimonio, quod idem electus dicitur contraxisse cum vidua*, iuncto text. *in cap. si quis viduam* 54. *dist.* Sic similiter procedere videtur text. & poteris intelligere *in cap. veniens* 10. *super hoc tit.* propter verba, quibus vtitur, ibi, *obiectum fuit quod in Ecclesia*, &c. Nec etiam obstat *cap. quoniam* 3. ibi, *mulieres*, *sup. hoc tit.* quia nonnulli respondent illum similiter agere de crimine ciuiliter intentato, provt in specie refert, & sequitur Mascard. *concl.* 965. *n.* 13. Sed melius respondetur quòd licèt in illo text. agatur de crimine criminaliter intentato, nihilominus tamen testimonium illarum mulierum à Pontifice non approbari, sed tantummodo constituisse vocandas esse cum aliis, vt melius iudex instrueretur, & veritas inquireretur, patet ex eodem text. in finalibus verbis, ibi, *possint, quæ vera sunt, aperiri.* Vtrum autem text. iste procedat data consuetudine in contrarium? dicendum est quod non, propter reg. *c. fin. de consuet.* Vtrum etiam è conuerso testimonium clerici contra laicum recipiatur, vide gloss. per text. *ibi in cap. testimonium* 11. *q.* 1. Abb. *n.* 1. & Felin. *3. in præsenti*, Crot. *de testib. n.* 69.

3 *Contra Clericum.*] Etiam primæ tonsuræ, vt per Berpard. *in practica canonica*, *cap.* 131. *num.* 1. *vers. quod procedit etiam*, *in nouiss. edit.* Mascard. *concl.* 962. *num.* 1. *& conclus.* 1358. *num.* 45. Farinac. *d. quæst.* 61. *num.* 101.

4 *In criminali causa.*] Limita quando de crimine agitur ciuiliter, quia tunc potest laicus contra clericum testificari, Salzed. *ad Bernard. in pract. d. cap.* 131. *lit. A. propè fin.* Bellet. *d.* §. 5. *num.* 4. *vers. limitatur* 6. Clar. *d. q.* 24. *vers. præterea quæro, in fine*, Ferret. *cons.* 183. *& cons.* 366. *num.* 20. *lib.* 2. Decian. *cons.* 63. *num.* 35. Mascard. *concl.* 962. *num.* 13. *& concl.* 1358. *num.* 54. Farin. *d. quæst.* 61. *num.* 120. Buccaron. *d. differ.* 96. *n.* 4. Item limita in defectum testium Ecclesiasticorum, vt quia crimen clerici non possit probari nisi per laicum, Abb. *hic*, *n.* 3. Crot. *de testibus*, *num* 61. Decian. *cons.* 63. *num.* 35. Mascard. *d. concl.* 1358. *num.* 46. Farin. *d. q.* 61. *num.* 108. Bellet. *d.* §. 5. *num.* 4. *vers.* 4. Limita quoque in criminibus exceptis, vt dixi *ad gloss.* 1. *in cap. cum P. de accusat.* Limita etiam ad defensam clericorum, Felin. *hic*, *num.* 8. & Aretin. *n.* 11. Mascard. *d. concl.* 1358. *num.* 53. Bellet. *d. num.* 6. *vers. limitatur* 7. Limita etiam in probatione famæ, in qua contra clericum admittuntur laici, Dec. *cons.* 63. *num.* 35. Hyppol. *sing.* 98. *vers. item sciæ*, Mascard. *d. concl.* 1358. *num.* 49. Bellet. *d.* §. 5. *num.* 6. Limita etiam in crimine notorio, vt per Bernard. *d. c.* 131. *n.* 3. *vers. quod etiam fallit*, Crot. *de testibus*, *n.* 67. Mascard. *concl.* 962. *n.* 8. *& concl* 1358 *à n.* 48. Farin. *d. q.* 61. *n.* 118. Limita denique si delictum, de quo clericus accusatur, esset commissum in loco in quo non essent clerici, quia tunc cum veritas aliter haberi non possit, laicus, etsi inhabilis, efficitur habilis, & in subsidium est idoneus testis, Bernard. *d. c.* 131. *n.* 2. & *ibi* Salzed. *lit. B.* vbi citat Imol. *cons.* 64. *n.* 5. *vol.* 1. Hyppol. *sing.* 73. *& cons.* 41. *n.* 5. *vol.* 2. Thom. Grammat. *cons.* 58. *n.* 4. & alios plures, adde Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit de testibus, resol.* 11. *n.* 4.

Illud hic aduertendum duxi mutilatos membris, 5
vel corpore vitiatos non posse testificari contra clericum in causa criminali, vt per Hyppol. *in sua pract. crimin.* §. *nunc videndum*, *col. pen. n.* 52. Bernard *d. c* 131. *n.* 4. Perez *d. l.* & esse communem opinionem dicit Conar. *pract. c.* 18. *n.* 2.

In gloss. *Suam*, ibi, *& in exceptis criminibus admit-* 6
tuntur laici contra clericos. Vide Socin. *reg* 409. *f. ellent.* 1. Bernard. *d. cap.* 131. *num.* 3. Mascard. *concl.* 962. *n.* 10. *& concl.* 1358. *num.* 58 Farin. *d. q.* 61. *n.* 104. *& fragm. crimin. p.* 1. *lit. C. n.* 398. Ceuall. *q.* 649 & alios supracitatos *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Testes in causis Ecclesiasticis vel ciuilibus infra tres productiones, idest, dilationes produci possunt, non verò post tertiam, nisi cum quadam legum solemnitate.*

2 *Pars amplius non admittitur ad testes producendos post tertiam productionem.*

3 *Productio quid sit ostenditur.*

4 *Iudex finita prima dilatione iusta causa allegata secundam dilationem dare debet.*

CAP. In causis. XV.

IN causis Ecclesiasticis, vel ciuilibus infra tres pro- 1
ductiones, ideſt, dilationes possunt testes produci, non verò post tertiam, nisi cum quadam legum solemnitate. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Panormitan. Ancharan. Hostiens. Bald. Felin. Henric. Boich. Butr. Mynsing. Aretin. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij*, *pag.* 156. Alagona *in compend. iuris Canonici*, *pag.* 262. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 13. *cap.* 15. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 8. *cap.* 9.

Probat hic text. post tertiam productionem am- 2
plius partem non admitti ad testes producendos, idem probant text. *in cap. de testibus* 29. *& in c. significauerunt* 36. *vers. mandamus*, *& in cap penult. hoc tit. auth. vt qui semel*, *C. de probat. auth. de testibus*, §. *quia verò*, *collat.* 8. tradunt *gloss. verbo productione*, Innoc. & Bald. *in princ.* Abb. Felin. & Bellam. *n.* 2. Mynsi. *n.* 5. & alij *in præsenti*, DD. *in cap. fraternitatis*, *& in cap. cum veniſſent*, *infr. hoc tit. & in Clem* 2. *eod. tit.* resoluunt Crot. *de testib. à n.* 362. Socin. *reg.* 498. Conar. *pract. cap.* 18. *num.* 9. Perez *l.* 4. *tit.* 11. *lib.* 3. *Ordin.* Gabr. *commun. sub hoc tit. de testib. concl.* 20. *à princip* Mascard. *de probat. q.* 5. *à num.* 4. Cened. *ad Decretal. collect.* 27. In explicatione verò quid sit productio, & quid im- 3
portet in hoc text. variant DD. & in primis gloss. *verbo productionem*, Innoc. *num.* 2. Bald *num.* 1. Zabar. & alij *in præsenti*, item & gloss. *verbo productionem in d. cap.*

d.cap pen.& alibi existimant productionem idem esse ac dilationem, quasi sit sensus huius text.quod finita prima dilatione iusta causa allegata iudex dabit secundam, & iterum tertiam, quartam verò non nisi intercueniente iuris solemnitate, iuxta quam declarationem putant esse explicanda iura sup.relata. Sed ego breuiùs dicendum puto text. *in præsenti* non procedere in dilatione, sed in actu producendi testes, siue inter vnam, siue inter aliam temporis dilationem, trina, separata tamen productio, & legitimè facta præcedat, provt in effectu colligitur ex Abb.*in præsenti, n.*1.& antea ex Bart.*in d.auth.at qui semel n.*8.vbi Bald.*in princ.*quæ explicatio confirmatur ex hoc text. ibi, *debent testes produci*, quæ verba non possunt intelligi de dilatione, quæ diuersa est, sed de actu producendi ipsos testes, siue in nominatione, siue in præsentatione illorum consistat.

In gloss. *Productionem*,ibi,*finita prima dilatione iusta causa allegata iudex secundam dilationem dabit.* Vide Bellacomb. *tom.*1.*comm.opin.lib.*3.*tit.*9.*n.*6.*prope finem*, Parlad.*rerum quotid.lib.*2.*cap.fin p.*5.§.10.*n.*18.Mendez à Castro *in praxi Lusit.lib.*3. *c.*12. *n.*2. Illi tamen non est concedenda secunda dilatio, qui in prima nullam probationem fecit, Mascard. *de probat. concl.*516.*n.*1. nisi se impeditum fuisse probauit aduersarij facto, Bened.Capr.*tom.*1.*comm.opin.lib.*4.*tit.*9.*n.*172. Gonzal. *ad reg.*8.*Cancel.*§.3. *prooem.n.*40.*cum seqq* vel facto iudicis, Mascard.*concl.*1229.*à n.*89.*& concl.*1136.*n.*40. Vel si steterunt in compromissum partes, Boër. *decis.* 294.*n.*27 Lancelot. *de attent p.*2.*c.*15.*à n.*34. Et aduerte quòd secunda dilatione assignata intra primam non currit tempus secundæ, nisi finita prima, vide Tiraq. *de retractu conuent.*§.2. *gloss.*1. *n.*23. *& n.*97.*ad finem*, Greg. Lop.*l.*2.*verbo*, *cosa*, *tit.*15.*p.* 3. Franc. Mar.*q.*34 Capyc. *decis.*13.*n.*3 *cum seqq.* Mench.*quæst. vsufreq c.*14 *n.*10.

SVMMARIVM.

1 *Actum gestum post appellationem si quis probet, & aduersarius probat quòd ante, præfertur prima probatio.*

2 *Interpretatio facienda est in depositionibus testium vt inter illos contrarietas euitetur, & quantum fieri potest ad concordiam sunt reducendi*

3 *Testium dicta sunt iuuanda, & non cauillanda.*

4 *Contrarietas modica non nocet.*

CAP. Cùm tu. XVI.

1 EXcommunicationis sententia quando quis probat latam post appellationem, & pars contraria probat quòd fuit lata ante,creditur dicenti fuisse post appllationem, & sic excommunicatio. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq.Collect. Zabarell. Bellam.Ioan. Andr. Imola, Innocent.Henric.Anania, Hostiens. Bald. Panormitan. Felin. Butr. Ancharan. Mynsing. Aretin. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij*, *pag* 157. Alagona *in compendio iuris Canonici*, *pag.* 162. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal lib.*2. *tit.* 13. *cap.* 16. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.*8.*cap.*11.

2 *Nos dicta testium benignè interpretari*, &c.] Notatur ad hoc quòd interpretatio facienda est de positionibus testium, vt inter illos contrarietas euitetur, quia quantum fieri potest ad concordiam sunt reducendi, idem probant text. *in cap. periculosè*, *de pœnit. dist.* 1. *& in cap.nihil* 7.*de verbor. signif.*tradunt gloss.*verbo benigne*, Innoc.Bald.& Abb.*n* 2 Felin.*n.*5 Bellam.Imol. & Mynsing. omnes *n.*1. *in præsenti*, gloss. *verbo simul. in cap.nihilominus* 3 *q.*9. *gloss.*1.*in cap.cùm contingat*, *de offic.deleg.* gloss. *verbo nec iure communi in cap. cum dilectus*, *de consuet.* Bart.*in l.*1.*n.* 3.*ff. de noui operis nuntiat. & in l.Gallus* §.*illi casus n.*3.*ff.de liberis & posth.* Alex. *in l.interstipulantem*, §.*Stichum n.*11 *ff.de verb. obligat.* Dec.*in l.*2.§.*creditum n.*9. vbi Iason. *n.*12. *ff. si certum pet.* Roman. *sing.*576.*& cons.*301. Crot.*de testib.n.*337. Paris.*cons.*169.*n.*17. *vol.*4. Alex.*cons.*70.*col.*1. *volum.*1. Ruin.*cons.*14.*n.*3.*vol.*5. Octau. Glorit.*resp.*1. *p* 1.*n.*57. Hieronym. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & criminal. differ.*111. Mantu. *lib.*3 *dialog.*59. Gregor. *l.*28.*tit.*16.*p.*3.Hyppol. *sin.*571. Couar.*in cap.alma mater*, *p* 1.§.2.*n.*4.*col.*2.Clar. §.*falsum*, *vers. scias tamen*, Vivian.& Bellacomb. *tom.*1.*commun. opin.lib.*4. *tit.*10. *n.*384.*& seqq pag.*559.Rebuff.*de probat.testium*, *n.*98. *cum multis sequentibus*, Petr. Surd. *cons.*430.*n* 13. *cum seqq* Mantic.*decis*179.*n.*5 Mench. *quæst. vsufreq.* 30. Stephan.Gratian.*discept.forens.tom.*4.*c.*525 *n.*10. Mascard.*de probat.concl.*1361.*n.*10 Menoch. *de præsumpt. lib.*6, *præs.*15.*n.*15. Sanch. *in præcepta Decalogi*, *lib.*1. *c.*10.*n.*50 latè Farin. *in praxi crimin. p.*2 *q.*65 *num.*37. Rota *decis* 321. *n.*4. apud Farin. *p.*2. *in recent.* Imo iudices huiusmodi interpretationem debent facere etiam præsumendo pluralitatem factorum, & personarum ad euitandam falsitatem, secundum Butr. Abb.Felin.& alios *in præsenti*, Bertazol. *cons.*15.*n.*20. Grammat.*cons.*23 *n.*1 Ioseph. Lud Perus.*decis.*9.*n.*13. *p.*1. Menoch.*de præsumpt. lib.*5.*præs.*20.*n.*2. *&* 4.cum aliis citatis per Farin. *q.* 65. *num.* 38. Et sic iudices summa ope niti debent vt testes contrarij reducantur ad concordiam etiam per improprietatem verborum, ex Menoch. *d. lib.*5.*præs.*23. *n.*11. nam testium dicta sunt iuuanda, & non cauillanda, Paris. *cons.*87. *n.*41. *vol.* 3. Rebuff. *d. tract. de reprobat. testium*, *n.*9. Menoch. *d. tract. de præsumption. lib.*5. *quæst.* 23. *num.*12. Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel. gloss.*9. §.1. *in annot. num.*96. Farin.*d.q.*65. *num*74. *& quæst.* 68.*n.* 43. Rota *d. decis.* 321. *num.* 4. & in dubio interpretatio fieri debet pro concordia testium ad excludendum periurium. Gregor. *decis.*351. *num* 37.*&* 38.*& decis.*472. *num.*7. *& decis.* 487. *n.*7. Burat. *decis.* 430.*in fine*, *& decis.* 662.*num.*6.& fuit resolutum *in Tiburtina confinium* 4. *Martij* 1611. coram Cardin. Sacrato, & *in Elboren. pensionis* 7. *Iunij* 1627. coram R. P. D. Vbaldo iun. Et testis generaliter loquentis depositio declaratur per alium in specie deponentem Cæs. de Gras. *decis.*8. *n.*11. *de causa posses. de propr.* Socin.iun. *cons.*69. *n.*16.*lib.*1 Rot.*in d.Elboren. pensionis*, coram R. P. D. Vbaldo provt regulariter vnius testis depositio declaratur à depositione alterius. Grammat.*cons.ciuili* 79. *n.*6. Petr. *de fideicom. q.* 12. *n.*768. Rot. *in d. Elboren. pensionis.*

Verùm quia vbi testes inter se aduersantur, illorum testimonia non valent, *c.licet causam*, *vers quamquam*, *de probat.*gloss.*verbo sed aduersa*, *post princ.vers. si verò*, *in cap.in nostra* 31.*inf. hoc tit.* & quia vbi testes inter se sunt contrarij, maiori numero, seu digniori inæquali standum est, *d.c.in nostra*, *cap.si testes*,*in princip* 4. *q.*3.*c in Canonici* 29. *dist.* & quia quando testes inter se sibi contradicunt,oportet vt in suis errent testimoniis, qui quidem error facit vt in iudicio fidem non faciant, *cap. præterea*, *de testib. cog.* Ideo Doctores mirè variant in intellectu præstando ad hunc text. In primis Host. *in præsenti* intelligit hunc text contra iuris regulas de nouo statuisse vt testes sibi adinuicem repugnantes ad concordiam reducerentur, mo-

tus

tus verbis huius text. ibi *benignè interpretari*, quæ quidem verba apertè videntur iudicare hoc esse factum ex indulgentia contra regulas iuris, provt in specie considerat Ioan. Andr. *in c. 2. vt lite pend. lib. 6.* Secundo loco *gloss. 1. in cap. cum contingat, de offic. deleg.* intelligit text. *in præsenti*, tantummodo procedere quando testes sunt æquales numero, vel qualitate; secus verò si inæquales proponantur, receptam sententiam testantur Dec. *in l. 2. §. creditum*, vbi Bart. *n. 9 ff. si certum petat.* idem Bart. *in l. Gallus, § ille, n. 3 ff. de liberis & posth.* Tertio loco alij *in hoc text.* vbi Imol. dicit communem Legislatorum, & Felin. *num. 6. in d. cap. cum contingat*, asserunt text. *in præsenti* procedere etiamsi testes numero sint dispares, interim tamen prædictam concordiam esse faciendam ad effectum, vt idem testes periurium possint euitare.

Ego verò omissis prædictis intelligendi modis dicendum puto hunc text. procedere non solùm ad vitandam periurij suspicionem, verùm etiam ad faciendam probationem, siue testes numero sint æquales, siue inæquales, ad quem effectum datur iuris præsumptio, quòd in specie huius text. bis fuisset appellatum, quæ quidem præsumptio resultauit ex dictis ipsorum testium, ex quibus apertè constabat Canonicos, de quibus *hic*, excommunicatos fuisse ante appellationem, & post appellationem, non connotando eandem numero appellationem, siquidem hoc dato non erat locus concordiæ, sed simpliciter & absolutè de appellatione deponendo, iuxta doctrinam Bart. *in l. 1. §. 1. n. 2. ff. secundum tab.* quo dato necessariò erat præsumendum bis fuisse ab illis appellatum, ac subinde nil mirum, si testes reducti ad concordiam alteri de prima, alij verò de secunda appellatione intelligantur; quia facta reductione ad concordiam oportebat iudicare excommunicationem esse nullam iuxta text. *in d. cap. cum contingat, & in cap. cum dilectus, 55. de appellat.* & ita hic intellectus est de mente Bald. Felin *n. 5. & 6 in præsenti*, Mench. *vsufreq. cap. 30. n. 13.* & confirmatur ex verbis huius text. ibi, *ne periurij reatu notentur*, quibus verbis text. supponit facta testium reductione ad concordiam manere eosdem testes de periurio excusatos, quo periurio cessante necessariò videtur probatio ex illis resultare, argum. text. *in cap. testimonium, infr. hoc tit.*

Amplia primò text. sic explicatum, etiamsi testes ab vno, eodémque litigante producantur, vt per gl. *verbo simul, vers. sed si sæpius, in cap. nihilominus 3. q. 9.* gloss. *verbo sed aduersa, in cap. in nostra, hoc tit* sequuntur Abb. *n. 4.* Felin. *n. 8* & alij *in præsenti*, Mench. *d. c. 30. n. 16.* Secundò amplia procedere etiam in instrumentis, quæ in iudicio producuntur, de quo vide addita *ad cap. inter dilectos de fide instrum.* Tertiò amplia producere etiam quando testes cum partis assertione contrariantur, de quo vide addita *ad cap. cum Ioannes, de fide instrum.* Quartò amplia procedere non solùm in causis ciuilibus, verùm etiam in criminalibus, de quo vide addita ad gloss. *in cap. in nostra, inf. hoc tit.*

In text. ibi, *Quia vtrumque esse potuit*, &c.] Notatur ad hoc quòd identitas actuum non præsumitur, sed pluralitas, quando sic præsumendo testes à contrarietate, & falsitate excusantur, vt per Mascard. *de probat. concl. 1174. n. 51. 55. & 56.* Menoch. *de arbitr. casu 213. n. 40. & de præs. lib. 6. præs. 15. à n. 51.* Farin. *in praxi crim. q. 65. à n. 38. & fragm. crimin. p. 2. lit. I. n. 85.*

1 *Periurij reatu.*] Notatur ad hoc quòd modica contrarietas non nocet, vt per Tiraq. *de iudicio, in rebus exiguis, vers. 28. fol. 37.*

SVMMARIVM.

1 *Testis noui, & veteres super nouis articulis tantum in causa appellationis produci possunt iuramento secundum morem prius recepto.*
2 *Testes in causa appellationis super nouis capitulis produci possunt, non autem super eisdem, vel directò contrariis, qui in prima producti sunt instantia, vt num. 3.*
4 *Testes de nouo reperti possunt produci in causa appellationis super eisdem capitulis, vel directò contrariis, qui in prima producti sunt instantia.*
5 *Probatio facienda per instrumenta in causa appellationis super eisdem, vel contrariis articulis admittitur.*
6 *Iuramentum in principio examinis præstandum.*
7 *Iuramento desideratur tactus Euangeliorum.*
8 *Testimonium dicere non potest, qui non habet manus.*
9 *Notario dicenti in instrumento testes iuratos an credatur, remissiuè.*

CAP. Fraternitatis. XVII.

POstquam vtrimque est renuntiarum testibus, & concluſa est causa & sententia lata si appellatur, & offeruntur noua capitula super quibus pars petit testes recipi, possunt de nouo produci super capitulis nouis tantum, non super aliis iam probatis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Host. Bald. Panormit. Felin. Henric. Anch. Mynsing. Marian. Socin. Martin. Vran. Aretin. Butr. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 158.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 162. & tom. 4. reper. in iure Canon. ad secundum Decretalium librum*, Petr. Paul. Paris., remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 2 tit. 13. c. 17.* & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p. 8. c. 12.* 1

Probat hic text. post renuntiationem partium seu aperturam testium ampliùs non posse testes produci, idem probant text. *in cap. intimauit 18. vers. ideoque, & in c. cum venisset 25. & in c. de testib. 29. & in cap. per tuas 48. infr. hoc tit. & in Clem. 2. eod.* tradunt gloss. *verbo nouis*, Innoc. *in princ.* Abb. *n. 1. & 3* Bald. *n. 4. & 5.* Felin. *n. 3.* Imol. *n. 2. & 6.* Bellam. *à n. 1.* Mynsing. & alij *in præsenti.* Crot. *de testib. à n 262.* Alberic. *eod. tract. p. 3. à n. 41.* Marant. *de ordine iudic. p. 6. tit. de testium product. n. 22.* Duen. *reg. 48.* Socin. *reg 498.* Cou. *pract. c. 13. n. 6. n. 18. n. 6* Menoch. *de arbitr. q. 34.* Clar. *§. fin. q. 61. n. 2.* Perez *ad l. 4. tit. 11. lib. 3. Ordin.* Rojas *sing. 203.* Gabr. *comm. sub tit. de testib. concl. 21. à princip.* Mascard. *de probat. concl. 1237. n. 34.* Cened. *ad Decret. collect. 27.* Intellige quando testes producuntur super eisdem articulis, vel directò contrariis, super quibus iam testes fuerunt legitimè recepti, eo quòd in illis ratio, & timor subornationis magis consideretur, vt manifestè probat hic text ibi, *si noua contigerit emergere*, & ibi, *super nouis dumtaxat capitulis*, quibus verbis text. solùm concedit posse testes recipi super nouis articulis, idem probat text. *in c. causam, quæ 19.* sic intelligendus, *hoc tit.* vnde necessariò dicendum est negare receptionem testium super antiquos articulos, super quibus testes iam legitimè recepti sunt.

Non obstat *c. constitutis 46. inf. hoc tit.* quia responderetur illud agere de causa matrimoniali, ibi, *diuortij sententiam promulgauit*, in qua non obstante attestationum publicatione testes super eisdem articulis, vel directò

directò contrariis recipiuntur. Vel rursus respondetur publicationem attestationum, de qua ibi, nulliter fuisse factam, putà inaudita parte, quæ quidem non potuit obligare, vel probare propter impedimentum eidem oppositum, patet ex *eod. text.* ibi, *ipsa volente ad ipsum accedere, vt suas coram eo proponeret actiones*, iunctis verbis finalibus, ibi, *cùm non renuntiauerit*, &c. aduertit in specie Card. *in Clem. 2. hoc tit.* quinimo licèt ritè facta esset publicatio, constabat tamen, vt text. refert, partem non didicisse testificata, quo dato attento iure non prohibentur testes produci, non obstante publicatione, iuxta *suprà* resoluta. Nec etiam obstat *c. præsentata 50. inf hoc tit.* quia respondetur agere de iudicio arbitrorum in quo licèt testium attestationes publicentur, non vsque adeò illæ sustinentur quominus extincto illo iudicio, & alio superueniente provt *ibidem* contingit, aduersarius possit à iudice postulare, vt non obstante publicatione iidem testes, vel alij iterum in iudicio examinentur, eo quòd propter defectum iurisdictionis, qui præcedit per talem publicationem depositiones testium, non in publica monumenta transferuntur, sed priuatæ scripturæ appellantur, vt probat text. sic intelligendus *in l. 2. fin. C. hoc tit.*

Amplia primò procedere in causa appellationis, in qua non possunt testes produci super eisdem articulis, vel directò contrariis, *Clem. 2.* ibi, *sic non debent*, &c. *hoc tit.* Couar. *pract. c. 18 n. 6* Marant. *de ordine iud. p. 6. cap. de testium product n 22.* Perez *l. 4. tit. 11. lib. 3. Ordin.* latè Roland. *cons. 45. n 14. lib. 2.* Mascard. *q 7. à n. 45.* Secundò amplia procedere in causa criminali, *cap. placuit, vers. item in criminali 4. q. 3.* Hyppol. *in l. 1. §. si quis vlrò, n. 7. ff. de quæst. & sing 90.* Perez *ad l. 4. tit 11. lib. 2. Ordin.* Couar. *d. c. 18. n. 6.* Clar. *§. fin. q 61. num. 2.* Gabr. *sub hoc tit de testib. concl. 21.* Non obstat regula huius text. quia illa indistinctè procedit, nulla constituta differentia inter causam criminalem, & ciuilem ac subinde ab ista non videtur recedendum, nisi particularis decisio in causa inueniatur ex reg. text. *in l. in fraudem 15 § fin. in fine, ff de milit. testam.* Non obstat text. *in c. 2. de purg canon* nam omissis illis quæ tradunt glos. Abb. *n. 4* & communis *ibid.* resp. in illo text. recipi testes vel probationes post sententiam, non quidè ex natura, aut priuilegio causæ criminalis, sed secundùm iuris regulas, siquidem sententia de qua *ibi*, nullitatem in se continebat, eo quòd prolata fuit contra solitum iudiciorum ordinè, nempe per modum illicitum, & reprobatum à iure, qualis erat illa purgatio vulgaris facta per duellum, ferrum candens, vel aquam feruentè, iuxta *c. 1. & fin. de purgat. vulg.* ac subinde cùm taliter prolata sententia perinde cesset ac si non diceretur, iuxta text. *in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic.* non erit mirum si non obstante illa testes reciperentur, siue causa criminalis esset, siue ciuilis. Tertiò amplia procedere in causa summaria ex additis *ad cap. veniens 38 infr. hoc tit.*

Limita primò text. non procedere in causa matrimoniali, iuxta addita *ad cap. iuramus, de probat.* Secundò limita non procedere in causa hæreticæ prauitatis, *cap. fin. vers. iubemus, de hæret. lib 6.* Felin. *in præsenti n. 10* Simanch. *de catol. c. 64. n. 50.* Rojas *sing. 202.* Tertiò limita non procedere quando de falsitate opponitur super dictis testium, de quo vide addita *ad cap. series 26. hoc tit.* Quartò limita non procedere quando petitur restitutio ad producendos testes pro Ecclesia, vel minore, de quo vide addita *ad c. auditis de in integ. restit.*

2 *Quod in appellationis causa*, &c.] Notatur ad hoc quòd in causa appellationis super nouis capitulis testes produci possunt, Ordin. Regia Lusitan. *lib. 3. tit 83. in princip.* vbi parens meus, Marant. *de ordine iudic. p. 6. cap. de appellat. à n. 147.* Soar. *tom. 1. commun. opinio. lib. 4 tit. 10. num 308. pag. 549.* Mascard. *de prob. concl. 118.* Perez *l 4. tit. 11. l. 3. Ordin. pag. 673.* Azeued. *l. 4. tit. 9. lib. 4. noua recop.* Ceual. *communium contra communes, q. 50. n. 3.* D. Barbosa *in l. diuortio, §. fin. p. 2. num. 65 ff. soluto matrim.* Bernard. Græuæ *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 128.* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 168.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss. 46. num 6* vbi tenet quòd si in eadem causa allegetur noua circunstantia, vel qualitas respectu loci, temporis, vel personæ, articulum nouum, ac nouam probationem facit, Mendez de Castro *in praxi Lusit. lib. 3. c. 19. n. 11.* vbi aduertit noua capitula, super quibus testes in causa appellationis produci possunt, debere dependere ab illis, quæ in articulis veteribus continebantur, ad causam facientia, & primam actionem recipientia, de quo etiam Amat. Roder. *in pract. de forma, & modo videndi, seu examinandi processum, c. 8. n. 7. vers. nec etiam.*

Super nouis dumtaxat capitulis.] Ergo super eisdem capitulis, vel eis directò contrariis, qui in prima producti sunt instantia, testes in causa appellationis produci non possunt, vt per Viu. *d. tom. 1 commun. opinion. lib 4 tit. 10 n. 307. pag. 549* Grass. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 21. n. 15. pag. 318.* Guttier. *pract. lib. 1. q. 71.* Azeu. *l. 4. à princ. tit 29. lib. 5. nouæ recop.* plures per Cened. *ad Decret. collect. 27. n. 3.* Limita quando testes erant absentes dum processus fuit prima instantia, aut de nouo alij reperti fuerint, de quibus pars recordata non fuit, quando alios produxit, Greg. Lop. *l. 29 tit. 16. p. 3.* Xuar. *alleg 5. n. 9. & 11* Amat. Roder. *d. c. 8. n. 7. vers. veruntamen.* Limita etiam si probatio esset facienda per instrumenta, hæc enim in causa appellationis super eisdem, vel contrariis articulis admittuntur, Azeued. *d. l. 4. n. 2.* D. Barbos. *d. l diuortio, §. fin. p. 2. n. 65.* 3 4 5

Receptis prius ab ipsis, &c.] Ergo iuramentum in principio examinis præstandum, concordat text. *in l. iurisiurandi, ibi, priusquam perhibeant testimonium, de testib.* vide Ordin. Regiam Lusitan. *lib. 1 tit. 85. in princ.* vbi parens meus, Guttier. *in l. nemo potest, n. 121. ff. de legatis 1.* Mascard. *de probat. concl. 1362 n. 11.* Cou. *var. lib. 1. c. 14. n. 2.* Tiraq. *de retractu connent. §. 1. gloss 5. n. 1.* Ruthger. Ruland. *de commiss. p. 2. c. 12 n. 4.* Soar. de Pace *in pract. tom. 1. p 1. temp. 8. n. 105.* Morla *in emporio iuris Ciuilis, p. 1. tit. 11. in prælud. n. 30.* Farin. *in praxi crimin. q. 74 n. 31.* Ludou. Miranda *de ordine iudic. q. 3. art. 5. concl. 2.* Mendez à Castro *in praxi Lusit. p. 1. c. 2. n. 37.* Et testis non præsumitur iuratus, Mascard. *concl. 1316. n. 8. & concl. 1362. n. 3.* Stephan. Gratian. *discept forens. c. 60. à n 11.* 6

In gloss. *Iuramentis*, vlt. in addit. marginali, ibi, *vbi patet quod iurare debet tactis Euangeliis.* Nota quòd in iuramento desideratur tactus Euangeliorum, vide Veral. *decis. 123. lib. 2 & decis. 246. n. 1. etiam lib. 2.* Franc. Marc. *decis. 377. sub n. 1. vol. 1.* Christoph. de Pace *in scholiis ad leges stili, l. 240 à n. 1.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. c. 4. n 171.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 3. c. 1. n. 3* Camil. Borrel. *in tum. omnium decis. tit 60. de Iuram. n. 394* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. c. 1. n. 10.* Vnde qui non habet manus, testimonium dicere non potest, Mascard. *concl. 1358. n. 52.* refert Illustr. D. meus Roder. à Cunha *lib. comment. ad c. 1. n. 6. dist 85.* 7 8

In ead. addit. ibi, *an verò præsumatur tetigisse.* Aduerte testem præsumi quòd medio iuramento examinatus fuit corporaliter, tactis Scripturis, quando notarius non enuntiatiuè, sed dispositiuè per verbum denotans actum, de quo ipse rogatus fuit cũ designatione 9

diei

dici, & horæ attestatur de iuramento, etia nisi non dicat tactis Scripturis, quando enim notarius attestatur, vt *supra*, de iuramento, præsumitur illud interueniisse eo modo quo debuit, Imol. *cons.* 8. *num* 12. & 3. & in his terminis Rota *decis.* 393. *n.* 8. & 9. apud Farin. *p.* 1. *in recent.* Et latiùs de hoc articulo vtrum & quando credatur notario dicenti in instrumento testes iuratos, vide Hyppol. *in l.* 1. §. *si quis dicat*, *n.* 13. & §. *Diuus*, *n.* 2. & §. *fin. n.* 49. *ff de fideiuss.* Crot. *de testibus*, *n.* 227. Caputaq. *decis.* 123. *n.* 1. Viu. *tom.* 1. *cons. n. opin. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 113. *vers. & licet*, *pag.* 511. Rebuff. *de reprobat. testium*, *n.* 30. Mascard. *concl.* 5. *n.* 113. Bonacos. *comm. crimin. p.* 1. *verbo*, *notario*, *fol* 53. *in fine*, & *p.* 2. *verbo*, *testis*, *fol.* 84. Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect.* 263. Illud verum est iuramentum testi delatum fuisse, probari per verba notarij, *testis iurauit in forma*, quia tunc perinde est ac si dixisset, iurauit tactis scripturis, Rot. *in Catanien. antiqua illegitimatis* 29. *Maij* 1598. coram Orano, & *in Corduben. liquidationis fructuum* 6. *Februarij* 1626. coram R. P. D. Merlino secus autem est quando notarius dixisset, *testis iuratus*, Greg. *decis.* 39. *n.* 3. & *ibi* adden. *n.* 4 & 5. *decis.* 368. *n.* 6 Caualer. *decis.* 322. *n.* 3. & *decis.* 334. *sub n.* 2. & *decis.* 415. *n.* 3. & *in Neritonen. habitum* 24 *Ianuar.* 1618. coram Card. Verospio, refert Ferent. *in annot. ad decis.* 148. *Buratti lit. A*.

In gloss. *Receptos*, ibi, *qui semel tulerit testimonium contra aliquem*, *præsumitur inimicus eius si iterum velit contra ipsum testificari*. Inællige in causa criminali, Seraphin. *decis.* 1377. *n.* 4. Farin. *in praxi crimin. q.* 49. *n.* 76. & *q.* 107 *art.* 8. *n.* 251. Sigism. Scacc. *de iudic. causarum ciuil. & crimin. lib.* 2. *c.* 10. *a n.* 80. Hieron. Buccar. *de different. inter iudicia ciuilia*, & *crimin. differ.* 98. *n.* 2. *cum seqq.* & vide *ad cap. cum P. n.* 2. & 3. *de accusat.*

SVMMARIVM.

1 *Testimonium non dicere qui iurauit, testificari compellitur, si testificationes publicatæ non sunt.*
2 *Testis liberè, & non requisitus testimonium dicere debet ad proximum liberandum.*
3 *Testes an & quando post publicatas attestationes possint iterum examinari, vel de nouo produci, remissiuè.*
4 *Probationes subtrahens aduersario an causam amittat, remissiuè.*

CAP. Intimauit. XVIII.

1 IVrans non testificari contra aliquem si opus est, potest cogi ad iurandum si testificationes non sunt publicatæ, nec fuit renuntiatum testibus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Imol. Anan. Host. Butr. Panorm. Bald. Innoc. Felin. Mynsing. Aretin. Martin. Vran. Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 158. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 263. Cened. *collect.* 27. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 13. *c.* 18. & est post Conc. Later. sub Alex. III. *p.* 8 *c.* 13.

2 *Iuramento constrinxit*, &c. Notatur ad hoc quòd testis liberè, & non requisitus testimonium dicere debet ad proximum liberandum, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 310. Vnde *in Ordin. Regia Lusitan. lib.* 3. *tit.* 57. cauetur ne partes per se, vel interpositam personam alloquantur testes, postquam fuerint nominatæ, vt ita omnis subornationis suspicio repellatur, quia si testis in dicto suo confiteatur partis Aduocatum secum clam fuisse alloquutum, ab eo præsumitur subornatus, Bonacos. *comm. crim. p.* 2. *verbo*, *testis fol. mihi* 79. *verso*, nisi constet illum fuisse ab ipsomet Aduocato instructum in his tantum, quæ iuris sunt, vel in ratione reddenda, Mascard. *de probat. concl.* 1358 *n.* 4.

Publicatum non est.] An, & quando post publicatas 3
attestationes possint testes iterum examinari, vel de nouo produci, videndi sunt Doctores, quos plena manu citat Cened. *ad Decretal. collect.* 27. *n.* 2. quibus adde Donat. à Fina *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 4. *sub hoc tit. n.* 69. *pag.* 520. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 46. *n.* 2. Morl. *in emporio iuris Ciuilis*, *p.* 1. *tit* 11. *in prælud. n.* 71. *cum seqq.* D. Marta *in notis nouissimarum decis. voto* 245.

In gloss. *Iuramento*. Notatur ad hoc quòd probatio- 4
nes subtrahens aduersario amissionis causæ pœna non mulctatur, Butr. *in cap. peruenit*, *n.* 6. *de testib. cog.* vbi Imola *n.* 3. & Felin. *in fine*, Panorm. *in cap. cum causæ*, *n.* 18. *vers. ego dicerem*, *hoc tit.* Anch. *cons.* 388. *n.* 13. Contrarium tamen, quòd scilicet causam amittat, tenent Innoc. *hic in verbo*, *recipere*, Host. *in d. cap. peruenit*, *n.* 1. vbi Zabar. *n.* 2. & *seqq.* Guid. Papæ *sing.* 99. & alij, quos refert Rendin. *in prompt. recept. sent. tom.* 1. *tit.* 93. *n.* 35. distinguit Boër. *decis.* 292. *n.* 9. quem vide.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio, vel renuntiatio testium in certis capitulis non præiudicat volenti testes producere in aliis.*
2 *Publicatis attestationibus non sunt vlterius testes alij recipiendi super eisdem articulis.*
3 *Rescriptum impetratum contra consuetudinem & stylum Principis suspectum est de falso.*
4 *Priuilegia concedi non debent contra solitam formam.*

CAP. Causam, quæ. ij. XIX.

PVblicatio, & renuntiatio testium in certis capitu- 1
lis non præiudicat parti volenti producere testes in aliis capitulis, & literæ impetratæ à Sede Apost. postquam causa fuit commissa, non facinnt præiudicium parti super nouis capitulis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Host. Henric. Anchar. Butr. Panormit Felin. Bald. Aretin. Mynsing. Martin. Vran. Cujac. Vinian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij*, *pag.* 159. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 261. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 13. *c.* 19. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 1. *c.* 15.

Collige ex text. quod attestationibus publicatis 2
non sunt vlterius testes alij recipiendi super eisdem capitulis, sed de hoc *in præsenti*, nihil dicendum, cum late dictum sit ad *cap. ex tenore* 35. *infr. hoc tit.* vbi multipliciter ampliatur, & limitatur hæc conclusio.

In gloss. *Rationi*. Notatur ad hoc quòd rescriptum 3
impetratum contra consuetudinem, & stylum Principis suspectum est de falso, vt per Mascard. *de probat. concl.* 1269. *n.*... Nam priuilegia concedi non debent, 4
contra solitam formam, Perez *l.* 28. *gloss* 1. *tit.* 4. *lib.* 2. *Ord.* & *l.* 6. *gloss.* 1 *pag.* 694. *col.* 1. *vers. quod etiam*, *tit.* 12. *lib.* 3. *Ordin.*

CAP. Personas. XX.

ADtestificandum non admittitur qui certè, vel legitimè conuinci potest quòd laborat consimili

mili morbo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Henric. Anan. Host. Bald. Panorm. Felin. Butr. Anch. Mynsing. Aret. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 159. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 263. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *sub tit* 20. *de appellat. c.* 4. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 10. *c.* 3.

2 Collige ex text. quòd consimilem causam habens tanquam suspectus repellitur à testimonio, vt per Rebuff. *de reprobat. testium, num.* 431. Cald. Pereira *de emptione, & vendit. cap.* 21. *n.* 17. *in fine*, Bonacos. *commun. crimin. p.* 1. *verbo, similitudo, fol* 152. Mascard. *de probat. concl.* 1357. *n.* 54. Bobadil. *in sua politica, lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 53.

SVMMARIVM.

1 *Christianus contra Iudæum in testem admittitur.*
2 *Iudæus, vel Maurus testis esse non potest in causis Christianorum.*
3 *Iudæi testes in causis Christianorum coadiuuantur ab aliis integris testibus Christianis, præsertim in materia difficilis probationis.*
4 *Christianus nouiter conuersus potest esse testis in causis veterum Christianorum.*
5 *Iudæus potest esse testis contra Christianum, vbi agitur de eo conuincendo reuersum esse ad infidelitatem.*
6 *Iudæus potest esse testis contra Christianum interueniente partium consensu.*

Cap. Iudæi. XXI.

1 CHristiani in qualibet causa possunt esse testes contra Iudæos cùm ipsi semper præsumant contra Christianos vti suis testibus, & in hac parte qui præferunt Iudæos Christianis sunt excommunicandi, quia Iudæi debent subiacere Christianis, & ab eis pro sola humanitate foueri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Host. Bald Felin. Henric. Boich, Butr. Mynsinger. Aret. Martin. Vran. Cujac. Cened. *collect.* 83. Viuian. *in ration.* 2. *libri iuris Pontif. pag.* 260. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 263. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *cap.* 16.

2 Collige ex text. Iudæum, vel Maurum testem esse non posse in causis Christianorum, Ordin. Regia Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 56. §. 4. vbi patens meus, Simanch. *de Catholic. c.* 64 *à n.* 41. Crot. *de test. lib. n.* 136. Nep. de Monte Albano *eod. tract. n.* 100. Marquard. de Susannis *de infidelibus, p.* 2. *c.* 5. *à num.* 9. Ripa *in cap. eam te, à n.* 29. *de rescript.* Donat. à Fina *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 74. vbi Viuian. *n.* 134 *pag.* 525. *cum seq.* Perez *l.* 7. *gloss. en todos los pleitos, & l.* 32. *gloss. testimonio, tit.* 3. *l.* 8. *Ordin.* Seraph. *de priuilegiis iuramenti, priuil.* 123. *n.* 4. Rebuff. *de reprobat. testium, num.* 265. Mascard. *de probation. concl.* 944. *& concl* 1356. *n.* 41. Surd. *cons.* 19. *n.* 15. *&* 17. Farinac. *in praxi crimin. q.* 56. *à n.* 105. refert plures Doctores Cened. *ad Decretal. collect.* 83. adde optimam Rotæ *decisionem* 233. apud Farin. *p.* 2. *recent.* in qua *n.* 4. fuit dictum testes Hebræos in causis Christianorum coadiuuari ab aliis integris testibus Christianis, præsertim in materia difficilis probationis, & *n.* 8. quod testes Hebræi contra Christianum faciunt aliquam probationem quando eorum dispositiones sunt adminiculatæ, quamvis aliter nullam fidem faciant, vt per Afflict. *decis.* 211. quem refert Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 2. *collect.* 434. *vers. sed n....*

Limita text. conclusionem non procedere in eo, 4
qui nouiter Christianus factus est, *cap. constituit* 17. *quæst.* 4. Roman. *sing.* 669. Hyppol. *sing.* 107. Felin. *in d. cap. eam te, num.* 12. Dec. *num.* 6. & Rip. *n.* 30. Secundò 5
limita non procedere quando agitur de conuincendo fideli reuersum esse ac infidelitatem, *cap contra Christianos, de hæret. lib.* 6. vbi gloss. *verbo Iudæos*, & alij, Felin. *n.* 2 Mynsing. *num.* 3. & alij *in præsenti*, Simanch. *d. cap.* 64. *n.* 42. Tertiò limita non procedere interue- 6
niente partium renuntiatione, gloss. *verbo contra*, ibi, *respondeo vtique, in cap. quoniam sicri, de hæretic. lib.* 6. Specul. *tit. de teste*, §. 1. *vers. item*, Aretin *in cap. præsentium col.* 2. *hoc tit.* Vtùm vero sustineatur infidelis testimonium extra iudicium, veluti in contractu vel testamento, vide text. *in l quoniam pen. in fin. C. de hæret.* Felin. & Mynsing. *n.* 1. *in præsenti*. Limita denique in criminibus exceptis, in quibus Iudæus admittitur in testem contra Christianum, Lancell. Conrad *in pract. lib.* 1. *c.* 9. §. 2. *de offic. præt. in causis ciuilibus rubr personas testium aggrediendo, in verbo infidelis in fine*, Buccar. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ.* 157. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Matris testimonium est suspectum, vbi filia petit in virum aliquem se maiorem. Et ad dictum solius matris de impedimento deponentis impeditur matrimonium, sed contractum non dissoluitur.*
2 *Fœmina testimonium admittitur in causis matrimonialibus, saltem quando de matrimonio ipso probando agitur.*
3 *Commodum, & incommodum, quæ testis sentit, quando sunt indiuisibilia, poterit ille testificari.*
4 *Parentes in testes admitti possunt vbi filia petit in virum aliquem sibi æqualem, secus si diuitiis, vel nobilitate esset superior.*
5 *Diuitiæ nobilitant.*
6 *Familiarum nobilitas, & honestas diuitiis conseruatur.*
7 *Verba, aliquatenus admittendum, omnem negant potentiam etiam in minimo.*
8 *Parentes in probanda consanguinitate filiorum testes esse possunt.*
9 *Testis vnus plenè probat ad impediendum matrimonium.*
10 *Pater, & mater non possunt ferre testimonium in causa filij, etiamsi sit naturalis, spurius, incestuosus, vel adoptiuus si sit in potestate.*

parentes pro filiis, vel è contra testes esse possunt.

11 *Hæresis in crimine,*
12 *Maiestatis læsæ in crimine,*
13 *Profitendi in religione si dubitetur an filius habuerit animum.*
14 *Status in causa,*
15 *Lis vbi est inter duos filios,*
16 *Quæstio vbi vertitur super ætate,*
17 *Ætas filiorum sufficienter probatur per librum parentis,*
18 *Partis de consensu tacito, vel expresso,*
19 *Instrumentis celebratis inter patrem, vel alium extraneum,*

20 *Soror pro sorore admittitur in causa matrimonij, præsertim quando non est disparitas inter coniuges.*

Cap. Super eo. ÿ. XXII.

1 TEstimonium matris est suspectum vbi filia petit in virum aliquem se maiorem. Et ad dictum solius matris de impedimento deponentis impeditur matrimonium, sed contractum non dissoluitur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Host. Bald. Panormit. Butr. Felin. Henric. Anchar. Mynsing. Martin. Vran. Aretin. Butr. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 160. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 164. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 2.

2 *Et altera mulier.*] Ergo fœminæ testimonium admittitur in causis matrimonialibus, saltem quando de matrimonio ipso probando agitur, vt per Tiraquell. *l.* 9 *connub. glos.* 1 *p.* 9. *n.* 64. Viuian. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 165. *pag.* 531. *& tom.* 2. *lib.* 6. *tit.* 13. *n.* 95. *vers. claudicat etiam, pag.* 48. Mascard. *de probat. concl.* 762. *n.* 7. *& concl.* 1919. *n.* 6 Menoch. *concl.* 380. *n.* 15. quicquid dicat Franc. Molin. textum hunc aliter interpretans, *de ritu nupt lib.* 1 *comp.* 8. *à n.* 14. Et quod duæ mulieres plenè probent matrimonium tradunt Dec. *cons.* 342. *n.* 1. Farinac. *in praxi crimin. q.* 59. *n.* 35. *&* 36. Burat. *decis.* 530. *n.* 1.

3 *Incrementum, & honorem,* &c.] Notatur ad hoc quòd quando commodum, & incommodum, quæ testis sentit, sunt indiuisibilia, poterit testificari, vt per Rebuff. *de reprobat. testium, n.* 424.

4 *Vbi vir superior est.*] Ergo vbi filia petit in virum aliquem sibi æqualem, possunt pater, & mater in testes admitti, vide Crot. *de testib. n.* 105. Albert. *ead. tract. p.* 1. *in princip. à n.* 3. Viuian. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 239. *pag.* 538. Turzan. *lib.* 5. *tit.* 2. *n.* 601 *pag.* 707. Mascard. *de probation. concl.* 998. *n.* 3. *& concl.* 1019. *& concl* 1148. *num.* 23. Farin. *in praxi crimin. q.* 64. *n.* 191. Cardos. *in praxi indicum, verbo, pater, n.* 40. *& verbo, testis, n.* 9. Amat. Roder. *de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.* 1. *n.* 47. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 71. Vbi verò alter alterum diuitiis, vel nobilitate superaret, tunc parentes, aut coniuncti in testes non recipiuntur, vt per Socin. *reg.* 427 *fall.* 6 Menoch. *casu* 102. *n.* 4. Gabr. Alex. Felin. Anfrer. Viu. Lanfr. & alios Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1 *comp* 8. *n.* 31. *& n.* 28. etiam resoluit parentes, & coniunctos in testes non recipi, quoties supra modum de matrimonio solliciti illius exitum percuperent, & *n.* 30. idem locum habere affirmat vbi mulier, quæ de matrimonio contendit, cognita à viro fuisset, cùm enim de iniuria familiæ illata agatur, parentum, & coniunctorum testimonium suspectum est.

5 *Diuitiis, & nobilitate.*] Sufficit si in alterutro nominatorum vir mulieri superior sit, vt per Menoch.
6 *de arbitr. casu* 162. *n.* 5 *in fine.* Et notatur ad hoc quòd diuitiæ nobilitant, Tiraq. *de nobilit. c.* 3. *n.* 3. nobilitas enim sine diuitiis sordescit, Guillelm. *in cap. Raynutius, de testam. verbo, duas habens filias, à n.* 111. Menoch. *cons.* 116 *n.* 3 *& cons.* 126. *n.* 28. Flamin. *de resign. benefic. lib* 12. *q.* 1. *à n.* 150. Et familiarum nobilitas, & honestas diuitiis conseruantur, & ob inopiam pereunt. Rota *decis.* 682. *num.* 5. apud Farin. *part.* 2. *recent.*

7 *Aliquatenus admittendum.*] Omnem negat potentiam, etiam in minimo, Menoch. *d. casu* 102. *num.* 5. iunctis traditis per me *de diction. vsu frequent. dict.* 20. *pag.* 198.

Matre asseuerante ipsos esse consanguineos, &c.] Notatur ad hoc quòd parentes in probanda consanguinitate filiorum testes esse possunt, quia melius scire debent consanguinitatem quàm alij extranei, vt per Rebuff. *de reprobat. testium, num.* 338. *&* 380. 8

Notatur etiam ad hoc quòd vnus testis plenè probat & sufficiens est ad impediendum matrimonium, ne contrahatur, vt peccatum euitetur, vt per Cardos. *in praxi iudicum, verbo, testis, num* 43. Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 63. *n.* 48. Guttier. *in tract. de matrimon. cap.* 36 *num.*... & ita credendum esse vnico testimonio plenariè ad impediendum matrimonium, probat etiam similis text. *in cap. cùm in tua* 27. *vers. ad quod,* vbi gloss. *verbo persona, de sponsal. gloss. vltim.* Abb. *num.* 7. & alij *in præsenti,* Nauar. *in cap. Sacerdos, de pœnit. dist.* 6. *num.* 27 Couar. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 6. §. 10 *num.* 21. Fusc. *litera C. sing.* 20. *in fin.* Gabr. *commun sub tit. de testib. concl.* 1. *n.* 16. Guttier. *canon. lib.* 1 *c.* 11. *n.* 26 *&* 31. Non obstat *cap. præterea, de sponsal.* quia resp. propterea *ibid.* in sponsalibus iuratis non credi vnius testimonio, quia testis de quo *ibi,* consanguineus erat partis, & insuper criminosus, à quo quidem, vt ipse dicebat, impedimentum proponebatur emanabat, vt in specie aduertit gloss. *d. verbo persona.* Nec obstat text. *in c.* 1 *de consang.* quia satisfit si dicas in eo non agi de impediendo matrimonio nondum facto, sed de dirimendo iam contracto. 9

In gloss. *Cùm mater,* ibi, *& ita videtur quòd pater, & mater non possunt ferre testimonium in causa filij.* Vide apud Lusitan. Ordin. Regiam *lib.* 3. *tit.* 56. §. 1. vbi parens meus, & apud Castellanos *l.* 14. *tit.* 16. *part.* 3. vbi Gregor. Lopez, Nell. *de testib. numer.* 7. Mascard. *concl.* 1148. *&* 1357. *num.* 45. Cur. Philip. *p.* 1. §. 17 *num.* 15. *in fine,* Cardos. *d. verbo, testis, num.* 9 Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 54. *n.* 145. *cum seqq. & consil.* 29. *n.* 4. Morl. *in emporio iuris, part.* 1. *tit.* 11. *in prælud. n* 40. Ludou. Miranda *de ordine iudic. quæst.* 22 *art.* 4 *conclus.* 2. Amat. Roderic. *d. cap.* 7. *n.* 47. procedit etiamsi filius sit naturalis, spurius, atque incestuosus, Mascard. *concl.* 1148. *n.* 8 Farinac. *q.* 54. *num.* 157. Molina *de iustit. tract.* 2. *disp.* 170. *vers. in quibus.* Et etiamsi sit emancipatus, Campeg. *de testibus reg.* 2. *versic. secundò quando,* Anton. Gabr. *sub hoc tit. concl.* 17. *n.* 7. Mascard. *concl.* 1148. *n.* 5. Farinac. *d. q.* 154. *n.* 154 Ac etiamsi sit filius adoptiuus, si sit in potestate patris, Hect. Æmil. *de testib. p.* 1. *verbo, adoptani, num.* 1. Mascard. *concl.* 1148 *num* 18. Farin. *d. quæst.* 54. *num.* 160. 10

In ead. gloss. ibi, *In aliis verò causis pater pro filio, vel è conuerso non recipitur.* Limita primò in crimine hæresis, in quo admittitur testimonium parentum contra filios, & è contra, vide Simanch. *de catholicis institut. cap.* 64. *numero* 67. Ludonic. Miranda *d. quæst.* 22 *artic.* 4. *conclus.* 2 Mascard. *conclus.* 857. *numer.* 18. *cum seqq.* Farinac. *d. quæstion.* 54. *num* 172. 11

Secundò limita in crimine læsæ maiestatis, vide Mascard. *concl.* 461. *n.* 9. *& concl.* 857. *n.* 20. *&* 23. Farin. *d. q.* 64. *n.* 173. 12

Tertiò limita si dubitetur an filius habuerit animum profitendi in religione, quia tunc super eo pater admittitur in testem, *cap sicut* 2. *quæst.* 3. *cap. præsens* 20. *quæst.* 3. Menoch. *de arbitr. casu* 102. *n.* 11. Mascard. *conclus.* 1148. *num.* 15. Farinac. *d. quæst.* 54. *num.* 185. 13

Quartò

14 Quartò limita in causa status, Anton. Gabr. *d. conclus. 17. n. 13.* Mascard. *concl 1148. n. 30.* Farin. *d. q. 54. n. 186.*

15 Quintò limita quando lis est inter duos filios, quia tunc pater est idoneus testis propter parem affectionem, vide Anton. Gom. *tom. 3. var. c. 12. n. 14. col. 4.* Menoch. *de arbitr. casu 106. n. 19. & casu 152. num. 8. & cons. 45. n. 27.* Mascard. *cons. 408. n. 21. & concl. 532. n. 36. & concl. 1148. n. 29.* Farin. *d. q. 54. n. 205.* Et de filio testificante inter patrem, & matrem, idem resoluit Viu. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. num. 273. vers. unde filius, pag. 543.*

16 Sextò limita quando quæstio vertitur super ætate, nam in ea probanda parentes admittuntur, & sunt idonei testes pro filiis, vide Sfort. *in tract. de in integrum restit. p. 1. q. 37. art. 5. n. 57.* Menoch. *de præs. lib. 2. præs. 55. num. 11 cum seqq.* Mascard. *concl. 668. à n. 7. & concl. 1148. n. 14.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, C. de in integr. restit. verbo, minorib. n. 13.* Guttier. *alleg. 11. num. 10.* Morl. *in emporio iuris, p. 1. tit. 11. in prælud. n. 80. vers. vlt.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, testis, n. 10.* Farinac. *d.*

17 *q. 54. n. 177* Sufficienter etiam probatur filiorum ætas per librum parentis, Caualcan. *de tutore, & curat. n. 296.* Menoch. *cons. 33 n. 34.* Morl. *d. p. 1 tit. 5 in prælud. num. 24.* Farin. *fragment. crimin p. 1. lit. A. num. 168. cum sequentib.*

18 Septimò limita de consensu partis tacito, vel expresso, Mascard. *concl. 342. n. 25. & concl. 1148. num. 17.* Menoch. *cons. 342. n. 25.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. cap. 17. num. 10. vers. infero quintò*, Farinac. *d. quæst. 54. n. 189.*

19 Octauò limita in testibus instrumentariis, est enim filius idoneus testis in instrumento celebrato inter patrem, & alium extraneum, vide Hyppol. *in l. 1. §. ad quæstionem, n. 27 ff. de quæst.* Duen. *reg. 384. vers. limita 2.* Menoch. *de arbitr. casu 105. num. 6.* Mascard. *concl. 408. num. 17. & concl. 533. num. 29. & concl. 1036. num. 21. & concl. 1148. n. 25. & concl. 1360. n. 3.* Rebuf. *de reprobat. testium, n. 181.* Farinac. *d. q. 54. n. 187.*

Nonò limita in recognitione manus patris, quia tunc assertioni filij statur. Caualer. *decis. 122. n. 10.*

20 In ead. gloss. ibi, *Et cateri consanguinei.*] Notatur ad hoc quòd testis soror pro sorore admittitur in causa matrimonij, præsertim quando non est disparitas inter coniuges, vt per Abb. *in cap. videtur, n. 2. & sub n. 6. infr. qui matrim. accusare possunt*, Dec. *consil. 163. num. 26.* Paris. *cons. 58. sub n. 24. lib. 1.* quos refert, & sequitur Rota *decis. 147. n. 23.* apud Farinac. *p. 1. rec. t.* diuinum possit lege ciuili interpretari, vide Perez *l. 1 gloss. 1. pag. 84. in princ. tit. 2. lib. 5. Ordin.*

SVMMARIVM.

1 *Testes idonei non sunt, quos actor de familia sua produxit.*
2 *Domestici, & de familia producentis non sunt idonei testes.*
3 *Domestici, seu familiares Episcopi, vel alicuius magni domini,*
4 *Domestici, seu familiares iam expulsi,*
5 *Famulus non habens salarium, seu expensas,*
6 *Domestici magnæ auctoritatis, & vitæ honestioris,*
7 *Domestici vtriusque partis,*
8 *Domestici domesticorum,*
9 *Domestici testificantes contra producentem,*
10 *Domestici producti ad defensionem rei inquisiti, & ad illius innocentiam,*
11 *Domestici testes instrumentarij,*
13 *Hæresis in crimine,*
} *testificari pro conjunctis domesticis, seu dominis possunt.*
14 *Ecclesia fauore in ciuilibus,*
15 *Consanguinitatem,*
16 *Ætatem,*
17 *Furorem,*
18 *Facta antiqua,*
19 *Parte non opponente,*
20 *Veritas vbi aliter haberi non potest,*
} *domestici probant.*
21 *Declaratur text. in præsenti.*
22 *Præferri debent illi, de quibus verosimile est, quòd pro aliquo non peierarent.*
23 *Domestici appellantur propriè, quibus imperari potest ratione patriæ, vel dominicæ potestatis.*
24 *Colonus in testem pro domino suo admittendus non est, & quid in colono adscriptitio, n. 25. & de colono partiario, n. 26.*
27 *Ancilla testis esse non potest pro domino suo, nisi in his, quæ domi fiunt, vel iam desiisset esse ancilla.*
28 *Amasius pro amasia deponere non potest.*
29 *Discipulus in causa magistri testis esse non potest, quando sub eius ferula est.*

CAP. Licet vniuersis. XXIII.

1 CAusa quælibet, & maximè inter Christianos & Iudæos terminanda est ad minus duorum testimonio, vel trium bonæ vitæ, & laudabilis conuersationis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Panorm. Host. Bald. Butr. Felin. Aretin. Mynsing. Martin. Vran. Cujac. Viu. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 161.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 164.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 2. Decretal. lib. 2. tit. 2. de foro compet. cap. 1.*

2 Probat hic text. ad perfectam inducendam probationem duos testes sufficere, vnum verò non probare, de quo dixi *ad cap. in omni negotio 4. supr. hoc tit.* vbi multipliciter limitatur, & ampliatur hæc conclusio.

3 *Non minus quàm duorum,* &c.] An hoc præceptum

CAP. In literis. XXIV.

1 VXorem sibi fuisse affinem si quis probare voluerit, non potest producere testes suæ familiæ, sed alios probatæ vitæ, & opinionis, de quibus non est dubium peierare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Felin. Bald. Panorm. Henric. Boich, Aretin. Mynsing. Martin. Vran. Cujac. Cened. *collect. 5.* Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 162.* Alagon. *in compend iur. Canon. pag. 264.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 12. cap. 5.*

Testes de familia.] Notatur ad hoc quòd domestici, 2
& de familia producentis nõ sunt testes idonei, nec ad testificandum admittuntur, idem probat *c. si test. vers. etiam iur. ciuil. & vers. test. 4. q. 3 l. pen. ff. hoc tit, l. 2. C. eod.* tradunt gl. *verbo de familia*, Bald. *n. 1.* Abb. *n. 3.* Felin. & Imol. *n. 2.* Bell. *n. 6.* Mynsing. & alij *in præsenti*, gl. *verb.*

familiarem in cap. insinuante, de offic. deleg. Cur. de testib. concl. 1 n. 1. Alber. eod. tract. p. 1. in princ. tit. qui testes repellentur ratione domesticitatis, à princ. Aufrer. de reprob. testium, à n. 33. Afflict. decis. 309. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præs. 39. & 47. Cæs. Contard. in l. diffamari, C. de ingen. in ampl. num. 148. Rojas sing. 198. & 202. ex num. 2. Alphan. collect. 679. Anton. Gabr. commun. lib. 1. tit. de testib. concl. 10. Corset. sing. testis 20. Hipp. sing. 5. Rojas sing. 197. & 198. Bernard. reg. 746. Duen. reg. 383. Cou. pract. c. 18. num. 4. Tiraq. de pœnis temper. cap. 51. n. 93. & in l. si unquam, C. de revocandis donat. verbo, susceperit, n. 44. & in tract. cessante causa, p. 1. num. 104. cum seqq. Rebuff. de reprobat. testium, n. 184. cum seqq. & num. 215. Donat. à Fina tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. num. 112. pag. 523. Mascard. de probat. concl. 533. & concl. 758. & concl. 1357. n. 46. & 51. & concl. 1358. n. 46. Morl. in emporio iuris, p. 1. tit. 11. in prælud. num. 41. Farin. in praxi crimin. part. 2. q. 55. Valasc. consult. 45. Cald. Pereira quæst. forens. cons. 24. num. 23. Alexand. Trentacinq. var. resolut. lib. 2. sub hoc tit. resolut. 1. Amat. Roder. in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap. 7. num 49. Rota decis. 238. n. 6. apud Farin. in 1. compil. p. 4. diuers. Rota etiam decis. 147. à n. 22. apud eundem Farin. in recentiorib. p. 1. & decis. 772. apud eundem p. 2. Marc. Anton. var. resolut. lib. 2. resol. 6. n. 2. noniſſimè Hieron. Buccaron. de differ. inter iudicia ciuilia, & crim. differ. 93. Nota procedere in teſtibus de familia non ſolùm illis, qui ſub patria, vel dominica poteſtate exiſtunt, ſed etiam qui in eodem ſeruitio exiſtentes in eadem habitant domo, vel ab illa habent dependentiam. Non obſtat quod Religioſi in cauſa ſui monaſterij, vel collegij teſtes eſſe poſſunt cap. inſuper ſup. hoc tit. qui tamen familiares dicuntur, l. 1. §. familiæ ff. de publican. quia reſp. Religioſos, vel collegiales non eſſe propriè familiares, ſeu domeſticos teſtes reſpectu ſui monaſterij, & quamvis propriè eſſe dicantur reſpectu ſui ſuperioris, non tamen poſſunt teſtificari in cauſa illius, cui ſubiiciuntur, vel à quo imperantur. Nec etiam obſtat, quod in cauſa matrimoniali admittuntur familiares ad teſtificandum, c. 3. qui matrim. accuſ. poſ. c. præterea 12. de ſponſal. de qua agit hic text. quia reſpondetur prædicta iura, & ſimilia procedere in familiaribus lato modo conſideratis, provt ſunt conſanguinei, qui licèt aliàs per alias leges à teſtimonio repellantur, fauore tamen matrimonij in cauſa illius rectè teſtimonium dicunt.

3 Primò limita in domeſticis, ſeu familiaribus Epiſcopi, ſeu alicuius magni domini, aut illuſtriſſimæ perſonæ? Lanfranc. de teſtib. n. 63. Aufrer. de reprobat. teſtium ſub n. 43. verſ. fallit ſi ſit famulus, Maſcard. conc. 757. n. 2. Farin. d. q. 55. n. 127. Rota d. decis. 147. n. 25. apud Farin. p. 1. in recent. Gregor. decis. 351. n. 36. Buratt. decis. 777. n. 11.

4 Secundò limita in domeſticis, ſeu familiaribus iam expulſis, vtpote qui tempore depoſitionis non erant in ſeruitio producentis, Specul. de teſtib. §. 1. n. 13. verſ. quid ſi olim, Abb. hîc n. 6. & Felin. n. 8. Alexand. conſ. 5. n. 9. lib. 1. Tiraquell. in tract. ceſſante cauſa, part. 1. num. 101. Gabr. commun. ſub hoc tit. concl. 10. num. 9. & 10. Maſcard. concl. 533. n. 11. & concl. 26. n. 5. verſ. quartò, Menoch. conſ. 31. n. 29. & conſ. 199. n. 48. Rebuff. de reprobat. teſtium, n. 191. & n. 215. verſ. 4. Anton. Monach. Lucenſi decis. 28. num. 2. Surd. decis. 219. num. 4. Morl. d. tit. 11. in prælud. n. 41. in fine, Farin. d. q. 55. n. 32. vbi n. 33. ſublimitat in eo, qui per fraudem exiiſſet è domo domini, Rota d. decis. 147. n. 24.

5 Tertiò limita in famulo non habente ſalarium, aut expenſas, vide Maſcard. concl. 58. n. 7. Alex. Trentacinq. d. reſol. 1. num. 28. Farin. d quæſt. 55. n. 138. & ſeqq.

Quartò limita in domeſticis magnæ auctoritatis, 6
& vitæ honeſtioris, vide Gabr. d. concl. 10. num. 10. Maſcard. concluſ. 26. num. 5. verſ. & illud, & concl. 533. num. 28. & concl. 1398. n. 7. & 8. Farin. d. quæſt. 55. n. 82. Alexand. Trentacinq. d. reſol. 1. n. 22. Mantic. deciſ. 112. n. 3. & 4.

Quintò limita in domeſtico vtriuſque partis, vide 7
Gabr. d. concl. 10. n. 66. Maſcard. concl. 553. n. 36. Farin. d. q. 55. n. 92.

Sextò limita in domeſticis domeſticorum, Maſ- 8
card. concluſ. 747. num. 4. & concl. 533. num. 10. Farinac. d. quæſt. 55. à num. 29. Alexand. Trentacinq. d reſol. 1. num. 15. Rota deciſ. 147. num. 16. apud Farinac. part. 1. recent.

Septimò limita in domeſtico teſtificante contra 9
producentem, Campeg. de teſtib. reg. 11. limit. 5. Farin. d. q. 55. n 97. & ſeqq.

Octauò limita in domeſticis productis ad defen- 10
ſionem rei inquiſitæ, & ad illius innocentiam, Anton. Gom. var. tom. 3. cap. 12. n. 9. lit. D. Gabr. d. concl. 10. n. 42. verſ. contrarium, Maſcard. concl. 26. num. 6. & concl. 533. n. 26. Farin. d. q 55. à num. 70. Trentacinq. d. reſol. 1. num 8.

Nonò limita in domeſticis teſtibus inſtrumenta- 11
riis, Maſcard. concluſ. 533. num. 29. & 30. Trentacinq. d. reſol. 1. num. 17. Farinac. d. quæſt. 55. num. 83. & 84. vbi numero 85. idem reſoluit in teſtamentariis.

Decimò limita in caſibus difficilis probationis, 12
Rota deciſ. 772. n. 3. apud Farin. part. 2. recent. Maſcard. concluſ. 124. num 48. & concl. 533. num. 15. Farinac. d. quæſt. 55. num. 35. Trentacinq. d. reſolut. 1. num. 9. & ad teſtificandum de rebus in domo factis, Hieron. Fernand. de Ottero Roman. lucubrationum, diſput. 22. num. 2.

Vndecimò limita in crimine hæreſis, vide Peniam 13
in director. Inquiſit. p. 3. ſchol. 125. Maſcard. concl. 858. n. 22. Farin. d q 55. n. 94.

Duodecimò limita fauore Eccleſiæ in ciuilibus, 14
cap. 1. 14. quæſt. 2. Maſcard. concl. 533. num. 35. Farin. d. q. 55. n. 91.

Decimotertiò limita in probatione conſanguini- 15
tatis, c. 1. 35. q. 6. Farin. d. quæſt. 55. n. 108. Trentacinq. d. reſol. 1. n. 24.

Decimoquartò limita in probatione ætatis, vide 16
Gabr. d. concl. 10. num. 67. Maſcard. concl. 668. num. 19. Farinac. d quæſt. 55. num. 113. Trentacinq. d. reſolut. 1. num. 25.

Decimoquintò limita in probatione furoris, vide 17
Farin. d. q. 55. n 116.

Decimoſextò limita in factis antiquis, vide Gabr. 18
d. concl. 10. n. 63. Campeg. de teſtib. reg. 11. limit. 9. Trentacinq. d. reſol. 1. n. 18.

Decimoſeptimò limita parte non opponente, 19
Campeg. dict. reg. 11. limit. 13. 21. & 24. Gabr. dict. concluſ. 10. num. 51. in princip. Farinac. dict. quæſt. 55. num. 104.

Decimooctauò limita quando ex natura rei veri- 20
tas aliter haberi non poſſit, vt in iis, quæ non niſi occultè fiunt, vt per Butr. in cap. tertio loco, n. 14. verſ. item nota, ſupr. de probation. Alexand. conſ. 152. num. 11. vol. 5. Pariſ. conſ. 53. num. 24. & conſ. 55. num. 44. vol 4. quos refert, & ſequitur Rota d deciſ. 772. num 2. apud Farin. part. 2. recent. Ioan. Baptiſta Coſta de remed. ſubſidiar remed. 70. num. 6. Vel quæ in domo peraguntur, l. priùs 17 ff. ad Syll. l. conſenſu, §. ſin autem, & §. ſi plagiis, C. de repud. l. quoties 3. C. de naufrag. lib. 10. cap. ſuper prudentia 14. q. 2. c. veniens 38. in fin. hoc tit. c. cum l. & A. de

re

re iudic. Alberic. *de testib. p. 1. tit. quando ratione defectus personæ, à princip. à n. 8.* Alciat. *de præs. reg. 1. præs. 47.* Rojas *in fidei, sing. 167. in princip. & sing. 202. n. 2.* Burat. *decis. 177 n. 10.* Intellige quando aliàs talis res per alios probari non potest, patet ex hoc text. *in vers. sin autem, in fin.* tradunt Rojas *d. sing. 202. n. 3.* quicquid dicant Felin. & Dec. quos refert Gabr. *commun. sub hoc tit. concl. 10. n. 33. & 38.* Non obstat text. *in præsenti*, vbi agitur de copula, & sic de re, quæ occultè in domo peragitur, fatetur *hic* Abb. *n. 2.* & Felin. *n. 6.* & tamen dicit testes de familia producentis, & domesticos non admitti ad testimonium dicendum, quia resp. negationem receptionis testium, de quibus *hic*, procedere & esse intelligendam ex eo, quia ex illa cohabitatione septennij, intra quod vir cum vxore permanens omnino tacuit, maxima insurgebat præsumptio contra ipsum maritum, & illius testes, ad quam præsumptionem text. habuit respectum ne domestici *ibidem* reciperentur, provt in effectu videtur considerare *gloss. fin. in sum. 14. q. 2.* quod manifestè colligitur ex verbis huius text. ibi, *si res ita se habet*, iuncto *princ.* ibi, *cùm eam in domo sua per septennium*, &c. quæ quidem verba Pontifex *in præsenti* non retulisset, si ad decisionem causæ non conducerent.

21 *Nisi probatæ essent vitæ*, &c.] Aduerte ideo in præsenti repulsos fuisse testes de familia actoris, quia non erant honesti, dicebant enim se interuenisse facto inhonestè perpetrato per dominum; vel fortè quia text. agit de illo, qui ad dissoluendum matrimonium allegauit impedimentum affinitatis causatum ab ipso opponente ex copula illicita, & contra quem vrgebant aliæ præsumptiones calumniæ, ita Gutier. *de matrim. c. 44. n. 85.*

22 *Vero simile non esset*, &c.] Notatur ad hoc quòd illi præferri debent, de quibus verosimile est quòd pro aliquo non peierarent, vt per Rebuff. *de reprobat. testium, n. 128.*

23 In glos. *De familia.* ibi, *domestici appellantur propriè, quibus imperari potest ratione patriæ, vel dominicæ potestatis.* Vide Mascard. *concl. 755.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. E concl. 72.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel gloss. 31. à n. 16.* Christoph. de Pace *ad leges stylj, l. 32. à n. 26.* Viu. *decis. 349. n. 1.* Matiens. *l. 2. gloss. 7. tit. 5. lib. 5. nouæ recop.* & alios plures, quos ego ipse refero *de officio, & potestate Episcopi, p. 2. alleg. 5. à n. 2.*

24 In ead. gloss. ibi, *familiares appellantur consanguinei, colonus.* Et ideo colonum in testem pro domino suo admittendum non esse tenent Gabr. *d. concl. 10. n. 58. & 60.* Mascard. *concl. 320. & concl. 555. n. 5.* Rebuff. *de reprobat. testium, n. 90.* Viu. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit 10. n. 132. pag. 525.* Mench. *vsufreq. c. 33. n. 11.* Farin. *d. quæst. 55. à n. 213.* Stephan. Gratian. *discept.*

25 *forens. c. 293. n. 4. cum seqq.* Et ex eadem ratione non admitti colonum adscriptitium, vel alios, quibus impetrari potest, asserunt Mascard. *concl. 320. n. 2. &*

26 *concl. 1358. n. 8.* Farin. *d. q. 55. n. 214.* Partiariis tamen colonis credi de consuetudine, quando non disputatur de portione fructuum ad colonos pertinente, resoluunt Gabr. *d. concl. 10. n. 58. in fin.* Soc. iun. *consil. 136. num. 17. & consil. 135. n. 8. vol. 2.* Valasc. *de iure emphyt. q. 30. n. 15. col. 3.* Marc. Antonin. *var. resolut. lib. 3. resol. 21. n. 12.* Farin. *d. q. 54. n. 217.* Mascard. *concl. 320. n. 17.* Stephan. Gratian. *d. cap. 293. n. 5.* Alex. Trentacinq. *d. resolut. 1. n. 31.* Idem in colono rei exiguæ tradunt Tiraq. *in tract. de iudicio in rebus exig. vers. 88.* Mascard. *concl. 320 n. 3.*

27 In ead. gloss. ibi, *& omnes habitantes in domo* Vnde ancillam testem esse non posse pro domino suo, tenuerunt Hect. Æmil. *de testib. p. 1. verbo, ancilla*, Mascard. *concl. 90. n. 4.* Farin. *d. q. 55. n. 161.* vbi *n. 162.* limitat parte non opponente, & *n. 163.* limitat etiam ad testificandum in his, quæ domi fiunt, & *n. 164* limitat quoque in ancilla, quæ desiit iam esse ancilla. Ex 28
eadem ratione amasium pro amasia deponere non posse resoluunt Rebuff. *de reprobat. testium, n. 42.* Farin. *q. 54. n. 217.* nec concubinam in causa amasij, Rebuff. *d. tract. n. 92.* Hortens. Caualcan. *in pract. de testib. p. 4. n. 61.* Farin. *q. 54. n. 216.* nec discipulum in causa ma- 29
gistri testem esse posse, quando sub eius ferula est, asserit Rebuff. *d. tract n. 181. & seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Attestationes donec fuerint publicatæ, & eis renuntiatum, produci possunt testes, postea verò non super eodem capitulo, sed super alio.*

2 *Dilationi assignatæ renuntiare non potest vna pars in alterius præiudicium.*

3 *Minor etiamsi renuntiatum sit testibus, vel post factam eorum publicationem, ad examinandos testes restituitur.*

4 *Maior ex generali clausula*, si qua mihi, *&c. restituitur ad examinandos testes post publicationem.*

5 *Ecclesia ad testes post publicationem examinandos restituitur.*

CAP. Cùm venisset. XXV.

Vrbanus III.

TEstes, qui post appellationem producit, vel stat 1
iuri, tacitè renuntiat appellationi, & sententia postea lata valet. Item quæstio super qua fuerunt testes producti, & publicatæ depositiones, vel fuit testibus vtrique renuntiatum, est terminanda secundùm tenorem depositionum, nec alij testes sunt admittendi. Si verò testes non sunt producti, nec renuntiatum est testibus, possunt noui audiri, & res terminari. Item delegatus mortuo mandatore, & re integra, non potest procedere etiam de consensu partium. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Babar. Bellam. Io. Andr. Imol. Anan. Host. Panorm. Bald. Butr. Felin. Henric. Boich, Anch. Martin. Vran. Mynsing. Aret. Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag. 162.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 265.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertus ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 2. tit. 13. c. 25.*

Vel renuntiatum fuit testibus.] Aduerte quòd vna 2
pars in alterius inuitæ præiudicium dilationi assignatæ renuntiare non potest, Guttier. *pract. lib. 2. q. 32. n. 3.* Perez *l. vlt. in fine, tit. 5. lib. 3. Ordin. pag. 578.* Valasc. *consult. 25 n. 11.* Soar. *commun. lit. D. n. 76.*

In glos. *Renuntiatum*, in addit. marginal. ibi, *nisi esset* 3
talis, cui competeret restitutionis beneficium, vt minor. Notatur ad hoc quòd minor, etsi renuntiatum sit testibus, vel post factam eorum publicationem, ad examinandos testes restituitur, de quo vide Sfort. Ord. *de restit. in integrum, q. 65. art. 11. n. 61. vers. sed contra*, Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 34. n. 11.* Mench. *qu. vsufreq. c. 31.* Farin. *in praxi crimin. q. 75. à n. 44.* Steph. Grat. *discept. forens. c. 158. n. 3.* Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c. 8. n. 20.* vbi *n. 22.* resoluit quòd sufficit constare de minore ætate, & priuilegio personæ ad petendum restitutionis beneficium, licèt de damno ex omissa probatione per informationem non constet. An autem maior ex generali 4

clausula, *si qua mihi*, &c. restituatur ad examinandum testes post publicationem, vide Gabr. *commun. tit. de testib. concl.* 21 *n.* 51. Campeg. *cod. tract reg.* 268. *fallent.* 68. Soc. *reg.* 403. *limit.* 35. Menoch. *d q.* 34. *sub n.* 11. Sfort. *d. art.* 11. *n.* 73. & 77. Farin. *d q.* 75. *à n.* 43. Mendez à Castro *in praxi Lusitana*, *l.* 3. *c.* 14. *à n.* 6.

5 In ead. addit. ibi, *vel Ecclesia.* Notatur ad hoc quòd Ecclesia ad testes post publicationem examinandos restituitur, vt per Ozasc. *Pedem. decis.* 86. *n.* 3. Gabr. *d. concl.* 21 *n.* 47. Menoch. *d. q* 34. *n.* 11. Sfort. *d. art.* 11. *num.* 47. Mench. *de.* 31 *num* 9. Farin. *d. q.* 35. *n.* 455. vbi *n.* 470 idem resoluit in Republica, & Fisco, Amat. Roder. *d. c.* 8 *n.* 20 De iure Castellanorum per *l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 4. *nouæ recopil. & l.* 5. *tit.* 9. *eod. lib.* 4. Minor, Vniuersitas, Ecclesia, & aliæ priuilegiatæ personæ in integrum restituuntur aduersùs omissam allegationem, & probationem, & lapsum termini probatorij, si intra quindecim dies post factam attestationum publicationem restitutionis beneficium à iudice postulauerint, quibus elapsis ampliùs non admittuntur, qui quidem terminus ita eis concessus ad probandum non debet continere maiorem dilationem, quàm medietatem termini probatorij concessu in principali negotio, refert Amat. Roder. *d. c.* 8. *n.* 20.

SVMMARIVM.

1 *Testes producere potest reus in causa matrimoniali ad probandum contrarium eius, quod actor probauit, etiamsi publicatio attestationum sit facta, consuetudine contraria obstante.*
2 *Testes in causa matrimoniali post testificatorum apertionem, publicationémque produci possunt.*
3 *Consanguinitas probatur, & reprobatur per instrumentum.*
4 *Testes producti ad probandam consanguinitatem postquam testificarunt, possunt denuo produci super eisdem, vel directo contrariis articulis.*
5 *Instrumentum produci potest post aperturam testium.*

CAP. Series. XXVI.

Clem. III.

1 COniux ad probandum matrimonium non valere, si producat testes pro consanguinitate, qui fuerunt recepti & publicati, potest pars contraria per alios testes probare quòd illi primi falsum dixerunt, non obstante consuetudine in contrarium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innocent. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Host. Bald Butr. Felin. Aret. Mynsing. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cuiac. Viu. *in ration.* 2. *libri iur. Pontif. pag.* 163. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 265. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 3.

2 Collige ex text. quòd testes in causa matrimoniali, post testificatorum apertionem, publicationémque produci possunt, vt per Hippol. *sing.* 128. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 34. *num.* 7. Thesaur. *Pedem. decis.* 8. *num.* 2. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 5. *collect.* 1769. Farinac. *in praxi crimin. part.* 2. *quæst.* 75. *n.* 383. *cum seqq.* Et procedere in separatione matrimonij propter peccati periculum, non verò quando agitur principaliter de legitimitate filiorum, asserit Menoch. *cons.* 188. *num.* 16.

3 *Publicum instrumentum.*] Notatur, ad hoc quòd consanguinitas probatur, & reprobatur per instrumentum, vt per Mascard. *de probat. concl.* 411. *n.* 19. Surd. *decis.* 145. *n. vlt.*

Vt post receptos testes, &c.] Notatur ad hoc quòd 4
testes producti ad probandam consanguinitatem, vt dirimatur, vel conseruetur matrimonium, postquam testificarunt, possunt denuo produci super eisdem, vel directò contrariis articulis, vt per Mascard. *d. concl.* 411. *n.* 26.

In glos. *Instrumentum* ibi, *& instrumentum bene pote-* 5
rat produci post aperturam testium. Vide Perez *l.* 6. *gloss.* 1. *ad finem*, *tit.* 11. *lib.* 3. *Ordin.* Viu. *Neapol. decis.* 235. Menoch. *de arbitr. casu* 241. Azeued. *d.* 4. *n.* 12. *verbo*, *saluo por escrituras*, *tit.* 9. *lib.* 4. *nouæ recopil.* Mascard. *concl.* 925. Bernard. Græuæ *ad practicam Camer. Imper. lib.* 1. *concl.* 107. *consid.* 3. Ordin. Regia Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 54. §. 16.

In glos. *iuri contraria.* Collige ex glos. iuncto text. post publicationem testium posse eosdem, vel alios testes recipi super eisdem articulis, vel directo contrariis, quando super dictis illorum de falsitate opponitur, eandem sententiam sequuntur Innoc. Abb. *n.* 5. Felin. *n.* 12. Imol. *in fine*, & alij *in præsenti*, Couar. *pract. c.* 18 *n.* 7 pro quibus facit hic text. dum in fine, dicit recipiendos esse prædictos testes, non obstante consuetudine iuri contraria, vnde videtur sentire attento iure recipiendos esse super falsitate, de qua *hic* agebatur. Non obstat quod prædicta consuetudo erat potiùs consona iuri prohibenti recipi testes publicatis attestationibus, ac proinde videbatur non bene text. dicere illam esse iuri contrariam, quia respondetur cum communi text. procedere in causa matrimoniali, in qua agebatur de consanguinitate, & licèt attenta reg. *c. fraternitatis*, *supra hoc tit.* speciale videatur per hunc text. recipi testes post publicationem, nihilominus tamen propter materiam peccati, & ita propter vitium irremissibile, quod in illa reperitur, non inconuenit, vt post publicationem testium, & etiam post sententiam testes recipiantur, idque non ex speciali lege, sed attento iure, cui consuetudo, de qua *hic*, repugnate, & esse contraria intelligitur, quantumcunque inspecto cortice, & forma regulæ supradictæ eidem iuri ex regula resultanti consona videretur.

SVMMARIVM.

1 *Copula carnalis quomodo probetur.*
2 *Coitus præsumitur quando vnà cubauerit vir, & mulier, & in eodem lecto quis cum puella iacuerit.*
3 *Probationes ex se imperfectæ ad plenam probationem coniunguntur in delictis, quæ occulto committuntur.*
4 *Copula carnalis probatur per auditum proprium.*
5 *Copulæ carnalis ad probationem quæ præsumptiones, & coniecturæ sufficiant arbitrio circumspecti iudicis statur.*

CAP. Præterea. XXVII.

Cœlest. III.

COpula carnalis probatur per conueniens testi- 1
monium de visu, vel de auditu, si fama consentiens faciat violentam præsumptionem, ac sint alia legitima adminicula, tunc standum est testimonio iuratorum, & iudex discretus se regere debet testimoniis & argumentis aptioribus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam.

Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich, Anchar. Butr. Panorm. Felin. Bald. Aretin. Mynsing. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 163. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 265. remissiuè Casal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2 *tit.* 12. *c.* 4.

2 *Qui se carnalis copulæ*, &c.] Notatur ad hoc quòd coitus præsumitur quando vnà cubauerint vir, & mulier, & in eodem thoro quis cum puella iacuerit, vt per Mascard. *concl.* 1312. *&* *concl.* 1452. *n.* 1. Menoch. *de præs. lib.* 5. *præs.* 41. *n.* 12. *cum seqq.*

3 *Et præsumptionem violentam fama*, &c.] Notatur ad hoc quòd in delictis, quæ occultò committuntur, probationes ex se imperfectæ coniunguntur ad plenam probationem si adsint alia iudicia, & adminicula, vt per D. Barbos. *in l.* 2. *in pr nc. p.* 1. *n.* 85. *ff. soluto matrimonio.* Declara provt dixi ad *cap. cùm causam* 13. *in fine de probation.*

Fama consentiens.] Dum hic text. probat famam per se non probare copulam, de qua *h.c*, procedit ex eo, quia agebatur de graui præiudicio, quod ex probatione copulæ resultabat illi, qui propter illam accusabatur, patet ex illis verbis, ibi, *cum quis accusatur se aliquem cognouisse*, &c. ac subinde nil mirum si sine lege, quæ in tali casu sola fama contentata sit, non possit illa plenam probationem efficere, vt etiam probat *cap. tam literis, in princ. sup. hoc tit.* Cassad. *decis* 12. *&* 3. *de probat.*

4 *Vel etiam de auditu.*] Intellige proprio, quia carnalis copula probatur per auditum proprium, vide Menoch. *de arbitr casu* 475. Mascard. *de probat. conclus.* 452. *n.* 9. Farinac. *in praxi criminali, q.* 136. *n* 40. *cum seqq. & n.* 64. *&* 67. Vnde per auditum copulæ, vel commixtionis ex tenui pariete, cortina vel pallio de nocte probari adulterium resoluunt Mascard. *conclus.* 62. Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 69. *num* 197. *cum seqq.*

5 *Etenim circunspectus iudex*, &c.] Notatur ad hoc quòd arbitrio circunspecti iudicis statur, quæ præsumptiones, & coniecturæ sufficiant ad probationem copulæ carnalis, Farinac. *d. q.* 136. *n.* 6 vbi *n.* 113. dicit quòd illa est magna præsumptio adulterij, & copulæ carnalis, quæ oritur ex alloquutione viri, & mulieris in loco, & horis ad fornicationem commodis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis vnius verbo non creditur, scripturæ verò eius per testes reprobari potest.*
2 *Iudex non potest esse testis.*
3 *Episcoporum literis sigillatis sine testibus, & subscriptione notarij non creditur in præiudicium Apostolicorum impetrantium.*
4 *Papæ, Regis, & Imper. assertioni, & testimonio plenè creditur.*

CAP. Cùm à nobis. XXVIII.

Innoc. III.

1 IVdicis vnius, v. g. Episcopi verbo, vel dicto in causis non creditur, quantæcunque sit auctoritatis, licèt agatur de quocunque contractu, seu testimonio. Item scripto Episcopi, seu iudicis, nisi sit firmatum testimonio aliquorum, non ita creditur, sed potest reprobari per duos, vel tres bonos testes, tamen hoc non intelligitur de delicto, vel scripto Papæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Host. Bald. Panorm. Butr. Anchar. Aretin. Henric. Mynsing. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 164. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 266. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. 1.

Ne vnius iudicis, &c.] Notatur ad hoc quòd index non potest esse testis, vt per Tiraq. *cessante causa, p.* 1. *n.* 240. Socin. *reg.* 247 Rebuff. *de reprobat. test. num.* 267 *cum seqq.* Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 73. Farinac. *in praxi crimin. q.* 60 *n.* 89. *cum seqq* Cald. Pereira *quæst. forens q.* 9. *n.* 15. 2

Nec scriptum eorum nisi testium adminiculo, &c.] Notatur ad hoc quòd non creditur literis Episcoporum sigillatis sine testibus, & subscriptione notarij, circa prouisiones factas de beneficiis ad eorum collationem spectantibus in præiudicium Apostolicorum impetrantium, vt per Rebuff. *de nomin. q.* 10. *n.* 22. latè Nicol. Garc. *de benef. p.* 8. *c.* 4. *n* 14. *cum multis seqq.* vbi *n.* 27. asserit iuxta stylum Curiæ, seu Rotæ literas, & titulum Ordinarij etiam cum sigillo ipsius non probare contra prouisum Apost. quando agitur de anterioritate propter timorem antidatæ, etiamsi sint nominati testes, nisi subscripserint, vel postmodum examinati deponant interfuisse, vel nisi possessio capta vigore illius prouisionis præcedat prouisionem, seu reseruationem Apost. antequam prouisio Ordinarij facta prætendatur. 3

Sed in omnibus Sedis Apost. auctoritate, &c.] Notatur ad hoc quòd assertioni, & testimonio Summi Pont. plenè creditur, vt per Roman. *sing.* 126. vbi extendit etiam ad ea, quæ vidit Papa ante promotionem ad Papatum, Crot. *de testib. n* 217. Clar. *in §. fin. q.* 53. *n.* 21. Menoch. *cons.* 100. *n.* 16. *cum seqq.* Crot. *in memorab. verbo, beneficia*, Mascard. *de probat. concl.* 1143. *à n.* 1. *&* *concl.* 1227. *n.* 1. *cum seqq.* Conrad. *in templo omnium iudicum, lib.* 1. *c.* 1. §. 4. *vers.* 9. *in princip.* Nauar. *cons.* 11. *n.* 8. *de testam. in antiq.* latè Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *q.* 63. *à n.* 79. vbi *n.* 80. resoluit quòd assertioni Summi Pontif. creditur siue fiat in scriptis, & per literas, siue etiam verbo. Amplia non solùm in Papa, sed etiam Imperatore, & Rege, per Gabr. *communium, tit. de probat. concl* 2. *n.* 12. *cum seqq.* Mascard. *conclus.* 139. *n.* 10. *&* *n.* 35. *&* *concl.* 1227. *à n.* 10. Gregor. *l.* 32. *verbo, Emperador, tit.* 16. *p.* 3. Farinac. *d. q.* 63. *à num.* 28. Cened. *ad Decretum collect.* 9. *num.* 3. *vers. an autem.* 4

SVMMARIVM.

1 *Testi super dilatoria inducto non creditur super principali, nec cogitur deponere, secus si super peremptoria, tunc enim cogi potest vt iuret deponere super toto.*
2 *Testis respondens vltra interrogata, vel vltrò se examini offerens non probat, idem si nimis animosè deponat, vel in testimonio se iudicem constituat.*
3 *Testes iurare debent antequam deponant.*

CAP. De testibus. XXIX.

TEstes inducti ad probandum solùm dilatoriam exceptionem, & hoc tantum iurarunt, non possunt cogi, imo si velint, non possunt deponere super principali. Si verò sunt ab vna parte introducti 1

ad probandum exceptionem peremptoriam, possunt principali negotio cum iuramento, secus quando probatio testium super principali causa facta fuit sufficiens, vel fuit renuntiatum testibus, vel depositiones publicatæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Felin. Bald. Panorm Henric. Boich, Aretin. Mynsing. Martin. Vran. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag.* 165. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 266. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *c.* 9.

2 *Super principali non debent audiri,*] Conducunt hæc verba ad probandum Bartoli dictum asserentis testimonium illius minimè valere, qui examinatus super aliquo vltra interrogationem sibi factam aliqua dicit penitus extranea, & ad causam non facientia, tunc enim tale eius dictum non valet vltra interrogationem, quæ tamen faciunt ad causam valent, si ipse iurauit dicere veritatem super tota causa, refert Hyppol. *in l.* 1. § *Diuus Adrianus, n.* 1. *ff. de quæst.* facit bona decisio Rotæ 360. *n.* 5. apud Farinac. *p.* 1. *recent.* & quæ Greg. Lopez *l.* 31. *tit.* 16. *p.* 3. Mascard. *concl.* 1365. Cardos. *verbo, testis, n.* 68. Mantic. *decis.* 352. *n.* 5. Nam testis respondens vltra interrogata videtur suspectus, argum. *l. quæ omnia, §.* 1. *ff. de procurat.* Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vend. p.* 3. *cap. vlt. n.* 41. Provt & ille, qui se vltrò offert examini, Hyppol. *in l. vnius, §. seruo, n.* 1. *ff. de quæst. & cons.* 12. *num.* 9. *& cons.* 18. *n.* 30. *&* 31. *& cons.* 28. *n.* 11. *&* 12. *& cons.* 29. *n.* 22. *& cons.* 65. *n.* 38. Tiraq. *de pia causa, priuileg.* 3. Menoch. *de arbitr. casu* 474. *n.* 57. *& de præsumpt. lib* 2. *præs.* 55. *n.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 1311. *n.* 44. *& concl.* 1358. *n.* 63. *cum seqq. & concl.* 1368. *n.* 4. Perez *ad tit.* 11. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 668. Spin. *in speculo testament. p.* 12. *rubric. n.* 3. Bobadil. *in sua politica, lib.* 1. *c.* 3. *n* 68. Farin. *in praxi crimin q.* 80. *num.* 1. *cum seqq.* Vel nimis animosè deponit, & de illo, quod sciri non potest, Menoch. *cons.* 31. *n.* 27. *& de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 55. *num.* 3. Mascard. *concl.* 1365. *num.* 2. *& concl.* 1368. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 18. *num.* 33. vel tractat de se exonerando, vide Syluan. *cons.* 51. *numero* 9. *& cons.* 91. *num.* 22. Bart. *in l. deferre, num.* 2. *ff. de iure fisci,* Viuian. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 4. *tit* 9 *num.* 106. *pag.* 491. Rot. Genuens. *decis.* 84. Menoch. *cons.* 23. *num.* 24. Bobadil. *in sua politica, lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 42 Farin. *part.* 4. *cons.* 60. *num.* 83. Aut in testimonio se iudicem constituit, Menoch. *d. cons.* 31. *num.* 28. *& cons.* 45. *num.* 25. *& cons.* 114. *num.* 4. *& cons.* 149. *n.* 21. *&* 22. Bonacos. *commun. crimin. part* 1. *verbo, testis, fol.* 171. *in fine, & p.* 2. *eod. verbo, fol.* 81. Mascard. *concl.* 656. *n.* 50. *& concl.* 1200. *n.* 14. Farin. *p.* 4. *cons.* 40 *n.* 32. Vel dicit quòd vellet quòd pars pro qua testificatur obtineret, Menoch. *cons.* 199. *n.* 48. Mascard. *concl.* 1356. *num.* 27.

3 *Sacramento eos postulauerit obligari.*] Notatur ad hoc quòd testes iurare debent antequam deponant, vide Doctores citatos *ad cap fraternitatis* 17. *sup. hoc tit. n.* 6. Collige ex text. in supradictis verbis testes adductos super exceptione dilatoria non admitti, nec compelli posse ad testimonium dicendum super causa principali, idem probat text. *in c. exhibita* 19. *de iudic.* Innoc. Abb. *n.* 3 Felin. & Imol. *n.* 1. ac Mynsing. *à n.* 6 *in præsenti.* Intellige procedere in exceptione merè dilatoria, vel in peremptoria, quæ in vim dilatoriæ opponi potest, & opponitur, vt patet ex text. ibi, *deponerent non iurati,* quibus verbis Pont. fateri videtur maximam dari contrarietatem inter exceptionem merè dilatoriam, & causam principalem, quasi nullo modo contineatur aliqua in iuramento alterius. Intellige etiam, quamvis dilatoria exceptio post litem contestatam opponatur, adhuc enim testes super illa deponentes non admittuntur super causa principali, Mynsing. *n.* 9. *in præsenti,* quicquid contrarium teneat gloss. *in præsenti, verbo non iurati.*

SVMMARIVM.

1 *Testium dicta non sunt ad petitionem tertij publicanda, & is, qui produxit testes coram certis iudicibus, non potest ad eundem effectum coram iudicibus aliis illos producere, sed illorum attestationibus debet esse contentus.*

2 *Titulis pluribus eiusdem beneficij niti quis potest non solum in defendendo, sed etiam in agendo.*

3 *Delictum à famulo perpetratum domini consensu factum præsumitur, quando habuit causam continuam, & successiuam, cui dominus potuit verosimiliter occurrere.*

4 *Actus præsumitur factus de voluntate, & ad instantiam illius, ad cuius fauorem, & vtilitatem versatur.*

5 *Dictio,* alioquin, *facit conditionem.*

Cap. Constitutus. XXX.

TEstium dicta ad petitionem tertij non sunt publicanda, & is, qui produxit testes coram certis iudicibus, non potest ad eundem effectum coram aliis illos producere, sed illorum attestationibus debet esse contentus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Panorm. Bald. Butr. Felin. Anchar. Martin. Vran. Mynsing. Aretin. Cujac. Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 166. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 266. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 3. 1

Tum auctoritate Lateran. Concilij, tum priuilegij, &c.] Notatur ad hoc quòd titulis pluribus eiusdem beneficij niti quis potest non solùm in defendendo, sed etiam in agendo, vt per Nanar. *in cap. accepta, oppos. 3. n. 3. de restit. spoliat.* Nam titulorum multiplicatio datur in beneficialibus, Calder. *cons.* 7. *de elect.* Rota *decis.* 117. *n.* 2. *& decis.* 333. *n.* 6. *p.* 1. apud Farin. *in recent. & decis.* 742. *n.* 3. *p.* 2. 2

Alioquin eo non obstante, &c.] Notatur ad hoc quòd delictum à famulo perpetratum consensu domini factum præsumitur quando habuit causam continuam, & successiuam, cui dominus potuit verosimiliter occurrere, vt per Menoch. *de præs. lib* 5. *præs.* 27. *n.* 12. *vbi n.* 13. cum Abb. quem citat, resolvit testium examinationem impeditam à consanguineo illius contra quem testes fuerant producti, præsumi factam volente ipso consanguineo, si modò fuit impedimentum successiuum. Actus enim præsumitur factus de voluntate, & ad instantiam illius ad cuius fauorem, & vtilitatem versatur, Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 33. *n.* 7. quem refert, & sequitur Flamin. *de resign. benef. lib.* 10. *q.* 8. *n.* 52. 3 4

In gloss. *Alioquin.* Notatur ad hoc quòd dictio, *alioquin,* facit conditionem, vt per Tiraq. *de retractu lig. §.* 8. *gloss.* 6. *n.* 1. de qua ego ipse *de dictionibus, & clauf. dict.* 10. 5

SVM

SVMMARIVM.

1 *Publicatis attestationibus quando opponatur in personas testium, ostenditur.*
2 *Iuramentum in probando animo succedit in vim plenæ & concludentis probationis.*
3 *Testium dicta in meliorem partem sunt interpretanda.*
4 *Publicatio testium expectanda non est, vt illis obiiciatur.*
5 *Obiectiones aduersùs testes regulariter proponi debent ante publicationem, non verò postea.*
6 *Litigatur non consentiens testibus productis per suum aduersarium generaliter eos reprobando, potest postmodum eis vti.*
7 *Testibus non creditur in fauorem eius, qui contra personas eorum protestatus est.*
8 *Testes producens contra eorum personas dicere non potest.*
9 *Scriptura licèt minus solemnis probat contra producentem.*

CAP. Fraternitatis XXXI.

1 VOlens obiicere contra personas testium post publicatas attestationes, debet de malitia iurare, vel ante publicationem protestationem præmittere debebat, vel debet ostendere quòd post publicationem illa scinit, quæ obiicit in personas testium. Item qui protestatur velle repellere personas testium, si aliquid pro ipso dicunt, non est facilè credendum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Hentic. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Bald. Aretin. Mynsing. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag* 166. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 267. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *c.* 4.

2 *Cùm iuramento firmauerit quod ad hoc*, &c.] Notatur ad hoc quòd iuramentum in probando animo cedit in vim plenæ, & concludentis probationis, vt per Menoch. *de probat. concl.* 94. Farin. *part.* 4 *conf.* 60. *num.* 105.

3 Notatur etiam ad hoc quòd semper præsumitur pro testibus, vt per Cou. *in cap. relatum, infr. de testam. num.* 6. *vers. verum.* Et eorum dicta in meliorem partem sunt interpretanda, Syluan. *conf.* 94. *n.* 13. Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocandis donat. verbo, & postea, num.* 1.

4 *Nisi forsan ante publicationem.*] Notatur ad hoc quòd publicatio testium expectanda non est, vt illis obiiciatur, Menoch. *de arbitr. casu* 239. *n* 2. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 2. Regulariter enim obiectiones aduersùs testes proponi debent ante publicationem, non verò postea, Couar. *pract. cap.* 18. *num.* 5. *in princ.* vbi etiam aduertit vt per *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 4. *nouæ recop.* posse in Regnis Castellæ aduersùs testes opponi crimina, vitia, & defectus statim post testium publicationem intra sex dies, refert Amat. Roderic. *de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap.* 9. *num* 2. vbi *num* 3. *vers. cæterum, & num.* 9 aduertit quandocunque posse obiici de falsitate, & subornatione testis ex pretio, de quo etiam Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib.* 3. *cap.* 23. *à num.* 2.

Collige ex text. post publicatas attestationes non esse licitum obiicere in personas testium; idem probare videtur text. *in cap. licet* 9. *vers. porrò, de probat.* tradunt gloss. *verbo, si quis*, Innoc. Felin. & Bald. omnes *in princ.* Abb. *n.* 2. Mynsing. *n.* 5. & alij *hic*, Alber. *de testib. p.* 1. *tit. quando ratione criminis n.* 23. Cou. *pract. c.* 17. *n.* 4. *vers.* 7. & *c.* 18. *n.* 5. & 6. Marant. *de ordine iudiciorum, p.* 6. *cap. de test. repulsa à princ.* Non obstat quòd oppositio in personas testium contineat defensionem, quia nihilominus illa potest auferri à lege ex iusta causa, maximè quando in substantia totalis defensio non aufertur, sed modus defensionis ab eadem lege datus manente alio, provt videre est *in cap.* 1. *de rescript. & in cap. pastoralis, in princip. de appellat.*

Limita primò text. non procedere quando pars proprio iuramento firmauerit se non malitiosè obiicere contra testes, tradunt gloss. *verbo iuramento*, Innocent. *in princ.* Abb. *à n.* 5. & 11. Imol. *n.* 2. Bellam. *num.* 39. Mynsing. *num* 6. & alij *in præsenti*. Secundò limita non procedere quando pars probare voluerit se non habuisse notitiam exceptionis ante publicationem testium, sed postea de nouo cognouisse, vt probat text. *in præsenti, versic. vel ostendere poterit, & in cap. pastoralis* 4 *vers. ita quod, de except.* Abb. *num.* 3. & 5. Farin. *num* 2. & alij *in præsenti* Marant. *d. cap. de testium repulsa num.* 2. Couar. *d. loco.* Tertiò limita non procedere quando pars super probanda exceptione ante protestationem fecisset, text. *in præsenti, vers. nisi forsan, & in cap.* 2. *de testib. lib.* 6. tradunt Innoc. *num.* 1. & Abb. *num* 4. & 11. Bald. *num.* 3. Felin. *num.* 1. & 15. Imol. *num.* 5. Bellam. *num.* 35. Mynsing. *num.* 8. & alij *hic*, Roman. *sing.* 688. Marant. *d. n.* 2 Couar. *d. c.* 18. *n.* 5.

6 *Cæterùm cùm quis*, &c.] Notatur ad hoc quòd litigator non consentiens testibus productis per suum aduersarium generaliter eos reprobando, potest postmodum eis vti, vt per Boër. *decis.* 245. *n.* 6. Vinian. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 4. *titul.* 10. *numero* 62 *pag.* 520.

7 *De facili non creditur.*] Notatur ad hoc quòd testibus non creditur in fauorem eius, quia contra personas eorum protestatus est, vt per Rebuff. *in pract. de reprobat. testium, n.* 555. *cum seqq.* vbi *n.* 556. limitat quando protestans tantùm protestatus fuisset, & processisset ad actum reprobationis, sed protestationi renuntiasset ante testium reprobatoriorum depositionem; tum quia locus est pœnitentiæ in habentibus causam successiuam, tum quia cessat causa, & *n.* 557. hoc intelligit re integra.

8 In gloss. *Si quis*, 1. ibi, *qui enim producit testes, contra personam eorum dicere non potest.* Notatur ad hoc quòd producens testem pro se, non potest illum reprobare, cum per eius productionem censeatur personam illius approbare, Ordin. Regia Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 55. §. *vlt.* vbi patensmeus, Guttier. *in l. nemo potest. ff. de legatis* 1. *à n.* 127. Azeued. *l.* 1. *n.* 46 *tit.* 8. *lib.* 4 *nouæ recop.* Amat. Roder. *in pract. c.* 9. *n.* 6. *vers.* 1. Menoch. *de præs. lib* 2 *præs.* 45. *n.* 3. & *conf.* 60. *n.* 17. Soar. de Pace *in pract. tom* 1. *p.* 1 *temp.* 9. *n.* 26. Ludou. Miranda *de ordine iud. q.* 24. *art* 7. Steph. Grat. *discept. forens c.* 151. *n.* 23. *cum seqq.* Sic etiam producens instrumentum videtur approbare notarium, qui illud scripsit, Mascard. *concl.* 1235 *n.* 16. Azeued. *l.* 1. *à num.* 51. *tit.* 8 *lib.* 4. *recop.* Vnde scriptura licèt minus solemnis, probat contra producentem, vt tenuit Bald. *in l. alia num.* 3. & *seq. C. de his quibus vt indign.* Alex. *conf.* 186. *n.* 2. *lib.* 7. Beroi. *conf.* 90. *num.* 10. *vol.* 3. cum aliis per Cranet. *de antiq. tempor. p.* 1. §. *Viso de verbis, n.* 36. & *conf.* 275. *num.* 2 *vers. rursus* Ozasc. *Pedem. decis.* 39. *numero* 23. & 24. Bart. *in auth. si quis in aliquo num.* 14. & *ibi* Alex. *num.* 4.

n.4. C.de edendo, adden. ad Alexand.*conſ.*108.*lib.*5.*ſub lit.D.*vbi quòd hæc opinio ſit verior, & magis communis, Iaſon.*conſ.*181.*n.*12. *ad fin.& ſeq.lib.*2. Pariſ. *conſ.*125.*n.*20.vbi de communi *lib.*1. Surd. *deciſ.*268. *n.*1 Coccin.*deciſ.*450.*n.*2.Greg.X V.*deciſ.*452.*in fine*, quæ in recent. eſt *deciſ.*274. *p.*2. & fuit reſolutum *in Monopolitana hebdomadæ* 5. *Decembris* 1614. coram Card. Veroſpio, & *in alia Monopolitana beneficij ſeu capellæ* 6.*Iunij*, & 14. *Nouembris* 1622.coram R.P.D. Merlino, in quibus habetur quòd producens inſtrumentum, vel aliam ſcripturam, non poteſt illam impugnare ſub prætextu quòd non ſit in forma probanti, refert Ferentil. *in annot. ad deciſionem* 381. *Buratti.*

9 Quamvis contrarium, nempe quòd producens inſtrumentum, vel aliam ſcripturam, quæ non eſt in forma probanti, vbi non præiudicet, quin poſſit illam impugnare, ex quo productio eatenus noceat, quatenus ſcriptura probat, tenuerint Bart.*in l.poſt legatum*, *n.*2.*verſ.reſponde*,*ff.de his quibus vt indign.*Alexand. ſibi contrarius *conſ.*108.*n.*5.*verſ. & idem lib.*5. Afflict. *deciſ.*25.*n.*5.*&* 6. Caputaq.*deciſ.*199. *p.*1 Greg.*dec.*432. *n.*4.Rot.*deciſ.*159.*n.*1. *p.*2 *diuerſ.* Mareſcot. *var. reſol. lib.*1.*c.*82.*n* 17.*& ſeqq.* Beltram. *in annot. ad deciſ.*238. Greg.X V.*ſub n.*15.*limit.*1. eadem Rot.*in Illerden.Canonicatus* 19. *Aprilis* 1624. coram R. P. D. meo Pirouano.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes actoris & rei quando contraria deponunt, fidem ſibi non derogant, ſed præualent digniores,& veriſimiliora deponentes,& ſi in cæteris eſt diſparitas, præfertur numerus.*
2 *Dignioribus teſtibus magis creditur quàm minus dignis.*
3 *Clericorum teſtimonium laicis præualet.*
4 *Sacerdotis præſentia excludit præſumptionem falſitatis.*
5 *Nobili plus creditur, quàm ignobili.*
6 *Senioribus teſtibus magis creditur, quàm iunioribus.*
7 *Senectus ætate ſit doctior, vſu tutior, proceſſu temporis ſapientior.*
8 *Peritioribus maior fides adhibetur.*
9 *Ditioribus plus creditur quàm pauperibus.*
10 *Maſculis plus creditur quàm fœminis.*
11 *Teſtes numero plures paucioribus præferuntur.*
12 *Teſtis in parte falſus omnino & in totum falſus reputatur.*
13 *Veroſimilia deponentibus magis creditur, quàm deponentibus inveroſimilia.*
14 *Teſtes quantum fieri poteſt concordari debent.*
15 *Teſtes ſi contradicant dicto partis non probant, ſed ſtatur aſſertioni ipſius partis, quando tendit in eius præiudicium.*
16 *Teſtibus hinc inde contraris plures numero vincunt pauciores.*
17 *Scripturæ productæ ſi indirectæ contrarientur an & quando probent, oſtenditur.*
18 *Teſtibus ad fauorem rei deponentibus magis creditur, quàm deponentibus ad fauorem actoris, niſi actor cauſam fauorabilem tueatur, vt n.*19.

CAP. In noſtra. XXXII.

1 TEſtes contrarium deponentes vbi vtraque pars producit, non eſt illorum numerus conſiderandus ſed dicta, & qualitas perſonarum: ſi enim vnius partis teſtes ſint magnæ auctoritatis, & præeminentiæ, multitudini præferendi ſunt; ſi verò vtriuſque auctoritas eſt æqualis, tunc multitudo vincet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect.Bellam.Ioan.Andr.Anch. Imol. Anan. Hoſt. Butr.Panorm.Bald.Innoc.Henric.Boich, Felin.Mynſing.Aretin.Martin.Vran.Cujac.Viu. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 162. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*267. remiſſiuè Caſal. *in annot.*& Ximen.*in concord.p.*1.*&* 2.refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*2. *Decret.lib.*1.*tit.*12.*c.*5.

Sed ad teſtium qualitatem, &c.] Notatur ad hoc 2
quòd dignioribus teſtibus magis creditur quàm minus dignis, vt per Gabr. *commun.tit. de teſtib.concl.*4. *n.*34. Farin.*in praxi crimin. q.*65.*n* 114. *cum ſeqq.* Cened.*ad Decretal.collect.*172.*n.*5. Rota *deciſ.*238.*n.*1.*&* *n.*5.apud Farin. *p.*2.*recent* & *in Hiſpalen.præeminentiarum* 13. *Februarij* 1626. coram bonæ mem.Buratt.inter eius impreſſas *deciſ.*912. *n.*3. Vnde clericorum 3
teſtimonium laicis præualere tenuit Menoch. *de arbitrar.caſu* 98.*n.*5 & cenſuit Rota *deciſ.*147. *n.*6. apud Farin. *p.*1. *recent.* & reſoluunt Rebuff. *de reprobat. teſtium*, *n.*123.Farin.*d q.*66.*n.*17. Bellet.*diſquiſit. cleric. p.*1.*tit.de clerico teſte*, §.1.*n.*1.ob præſumptionem maioris bonitatis, & integritatis, quæ eſt in clerico, Iaſon.*in auth.ingreſſi*, *col.*2. *C.de ſacroſ. Eccleſ.* Mantu. *conſ.*208.*n.*52. *vol.*1. Cranet. *conſ.*267. *n.*2.*vol.*1. Menoch.*conſ.*221. *n.*3. Sic etiam Sacerdotis præſentiam 4
excludere præſumptionem falſitatis, tenent Gemin. *conſ.* 49. *n.*7. Et nobili plus credi quàm ignobili reſoluunt Tiraq. *de nobilit. c.*20.*n.*30. *cum ſeqq.* Rebuff. *d.tract.de reprobat.teſtium*, *n.*123.Menoch.*de præſ.lib.*6. *præſ.*59.*n.*9.Farin.*d.q.*65.*n.*115.Melch.Phœbos *Luſit. deciſ.* 67. *n.*8.dummodo tamen virtus nobilitati anteponatur, ex Tiraq.*de nobilit.c.*4.*n.*16. 5

Senioribus teſtibus magis credi quàm iunioribus, 6
aſſerunt Tiraq. *in præfat. primog. n.*148. *cum ſeq.*Maſcard. *de probat. concl.* 1295. *&* 1296. *num.*4. Mantic. *deciſ.*217.*n.*6.Menoch.*d.lib.*6. *præſ.*47.*num.*3. Rebuff. *d. tract. num.* 125. Cardoſ. *in praxi crimin. iudicum, verbo, teſtis*, *n.*79.Farin.*d.q.*65.*num.*175. Nam ſenex 7
debet præferri iuniori, Tiraq. *in d. præfat. numero* 5. Illuſtr. D.meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. miramur* 5.*num.*3. *diſt.*61. *& ad cap. ſtatutum* 8.*num.*3. *ead.diſt.* vbi Guillelm. *in cap. Raynutius*, *verbo in extremis num.*6.*de teſtam.* & Menoch. *conſ.*126. *num.*22. *&* 26. & multa de ſenum præſtantia & quàm vtiles ſint Reipub. moderandæ, tradit Mendoza *tom.*2. *in lib.*1. *Regum cap.*4.*num.*15 *in expoſit.literæ*, quia ſenectus ætate fit doctior, vſu tutior proceſſu temporis ſapientior, ſecundùm D. Hieron. quem refert Melch. Phœbos *Luſit. deciſ.*66.*n.*7.*&* 8. & Illuſtriſſ. D. meus Roderic. à Cunha poſt primam huius libri impreſſionem à me viſus *in comment. ad c.*1. *num.*15. *diſt.*85

Peritioribus maior fides adhibetur, Menoch. 8
*conſ.*180.*num.*6. Maſcard. *concluſ.*1169.*numero* 14 Farinac.*d quæſt.*65.*numer.*118.*&* 181. Mantic.*deciſ.*60. *num.*1.

Ditioribus plus creditur quàm pauperibus, Me- 9
noch.*de arbitr.caſu* 96.*n.*9. *& conſ.*60. *n.*16. Farin. *d. q.*65.*n.*117.

Maſculis, plus creditur quàm fœminis, Rebuff. 10
*d.tract.num.*123. Mench. *quæſt vſufreq. cap.*30. *num.*8. *&* 21. Farin. *d. q.*65. *num.*179. mortuis teſtibus magis creditur, quàm viuis, Neniz.*conſ.*36.*numero* 24. Farin. *quæſt.*65 *num.* 190. Hinc eſt quòd non deſunt qui teneant quòd teſtes mortui probant, licèt viui non probarent, loquentes de teſtibus mortuis recepti

partes

parte non citata, Paul.de Castro *in l fin.C.de testibus*, Foler.*in pract verbo,& demum repetantur testes,n 6.* qui hoc pro indubitato habere videtur in ciuilibus. Bursat.loquens in criminalibus *cons.7 n.1 . vol.1.* relatus à Farin.*q.72.c.2. n.192.* qui subdit quòd contra tertium non citatum testes mortui probant saltem semiplenè.

11 *Numero pauciores*, &c.] Notatur ad hoc quòd testes numero plures paucioribus præferuntur,ad quod citati Doctores *sup. in cap. licet causam 9. n.21.de probation.*Buratt.*d.decis 912.n.2.*

12 In gloss. *Aduersa*, ibi, *idem videtur si testis pro parte dicit falsum vt in nullo valeat dictum suum.* Notatur ad hoc quòd testis in parte falsus omnino falsus reputatur, eiúsque testimonium non solùm in ea parte refutatur, sed & in cæteris quoque etiam separatis, vt per Tiraquel.*de pœnis temper.cap.44.n.42.* Marsil.*in l.eos C.de falsis*, Gabr.*commun.tit.de malefic. concl.4.* Vincent.de Anna *alleg.52.n.37.* Surd.*cons.61. n.35.* Octau. Glorit.*resp.12. n 97.* plures per Cened. *ad Decretal. collect.172. n.4.* Testis enim in parte falsus, vel mendax in totum reputatur falsus, Clar. *in pract.§ fin.q.53 vers.sed quæro*, Soar. *in thesauro recept. sentent.lit. I.num.135.* Magon. *Lucensi decis 46. n.22. & decis.79. n.10.* Mascard. *concl.743. & concl.1039. num.9.* Viu. *tom 1. commun. opin.lib.4. tit.9. num.224. pag.502.* Donat. à Fina *ibid. lib.4 tit.10. n.356.p.557.* Menoch. *de præsumpt. lib.5. præsumpt.22.* Bobadil. *in sua politica lib.5. cap.2. num.57.* Farinac. *in praxi crimin. quæst.67. num.111. cum seqq. & part.4. cons.39. num.12.*

13 In ead.gloss.ibi,*vel nisi verisimilia* Notatur ad hoc quòd testibus deponentibus verisimilia magis creditur,quàm deponentibus inuerisimilia, vt per Tiraq. *in præfat.l.si vnquam,C.de reuocandis donat.n.42.* Mant. *decis.244 n.12.* Menoch.*remed 3 retin.n.721.* Mascard. *conc 1364.n.8.* Farin.*d.q.65.n.128. cum seqq.* Mench. *q.vsufreq. cap.30. num.10.* nam testi non idoneo creditur cùm verosimilia deponit, Menoch. *cons.23. num.11.* illi verò, qui non verosimilia testificatur, standum non est, Menoch. *de arbitr. casu 474. n 59. & cons.1. à n.417.* Mascard. *concl.350. num.19. & concl.745.n.14. & concl.1311.n.46. & concl.1358 & 1364.& 1402.n.8.* Martin. Delr.*disquisit.magic.lib.5. q.16.* Farin.*d.q.65.n.144.& p.4.cons.39.n.13.* Brunor.à Sole *in locis communibus, verbo, testis 21.* Buratt. *d. dec.912.n.5.*

14 In ead.gloss ibi,*primò concordabit iudex contrarietatem illam.* Notatur ad hoc quòd concordari debent testes quantum fieri potest, Rebuff.*d. tract.de reprobat. testium, num.98.* Farinac.*d. quæst.65. à num.92.* vbi *num.95.* dicit quòd in testibus hinc inde productis ab vtraque parte fit concordia, & *num.96* secus resoluit in testibus ab vna,& eadem parte productis, & *n.99.*asserit quòd ad hoc vt testes eniteat falsum, concordia fit tam in testibus examinantis ab vna parte, quàm etiam ab vtraque, & depositio vnius testis declaratur à depositione alterius. Grammat. *cons.ciuili 79.num.9.* Petra *de fideicom. q.12. num.758.* & testis generaliter loquens suppletur per alium in specie deponentem, Socin.iun.*cons.69.num.16.lib.1.* Cæs.de Grassis *dec.8. num.10. de causa possess.* & fuit dictum *in Elboren.pensionis 7 iunij 1627.*coram Reue-

15 rendiss. P. D. Vbaldo. Quando verò testes contradicunt dicto, & confessioni partis, tunc nihil probant, sed standum assertioni ipsius partis quando tendit in eius præiudicium, vide Mich. Grass. *tom.1. communium opin.lib.4. tit.9. n.115.pag.492.* & Vezin. *cod.lib.4.tit.10.n.377.pag.558.in fine*, Syluan.*cons.91. n.25.* Mascard.*concl.1361.n.3.* Rebuff.*d. tract.n.112. 412. & 443.* Surd. *decis.326. num.97.* Farinac. *d. quæst.65. num.101.cum seqq.* Amat. Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.7.n.72.*

In eadem gloss. ibi, *Si verò vnus testis contradicit* 16
pluribus, &c. Notatur ad hoc quòd testibus hinc inde contrariis plures numero vincunt pauciores, magisque standum est depositionibus plurium testium, quàm panciorum, vt per Farinac. *dict quæstione 65. num. 107.* Quando duæ scripturæ productæ sunt ab 17
eadem parte, & indirectè contrariantur, neutri standum: quando verò productæ sunt à diuersis partibus, puta vna ab actore, & altera à reo, præfertur illa scriptura, quæ continet actum fauorabilem,& pium, & quæ confecta fuit à notario digniori, & quæ iuuatur maioribus adminiculis, vt tenet Alex. Trentacinq. *var.resol.lib.2.tit.2. de fide instrum. resol.5. n.6. cum seqq.*

In ead.gloss.ibi,*Si verò testes ex vtraque parte omnino sint pares*,&c.Notatur ad hoc quòd testibus ad fauorem rei deponentibus magis creditur,quàm deponentibus ad fauorem actoris, ideo data paritate testium hinc inde contradicentium, reus tunc absoluendus est, vt per Crot. *de testib. p.5. n.369.* Gabr. *lib.1 communium tit.de testibus, concl.4. n.44.* Farin.*d. q.65.n.152.* & in concursu probationum præferenda est probatio pro puritate, vt per Hojed. *de incompatibili benef p 1. c 23. n.143. & 146.* Perez de Lara *de capellan. & anniuers. lib.1.c.4. ex n.35.* Rot. *decis.167. n.27.& dec.182.num.9 p.1.recent.* & *in Legionen. puritatis sanguinis 26. Maij 1631.*coram R. P. D. Queipo *in fine.*

In ead.gloss.ibi,*Nisi in quatuor casibus*,&c.] Nota- 19
tur ad hoc quòd quando actor causam fauorabilem tuetur puta matrimonij,dotis, testamenti,aut liberalem tunc magis creditur testibus actoris, quàm rei, vt per Farin.*d.q.65.n.162.*

In ead.gloss.ibi, *Dicas*,&c.]Sentit hæc gloss.testes adinuicem repugnantes reducendos esse ad concordiam, etiam in causa criminali, eandem sententiam in effectu sequuntur Host.*in c.dudum il 2.n.15 de elect.* Bart.*in l 1.§.1 n.2.ff.de bonor. possess. contra tab.* Capel. Tholos.vbi addit.*q.11.*

SVMMARIVM.

1 *Laici & fœminæ admittuntur ad probanda impedimenta electi.*
2 *Testes de auditu alieno non probant.*
3 *Testes testificantes de auditu proprio probant cùm audiunt notas voces contrahentium.*

per testes de auditu probari potest.

4 *Adulterium,*
5 *Vnio beneficiorum,*
6 *Antiqua,*
7 *Confinia quando sumus in antiquis,*
8 *Ius patronatus in tempore antiquius,*
9 *Dominium in antiquis,*
10 *Consanguinitas, & affinitas,*
11 *Nobilitas auorum,*
12 *Denuntiationis causa,*
13 *Contra producentem,*
14 *Filiatio,*
15 *Matrimonium,*
16 *Metus in causa matrimoniali,*
17 *Fraus per hæredem in hæreditate commissa,*
18 *Possessorium;*

19 *Memo*

19 *Memoriæ hominum existentia,*
21 *Subornatio testium,*
22 *Innocentia in probatione admittuntur minus idonei.*
23 *Suspensus ab officio non est suspensus à beneficio, nisi id declaretur.*
24 *Verba, denuntietis esse suspensos, latam sententiam constituunt.*
25 *Accusatori agenti etiam ciuiliter de causa aliàs criminali semiplenè probanti non defertur iuramentum suppletorium, nisi quando pluſquam semiplena probatio adsit, & accusator honesta est persona, & legalis.*
26 *Singularitas idem est quod vnitas.*
27 *Fœmina non admittitur in testem in criminalibus.*

CAP. Tam literis. XXXIII.

1 LAici & fœminæ admittuntur ad probandam irregularitatem natam ex eo quia contraxit cum vidua quoad cassandam electionem, & qui hos testes impediunt, sunt excommunicandi solemniter, & si non probatur hæc irregularitas, electus debet se canonicè purgare per septem Canonicos Cathedralis, vel Priores Ecclesiarum bonæ famæ intra terminum. Si verò probatur irregularitas, vel canonicè non se purgat, eligi debet alius. Item qui subreptitiè obtinuit literas contra electum est suspensus ab officio, & beneficio arbitrio Papæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Host. Bald. Felin. Henric. Boich. Butr. Mynsing. Aretin. Martin. Vran. Cujac. Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 168. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 267. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augusti. *collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 13. cap. 12.*

2 *Nisi de auditu.*] Notatur ad hoc quòd testis de auditu alieno non probat, *l. 28. tit. 16. p. 3.* Marant. *de ordine iudic. rub. de testium productione, num.* 10. Nep. de Monte Albano *de testibus, n.* 154. Mantic. *decis.* 307. *n. 3. & decis.* 162. *n.* 1. 4. 5. & 6. *& decis.* 71. *n.* 9. *& decis.* 280. *n.* 3. Curt. *de testibus, concl.* 31. *n.* 68. *in princ.* Montieel. *in repet. rub. ratio testis de auditu,* Bonacos. *p.* 1. *verbo, testis de auditu, fol.* 170. Menoch. *de arbitr. casu* 475. *à n.* 10. *& cons.* 98. *à n.* 53. *& cons.* 199 *n.* 16. Rebuff. *de reprob. testium, à n* 51. *cum seqq.* Hieron. de Monte *tr. finium regund. c.* 51. *n.* 5. Mascard. *de probat. concl.* 151. *& concl.* 395. *n.* 3. *concl.* 457. *n.* 2. Fulu. Pacian. *eod tract. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 11. *cum seqq.* Hect. Æmil. *in tract. de testibus rub. testis auditum alienum deponens non probat.* Surd. *cons.* 94. *n.* 76. *& cons.* 328. *n.* 2. Morl. *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 11. *in prælud. num.* 47. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 2. *collect.* 327. Aldou. *cons.* 44. *n.* 1. Fr. Ludou. Miranda *de ordine iudic. q.* 23. *art.* 3. Farin. *tom.* 1. *de opposit. contra null. t. testium, q.* 68. Fr. Paulin. Berti Lucens. *in praxi crimin. Regul. tit.* 14. *cap. vnico, num.* 10. Cab. *p.* 2. *decis.* 73. *n.* 3. plures ex antiquioribus Doct. refert Cened. *ad Decretal. collect.* 17. *num.* 1. Alexand. Trentacinq. *var. resolut. lib.* 2. *tit de testibus, resol.* 6. Amat. Roderic. *in pract. cap.* 7. *num.* 57. nec facit indicium ad torturam, ex Farin. *d. quæst.* 68. *num.* 14. *& num.* 20. etiamsi testis dicat se audiuisse à tali homine antiquo, quòd erat magnæ antiquitatis, & *num.* 21. & licèt sit in fauorem piæ causæ, & *num.* 22. quamvis fama concurrat, & quamvis essemus in crimine simoniæ, Rot. *decis.* 358. *num.* 5. *part.* 2. *recent.* & apud Farin. *lib.* 1. *cons.* 75. *num.* 82. *& 166. & post lib.* 2. *cons. decis.* 187. & fuit dictum *in Leodien. Canonicatus* 10. *Martij* 1619. coram bonæ memor. Vbaldo. Illud tamen aduertere oportet, quòd licèt testes de auditu non probent, faciunt tamen præsumptionem ob quam transfertur onus probandi contrarium in partem aduersam, iuxta doctrinam Archid. *in cap. hoc videtur* 22. *q.* 5. quem sequuti sunt plures citati per Farinac. *q.* 69. *n.* 33. quibus adde Surd. *decis.* 145. *num.* 10. Adrian. Negusant. *q.* 298. *n.* 6. & tenuit Rot. apud Pute. *decis.* 12. *lib.* 2. *in correct.* & *in Posnanien. decimarum* 11. *Ianuarij* 1594. coram Gipsio, quam citat Beltramin. *in annot. ad decis.* 572. *Greg XV. lit. A.*

Limita primò quando testificantur de auditu proprio, cùm audiunt notas voces contrahentium, vel loquentium, vide Cott. *in memorab. verbo, testis, fol.* 872. Syluan. *cons.* 91. *num.* 20. Rebuff. *in tract. de reprob. testium, num* 51. *& 63.* Viuian. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 4. *tit.* 9. *de probat. n.* 71. *pag.* 485. Soar. *tom.* 2 *lib.* 4. *tit.* 13. *de testam. n.* 67. *pag.* 44. Card. Mantic. *de tacitis, & ambiguis conuent. lib.* 1. *tit.* 10. *n.* 2. Trentacinq. *d. resol.* 6. *n.* 4. Amat. Roderic. *d. c.* 7. *n.* 57. *vers. si verò.* Farinac. *in praxi crimin. q.* 69. *num.* 168. vbi ait quòd in criminalibus testes deponentes hominem cognouisse ad vocem, licèt probent, tamen non sunt omni exceptione maiores, & quòd ideo vnus solus non faciet indicium ad torturam, sicut nec duo sufficerent ad condemnandum, nisi alia concurrerent, refert Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuilia & crimin. differ.* 104. *n.* 5. *& 6.* 3

Limita secundò in adulterio, quòd per auditum copulæ, vel commistionis ex tenui pariete, cortina, vel pallio in nocte probatur, vide Mascard. *concl.* 62. Farinac. *d. q.* 69. *n.* 197. *cum seqq.* Penia *in direct. inquis. p.* 3 *q.* 72. *vers. postremo.* 4

Limita tertiò in probanda vnione beneficiorum, vide Caputaq. *decis.* 344. *p.* 3. quem refert Aloys. Ricc. *d. collect.* 327. 5

Limita quartò in antiquis, vide Hieron. de Monte *in tract. finium regund. cap.* 51. *num.* 7. Gabr. *tit. de testib. concl.* 3. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 475. *n.* 10. *cum seqq. & cons.* 241. *num.* 23. Hect. Æmil. *in tract. de testib. in materia testis de auditu, num.* 10. *cum seq.* Mascard. *de probat. conclus.* 104. *num.* 1. *& 2. conclus.* 395. *n.* 5. Fulu. Pacian. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 45. Surd. *cons.* 410. *n.* 73. Garc. *de nobilit. gloss.* 18. §. 1. Alexandr. Trentacinq. *dicta resolut.* 6. *num.* 2. Amat. Roder. *d. cap.* 7. *num.* 57. Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *part.* 1. *temp.* 9. *num.* 18. Fr. Ludon. Miranda *d. quæst.* 28. *art.* 3. *concl.* 3. Perez de Lara *de capellan. lib* 2. *cap.* 4. *à num.* 11. *& à num* 125. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *cap.* 15. *num.* 35. Farinac. *d. q.* 69 *n.* 125. *cum seqq. & n.* 141. quod debent dicere sic se audiuisse ab antiquioribus, & maioribus suis, & *num.* 142. quod dicitur antiquum, quod est centum annorum. 6

Limita in probandis confinibus, quando sumus in antiquis, Hieron. de Monte *cap* 52. *per totum,* Mascard. *concl.* 395. *n.* 4. Farin. *q.* 69. *n.* 130. Mantic. *decis.* 145. *num.* 12. 7

Limita sextò in probando iurepatronatus in tempore antiquissimo, Lambert. *de iurepat. p.* 2. *lib.* 2. *art.* 4. *q.* 10. *n.* 14. Menoch. *cons.* 241 *n.* 23. Farin. *d q* 66. *n.* 132. 8

Limita septimò in probando dominio in antiquis, Mascard. *concl.* 547. *n* 8. *& 9.*

Limita octauò in probanda consanguinitate, affinitate, vel parentela, *licèt ex quadam, hæc tit.* Mynsing. *cent.* 6. *obseruat.* 58. Fulu. Pacian. *d. cap.* 9. *num* 43. Surd. *decis.* 145. Farin. *d. quæst.* 69. *à n.* 103. Mascard. *concl.* 104. *n.* 19. debent esse plures, ex Farin. *n.* 114. & debent specificare singulos consanguinitatis gradus, excepto stipite, *n.* 117. *dicto loco.* 9

Limita

11 Limita nonò in nobilitate auorum, quæ probatur per testes de auditu, & de fama, iuxta gloss. *in l. 1. ff. de probat.* Alphons. à Castro *de iusta hæretic. punit. lib. 1. cap 7* Guttier. *lib. 3. pract. cap. 14. num. 17.* Hojed. *de incomp. benef. p. 1. cap. 23. num. 140.* Perez de Lara *de capellan. lib. 2. cap. 4. num. 14.* præcipuè si sint vicini, & propinqui, Cabed. *Lusit. decis. 73. num. 16. p. 2.* quia isti præsumuntur plenè informati, *l. 1. §. ibi, aut ex existimatione circumcolentium, ff. de fluminib. l. si vicinis, C. de nupt. cap. postquam, de elect.* Hojed. *de incompat. benef. p. 1. cap. 23. num. 148.* Perez de Lara *d. cap. 4. num. 25. & 26.* optimè Rot. *in Legionen. puritatis sanguinis 26. Martij 1631.* coram R. P. D. Queipo.

12 Limita decimò in causa denuntiationis, vel alia in qua modica scientia fidem facit, Farin. *d. quæst. 69. num. 54.*

13 Limita vndecimò contra producentem, aduersùs quem testes de auditu plenè probant, Gabr. *de testib. concl. 1. n. 14. & 15.* Farin. *d. q. 69. n. 57.*

14 Limita duodecimò in probatione filiationis, Mascard. *concl. 797. n. 19. vers. verum opinio*, Farin. *d. q. 69. num. 62.*

15 Limita decimotertiò in causa matrimonij, Mascard. *concl. 797. n. 19.* Farin. *d. q. 69. n. 72.*

16 Limita decimoquartò in probatione metus causa matrimoniali, Hect. Æmil. *tract. de testib. in materia testis auditu, n. 71.* Farin. *d. q. 69. n. 67.*

17 Limita decimoquintò in probatione fraudis per hæredem in hæreditate commissæ, Hect. Æmil. *vbi suprà, n. 78.* Fulu. Pacian. *d. c. 9. n. 44.* Farin. *d. quæst. 69. num. 68.*

18 Limita decimosextò in causa possessoria, Hect. Æmil. *vbi suprà, n. 79.* Pacian. *d. c. 9. n. 50* Farin. *d q 69. num. 69.*

19 Limita decimòseptimò, quando agitur de probando memoriam hominum extare, Hect. Æmil. *vbi sup. n. 20.* Mascard. *concl. 104. n. 9. & 10.* Farinac. *d. quæst. 69. num. 44.*

20 Limita decimooctauò quando testimonium de auditu esset adminiculatum ex aliis adminiculis, & coniecturis, Hect. Æmil. *vbi sup. num. 10.* Menoch. *de arbitr. casu 475. n. 9.* Fulu. Pacian. *d. c. 9. n. 33.* Farin. *d. q. 69 n. 44. cum seqq.*

Limita decimononò, in probanda subornatione testium, vt per Matt. *decis. 1117.* quem refert Aloys. Riccius *in praxi Ecclesiast. Neapol. decis. 445. num. 1.*

21 Limita vigesimò in probando valore obtentorum Caualer. *decis. 33. n. 5.* & quod in huiusmodi probatione sufficiant testes de fama tradunt Put. *decis. 26. lib. 1. in correct.* Seraphin. *decis. 962. num. 2.* Rot. *decis. 613. n. 2. p. 1. recent.* & coram Gregor. XV. *decis. 78. num. 4.* & coram Buratt. *decis. 493. in fine*, & fuit dictum *in Illerden. Canonicatus 4. Decembris 1623.* coram Reuerendiss. P. D. meo Pirouano, & *in Leodien. Canonicatus S. Crucis 19. Ianuarij 1628.* coram Reuerend. P. D. Dunozetto iun. & sic Rota in hoc contentatur etiam quali probatione, vt per Gregor. *decis. 78. n. 4. & decis. 89. num. 6. & decis. 490. num. 2.* & apud Caualer. *decis. 517. num. 5.* & *in Hydruntina Capellania 6. Aprilis 1615.* coram bonæ mem. Vbaldo sen. & *in Leodien. Capellania 1. Iulij 1619.* coram eodem, quamvis sit minor semiplena, Rot. *decis. 572. num. 4. part. 1. recent. & in d. Leodien. Capellaniæ coram Vbaldo*, dummodo sit perfecta & concludens Greg. XV. *decis. 13. n. 6.* & fuit dictum *in Gerunden. beneficij 18. Martij 1615.* coram Martino Andrea, quem citat Beltramin. *in annotat. ad decis. 89. Gregor. num. 7.*

Siue laicos, siue fœminas.] Ergo ad probandam innocentiam admittuntur minus idonei, vt per Menoch. *de præs. lib. 5 præs. 48. n. 7.* 22

Ab officio, & beneficio.] Ergo suspensus ab officio non est suspensus à beneficio, nisi expresè id declaretur, vt per Nau. *conf. 41. num. 2. sub tit. de homicid. in nouis*, Perez *l. 1. vers. in oppositum, tit. 1. lib. 5. Ordin.* Sanch *de matrimon. lib. 3. disput. 52. num. 12.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 10. cum seqq.* Vide ad *cap. 4. num. 3. de cleric. excom.* Vnde si Episcopus dicat, *Ego te suspendo ab officio, vel beneficio*, propter dubium à neutro manebit suspensus, Tiraq. *de iure primog. quæst. 17. opin. 6. numero 10.* Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 22. §. 4. in commento lit. E.* Valer. Reginald. *d. tractat. 2. num 21.* An autem suspensis ab officio possint beneficia conferri? respondeo negatiuè, & addo prouisionem illis factam esse omnino nullam, Nauar. *in man. cap. 25. numero 133. & consil. 10. de temp. ordinat.* Viuald. *candel. tit. de suspens. numero 139.* Vgolin. *de censur. tab. 5. de suspens. cap. 6. §. 7. num. 4.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 6. cap. 7. quæst. 2.* Less. *de iustit. lib. 2. cap. 34. n. 116.* quicquid dicat Soar. *de censur. disputat. 26. sect. 3. num. 8.* 23

Denuntietis esse suspensos.] Aduerte huiusmodi verba latam sententiam constituere, quia non præcipiunt iudicibus, vt eos suspendant, sed vt denuntient eos esse suspensos, vt per Sayr. *in claui Regia, lib. 3. c. 8. n. 25.* 24

In gloss. *Probata*, ibi, *non tamen defertur ei iuramentum*, &c.] Notatur ad hoc quod accusatori agenti etiam ciuiliter de causa aliàs criminali semiplenè probanti non defertur iuramentum in supplementum, vt per Menoch. *de arbitr. casu 464. n. 6.* quamvis in hoc istam glossam reprehendant Bart. *in l. maritus, n. 4 ff de quæst.* & Roman. relatus à Iason. *in reper. d. l. admonendi, n. 85. in med.* nisi quando plusquam semiplena quando adsit, & accusator honesta persona sit & legalis, vt per Roman. *in d. l. admonendi, ff. de iureiur. n. 104.* & *ibi* Alex. *n. 50* Ias. *n. 238.* Curt. iun. *n. 67.* Boër. *decis. 86. n. 4.* Mascard. *concl. 1030. n. 5.* Decian. *tract. crimin. lib. 2. c. 21. n. 25.* Fulu. Pacian. *de probat. lib 1. c. 39. n. 18.* 25

In gloss. *Soli.* Notatur ad hoc quòd singularitas idem est quod vnitas, & sic idem est dicere aliquem esse singularem, vel dicere aliquem esse solum, vt per Petr. de Petra, qui hanc glossam communiter recipi testatur *in tract de fideicom. q. 12. n. 572.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 64 n. 2.* 26

In gloss. *Fœmina*, ibi, *aliàs mulier non admittitur in criminalibus.* Vide Tiraquel. *l. 9. connub. gloss. 1. part. 9. n. 61.* Morla *in emporio iuris, p. 1. tit. 11. n. 78.* Soar. *in thesauro recept. sentent. lit. M. n. 143.* Bonacos. *part. 1. commun. crimin. verbo, mulier, fol. 117. & p. 2. eod. verbo, fol. 52.* Mascard. *conclus. 762. num. 1. & conclus. 1358. num. 30.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 37. à num. 46.* Amat. Rodetic. *in practic. cap. 9. num. 27.* Rebuff. *de reprobat. testium, num. 354.* Martin. Delr. *disquisit. magic. lib. 5. quæst. 12. pag. mihi 452.* Farinac. *in praxi crimin. q. 59. à n 1 & p. 4 conf. 36. num. 13. & 16.* 27

* * *

Cap. Cùm olim. XXXIV.

1 QVando agitur de libertate Ecclesiæ contra contumacem etiam lite non contestata possunt recipi testes, & sententia ferri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Bald. Aretin. Mynsing. Martin. Vran. Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 169. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 168. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 7.

2 In gloss. *Receptare*, ibi, *& loquitur de diffinitiua.* Notatur ad hoc quòd appellatione sententiæ venit diffinitiua, & non interlocutoria, vt per Con. *practic. c.* 25. *n.* 3. *vers. quintò*, Vivian. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 32. *pag.* 244. Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit.* 6. *memb.* 7. *n.* 30. *& sub n.* 11. *vers. ratio.* Put. *decis.* 266. *n.* 3. *lib.* 2. *in correctis*, Card. Tusch. *practic. concl. tom.* 7. *lit. S. concl.* 106. *n.* 10. *& concl.* 180. *n.* 4. *& 5.* quos refero ego ipse *de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appell.* 242. *n.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Declaratur text. in præsenti.*
3 *Publicatis, seu editis attestationibus vlterior testium productio non datur.*
4 *Probatio, quæ fit per inspectionem oculorum.*
5 *Confessio,*
6 *Instrumenti probatio,*
7 *Matrimoniali in causa probatio,*
8 *Publicatio testium, vbi fuerit indiscreta,*
10 *Probatio in criminalibus,*
11 *Iudex si vellet,*
12 *Tertius pro suo interesse principaliter veniens,*
13 *Testes, priores vbi nulliter, seu non legitimè examinati essent,*
14 *Attestationes, priores vbi essent deperditæ,*
15 *Partibus consentientibus,*
16 *Testes vbi fuissent malè interrogati, vel ad declarandum eorum dicta obscura,*
17 *Testes ad repellendam infamiam,*
} *publicatis, seu editis attestationibus adhuc admittuntur.*
18 *Instrumenta vsque ad conclusionem in causa produci possunt.*

Cap. Ex tenore. XXXV.

1 PVblicatis attestationibus pars succumbens potest producere testes ad probandum contrarium super nouo articulo nato ex attestationibus publicatis, de quo prius instrui non potuit. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Innocent. Henric. Anania, Hostiens. Bald. Panormitan. Felin. Butr. Anchar. Mynsing. Aretin. Martin. Vran. Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 169. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 268. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 8.

Determinantes tempus, & locum, &c.] Aduertit 2
Surd. *decis.* 296. *n.* 3. ex Imola *in præsenti*, textum hunc procedere quando pars ex capitulis aduersis non potuit instrui de loco & tempore; quando verò potuit instrui, asserit quod text. vult testes non admitti ad probandum contrarium post publicatas attestationes aduersarias.

Cùm attestationes iam essent hinc inde solemniter pu- 3
blicatæ.] Notatur ad hoc quòd publicatis, seu editis attestationibus vlterior testium productio non datur, vt per Ordinat. Regiam Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 62. *in princip.* vbi parens meus, & apud Castellanos *l.* 5. *tit.* 6. *& l.* 4. *&* 5. *tit.* 9. *lib.* 4. *nouæ recopil.* vbi Azeued. Mascard. *de probat. q.* 5. *n.* 45. plures Doctores plena manu refert Cened. *ad Decret. collect.* 27. *n.* 2. quibus adde Mench. *quæst. vsufreq. c.* 31. Donat. à Fina *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 4 *tit. de testib. n.* 69. *pag.* 520. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 46. *n.* 2. Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 105. *n.* 2. Morl. *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 11. *in prælud. n.* 71. *cum seqq.* Mantic. *decis.* 24. *n.* 2. Marta *in votis nouiss. decis. voto* 245. *à princ.* Amat. Roderic. *de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.* 8. *n.* 5. latè Surd. *cons.* 176. *n.* 3. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. quæst.* 75. *n.* 68. & hoc procedit etiamsi pars, quæ vult nouos testes examinare, testificata non didicerit, vbi ea petente, & volente facta est attestationem publicatio, tunc enim non impeditur nouos testes producere, quando ea absente, vel inuita fit publicatio, iuxta distinctionem Bart. *in auth. at qui semel, num* 17. *C. de probat.* comprobat Surd. *d consil.* 176. *n.* 4. *& seqq.* vbi *num* 8. subdit quòd ex publicatione oritur præsumptio partem attestationis didicisse, & quod ideò iura Canonica ponderant solum publicationem, non autem percunctationem, & hanc distinctionem probauit Rot. *in Albanen. continuum* 22. *Aprilis* 1622. coram R. P. D. meo Pirouano, vbi etiam fuit dictum prælicta procedere, licet pars petens publicari depositiones testium protestetur in ipsa publicatione nolle pronunc testificata didicere, quia huiusmodi protestatio tanquam facto contraria non releuat, petendo enim publicationem fateri, videtur se habere notas depositiones, & scire testificata, Surd. *d. consil.* 176. *num.* 4. refert Ferentil. *ad decis.* 228. Buratti *litera B.*

Primò limita in probatione, quæ fit per inspe- 4
ctionem oculorum, quæ nunquam videtur exclusa, Iason. *in l. eum, qui, §. in popularibus, n.* 6. *& 7. ff. de iureiur.* Socin. *reg.* 384. *limit.* 7. *& reg.* 498. *limit.* 19. Cassan. *in consuet. Burgund. rubr.* 1. *§.* 6. *verbo, Parleur, n.* 7 *fol.* 70. Tiraq. *de retract. lig §.* 4. *gloss.* 1. *n.* 36. *&* 37. Afflict. *decis.* 117. *n.* 3. *col.* 2. Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. p.* 3. *c* 4. *n.* 7. Mascard. *de probat. in proœm q* 8. *n.* 7. Card. Pereira *in l. si curatorem, verbo, minoribus, n.* 14. *&* 18. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.* 277. *num.* 7.

Secundò limita in confessione, quæ post termi- 5
num, conclusionem in causa, ac contra præsumptionem iuris, & de iure admittitur, Card. Pereira *de potest. elig. c.* 7. *n.* 21. Azeued. *l.* 7. *n.* 122. *tit.* 10. *lib.* 4. *nouæ recop.*

Tertiò limita quando instrumentum facta atte- 6
stationum publicatione testibus esset probandum, Mench. *d. c.* 31. *n.* 19. Mascard. *de probat. concl.* 1236. *n.* 24. Surd. *decis.* 153. *n.* 22.

Quartò

7 Quartò limita in causa matrimoniali, in qua possunt testes post publicationem examinari, vt probat *cap. series, de testibus*, Menoch. *de arbitrar. quæst. 34.num.7.* Thesaur. *Pedem.decis.8. num.2.* latissimè Farin. *in praxi crimin. part.2. quæst.75. num.383. cum seq.* nouissimè Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.5. collect.1769.*

8 Quintò limita, si publicatio sit indiscreta, facta scilicet à iudice festinanter, odio, vel gratia ad impediendum ne pars faciat suas probationes, Socin. *reg 403.limit.5.* Nell.*de testib.n.123.casu 15.* Farin. *d. q.75.à n.375.*

9 Sextò limita quando ad suorum testium dicta sustinenda, & confirmanda testes alios producere vellent aduersùs testium reprobatoriorum dicta,quibus probatoriorum attestationes euacuarentur, Afflict. *decis 216. sub num.10. & decis.296. sub n.1.* Farin. *sub n.5.* Capyc. *decis.62. n.1.* Surd. *decis.153. d. quæst.75. num.152.*

10 Septimò limita in criminalibus & ad defensionem, quia tunc nedum ex officio, verùm etiam ad instantiam partis, siue accusati, testes poterunt recipi,& examinari post publicatas attestationes,etiam vsque ad sententiam, vt per Angel.*de malefic.in verbo comparuerunt dicti inquisiti, & negauerunt totum, versic. quæro an post publicationem, num.19.* vbi reddit rationem, quia scilicet tractatur de vita hominis, cunctis rebus præferenda, latè Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. different.178. num.2. cum seqq.* Anton. Thesaur. *Pedem. decis.262. num.1.* Farinac. *d. quæst.75. à num.407.* nouissimè Aloys. Ricc. *in praxi Eccles. Neapol. decis.689.num 1. & part. 5. collect.678.* Sublimitatur deinde hæc limitatio, vt non obtineat in causa criminali, in qua de pœna pecuniaria agitur, vel in qua pœna pecuniaria venitet infligenda; secus si cum pœna pecuniaria concurreret etiam infamiæ nota, ex Thesaur. *d. decis. 262. num.3.* Surd. *consil.118. sub numer.11.*

11 Octauò limita quando ex officio publicatis attestationibus adhuc testes examinare iudex vellet, nam hoc sibi permissum erit, Vin. Neapol. *decis.525. n.1.* Farin.*d.q.75.n.42.*

12 Nonò limita in tertio pro suo interesse principaliter interueniente, nam hic publicatis inter litigantes attestationibus non prohibetur sui iuris probandi causa adhuc testes producere ante conclusionem in causa, Gabr. *lib 1. sentent. tit. de testibus, conclus.21. n.99. & 101.* Cæsar. de Vesil. *in addit. ad Afflict. decis.235.num.1.* Farin. *d.q.75. n.135.* Azeued. *l.4.q.11. tit.9 lib.4.nouæ recop.* Bernard. Græuæ. *lib.1. concl.105. num.44.*

13 Decimò limita,quando priores testes nulliter, seu non legitimè ante examinati essent, Vide Farinac.*d. q.75. à n.358.* nisi ipsemet pro secundo examine instans in culpa fuisset, ex Surd. *cons.8. n.26.* Azeued. *l.4. n.12. tit.9. lib.4. nouæ recop.* Menoch.*cons.322. n.1.* Bernard. Græuæ.*ad pract. Camera Imper.lib 1 concl.105. consid.1.n.31.*

14 Vndecimò limita, vbi dictæ priores attestationes essent deperditæ, Mynsing. *in cap.fraternitatis, n.17. vers. octaua, de testibus*, Farin. *in praxi crimin. quæst 6. num.295.* vbi resoluit quòd tunc testes semel examinati possunt etiam ad instantiam partis iterum repeti.

15 Duodecimò limita, consentientibus partibus, Menoch.*vsufreq.c.31.n.20.ad finem*, Farin.*d.q.75.n.179.* vbi plures refert.

16 Decimotertiò limita ad declarandum testium dicta obscura, vel si fuissent malè interrogati. Anton. Fabr.*in suo Cod. sub tit. de testib. diffin. 2. & 47.* Surd. *decis.126.*

Decimoquartò limita, ad repellendam infamiam, 17
vide Surd.*decis.59.*

Decimoquintò limita, instrumentis, quæ vsque 18
ad conclusionem in causa produci possunt, vt per Amatorem Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap. 8. numer. 16.* Perez *in l.6. titul. 11. lib. 3. Ordinam. pag.675.* Grass. *tom. 1. communium opinion. lib. 4. titul. 11. num. 169. pag.577.*

Decimosextò limita, vbi dati essent articuli, & 19
testes producti nulli essent, tunc publicatis testibus super eisdem articulis possunt examinari, vt per Gabr. *tom.3.commun.opinion.lib.1. tit. de testib.concl.21. num.111.*

SVMMARIVM.

1 *Productio quarta testium dari debet cum solemnitate legali causa legitima non refragante, aliàs legitimè appellatur.*

2 *Spoliati hæres, & quilibet vniuersalis successor intra annum poterit agere interdicto. Vnde vi, contra occupantem vi possessionem, quam defunctus habebat.*

3 *Appellatio an locum habeat in iudicio merè possessorio.*

4 *Productionem quartam negare poterit iudex si ei videtur sufficere testes receptos.*

5 *Expensarum condemnatio debet fieri in sententia interlocutoria, quàm victus statim soluet etiam non expectata sententia diffinitiua.*

6 *Creditor petere, & cogere potest vt fiat instrumentum debiti per eius debitorem, quando soluere tenetur ad tempus.*

7 *Notorium dicitur quod ex actis constat post conclusum in causa.*

CAP. Significauerunt. XXXVI.

PRoductio quarta testium cum solemnitate legali 1
dari debet, quàm iudex non potest denegare nisi ad fugiendam effrænatam multitudinem testium, vel ex alia honesta causa; si verò illam indebitè denegauerit, pars poterit appellare infra decem dies, & si pars deficit in probatione appellationis, condemnatur in expensis legitimis. Item iudices priùs determinare debent possessorio, sed si petitorium ferè ex probationibus liquebat, vtramque causam simul terminare debent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent.Collect.Zabar.Bellam.Ioan.Andr.Imol.Anan. Host.Anchar.Butr.Panorm.Felin.Bald. Aretin. Mynsinger.Martin.Vran.Cujac.Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 168. Alagona *in compendio iuris Canon. pag* 68. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 2. tit.12.cap.9.*

Quibus ipsæ successerant.] Notatur ad hoc quòd 2
spoliati hæres, & quilibet vniuersalis successor intra annum poterit agere interdicto, Vnde vi, contra occupantem vi possessionem, quam defunctus habebat,vt per Tiraq. *in tract. le mort, part.6.declar.4.n.8.* Benintend. *decis.12. num.1.* Menoch. *remed. 1. recup. num.42.*

Notatur etiam ad hoc quòd remedium spolij 3
datur hæredi, & contra hæredes ad quos bona proueniunt, vt per Rip. *in cap. sapè, num. 8. de restitut. spoliat.*

spoliat. Roland. *cons.* 50. *n.* 6. & 15. *lib.* 2. & *consil.* 6. *n.* 14. *lib.* 3. Cagnol. *in l. haredem, num.* 16. & 17. *ff. de regul. iuris*, Anton. Gabr. *commun. tit. de restitut. spoliat. concl.* 5. *num.* 29. *cum seqq.* Menoch. *remed.* 1. *recup. num.* 157. Crescent. *decis.* 3. *de restitut. spoliat.* Gregor. XV. *decis.* 542. & *ibi* adden. *num.* 11. quos refert & sequitur Rot. *in Bononien. census* 23. *Novembr.* 1627. coram R. P. D. Duran.

3 *Post interlocutoriam sententiam appellare.*] Ergo in iudicio merè possessorio locum habet appellatio de iure Canonico, vt per Doctores *in cap. cùm ad sedem* 15. *de restitut. spol. num.* 11. sed illam non admitti de iure ciuili per text. *in l. vnic. C. de mor. possess.* iuxta illius verum intellectum testantur Paris. *consil.* 108. *num.* 13. *lib.* 1. Couar. *pract. cap.* 27. *n.* 8. Cagnol. *in l. in pari causa, n.* 7. *ff. de reg. iuris*, Anton Gom. *l.* 45. *Tauri, num. vltim. in fine*, Ioseph. Ludouic. *Pernf. decis.* 20. *num* 9. & 17. Rot. *decis.* 150. *num.* 2. *part.* 2. *recent.*

4 *Nisi fortè iudices quartam productionem*, &c.] Ergo si iudici videatur sufficere testes receptos, poterit quartam productionem denegare, vide *gloss* 3. *in med. in l.* 15. *tit.* 8. *lib.* 2. *fori leg.* Azeued. *l.* 7. *n.* 1. *per text. ibi, tit.* 6. *lib.* 4. *nouæ recop.*

5 *In expensis legitimis condemnantes.*] Notatur ad hoc quòd in sententia interlocutoria debet fieri expensarum condemnatio, quam victus statim soluet, etiam non expectata sententia diffinitiua, vt per D. Barbos. *in l. eum, qui temerè, n.* 32. *ff. de iudic.*

6 *Vt plenè possit de proprietate liquere.*] Ex his verbis colligunt Doctores *in præsenti*, quòd creditor petere, & cogere potest vt sibi fiat instrumentum debiti per eius debitorem, quando soluere teneretur ad tempus, & ipse debitor per instrumentum non reperitur obligatus, vt per Viuian. *tom.* 1. *commun opin. lib.* 4. *tit.* 2. *n.* 169. *pag.* 463. Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri, n.* 79. *vers. secundò.*

7 In gloss. *liquere.* Notatur ad hoc quòd notorium dicitur quod ex eis constat post conclusionem in causa, vt per Put. *lib.* 2. *decis.* 184. *in antiq.* Mascard. *de probat. conclus.* 1102. *num.* 24. Surd. *consil.* 8. *num* 12. Farinac. *in praxi crimin. part.* 1. *quæst.* 21. *num.* 15. Acta enim faciunt rem notoriam, Bec. *consil.* 40. *num.* 3. *volum.* 1. Roland. *consil.* 41. *num.* 30. *volum.* 1 Farinac. *quæst.* 21. *num.* 14. Surd. *consil.* 154. *num.* 25. & *cons.* 188. *num.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Testes diligenter examinandi sunt, & puniendi, qui eos impediunt, & ipsorum testium multitudo est per iudicem resignanda.*

2 *Testium examinatio, quando sunt absentes in longinquis partibus, alteri committi potest.*

3 *Testes interrogari debent non solum super contentis principaliter in articulis, sed etiam super illorum circunstantiis.*

4 *Testis impeditus quominus suum proferat testimonium, habetur pro producto contra litigantem.*

5 *Testes interrogari possunt de loco, & tempore.*

6 *Testes possunt interrogari de sua credulitate.*

7 *Testium numerus effrænatus à iudice est cohibendus.*

8 *Testes quot in qualibet causa examinari possint de iure communi, statutorum Vrbis, Ordinat. Regiæ Lusitanorum, & Castellanorum, ostenditur.*

9 *Attestationes testium licèt sint inualidæ, de consensu tamen partium conualidari possunt.*

10 *Testes si impediantur de facto deponere contra inquisitum habentur pro productis contra ipsum.*

11 *Citatio partis in repetitione testium est necessaria, non ita in declaratione.*

12 *Testes nulliter recepti per iudicem possunt, & debent iterum examinari etiam post publicationem.*

13 *Testis solemniter iterum examinatus an sufficiat si referat se ad primum dictum inutiliter examinatum, ostenditur.*

14 *Testis si dicat aliquid extra iudicium, & postea iuratus in iudicio contrarium respondeat, posteriori assertioni stabitur.*

CAP. Cùm causam. XXXVII.

TEstes sunt diligenter examinandi tum super negotio principali, tum super ipsorum personis, quærendo de singulis circumstantiis, seu de causis scientiæ, personis, loco, tempore, casu, auditu, credulitate, fama, certitudine, & qui præsumit impedire testes, debet excommunicatione compelli ad cessandum. Item numerus testium vtriusque partis quadraginta non excedat. Item si pars habuerit ratas depositiones testium acceptas sub alio iudice, & adhuc clausas, numerari debent in numero quadraginta: si voluerit habere ratas ijdem iudices testificentur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anch. Imol. Anan. Host. Butr. Panorm. Bald. Innoc. Henric. Boich, Felin. Mynsing. Aretin. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 170. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 268. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 10. 1

Mandamus quatenus, &c.] Notatur ad hoc quòd testium examinatio, quando sunt in longinquis partibus absentes, alteri committi potest, vt per Socin. *reg.* 524. Menoch. *remed.* 15. *recup. n.* 346. 2

Et de singulis circunstantiis.] Notatur ad hoc quòd testes interrogari debent non solùm super contentis principaliter in articulis, sed etiam super illorum circunstantiis, vt per gloss. *verbo circunstantiis*, Bald. *n.* 3. Abb. *n.* 13. Felin. *à n.* 10. Imol. *n.* 6. & alij *in præsenti*, Dec. *consil.* 448. *n.* 27. Gram. *decis.* 34 *n.* 49. Farinac. *in praxi crimin. p.* 2. *de oppositione contra examen testium, q.* 73. *n.* 26. Intellige non procedere regulariter in circunstantiis personam testis respicientibus, si modò occultæ sunt, licèt in aliis omnibus, quæ considerabiles sunt, locum habeat, quamvis enim in articulis factis à parte non contineantur expressè circunstantiæ, de quibus testis interrogatur, continentur tamen implicitè, quinimo respectu iudicis non requiritur quòd exprimantur in articulis illa, quæ possunt efficere, & inseruiant ad maiorem illius informationem, vt probat text. *in l.* 3. *in princip. hoc tit.* 3

Quod si fortè, &c.] Notatur ad hoc quòd testis impeditus quominus suum proferat testimonium, habetur, pro producto contra litigantem, ita gloss. *verbo comtellas*, Abb. *n.* 18. Felin. *n.* 16. & alij *in præsenti.* Intellige quando impedimentum factum est à litigante, vel de consensu illius expresso, vel tacito, & hoc appareat in causa criminali per legitimam probationem; in causa verò ciuili per sufficientem præsumptionem. 4

Loco, & tempore.] Notatur ad hoc quòd testes interrogari possunt de loco, & tempore, vt per Farin. *d. q.* 73. *n.* 28 & *n.* 29. resoluit quod non sunt restringendi respondere ad angulum temporis, & *n.* 30. quòd 5

nec

nec ad qualitatem temporis, an scilicet fuerit nubilosum, vel serenum.

6 *Credulitate.*] Notatur ad hoc quòd testes possunt interrogari de sua credulitate, nedum de certitudine, vt per Farinac. *d. quæst.73.num.31.*vbi *num.34.* tenet quòd potest interrogari an sit pauper, vel dives, & *num.36.* de causis scientiæ. Vnde testibus potius iudicantibus, quàm testimonium ferentibus, nulla adhibenda est fides, Menoch. *consil.115. num.4.* cum aliis citatis *ad cap. de testib. 29. supra hoc tit.*

Prudenter inquirens de causis, &c.] Ergo testis non interrogatus minimè tenetur reddere rationem dicti sui, de quo vide Gam. *Lusit. decis. 37. num.4. & decis. 178. num.8. & decis. 205. & 291. num.3. & 4.* Mascard. *de probat. lib.1. in præfat. quæst.5. num.120.* Farinac. *in praxi crimin. part.2. de oppositi. contra dicta testium quæst.170.* Amat. Roderic. *in pract. de modo & forma videndi seu examinandi processum, c.7. de forma probat.n.55.*

Verùm quia aliqui casus reperiuntur, in quibus testis si non reddat rationem sui dicti, non solùm minimè probat, sed nec etiam facit præsumptionem, aut indicium, secundùm Cott. *in memorab. verbo testis, pag.mihi 865.*Mascard. *de probat. concl.1369.n.54.*Farin. *d. q.70. n.8.* ideo eos *in præsenti* recensere operæpretium duxi.

Primus igitur casus est in criminalibus, in quibus testis tenetur reddere rationem suæ depositionis, etiam non interrogatus, aliàs non probat, ita Dec. *cons.429. num.11.* Hyppol. de Marsil. *sing. 621. vers. tertiò scias, & in pract. crimin. §. diligenter, n.31.* Iason. *in l. cum hi, §. vult igitur, num.3. ff. de transact. & in rep. l. admonendi, num.186. ff. de iureiur.* Fichard. & Viuian. *tom.1. commun. opinion. lib.4. tit.9. num.145. & seqq. pag.495.*Clar. *lib.5. §. fin. q.53. num.22.*Rebuff. *de reprobat. testium, num.462.* Mascard. *de probat. lib.1. in proœm. q.5 n.120. & concl. 459. n.5. & concl. 1369. n.47.* Farinac. *d. q.70. n.14.* latè Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ. 87. num.4.* quod adeò verum est, vt nec faciant indicium, ex Mascard. *d. q.5. n.123.* Honded. *cons.30. n.33. lib.1.* Farin. *d. q.70. n.15.*

Secundus casus est in his, quæ non cadunt sub sensu corporis, sed iudicio intellectus percipiuntur, quia tunc nisi reddant rationem dicti sui, etiam non interrogati nihil probant, Rota *decis.234. n.10.* apud Farinac. *p.1. recent.* Farin. *d. quæst.70. num.6.* Buccaron. *d. differ. 87. num.4.* Anton. Gom *tom.3. var. cap.12. num.10. vers. quod idem subintellige,* Abb. *in præsenti, num.3.* Aretin. *num.6.* & Felin. *num.1.* Marant. *de ordine iudic. part.6. tit. de testium product. n.13.* Mascard. *d. concluf.1369. ex num.2.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.5. collectan. 155.* Buratt. *decis. 538. num.16.*

Tertius casus est in testibus deponentibus super publica voce, & fama, qui tenentur etiam non interrogati nominare eos, à quibus audiuerint, de quo Tiraquell. *de nobilit. cap. 37. num. 99. & seqq.* Rebuff. *de reprobat. testium, num. 450.* Viuian. *tom.1. commun. opinion. lib.4. tit.9. num.72. vers. idémque videmus, pag.485.* Mascard. *de probat. concl.749. num.11.* Sanch. *de matrim. lib.2. disp. 46. num.16. versic.5.* Menoch. *consil.140. num 41. & cons.191. num.45.* Clar. *§. fin. quæst.6. num.13. & 14. vers. sed quid si non sint,* vbi subiicit quòd de communi practica obseruatur vt testes interrogentur de illis, à quibus fama ortum habuisse dicitur, & si non fuerint interrogati, ac eos non nominauerint, quod communis vsus & practica reddit validas testium depositiones, subditque idem Clar. hoc non habere locum in causis criminalibus, in quibus ob earum grauitatem credit quòd testes teneantur nominare eos à quibus audiuerunt id, de quo deponunt esse publicam vocem & famam, etiam quòd non sint interrogati, aliàs quòd eorum dictum non probat, sequuntur Anton. Scap. *de iure non scripto, lib.3. tit. de script. & illar. probat. cap.74.* Farinac. *consil. 182. numero 9. lib.2.* Rot. *in Legionen. puritatis sanguinis 26. Maij 1631.* coram Reuerend. P. D. Queipo *versic. eadem ratione.*

Quartus casus est de testibus deponentibus se aliquid vidisse de nocte, quia debent reddere causam scientiæ, & visus, eo quia videlicet luna lucebat, aut lumen erat accensum, vt per Alexand. *consil.4. num.7. in fin. lib.6.* Cott. *in memorab. verbo testis deponens de nocte in 2. fallent.* Farin. *in praxi crimin. part.2. de oppositi. contra person. testium q.62. n.37.* vbi *n.38.* ait quòd si testes simpliciter de visu deponerent, non reddita ratione prædicta, minimè probarent, & sub *n.39.* subdit hoc casu testes tanquam ratione naturali de falso suspectos posse puniri, Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuilia & crimin. & different. 104. n.1. & 2.* vbi *num.3.* post Roland. *consil.3. num.43. volum.3.* & alios subiicit quòd licèt probent huiusmodi testes deponentes se vidisse de nocte cum ratione prædicta, quia scilicet luna lucebat, vel lumen erat accensum, non tamen sunt omni exceptione maiores, quia cùm luna habeat radios lugubres, testis potest de facili decipi, & *n.4.* post Farin. *cons. 166. num.15. lib.2.* concludit quòd in criminalibus probatio illa, videlicet se vidisse ad lumen lunæ, non concludit, nec quoad condemnandum, nec quoad torquendum.

Quintus casus est quando testis deponit super negatiua, quia tunc etiam non interrogatus tenetur reddere rationem dicti sui, de quo vide Crott. *de testib. n.310. vers. & vltra supradictos casus,* Curt. *cod. tract. concl.28. n.59.* Herculan. *de negatiua, n.322.* Mascard. *de probationib. concl. 1369. n.22. & 23.* Rebuff. *de reprobat. testium, num.452.* Farin. *d. quæst.70. n.23.* Amat. Roderic. *in pract. videndi, seu examinandi processum, c.7. num.56.*

Sextus casus est quando testes deponunt de consanguinitate, quia tenentur efficacem causam, & probabilem rationem dicti sui reddere, Ranchin. *part.4. concluf. 409.* Bellacomb. *tom.2. commun. opin. lib.6. tit.47. num.10. pag.196.* Ioseph. Ludouic. *tom.3. commun. tit. de probat. concluf. vnica versic. infertur 123.* Mascard. *concluf. 69. & concluf. 410. num.22. & concluf. 1196. num.25.* Menoch. *consil.321. num.6. cum seqq.* Farin. *d. quæst.70. num.88.* Velnti si deponat de fraternitate, Rot. *decis. 167. n.8* apud Farin. *p.1. recent.*

Septimus casus est quando testes deponunt aliquem non esse culpabilem, quia etiam non interrogati debent causam dicti sui reddere, Crot. *de testib. num.307. in fin. vers. nonò fallit,* Farinac. *d. q.70. num.24.*

Octauus casus est quando agitur de reprobatione instrumenti, nam tunc etiam non interrogati testes tenentur reddere rationem dicti sui, Crot. *de testib. n.305. vers. tertio fallit.* Rebuff. *de reprob. testium, n.457. & n.465.* Menoch. *de arbitr. casu 105. n.3. & num.33.* Farin. *d. q.70. n.38.*

Nonus casus est quando deponunt super qualitate personarum, veluti super nobilitate, dignitate, grauitate, gradu, puritate sanguinis, & simili, quia tenentur reddere rationem dicti sui etiam non interrogati, Anton. Gom. *tom.3. var. cap.12. num.19.*

vers. & idem est, Farinac. *d. q.*70. *n.*45. Hoied. *de incompatib. benefic. p.*1. *c.*23. *num.*140. Rot. *in Legionen. puritatis sanguinis* 26. *Maij* 1631. coram R. P. D. Queipo.

Decimus casus est quando deponunt testes super dominio, quia etiam non interrogati tenentur reddere rationem dicti sui, Cassan. *in consuet. Burgund. rubr.* 1. §. 2. *num.*15. *cum seqq. fol.* 26. Pinel. *ad l.*2. *C. de rescind. vendit. p.*3. *c.*4. *n* 11. Anton. Gom. *d. n.*10. *vers. quod idem subintelligo*, Mascard. *concl.*547. *& concl.*1369. *n.*5. *&* 12. Menoch. *cons.*626. *n.*19. *in fine*, Farin. *d. q.*70. *num.*46.

Vndecimus casus est quando testes deponunt de infamia, quia tenetur dicti sui rationem reddere, Farin. *in praxi crimin. q.*47. *n.*308.

Duodecimus casus est quando testes deponunt de notorio, Rebuff. *de reprobat. testium*, *n.*467. Mascard. *concl.*1105. *n.*2. Guttier. *de iuram. confirm. p.*1. *c.*70. *n.*6. Farin. *d. q.*70. *n.*52.

Decimustertius casus est quando testes deponunt super ætate in qua etiam non interrogati omnino rationem reddere tenentur, Mascard. *de probat. conclus.* 679. *n.*5. Farinac. *d. q.*70. *n.*84. vbi *n.*171. subdit quòd bona ratio erit si dicant, quia vicini, vel consanguinei.

Decimusquartus casus est in testibus deponentibus super interesse, nam & hi etiam non interrogati debent dicti sui rationem reddere, Rebuff. *de reprobat. testium*, *n.*449. Mascard. *concl.*1369. *n.*29 Surd. *de aliment. tit.*1. *q.*45. *n.*43. D. Barbos. *in l.*2. *in princip. p.*1. *n.*52. *ff. soluto matrim.* Valasc. *cons.*107. *n.*11. Farin. *d. q.*70. *n.*53.

Decimusquintus casus est in teste deponente de dolo, quia tenetur dicti sui rationem reddere, Mascard. *concl.*1369. *n.*28. Farin. *d. q.*70. *n.*89. vbi *n.*184. subdit quòd non est bona ratio si dicat, quia vicinus vel coniunctus.

Decimussextus casus est in testibus deponentibus de furore, quia tenentur rationem dicti sui reddere etiam non interrogati, Iason. *in l. furiosum*, *n.*6. *C. qui testam. facere poss.* Burg. de Pace *cons.* 7. *num.*3. Bonacos. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 30. *num.*148. *vers. & an probetur*, *pag.* 550. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo furor*, *numer.*2. Mascard. *conclus.* 827. *& conclus.*1371. *num.*13. *& concl.* 1369. *num.*4 *&* 13. Valasc. *consil.*145. *num* 17. Farin. *d. quæst.*70. *num.*59. Aloys. Rice *in collect. decis. p.*5. *collect.*1557. *vers infertur tertio.*

Decimusseptimus casus est in testibus deponentibus de sana mente, quia etiam non interrogati tenentur dicti sui rationem reddere, vt per Burg. de Pace *consil.* 11. *num.* 20. Calderin. *cons.*24. *num.* 25. *versic. item furor*, Rot. *in Perusina hæreditatis* 12. *Iunij* 1617. coram Buratto inter eius impressas *decis.* 256. *num.*9.

Decimusoctauus casus est quando testes deponunt de ebrietate, quia etiam non interrogati tenentur dicti sui rationem reddere, Salzed. ad Bernard. *in pract. c.*77. *lit. B. vers. ex quo fit*, Mascard. *concl.*1369. *n.*17. *& concl.*578. *n.*3. *&* 4.

Decimusnonus in probatione hæresis, in qua testis etiam non interrogatus debet reddere rationem dicti sui, Mascard. *concl.*855. *n.*12. *&* 13. Farinac. *d. q.*70. *à n* 90.

Vigesimus casus est in probatione adulterij, in quo testis etiam non interrogatus debet reddere rationem dicti sui, Mascard. *concl.*65. *n.*8. *& concl.*1369. *num.*48. Farin. *d. quæst.*70. *num.*60. vbi *num.*183. subdit quod non est bona ratio, quia vicinus, vel consanguineus.

Vigesimusprimus casus est quando testis deponit de turbatione, Farin. *d. q.* 70. *num.*74. aut super vi illata, Socin. *reg.*401. *limit. vlt.* Farinac. *d. quæst.*70. *num.*81.

Vigesimussecundus casus est quando deponitur aliquem fuisse vagabundum, tunc enim reddenda est ratio, quamvis non petatur, Nell. *de testibus*, *n.*134. *vers. idem si vellet*, Farin. *d. q.*70. *n.*77.

Vigesimustertius casus est quando agitur de probanda morte alicuius, quia tunc testes etiam non interrogati debent reddere rationem dicti sui, Farinac. *d. q.*70. *n.*82. vbi *n*172. ait quòd bona ratio est si dicat, quia vicinus, vel consanguineus.

Vigesimusquartus casus est quando testis deponit de amicitia, vel inimicitia, quia etiam non interrogatus debet dicti sui rationem assignare, Mascard. *concl.*900. *n.*8. *& concl.*1369. *n.*21. Farin. *d. q.*70. *n.*61. *& q.*43. *n.*127.

Vigesimusquintus casus est quando testis deponit aliquem esse iracundum, tunc enim etiam non interrogatus debet rationem dicti sui reddere, Farin. *d. q.*70. *n.*69.

Vigesimussextus casus est in testibus prodigalitatem probantibus, quia debent deponere de actibus eam inferentibus, Mascard. *concl.*1234. *n.*11.

Vigesimusseptimus casus est in probatione metus, quia tunc testis etiam non interrogatus debet dicti sui rationem reddere, Flamin. Paris. *de resignation. benefic lib.*1. *q.*1. *n.*109.

Vigesimusoctauus casus est quando testes deponunt de valore, pretio, & æstimatione rei, quia tunc tenentur dicti sui rationem assignare, Gam. *Lusit. decis.*37. *num.*4. *& decis.*178. *num.*8. *& decis.*205. *& decis.*291. *num.*3. *&* 4. Bart. *in tract. de testib. col.*2. *vers. testis dixit*, *num.*7. Cagnol. *in l.*2. *num.*237. *C. de rescind. vend.* Gemin. *de vsuris commento* 1. §. 8. *num.* 169. *& commento* 2. §. 5. *num.*126. Rebuff. *de reprobat. testium*, *num.* 468. Mascard. *conclus.* 1369. *num.* 14. Valasc. *consil.*43. *num.*14. Farin. *d. quæst.*70. *num.*62. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 228. *ex num.*24. Amat. Roderic. *in pract. videndi*, *seu examinandi processum*, *cap.*7. *de forma probat. num.*56. *vers. estque insuper*, declara cum Ferentil. *in annotat. ad decis.* 538. Buratti *lit. D.*

Vigesimusnonus casus est in probatione clericatus, quia testis non probat nisi rationem adiiciat, quòd scilicet vidit clericum ordinari, Mascard. *concl.* 1369. *n.*31. *& seq.* Farin. *d. q.*70. *n.*73.

Trigesimus casus est in probatione consuetudinis in qua testis etiam non interrogatus tenetur dicti sui rationem reddere, Roland. *cons.* 2. *n.* 123. Mascard. *concl.* 424. *n.*66. Rebuff. *de reprobat. testium*, *n.*453. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.*62. *n.*36.

Illud in hac materia est singulari nota dignum quod possessio probatur per testes deponentes se vidisse possidere etiamsi actus possessorios non referant, nec aliquam scientis causam reddant, Bart. *in l. stipulatio ista*, § *hæc quoque*, *num.*1. *&* 2. *ff. de verbor. oblig.* Bero. *in cap. licèt causam*, *num.*52. *de probat. & in cap. cùm ad sedem*, *n.*92. *de restit. spoliat.* & *ibi* Abb. *n.*21. Dec. *consil.*400. *n.*3. Cæs. de Grassis *decis.*14. *n.*2. *&* 3. *de testib.* Rot. *decis.*307. *num.*1. *& 6. p.*1. *recent. & in ciuitatis Castelli bonorum* 28. *Maij* 1614. coram Cardin. Verospio, & *in Nicien. decimarum* 27. *Nouembris* 1626. coram R. P. D. Merlino, & *in Romana dotis*, *seu Saluiani* 10. *Iunij* 1626. coram R. P. D. Duran & *in alia Romana domus*, *& Saluiani* 11. *Decembris* 1628. coram R. P. D. Verospio, & *in Mediolanen. bonorum* 7. *Februarij* 1629. coram R. P. D. meo Coccino Decano.

Valeu

7 *Volentes autem effrænatam multitudinem*, &c.] Notatur ad hoc quòd effrænatus testium numerus à iudice est cohibendus, vt per Campeg. *de testib. reg.* 272. Menoch. *de arbitr. casu* 249. *& cons.* 467. *num.* 39. Mascard. *de probat. concl.* 1077. *n.* 1. *& concl.* 181. Farin. *in praxi crimin. q.* 80. *n.* 114. *cum seqq.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.* 1 *concl.* 91. *consid.* 1. *n.* 9. Amat. Roderic. *de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.* 7. *n.* 21.

8 *Quadragenarium numerum*, &c.] De iure Canonico per text. *in præsenti*, conceditur vt in qualibet causa examinari possint testes quadraginta. De iure verò Ciuili, *in l. quoties*, vbi Bart. *C. de naufrag. lib.* 10. super vnoquoque articulo recipi possunt tres testes, & non plures. Apud nostros Lusitanos per Ordinat. Regiam *lib.* 3. *tit.* 55. §. 2. constitutum est vt super vnoquoque articulo viginti testes possint recipi. Apud Romanos, per *Statutum Vrbis*, *lib* 1. *rub. de numero testium, cap.* 73. in qualibet causa vltra septem testes partes dare non possunt, vt refert Farin. *d. q* 80 *n.* 116. Apud Castellanos per *l* 7. *tit.* 6. *lib.* 4. *nouæ recop.* super quolibet articulo recipi possunt triginta testes, & non plures, vt referunt Cur. Philip. *p.* 1. §. 17. *n.* 10. Amat. Roderic. *d. c.* 7. *n.* 21. Vbi verò super testium numerum aliquid constitutum non fuerit, iudex secundùm magnitudinem causæ, & personarum qualitatem iudicabit quis sit sufficiens, & effrænatus testium numerus, Menoch. *d. casu* 249. *n.* 3. *cum seqq.* Mascard. *concl.* 1077. *à n.* 3. Farin. *d. q.* 80. *n.* 115. *cum seqq.* Illud denique ex hoc aduertendum duxi quòd si adiunguntur inquisitiones testium alterius processus, huiusmodi testes numerari non debent in certo numero à statutis supradictis requisito, cum talis probatio non dicatur fieri per testes, sed per scripturam, ex Hyppol. *cons.* 92. *n.* 11.

9 *Ratas habere voluerint*, &c.] Notatur ad hoc quòd attestationes testium licèt sint inualidæ, de consensu tamen partium conualidari possunt, vt per Duen. *reg.* 23.

10 In gloss. *De causis*, ibi, *quia nemo tenetur producere se*, &c. Intelligit gloss. *in præsenti* procedere in iudicio animæ, sed Anton. Gom. *var. lib.* 3 *tit. de probat. delict. n.* 5. *in fine*, ait hoc intelligendum esse extra iudicium, vel etiam in iudicio, nulla tamen præcedente diffamatione aut iusta causa, secus si præcedat iusta causa, diffamatio, seu indicia, quæ eius loco subrogantur, quia tunc reus respondendo, vel confitendo delictum, non se ipsum prodit, sed diffamatio, vel indicia eum produnt, & manifestant, refert Buccar. *de differ. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ.* 33 *num.* 17. aliàs enim mortaliter peccaret iudex, si sine indiciis reum interrogaret super crimine, vt per Sarmien. *select. c.* 13. *n* 4. Nauar. *in rub. de iudic. §. decimum tertium principaliter, ex n.* 1. *cum seqq.*

11 In gloss. *Compellas*. Notatur ad hoc quòd testes si impediantur de facto deponere contra inquisitum, habentur pro productis contra ipsum, vt per Marc. Anton. Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. quæst.* 780. *num.* 4.

In gloss. *Voluerit*, *vlt.* ibi, *possunt adhuc idem testes iterato induci*, &c. Aduerte in repetitione testium esse partem citandam, Cæs. Barz. *Bononiæ decis.* 137. At verò cùm testis primo loco examinatus postmodum dictum suum obscurum declarare vult, in tali declaratione nõ est necessaria partis citatio, vide Hyppol. *in l. de vnoquoque, num.* 76 *ff. de re iud. & in l.* 1 *§. fin. num.* 34. *ff. de quæst.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 44. *de citat. n.* 445. Rot. *decis.* 592. *num.* 1. *&* 4. *p.* 1 *diuers.*

12 Notatur ad hoc quod testes nulliter recepti per iudicem possunt & debent iterum examinari etiam post publicationem, vt per Soar. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 316. *pag.* 553. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *q.* 75. *n.* 358. *cum seqq.* An autem sufficiat si testis solemniter postea examinatus referat se ad primum dictum inutiliter examinatum, quæstio est dubia, in qua Bald. per illum text. *in l fin. n.* 7. *C. de testib.* quem sequuntur Paul. *cons* 168 *n* 2. *lib.* 1. & Felin. *in cap. cùm in tua n.* 1. *infr. hoc tit.* tenet testem referre extensè dictum suum, nec sufficere, si referat se ad prius dictum inutile: sed quamvis hæc sententia in puncto iuris sit verissima, contraria tamen est communior, dum tenet testem inutiliter interrogatum, si postea solemniter interrogatus referat se ad primum dictum, propter subsequutam repetitionem, & confirmationem solemnem validare prius dictum aliàs inutile, ita Bart. *in l. legata inutiliter* 19. *n.* 3. *ff. de legatis* 1. quem ibi sequuntur Alex. *n.* 7. & Iason. *num.* 16. Boër. *decis* 108 *n.* 9. *ad fin.* Guillelm. *in cap. Raymutius, verbo, Altero che*, Anton. Gom. *tom.* 1. *var. c.* 12. *n.* 23. *in fine.* 13

In ead. gloss. ibi, *Sed si quis testis secundò inductus dicat contrarium*, &c. Notatur ad hoc quòd testis dicens ac deponens aliquid extra iudicium sine iuramento, & postmodum iuratus in iudicio contrarium respondens, tunc stabitur secundæ, & posteriori assertioni ob iuramenti religionem, & iudicis auctoritatem, & testis qui dicit, hesi nescio, potest dicere, hodie scio, vt per Viuian. *tom.* 1 *communium opinion. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 341. *pag.* 555. Menoch. *de arbitrar. casu* 108. *num.* 22. Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 13. *num.* 7. latè Mench. *vsufreq. c.* 32. *à n.* 4. vide *ad cap literas* 14. *de præsumpt.* 14

In ead. gloss. ibi, *Qui nullam habet iurisdictionem*. Communiter recepitur hæc glossa secundum Cou. *lib.* 2. *var. c.* 13 *n.* 7. *vers. ex quo*, Clar. *in practic. §. fin. q.* 53. *n.* 13 *ad finem*, Boër. *decis.* 108. *n.* 2. 15

SVMMARIVM.

1 *Attestationes receptæ in summario fidem non faciunt in plenario iudicio, & illarum publicatione non obstante iidem, vel alij testes super eisdem articulis recipi possunt.*

2 *Sententiæ executionem etiam trium conformium tertius impedire potest, si incontinenti de suo interesse probare velit.*

3 *Tertius in iudicio possessorio potest interuenire ad eum effectum vt sibi, & non spoliato res restituatur de domino suo docendo.*

4 *Sententiæ executionem tertius impedire non potest, quando sciuisset litem agitari, & acquieuisset donec sententia esset lata.*

5 *Acta facta in iudicio summario non faciunt fidem in plenario.*

6 *Reprobatio contra testes in causis summariis non admittitur.*

7 *Testes, qui aliàs non sunt idonei, in subsidium reputantur idonei, quando aliæ personæ haberi non possunt.*

8 *Testes de Capitulo pro, & contra Capitulum admitti possunt.*

9 *Excommunicatus testimonium dicere non potest, limita vt ibi.*

11 *Domestici admittuntur in testes in his, quæ domi geruntur.*

Cap. Veniens. ij. XXXVIII.

1 TEstes iterum produci possunt etiam post publicatas attestationes quando diuerso modo super eodem articulo agitur. Item ea quæ in Capitulo aguntur per Canonicos vti testes probari possunt, qui quoad hunc effectum ab excommunicatione, si opus fuerit, absoluuntur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Host. Bald. Felin. Henric. Boich. Butr. Mynsing. Aretin. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 171. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 269. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 12. c. 11.*

2 *Quod sua interesset*, &c.] Notatur ad hoc quòd tertius sententiæ executionem impedire potest si incontinenti de suo interesse probare velit, vt per Boër. *decis. 79. à n.* 1. Couar. *practic. c. 16. n.* 1. Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 2. n.* 51. & *in tract. le mort, p. 2. declar. 4. n.* 9. Azin. *in praxi*, §. 31. *c. 2. lim.* 5. Viuian. *Neapol. decis.* 304. *n.* 3. Ioseph. Ludouic. *Peruf. decis.* 26. *n.* 1. Parlad. *lib. 2. rerum quotid. p.* 5. §. 11. *n.* 58. Menoch. *cons.* 319. *n.* 8. Cald. Pereira *q. forens. lib. 2. q.* 36. *n.* 20. D. Barbos. *in l. si alienam, n.* 19. *ff. de iudic.* cum aliis citatis ad *cap. vlt. de re iudic.* Amplia tertium etiam trium sententiarum conformium executionem impedire posse, vt per Anton. Gabr. *tom. 3. commun. lib. 2. tit. de execut. rei iudicatæ, concl. 1. n. 19. pag.* 143. Farinac. Viuian. *Neapol. decis.* 495. *n. vlt.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl.* 70. *n.* 15.

3 Amplia etiam in iudicio possessorio posse tertium inreuenire ad eum effectum, vt sibi & non spoliato res restituatur de domino suo docendo, Menoch. *cons.* 488. *à n.* 1. Fachin. *lib. 1. controuers. cap.* 5. Bernard. Græuæus *d. concl.* 70. *consid.* 1. Limita tamen quando tertius sciuisset litem agitari, & acquieuisset donec sententia esset lata, nam & hoc casu contra tertium executio competit, vide Gabr. *d. concl. 1. num.* 20. Mynsing. *in præsenti, n.* 9. Franc. Marc. *delphin. decis.* 538. *sub n.* 6. *vers. & maximè p.* 2. Honded. *cons.* 25. *n.* 20. *vol.* 1. Surd. *cons.* 334 *n.* 11. & 13. & *cons.* 405. *n.* 8. *cum seqq.* Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib. 3. cap.* 21. *num.* 41.

5 *Verum attestationes*, &c.] Notatur ad hoc quòd acta facta in iudicio summario non faciunt fidem in plenario, vt per Hippol. *sing.* 580. Surd. *de alimentis, tit. 1. q.* 126. *n.* 4. & 5. plures per Farinac. *fragm. crimin. p. 1. lit. A. n.* 24.

Non licebat eisdem, &c.] Videtur hic text. probare quòd in causis summariis non obstante publicatione, vel apertura testium possunt recipi testes super eisdem articulis, vel directò contrariis, ita in effectu Innoc. *n.* 4. & alij *in præsenti*, Socin. *reg.* 498. *limit.* 41. & 43. Rojas *sing.* 203. Cessat enim ratio subornationis, siquidem testes deponentes in causa summaria de se deponunt de alia re diuersa ab illa de qua interrogari debent in plenario iudicio, vnde respectu ipsius perinde est ac si in quacunque causa, quæ incipit, deponerent.

6 *Dummodo posset obiicere*, &c.] Notatur ad hoc quòd in summariis causis contra testes non admittitur reprobatio, vt per Couar. *pract. c. 17. n.* 4. *vers.* 7. Capyc. *dec.* 55. Afflict. *decis.* 351. *n.* 2. *cum seqq.* Menoch. *remed. vlt. retin. n.* 41. Rebuff. *de reprob. testium, n.* 6. Amat. Roderic. *in practic. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.* 9. *n.* 21.

Liberè valeant, &c.] Notatur ad hoc quòd testes 7
qui aliàs non sunt idonei, in subsidium reputantur idonei, quando aliæ personæ haberi non possunt, vt per Bernard. Diaz. *reg.* 759. Feder. de Senis *cons.* 119. Mathes. *sing.* 168. & 189. Anton. Gabr. *commun. tit. de testib. concl.* 7. Latè Ioan. Baptista Costa *de remed. subsid. remed.* 70. *per tot.* Hippol. *sing.* 73. Rebuff. *de reprobat. testium, num.* 185. Surd. *decis.* 326. *num.* 91. Mor. *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 11. *in prælud. num.* 77. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 144. *num.* 28. *cum seqq.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, testis, num.* 29. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 7. *num* 23. nisi testes paterentur plures defectus, quia tunc ne in subsidium admitterentur, vt per Eugen. *cons.* 63. *num.* 74. Mascard. *concl.* 1359. *in fine*, & plures citatos à Ioan. Baptista Costa *d. remed.* 70. *num.* 21. & *num.* 29. subdit quòd asserens alios non reperiri testes idoneos, neque aliter posse veritatem cognosci, tenetur de hoc formare vnum capitulum, & probare aliunde quidem quàm per assertionem testium inhabilium examinatorum, & *n.* 32. declarat quoties dicitur testes inhabiles, putà infames, & criminosos saltem in subsidium admitti, illis nequaquam simpliciter credi, neque eorum dictum recipi in criminalibus absque eorum tortura, sed in ciuilibus facere adhuc aliqualem probationem.

Non facile possunt nisi per Canonicos, &c.] Notatur 8
ad hoc quòd testes de Capitulo pro, & contra Capitulum admitti possunt, vt per Dec. *in cap. insuper, num. 5. sup. hoc titul.* Rebuff. *de reprobat. testium num.* 60.

Vt ad cautelam absoluatis, &c.] Ergo excommuni- 9
catus testimonium dicere non potest, vt per Rot. *decis. 3. num.* 1. apud Farinac. *p. 2. recent.* Viuian. *tom.* 1. *communium opinion. lib* 4. *tit.* 1. *num.* 153. Anton. Gabr. *tom. 3. tit. de testib. concl.* 19. *num.* 1. Corras. *lib.* 5. *miscel. cap.* 20. *num.* 3. Rebuff. *d. tractat. de reprobat. testium, num.* 202. Mascard. *de probat. concl.* 705. *num.* 1. & *conc.* 1356. *num.* 26. Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.* 9. *num.* 40. latè Farin. *in praxi crimin. q.* 56. *num.* 240. *cum seqq.* vbi *n.* 263. asserit procedere in excommunicato maiori excommunicatione, & *n.* 268. limitat in instrumentis, & testamentis, & *n.* 273. etiam limitat in crimine hæresis.

In gloss. *Viraque.* ibi, *sed si illi etiam, qui primò in-* 10
ducti fuerunt, contrarium dicunt in secundo iudicio. Vide Anton. Gabr. *tom. 3. commun. opin. lib. 7. tit. de criminalibus, concl.* 29.

In gloss. *Incontinenti.* ibi, *Nota sententiam executioni mandandam, nisi statim probetur exceptio.*] Notatur ad hoc quòd tertius vt executionem impediat, debet incontinenti de iure suo docere, aliàs eius appellationi non defertur, vt per Couar. *pract. c. 16. sub n.* 10. Boër. *decis. 79. n.* 1. Cæs. Contar. *in repet. l. vnica, C. si de mom. possess. q.* 24. *n.* 11. *vers. intellige*, Soar. de Pace *in pract. p.* 4 *tom.* 1. *c.* 2. *à priuc.* Cancer. *var. resolut. p.* 2. *c.* 16. *ex num.* 29. Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 4. *cap.* 8. *num* 99.

In gloss. *Canonicos*, vlt. ibi, *sic & quæ domi fiunt per* 11
alios non de facili exprobantur. Notatur ad hoc quòd domestici admittuntur in his quæ domi geruntur, vt per Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 10. *de testib. num.* 251. *pag.* 539. Menoch. *cons.* 353. *num.* 22. Mascard. *concl.* 496. *n.* 8. & *concl.* 533. *num.* 15. & *concl.* 1359. *num.* 7. Gutier. *alleg.* 11. *num.* 8. Morl. *in emporio iuris, part.* 1. *tit.* 5. *in prælud. num.* 23. *in fine*, Bobadil. *in sua politica, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 102. *lit. E.* Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 8. *tit.* 14. *num.* 11. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 55. *n.* 36.

Don

Don Christoph. de Pace *in scholiis ad leges styli, l. 62. num. 29.*

12 In ead. gloss. ibi, *Quia hoc facit compulsus.* Idem in filio testificante contra patrem in crimine morte digno; nam si in his criminibus aduersùs patrem coactus, & non sponte testimonium dixerit, non ob id est notandus ingratitudine, vt per Couar. *in cap. Raynutius in princip. n. 21. de testam. & lib. 1. var. c. 11. num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Religiosi etiam ad testificandum non admittuntur absque iuramento nisi à partibus remittatur.*
2 *Testes iurare debent quamvis dignitate præfulgeant, aliàs non probant.*
3 *Iuramentum testibus expresso consensu à partibus remitti potest, secus in causa matrimoniali, criminali, & ciuili ardua.*
4 *Iuramenti in remissione à partibus facienda non requiritur iudicis consensus.*
5 *Iuramentum calumniæ an possit remitti à parte parti, ostenditur.*
6 *Iuramentum calumniæ statuto tolli non potest.*

CAP. Tuis quæst. XXXIX.

1 REligiosi in causis monasterij non possunt testificari nisi iurent, potest tamen pars aduersa relaxare iuramentum, si velit. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Henric. Anan. Host. Bald. Panorm. Felin. Butr. Anchar. Mynsing. Aretin. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 172.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 269.* fertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 12. cap. 12.*

2 *Absque iuramenti exhibitione.*] Notatur ad hoc quòd testes iurare debent quamvis dignitate præfulgeant, aliàs non probant, vt per Bellacomb. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 9. num. 133. pag. 494.* Vivian. *eod. lib. 4. tit. 10. n. 314. vers. & casu quo testis, pag. 550.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 26. & casu 108. n. 30.* Cur. Philip. *part. 1. §. 17. n. 17.* Anton. Gab. *de cis. 8. de testib.* quem refert Aloys. Ricc. *p. 2. collect. 263.* Rebuff. *de reprobat. testium n. 284. & in tract. nominat. q. 11. n. 4.* Matth. Coler. *Germaniæ dec. 142. n. 1.* Mascard. *de probat. concl. 1364. & lib. 1. q. 5. à n. 64* Surd. *decis. 12. n. 7.* Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuil. 30.* Morl. *in emporio iuris, p. 1. tit. 11. in prælud. n. 30* Lud. Miranda *de ordine iudic. q. 23. art. 5.* Rodolphin. *in tract. de suprema, seu absoluta Principis potestate, cap. 6. n. 42.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 90. de iurament. n. 371. cum seqq.* Amat. Roderic. *in practic. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c. 7. n. 41.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 101.* Farin. *in praxi crimin. quæst. 74. num. 7. cum seqq.* Aldrete *de Religiosa disciplina tuenda, lib. 1. cap. 9. num. 6.* Paulin. Berti. Lucens. *in praxi criminal. Regul. tit. 11. cap. 11. num. 94. & tit. 14. cap. vnic. num. 8.* Alia de hac materia *vide ad cap. fraternitatis 17. sup. hoc tit.*

3 *Nisi fortè à parte remittatur aduersa.*] Ergo iuramentum testibus expresso consensu à partibus remitti potest, vt per Alberic. *de testib. p. 3. n. 32.* Mynsing. *hic n. 2.* Soar. *in thesauro recept. sent. litera T. n. 271.* Couar. *var. lib. 2. c. 13. num. 1.* Rutg. Ruland. *de commissar. lib. 6. cap. 10. num. 5.* Boër. *decis. 1. numer. 48.* Mascard. *de probat. in proœm. quæst. 5. à num. 103. & concl. 1362. num. 19.* Mench. *succes. creat. §. 9. num. 2. & 13.* Guttier. *in l. nemo potest, num. 134. ff. de legatis 1.* Farin. *in praxi crimin. q. 74. num. 8.* Bernard. Græuæ. *d. concl. 101. consid. 2.* vbi *num. 5.* resolvit quòd in causa matrimoniali testibus iuramentum non potest remitti, de quo etiam Mascard. *concl. 1019. n. 19.* vbi intelligit quando agitur de dissoluendo matrimonio, non verò quando agitur de confirmando, Farin. *d. q. 74. n. 92.* vbi *n. 85.* etiam idem dicit in causa criminali, & in ciuili ardua. Quod autem ad remittendum tale iuramentum requiratur consensus vtriusque partis, nec satis sit, is tantùm remittat contra quem testes producuntur, dixi *ad cap. tertio loco, de probat. in gloss. 2.*

A parte.] Ergo non à iudice, Farin. *d. q. 74. n. 88.* 4 vbi *num. 91.* asserit in remissione iuramenti à partibus facienda non requiri iudicis consensum, de quo Mynsinger. *hic num. 4.* & Bernard. Græuæ. *d. consil. 2. num. 4.*

In gloss. *Remittatur,* ibi, *Sed quid dicas de iuramento calumniæ an possit remitti à parte parti.* Vide Marant. *de ordine iudic. p. 6. in 2. tit. de iureiur. in princip.* Guttier. *pract. lib. 1. q. 99. & in repet. d. l. nemo potest, n. 127.* Vivian. *Neapol. decis. 109. n. 2.* Matth. Coler. *decis. 117. n. 4. &* 5 Morl. *in emporio iuris, p. 1. tit. 11. in prælud. n. 23. vers. vnde,* Vincent. Carot. *de iuram. litis, decis. q. 21. n. 6.* Anton. del Re Tiburtin. *de iuram. calumniæ, c. 7. n. 5. cum seqq.* Camil. Borrel. *in sum. omnium decis. tit. 51. de iuram. calumniæ, à n. 9.* Mench. *illustr. c. 31. n. 41.* Leand. Galganet. *de iure publico, lib. 2. tit. 28. n. 2.* vbi quòd nec consuetudine illud remitti potest, Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 208. à n. 15.* ex quorum dictis colligitur iuramentũ calumniæ non posse remitti à partibus, quia introductum fuit ob vtilitatem publicam, & procedere text. *in l. 2. §. sed quia veremur, C. de iureiurando propter calumniam;* si tamen omittatur (dummodo ab altera partium exactum non sit) processum iudicij accidentalem, & procedere text. *in c. 1. de iuram. calumniæ, lib. 6.*

Vnde iuramentum calumniæ statuto tolli non 6 posse resoluunt Vivian. *d. decis. 109. n. 5.* Vincent. Carot. *d. q. 13. princ. n. 7.* Anton. del Re *d. c. 13. n. 1.* Surd. *decis. 18. n. 8.* Nec consuetudine, Vivian. *d. decis. 109. n. 3.* Carot. *d. q. 13. num. 7.* Anton. del Re *d. cap. 13. num. 4.* Nec Principis rescripto, nisi expressis verbis deroget, Anton. del Re *d. c. 13. n. 21.* Ludou. Rudolphin *de suprema, seu absoluta Principis potestate, c. 6. n. 43.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus necessarius in testem remouetur à iudicando, & alius subrogatur.*
2 *Fœminæ ex priuilegio Apost. possunt habere ius conferendi beneficia Ecclesiastica.*
3 *Iudex datus ad causam quando non venit ad sententiam, vel fuit recusatus, aut compromissum expirauit, potest esse testis.*
4 *Iudex testimonium ferre non potest in causa coram eo vertente, vel in qua fuit iudex.*
5 *Iudex si de re, super qua litigatur, veritatem sciat, potest recusari, vt testificetur.*

CAP. Dilecto. XL.

DElegatus quando cognoscitur esse necessarius 1 ad testificandum pro aliqua parte, remouetur à

delegatio

delegatione, & alius substituitur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Innocent. Anania, Host. Bald. Panorm. Felin. Henric. Anchar. Mynsing. Martin. Vran. Aretin. Butr. Guid. Papæ, Cujac. Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 172. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 269. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 2. cap.* 13.

Probat hic text. data necessitate testimonij posse litigantem postulare, vt iudex ab officio iudicandi remoueatur, & in causa suum proferat testimonium, ita gloss. *verbo vnicum, & verbo testis defectus*, Abb. *à n.* 4. Imol. *n.* 2. Bellam. *n.* 5. & Mynsing. *n.* 3. *in præsenti*, Aufrer. *de reprobat. testium n.* 60. Ioan. Baptista Costa *subsid. remed.* 70. *ill.* 2. Intellige procedere quando legitimè constat semota fraudis suspicione alios deficere testes per quos causa probari possit, vt eniuncunt verba huius text. ibi, *non nisi per ipsum, & alium vnicum tantum testem*, &c. quibus verbis apertè constat non existere alios testes per quos causa, de qua agitur, probari possit, confirmatur etiam ex aliis verbis, ibi, *eius institia valeat deperire*, quibus apertè text. significat deficiente iudicis testimonio posse amitti ius partis, quod quidem non aliter contingere potest, nisi quando alij deficiunt testes, per quos causa, de qua agitur, probetur, Intellige text. sic explanatum procedere etiam quamvis delegatus non in totum, sed quoad aliquam partem vices suas alteri commiserit, cùm enim adhuc iudex manere dicatur, iuxta text. *in cap. super quæstionum §. porrò, de officio delegati*, & sic manens iudex in eadem causa testis esse nequeat vtique data testificandi necessitate talis delegatus remouebitur: non sic dicendum est si in totum, & nihil sibi retinendo vices suas subdelegauerit, cùm enim delegatus, de quo *inpræsenti*, sit delegatus Pontificis, patet ibi, *duxerimus committendam*, & vti talis habeat potestatem subdelegandi, vt probat text. *in cap. pastoralis*, 28. *in princ. de offic. delegati*, vtique facta subdelegatione in totum iam delegatus iudex dici non potest, sed persona particularis, ac proinde propter necessitatem testificandi iam remoueri nequit ab officio, quòd non habet, iuxta regulam text. *in l. decem, ff. de verbor. oblig. & in cap. ad dissoluendum, de despons. impuber.* sic sanè iste talis non solùm in causa poterit testificari, verùm etiam coram illo, cui facta fuit subdelegatio, provt in specie tenet Bellam. *n.* 9. & 11. post gloss. *hic verbo recusatis.*

2 *Et Comitissam Flandrensem.*] Notatur ad hoc quòd fœminæ, ex priuilegio Apost. possunt habere ius conferendi beneficia Ecclesiastica, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 23. *n.* 13. & plures alios citatos *ad cap. dilecta* 12. *sup. de maiorit. & obed.*

3 *Testimonium Decani*, &c.] Notatur ad hoc quòd iudex datus ad causam, quando non venit ad sententiam, vel fuit recusatus, aut compromissum expirauit, potest esse testis, vt per Rebuff. *de reprobatione testium, num.* 277. Iudex enim testimonium ferre non potest

4 in causa coram eo vertente, vel in qua fuit iudex, vide Tiraq. *cessante causa, in princ. n.* 248. Cur. Philip. *p.* 1. §. 17. *num.* 11. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 73. Mascard. *de probat. conclus.* 950. *à princ. & præcipuè à n.* 7. *& concl.* 1357. *num.* 37. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *quæst.* 9. *num.* 15. Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 60. *num.* 8. *cum seqq.* Rota *decis.* 259. *n.* 8. apud Farinac. *p.* 1. *recent.*

5 *Ne igitur ob testis*, &c.] Notatur ad hoc quòd si iudex de re, super qualitigatur, veritatem sciat, potest recusari, vt testificetur, vt per Rebuff. *d tract. de reprobat. testium, n.* 282. vbi etiam tenet quòd si iudex iuret se nihil scire, non poterit recusari.

SVMMARIVM.

1 *Testes, quos reus induxit, recipiuntur & publicantur citato aduersario, ne probationis copia pereat.*
2 *Testes ad perpetuam rei memoriam examinari possunt ante litem contestatam ex parte rei, intellige, vt num.* 6.
3 *Ecclesia in dubio præsumitur libera nisi probetur subiecta.*
4 *Elogia non probant deficiente partis citatione.*
5 *Iuspatronatus transit ad hæredes quoscunque.*
7 *Opponi potest contra receptos testes ex parte rei ante litem contestatam.*
8 *Creditor potest debitorem suum conditionalem, vel in diem compellere, vt faciat sibi instrumentum debiti ad faciliorem probationem.*

CAP. Significauit. XLI.

TEstium & probationis copia quando timetur ne processu temporis desit, index citata parte 1
aduersa vt interest, debet examinare testes idoneos, quos altera pars offert, reducendo eorum dicta in publica instrumenta: similiter conficiat instrumentum super denuntiatione facta parti aduersæ vt interest. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imol. Anania, Hostiens. Butr. Panormit. Bald. Innoc. Henric. Boich, Felin. Mynsinger. Aretin. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 172. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 270. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *tit.* 12. *cap.* 14.

Timens ne processu temporis, &c.] Notatur ad hoc 2
quòd ex parte rei possunt testes examinari ad perpetuam rei memoriam ante litem contestatam, vt per Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 19. Mascard. *de probat. concl.* 683. *num.* 1. Bernard. Græuæum *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 102. *consid.* 2. Farinac. *in praxi crimin. part.* 2. *de oppositione contra examen testium, quæst.* 67. *à num.* 63. vbi *num.* 69. asserit quòd ille, qui potest esse actor, & reus testes ad perpetuam rei memoriam ante litem contestatam examinare valet.

Liberam eam esse volentes.] Notatur ad hoc quòd 3
Ecclesia in dubio præsumitur libera nisi probetur subiecta, vt per Mascard. *concl.* 585. *à n.* 1. Nam iuspatronatus est quædam Ecclesiæ seruitus, & quid Ecclesiæ onerosum, Roch. *de iurepat. verbo, & dotauit* 1. Menoch. *cons.* 90. *n.* 1. Mascard. *concl.* 585. *n.* 2.

Fundationis tempore, &c.] Notatur ad hoc quòd iuspatronatus acquiritur etiam absque alia reseruatione dummodo expressè non sit remissum, vt per Abb. *not.* 1. Felin. *n.* 2. *in præsenti* Rot. *decis.* 5. *de iurepatr. in antiq.* Roch. *in verbo Ecclesiam fundauit, q.* 8. *n.* 12. Lambertin. *lib.* 1. *p.* 1. *q.* 2. *art.* 4. *n.* 12. & 14. & *q.* 6. *art.* 2. *n.* 11. Staphil. *de literis gratiæ, tit. de modo & form. impetrat.* § *sequitur videre, n.* 5. Bero. *rub. de iurepatr. n.* 81. & 82. *& in c.* 3. *n.* 55. *illo tit.* Rot. *decis.* 167. *n.* 4. *p.* 2. *diuers. & decis.* 800. *n.* 4. *p.* 4. *diuers. & decis.* 421. *n.* 2. *& decis.* 674. *n.* 1. *p.* 2. *recent. vbi quod sæpe in aliis causis* Rot. *sequuta est hanc opinionem, vt in decis.* 517. *n.* 2. *p.* 1. *recent. & decis.* 421. *n.* 2. *p.* 1. *recent. refert & sequitur* Florentil. *in annot. ad decis.* 1. Buratti *n.* 14. *lit. B.*

Denum

4 *Denuntiando.*] Notatur ad hoc quòd deficiente partis citatione elogia non probant, vt per Farin. *p.1. cons.75. num.105.* Non sufficit tamen hoc casu denuntiatio ad domum, Tiraq. *de retractu lig.§.9 gloss.2. num.5.*

5 *Vel eorum hæredibus.*] Notatur ad hoc quòd iuspatronatus transit ad hæredes quoscunque, vt per Cou. *var.lib.2.c.18.n.6.* Perez *l.1.verbo deuen succeder in sus-derecho, tit.6.lib.1.Ordin. pag.mihi 139.*

6 In gloss. *Testes*, ibi, *& nota quòd hac publicatio*, &c. Notatur ad hoc quòd ex parte rei possunt testes examinari ante litem contestatam, & ad perpetuam rei memoriam, quando reus examinat testes pro sua defensione, siue exceptione; secus si pro actione, & impugnatione, vt per Farin. *d.q.76.n.75.*

7 In ead.gloss.ibi, *Item contra illos*, &c. Notatur ad hoc quòd contra receptos testes ex parte rei ante litem contestatam potest opponi non solum contra eorum dicta, sed etiam contra personas, vt per Farin. *d.q.76.num.80.* vbi *num.81.* intelligit ante publicationem.

8 In gloss. *Monumenta.* Notatur ad hoc quòd creditor potest debitorem suum conditionalem, vel in diem compellere vt faciat sibi instrumentum debiti ad faciliorem probationem, ne postea super debito debeat litigare, vt per Anton.Gom. *l.40. Tauri, n.29. vers.secundo*, Vinian. *tom.1.communium opin.lib.4.tit.2. n.169. pag.463.* Nam generale est vt quis possit petere instrumentum sibi fieri de contractu, cogaturque altera pars ei instrumento conficiendo consentire, vt per Tiraq. *de retractu lig.§.29.gl.5.n.1.*

SVMMARIVM.

1 *Testes etiam antiqui publicatis attestationibus possunt produci si materia antiqui capituli repetitur aliquo addito, quod subiicitur necessitati probandi, & n.2.*

3 *Testis, qui semel productus dicit se nescire, & nunc iteratò deponit super eodem negotio, non dicitur varius.*

4 *Contractus tempus inspiciendum est.*

CAP. Cùm causa. XLII.

1 TEstes iidem qui fuerunt pro vna materia in vno Capitulo, possunt iterum recipi in eadem materia pro alio Capitulo, vt qui testificati sunt excessum deceptionis, possunt testificari quantitatem valoris. Colligunt ex Ord.Abb.antiq. Innoc.Collect. Zabar. Bellam.Ioan.Andr.Imol.Anan.Host.Henric. Anchar. Butr.Panorm. Felin. Bald. Aretin. Mynsing. Martin. Vran.Guid.Papæ, Cujac.Viu. *in ration.secundi libri iuris Pontif. pag.173.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag.270.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant.Aug. *collect.3.Decret.lib.3.sub tit.de empt.c.2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Xuar. *alleg.5.n.5.* vbi etiam tenet quòd nouus articulus dicitur ille, qui directò contrariatur primo, si addatur aliqua qualitas non deducta, quia tunc censetur nouum caput.

3 In gloss. *Ad alium.* Notatur ad hoc quòd testis, qui semel productus dixit se nescire, vel recordari, & nunc iteratò deponit super eodem negotio, non dicitur varius, vel vacillans, imo valet eius dictum, vt per Hyppol. *in l.ex libero, in princ.n.12. ff.de quæst.* Bernard. *reg.754.*

4 In gloss. *Tempore*, ibi, *tempus enim contractus inspiciendum est.* Vide Perez *l.2. gloss. pag.340. in princip. tit.23.lib.2.Ordinam.*

CAP. Albericus. XLIII.

SEntentia lata à iudice si per scripturam non appa- 1
ret, debent recipi testes, & in publicam scripturam redigi, v.g. sententia diuortij, si non apparet in scriptis, probari potest per testes, ne filij sint illegitimi. Colligunt ex Ordin.Abb. anttiq.Innoc. Collect.Zabarell.Bellam Ioan.Andr.Imol. Anan.Panorm.Anch. Host.Bald.Felin.Henric. Boich.Butr. Mynsing. Aret. Martin.Vran.Guid Papæ, Viuian. *in ration.secundi libri iuris Pontif. pag.173.* Alagona *in compend.iuris Canon. pag.270.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Anton.Aug. *collect.4.Decret.lib.2. tit.7.c.2.*

Quod in scriptis redacta non fuit.] Dum text.iste dicit recipiendos esse testes ad hoc, vt constet de sententia prolata, iam probat illam quidem valere, licèt in scriptis non proferatur, quæ quidem resolutio est contra communem Doctorum sententiam, quos citaui *in collect.ad lib.2.tit.19.c.11.n.39.* & hac communi sententia retenta, quam etiam probant Boër. *decis. 258.n.60.* Abb.Felin. & Alij *in præsenti*, respondendum est cum gloss. *verbo in scriptis*, & Doctoribus communiter *in cap.quoniam contra, de prob.*text. *in præsenti* procedere specialiter in causa matrimoniali, de qua agit, patet ibi, *matrimonij quæstio verteretur* & ibi, *lata fuit diuortij sententia.* Vel melius dicendum puto hunc text.non agere vtrum sententia definitiua in scriptis, vel illis proferenda sit, sed supposito (vt sunt termini habiles iuxta communem DD. sententiam) quod in scriptis profertur, illius publicatio sit redigenda in acta, & per notarium publicum adhuc effectum scribenda, quæ reductio facienda est ad hoc vt actis iudicialibus publicam fidem faciat, patet ex text.ibi, *in scriptis redacta non fuit.*

Rediqi facientes.] Notatur ad hoc quòd tenor scripturæ, quæ pro forma requiritur, si sit amissa, probatur per testes, Anton. Gomez *ad l.41. Tauri, n.2.* Qualiter verò probetur amissio, vide Seraphin. *de priuilegiis iuramenti, priuil. 37.* Surd. *cons.199.n.8.cum seqq.* Farin. *fragment. crimin. p.1.lit.A.n.207.cum seqq.* Bernard. Græuæum *ad practicam Cameræ Imper. lib.2. concl.37.n.7.* Viuian. *tom.1.communium opin.lib.4. tit.9. n.75. vers.declaratur etiam, pag.486 in fine*, Bellacomb. *tom.2 lib.7. tit.14. n.91. pag.264.* Alex. Trentacinq. *var.resol lib.2.tit.de fide instrum.resol.6.* Vinc. Honded. *cons.9.vol.1.*

SVMMARIVM.

1 *Summarium collige prout in conclusione text.*

2 *Senioribus maior fides adhibetur.*

3 *Testes examinati in vno iudicio ad vnum finem non prohibentur quandocunque in alio iudicio recepti ad alium finem.*

4 *Testes in matrimonij probatione publicatis attestationibus examinari possunt.*

5 *Testis dicat contrarium in secundo iudicio ei, quod dixit in principio, non valet dictum eius.*

CAP. Cùm in tua. XLIV.

QVando esset fama quòd contrahentes sint con- 1
sanguinei, & ad tollendum scandalum duode-

cim propinqui iurant nullam esse consanguinitatem, si post contractum matrimonium tres, vel quatuor testantur esse parentelam, tunc si primi testes iterum iurant, vel alij non esse consanguinitatem illi prænalebunt, alias secundi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Felin. Butr. Bald. Panorm. Anchar. Aretin. Mynsing. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag.* 174. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 271. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 7. *c.* 3.

2 *Antiquiores tempore.*] Notatur ad hoc quòd senioribus maior fides adhibetur, vt per Tiraq. *in præfat. de iureprimog. n.* 148. *cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 1295. *& concl.* 1296. *n.* 4. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 47. *n.* 3. Rebuff. *de reprob. testium, n.* 125. Cardos. *in praxi iudicum, verbo, testis, n.* 79. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *q.* 65. *n.* 175.

3 *Quanquam autem ad aliud*, &c.] Notatur ad hoc quòd testes examinati in vno iudicio ad vnum finem non prohibentur quandocunque in alio iudicio repeti ad alium finem, vt per Farin. *in praxi crimin. q.* 66. *n.* 301.

4 *Quòd partes testificata didicerant*, &c.] Notatur ad hoc quòd in matrimonij probatione possunt testes publicatis attestationibus, iisdémque didicitis examinari, vt per Mascard. *de probat. concl.* 1024. *n.* 1. *cum seqq.* Mascard. *de arbitr. lib.* 1 *q.* 34 *n.* 7. Aloys. Ricc. *in collect. decisionum, p.* 5. *collect.* 1769. latè Farin. *d. p.* 2. *q.* 75. *n.* 383. *cum seqq.*

In ead. gloss. *In hoc casu, vlt. in fine, ibi, tamen si testis*
5 *dicat contrarium in secundo iudicio ei, quod dixit in principio, non valet dictum eius.* vide Perez *l.* 3. *gloss.* 1. *pag.* 105. *col.* 1. *ante med. tit.* 4. *lib.* 8. *Ordin.*

SVMMARIVM.

1 *Summarium collige prout in conclusione text.*
2 *Nobiles tenentur de facinoribus suorum famulorum.*
3 *Delictum à famulo, vel filio, aut amico perpetratum præsumitur factum de mandato domini, patris, vel amici, in cuius commodum resultauit.*

CAP. Constitutis. *j.* XLV.

1 EXcommunicari potest præsumens impedire aliquem in producendis testibus. Item qui iurat veritatem non dicere, tenetur seruare iuramentum. Item quando consanguinei rei præsumuntur impedire aliquem ne testificetur contra reum, punietur ipse reus & si sit Archiepiscopus suspenditur à Pontificalibus, dum eius consanguinei impediunt, ne quis testificetur ipsius simoniam, quia præsumitur impedimentum non dari reo inuito, & sic suspenditur donec parentes desistant à tali præsumptione. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Felin. Hostiens. Bald. Panormitan. Butr. Ancharan. Aretin. Henric. Boich, Mynsinger. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 174. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 271. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decret. lib.* 2. *tit.* 7. *cap.* 4.

2 *Quia verisimile est*, &c.] Notatur ad hoc quòd nobiles tenentur de facinoribus suorum famulorum, vt per Tiraq. *de nobilit. q.* 37. *n.* 134.

Si quis autem de consanguineis, &c.] Notatur ad hoc quòd delictum à famulo, filio, consanguineo, vel amico perpetratum præsumitur factum de mandato domini, patris, consanguinei, & amici, in cuius commodum, vtilitatem, & satisfactionem tale delictum resultat, vt per Franc. Marc. *decis.* 423. *n.* 5. *&* 6. *p.* 1. Plac. *de delictis, lib.* 1 *c.* 14. *n.* 4. Menoch. *cons.* 53. *n.* 3. *cum seqq.* D. Barbos. *in l. si mora, n.* 32. *ff. soluto matrim.* vbi intelligit si delictum famulorum habet causam successiuam, & dominus paritur famulos in illos persistere, nam absolutè verùm non est delictum præsumi factum de mandato domini. Anton. Gom. *var. tom.* 3. *c.* 3. *n.* 47. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 47. Mascard. *de probat. concl.* 1003. *n.* 36. *& concl.* 1012. *n.* 2. *& concl.* 1300. *n.* 1. *cum seqq.* Farin. *p.* 4. *cons.* 26. *n.* 9. *& cons.* 55. *n.* 29. *& p.* 5 *q.* 134. *n.* 70. *&* 89. Surd. *de alimentis, tit.* 9 *q.* 26. *n.* 117.

SVMMARIVM.

1 *Testes etiam aliàs productos procedere potest qui testificata non didicit, nec renuntiauit testibus producendis super antiquis capitulis, seu articulis.*
2 *Marchio non desinit nobilis appellari.*
3 *Mulier etiam se defendendo fortitur forum viri.*
4 *Testes alios nominare & producere potest qui vltra iam nominatos, & examinatos ante didicita testificata.*

CAP. Constitutis. *ij.* XLVI.

QVando impeditur ingressus ad iudicem, potest 1
appellari à sententia quæ fertur. Item si parentes adhuc non didicerunt testificata, nec renuntiarunt testibus producendis, possunt iterum iidem, vel alij testes produci in alio iudicio. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Bald. Aretin. Mynsinger. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 175. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 271. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 7. *c.* 5.

Nobilis viri Marchionis.] Notatur ad hoc quòd 2
Marchio non desinit nobilis appellari, vt per Tiraq. *de nobilit. c.* 6. *n.* 5.

Ipsa volente ad ipsum, &c.] Notatur ad hoc quòd 3
mulier etiam se defendendo fortitur forum viri, vt per Tiraq. *l.* 1. *connub gl.* 1. *p.* 1. *n.* 33.

Cum non renuntiauerint testibus producendis.] Nota- 4
tur ad hoc quòd ante didicita testificata, etiam post publicationem potest quis alios testes nominare, & producere vltra iam nominatos, & examinatos, vt per Surd. *decis.* 153. *n.* 1. *in fine, & n.* 2. Farin. *p.* 4. *cons.* 73. *n.* 1. nam prohibitio quòd quis non possit didicitis testificatis alios testes examinare, locum non habet, quando non essent testificata, vel omnino, vel non plenè didicita, Mascard. *de probat. concl.* 1239. *n.* 29.

SVMMARIVM.

1 *Testimonium de auditu ad probandam consanguinitatem in causa matrimoniali quibus concurrentibus valeat, ostenditur.*
2 *Consanguinitatem probant testes de auditu si sint personæ graues, & deponant à maioribus audiuisse ante litem motam.*

3 *Affinitas,*

3 *Affinitas, & consanguinitas potest probari per testes.*
4 *Antiquioribus magna fides adhibetur.*
5 *Iuramentum quando requirit quòd propria manu alicuius fiat, non potest iurari per alium.*
6 *Testes de auditu ad probandam consanguinitatem debent specificare singulos gradus dempto stipite.*
7 *Qualitas probanda est ab eo, qui in ea se fundat.*
8 *Opinio alicuius Doctoris matrimonium sustinentis præfertur sententiæ illud impugnantium.*

CAP. Licèt ex quadam. XLVII.

1 OLim quando impedimentum consanguinitatis erat vsque ad septimum gradum, licèt admitterentur testes de auditu, nunc quia est ad quartum gradum non admittuntur, nisi fortè essent personæ graues, quæ ante motam litem audierint hæc à suis antiquioribus saltem duobus non infamibus, & suspectis, sed fide dignis, & omni exceptione maioribus. Item sufficit si vnus audiuit à pluribus, vel si multi infames ab hominibus bonæ vitæ audierint. Item tales testes in suo iuramento iurent etiam quòd non odio, amore, timore, vel commodo testificentur, & singulos gradus ab vtroque latere nominando, vel circumloquendo personas distinguant, & iurent se accepisse à maioribus quod deponunt, & credere ita esse; iurent etiam se vidisse personas saltem in vno prædictorum graduum constitutas se pro consanguineis habere, nam tolerabilius est dimittere aliquos copulatos contra statuta hominum quàm legitimè coniunctos contra statuta rei dissoluere. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Panorm. Bald. Butr. Felin. Henric. Boich, Anchar. Martin. Vran. Mynsing. Aretin. Guid. Papæ, Cujac. Vivian. *in ration. 2. libr. iur. Pont. pag.* 175. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 271. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* desumitur ex Concil. generali Lateran. sub Alex. III. *c.* 52. refertur ab Anton. Aug. *collect. 4. Decret. lib. 2. tit. 7. c. 6.*

2 Collige ex text. testes de auditu consanguinitatem probare si sint personæ graues, & deponant à maioribus audiuisse ante litem motam, nam si post litem motam nullam fidem facerent, etiam interuenientibus aliis *in hoc text.* requisitis, quorum si vnum deficiat, nullam penitus fidem testes faciunt, vide Gregor. *l. 1. tit. 9. p. 4.* Cou. *de sponsal. p. 2. c. 6.* §. 10. *n.* 21. Mich. Grass. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. n.* 181. *pag.* 532. *& n.* 190. *pag.* 533. Nauar. *cons. 2. sub tit. de consanguinit. in nouis*, Rebuff. *de reprobat. testium, n.* 51. *vers. saluatur*, Mascard. *de probat. concl.* 410. *& concl.* 511. *& concl.* 104. *& concl.* 395. *& concl.* 1035. *n.* 10. Guttier. *canon. lib. 1. c. 11. n.* 34. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 18. §. 1. *n.* 5. Surd. *decis.* 145. Sanch. *de matrim. lib. 1. disp.* 71. *n.* 11. Guttier. *eod. tract. c.* 36. *n.* 11. Cald. Pereira *de empt. & vendit. c. 21. n.* 15. Perez de Lara *de capellaniis, & anniuers. lib. 2. c. 4. n.* 12. Fulu. Pacian. *de probat. lib. 1. c. 9. n.* 43. latè Farin. *in praxi crimin. q.* 69. *n.* 103. *cum seqq.* Et extra casum matrimonij, & successionis cessare dispositionem huius text. asserit Cabed. *Lusit. decis.* 73. *n.* 13. *p. 2.* vbi etiam tenet quod quando agitur de consanguinitate non propter consanguinitatem, sed propter aliud consequendum, sufficit probare quasi possessionem consanguinitatis. Aduerte quòd super hunc text. Ioan. Baptista Costa *de remed. subsid. remed.*

3 *Testes.*] Ergo affinitas, & consanguinitas potest probari per testes, vt per Mascard. *de probat. concl.* 69.

Ab antiquioribus.] Antiquioribus enim magna fides adhibetur, vt per Tiraq. *de iure primog. in præfat. n.* 148. *cum seqq.* 4

Proprio iuramento.] Notatur ad hoc quòd quando iuramentum requirit quòd propria manu alicuius fiat non potest iurari per alium, vt per Cou. *in cap. quamvis pactum, de pactis, lib. 6. p. 1. §. 5. n. 9. col. 3.* Rebuff. *in tract nominat. q.* 10. *n.* 12. 5

Singulos gradus.] Notatur ad hoc quòd testes de auditu modo *suprà* relato ad probandam consanguinitatem debent specificare singulos gradus consanguinitatis dempto stipite, vt per Farinac. *d. quæst* 69. *num.* 117. 6

Notatur etiam ad hoc quòd qui vult tanquam ex agnatis, cognatis, vel descendentibus, succedere, qualitatem illam probare debet, vt per Cou. *var. lib. 2. c. 6. n. 6.* Tiraq. *de retractu lig. §. 1. gloss. 16. à n.* 1. Dec. *cons.* 156. Mascard. *de probat. concl* 410. *n.* 21. Menoch. *cons.* 521. *n. 6. cum seqq.* 7

Tolerabilius est aliquos, &c.] Notatur ad hoc quòd singularis opinio alicuius Doctoris matrimonium sustinentis præfertur, vt per Sanch. *de matrim. lib. 1. disp.* 18. *n. 7. & lib. 7. disp.* 103. *n.* 5. 8

In gloss. *Personæ.* De grauitate morum dixi *ad cap. cùm in cunctis, verbo, grauitas morum, sup. de elect.* 9

In gloss. *Ab vno.* Notatur ad hoc quòd testibus de auditu fides non adhibetur si ab vno tantùm dici audiuerint, vel non nominarent à quibus audiuerint, vt per Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap. 21. n. 15. in fine.* 10

SVMMARIVM.

1 *Attestationum publicatione facta non possunt ad partis instantiam testes vllo pacto repeti, nisi per malitiam, vel negligentiam examinatio rite facta non esset, & n 2. & 3.*
4 *Testes super omissis interrogatoriis non modo ante publicationem, sed etiam post eam repetendi sunt.*
5 *Testis si culpa partis diminutè, & imperfectè deponat, non potest index ad instantiam partis post publicationem testium eundem examinare, nisi contrariam partem grauando, secus si culpa iudicis malè examinatus sit.*

CAP. Per tuas. XLVIII.

Honor. III.

SI pars post interrogationem testium petat iterum interrogari, non est audienda nisi ex malitia, vel negligentia examinatorum non fuisset interrogatum super certis articulis. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Host. Bald. Butr. Felin. Aretin. Mynsing. Martin. Vran. Cujac. Vivian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 176. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 272. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1.* 1

Collige ex text. quod facta attestationum publicatione non possunt ad partis instantiam testes vllo pacto repeti, vt per Clar. §. *fin. q.* 53. *vers. quartus est casus, ad fin.* Paul. de Castr. *cons.* 369 *incip. in casu*, Alex. *cons* 104. *circa primum, vol.* 5. latè Farin. *in praxi crimin. p. 2. tit. de oppos. contra dicta testium, q.* 66. *num.* 255. *cum multis seqq.* vbi *num.* 256. ampliat etiamsi fiat ad effectum declarandi dubiam testium depositionem, *& num.* 276. limitat ad effectum, vt rationem dicti 2

reddant, & *n.*294. quando ad eos noua pervenit notitia ex meliori forte recordatione, & *n.*295. quando testium depositiones essent deperditæ, & *n.*298. de consensu partium, & *à n.* 299. plures alias refert limitationes. An autem in depositione testium sit pars citanda, vide Cæs. Barz. *Bonon. decis.*237. Camil. Borrel. *in summ. omnium decis. tit.*44. *de cit. n.*145. Hyppol. *in l. de vnoquoque n.*76. *ff. de re iudic. & in l.*1. §. *fin. n.*34 *ff. de quæstionibus.*

3 *Idque malitiosè, vel negligenter*, &c.] Notatur ad hoc quòd super articulis possunt testes repeti iam pridem attestationum publicatione facta, vbi vel per malitiam, vel per negligentiam examinatio ritè facta non esset, vt per Gabr. *commun. lib.*1. *tit de testib. concl.*21. *n*20. *cum seqq.* Farin. *d. q.*66. *n.*280. & *n.*282. resoluit quòd in dubio testis non bene examinatus, iudicis dolo, & negligentia præsumitur non bene examinatus.

4 Notatur etiam ad hoc quòd non modo ante publicationem, sed etiam post eam testes super omissis interrogatoriis repetendi sunt, vt per Mynsing. *in præsenti, n.*4 *& centur.*1. *obseru.*32. Anton. Gabr. *d. conclus.*21. *n.*21. Menoch. *de arbitr. lib.*1. *q.*34. *n.*15. Bernard. Græuæ. *ad practic. Camera Imper. lib.*1. *concl.*95. *consid.*2. *num.*4.

5 In gloss. *2 Audiendum*, 1. Notatur ad hoc quòd si culpa ipsius partis testis diminutè, & imperfectè deponat, vt quia deficit aliquid in interrogatoriis, tunc iudex ad instantiam partis post publicationem testium minimè poterit eundem examinare, nisi contrariam partem grauando, secus si culpa iudicis malè examinatus est vel obscurè deponat, vide Tiraq. *in l. boues, §. hoc sermone, n.*11. *limit.*1 *ff. de verbor. signif.* Menoch. *de arbitr. lib.*1. *q.*34. *n.*15. Guttier. *pract. lib.*1. *quæst.*57.

SVMMARIVM.

1 *Testes probatorios, & reprobatorios probatoriorum reprobare licet, sed reprobatorios reprobatoriorum non licet.*
2 *Repulsæ testium sunt defensiones.*
3 *Testes non improbati in prima instantia possunt in secunda improbari, præcipuè si pars ignorauerit vitia*, &c.
4 *Repulsæ testium si non recipiantur, potest appellari.*
5 *Exceptionem infamatoriam contra testem opponens, & non probans tenetur actione iniuriarum.*

CAP. Licèt dilectus. *ij.* XLIX.

1 TEstes contra personas testium in negotio principali admittuntur, & similiter secundò testes contra testes, sed vltra non licet admittere quartos testes reprobatorios, ne lis diutiùs protrahatur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anchar. Felin. Panorm. Bald. Aretin. Mynsing. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.*177. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*272. remissiuè Casal *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. & 2.

2 *Mandamus quatenus recipiatis*, &c.] Nam repulsæ testium sunt defensiones, Lap. *allegat.*82. *num.*9. Auendan. *resp.*21. *n.*1. *vers. istud tamen, in fine*, Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi seu examinandi processum, c.*9. *de repulsis contra dicta testium,*
3 *n.*21. Itaut testes non improbati in prima instantia possint in secunda improbari, præcipuè si pars ignorauerit vitia testium, vel repulsa falsitatis, aut corruptionis sit, vide Afflict. *decis.*226. Auend. *d. resp.*21. *n.*7. *lib.*1. Garc. Mastrillo *Sicil. decis.*78. Thesaur. *Pedem. decis.*259. *n.*1. Guttier. *pract. lib.*1. *q.*64. Perez *l.*1. *gloss. tachar los testigos, vers. dubitatur, tit.*4. *lib.*3. *Ordinam.* Alphons. à Villadieg. *ad l.*8. *n.*2. *tit.*4. *lib.*2. *del fuero iuzgo*, Soar. de Pace *in pract. tom.*1. *p.*1. *temp.*8. *n.*7. Et 4
si non recipiantur huiusmodi repulsæ possit appellari, Menoch. *remed.*4. *adipisc. n.*817. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.*38. *n.*4. & 7. Valasc. *cons.*47. *n.*6. Surd. *decis.*36. *n.*17. Aduertere tamen oportet improbanti- 5
bus testes, vt iniuriosam repulsam in iudicio non afferant, nisi illam probare possint, quia si excipe-rent contra testes, actorem, vel accusatorem, illos infamando, & talem infamatoriam exceptionem non probauerint, iniuriarum actione tenerentur, vide Clar. *in pract. lib.*5. §. *fin q.*53. *n.*4. Gregor. Lopez *l.*14. *tit.*14. *p.*5. Boër. *decis.*145. *in fin.* Perez *d. lib.*1. *vers. dubitari solet, pag.*556. Bellacomb. *tom.*2. *commun. opin. lib.*9. *tit.*25. *n.*56. *pag.*519. Rebuff. *de reprobat. testium, n.*2. Soar. de Pace *d. p.*1. *temp.*9. *n.*22. Cur. Philip. *p.*1. §.17. *num.*13. Farinac. *in praxi crimin. part.*3. *q.*105. *n.*233. *cum seqq.* & addit. ad eius *cons.*30. *vers. sic & excipiens*, plures refert Cened. *ad Decret. collect.*146. *n.*4. *in med.*

Voluerit reprobare, &c.] Notatur ad hoc quòd re- 6
probatio testium est de sui natura odiosa, vt tenent *in præsenti*, Innoc. *in fine*, Host. *n.*1. Butr. *n.*3. Aret. *n.*8. Card. & Abb. *n.*1. *in fine*, Marant. *de ordine iudic. p.*6. *in 3 actu, n.*21. Butr. *decis.*510. *n.*1.

SVMMARIVM.

1 *Attestationes receptæ per arbitrum fidem faciunt in iudicio si testes mortui sunt, si viuunt, est in optione illius, contra quem testes producti sunt, an velit attestationes recipere, an testes de nouo deponere.*
2 *Prælatus sub nomine dignitatis compromittens super rebus Ecclesiæ compromissum transit ad successorem eo mortuo.*
3 *Compromissum per absentiam expirat.*
4 *Testium dicta coram arbitro receptorum in ordinario iudicio non contradicente aduersa parte probationem inducunt, iisdem verò reproductianis tempore mortuis etiam aduersario reluctante fides adhibetur.*

CAP. Præsentata. L.

ARbitri postquam acceperunt testes, & publica- 1
runt attestationes, si contingat arbitrium dissolui propter mortem, vel absentiam arbitrorum, scripturæ sigillate deferri debent ad iudicem Ordinarium, iudex autem dare debet optionem, vt vel admittat contra se testificationes receptas eorum, qui adhuc viuunt, vel si eas nolint, consentiant vt iterum de nouo iidem testes recipiantur, saluo semper iure, quod parti competit, excipiendi in personas, vel in dicta testium. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Bald. Aretin. Mynsing. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.*177. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*272. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. & 2.

Quondam prædecessorem suum.] Notatur ad hoc 2
quod quandocunque Prælatus sub nomine dignitatis compre

compromisit super re ipsius Ecclesiæ, tunc compromissum transit ad successorem eo mortuo, vt per Duen. *reg.* 128. *limit.* 4. Couar. *in cap. requisisti, num.* 5. *de testam.* vbi ampliat cum Aretin. *hic col.* 1. etiamsi factum sit nomine proprio Prælati expressò, & contra eundem Aretin. etiam ampliat, quamvis compromissum fiat inter Ecclesiam, aut Prælatum super re Ecclesiæ, & priuatum aliquem, nam quamvis hoc compromissum non transeat ad hæredes illius priuati, transit tamen ad successorem Prælati, quia nomine Ecclesiæ censetur factum, quæ morte non extinguitur.

3 *Qui distat per duodecim diætas,* &c.] Notatur ad hoc quòd per absentiam expirat compromissum, vt Aret. *hic n.* 4. & Felin. *n.* 2. Rota *decis.* 398. *n.* 7. apud Farin. *p.* 1. *recent.* vbi intelligit de absentia longæua, & diuturna.

4 *Iuxta huiusmodi acta fine debito terminetis.*] Notatur ad hoc quòd dicta testium coram arbitro receptorum in ordinario iudicio non contradicente aduersa parte, probationem inducunt, vt per Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 103. *consid.* 1. Iisdem verò reproductionis tempore mortuis etiam aduersario reluctante fides adhibetur, vt per Mascard. *de probat. concl.* 33. *n.* 12. Honded. *cons.* 17. *num.* 70. *vol.* 1. Viuian. *Neapol. decis.* 78. *num.* 1. Surd. *decis.* 103. *num* 3. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 75. *num.* 116. Nisi parti, quæ his testimoniis nititur, aliqua culpa quare eos viuentes non potuisset repeti, imputari queat, Vincent. de Franc. *Neapol. decis* 345. *sub num.* 9. *versic. hæc tamen decisio*, Bernard. Græuæ. *d consid.* 1. *num.* 4. vbi *num.* 5. post Farinac. resoluit quòd dicta testium coram arbitro receptorum ab aduersario acceptata absque repetitione probant. An autem testes coram arbitro recepti postea repetendi de nouo iurare teneantur? vide Mynsing. *hic num.* 9. Mascard. *concl.* 33. *num.* 9. Farinac. *in d. praxi crimin. quæst.* 74. *num.* 48.

Vel eas respuentes, &c.] Ex hoc text. colligunt nonnulli Doctores attestationes receptas in vno iudicio, & in eodem non publicatas in alio etiam inter easdem personas non esse admittendas, idem videtur probare text. *in cap. causam, quæ* 19. ibi, *& eorum attestationes publicatæ, suprà hoc tit.* tradunt in effectu gloss. *verbo proponenda in cap. fin. de probat. & verbo nocumentum, in cap. inter dilectos, §. porrò, de fide instrument.* Bald. *in l.* 2. *à n.* 21. vbi Alexand. *num* 22. *C. de edendo*, Mascard. *de probat. concl.* 33. *à princip.* Intellige procedere quando testes non à iudice, sed ab arbitro sunt recepti, patet ex litera huius text. ibi, *super hoc arbitros elegerunt*, quo casu text. iubet, vt reseruata maneat optio circa receptionem testium, de quibus agit, & illorum repulsionem ad effectum, vt iterum examinentur, patet ex *versic. Discretioni.* Vnde huic explicationi iam non refragatur text. *in d. cap. causam, quæ*, vbi agens de testibus receptis à iudicibus, patet ex principio eiusdem, ibi: *Iudicibus constituit illos non aliter coram aliis iudicibus in alio iudicio esse admittendos, quàm si illorum dicta fuerint publicata*, patet ex eodem text. *in versic. iudicibus*, ibi, *& eorum attestationes publicatæ*, &c. Respondetur enim in illo text. non supponi defectum receptionis in testibus propter defectum publicationis, sed propter alium defectum, quem poterant habere, quin imo potest retorqueri text. ille si aduertas ibi ea de causa fuisse factam mentionem de publicatione attestationum, quia prætendebatur ostendi quòd noua testium receptio non impediebatur propter publicationem, quæ præcesserat, iuxta tradita *in cap. præsentium, suprà hoc titulo*, tantum abest, vt defectus illius inducere nullitatem testium, qui ibidem à iudicibus fuerunt recepti.

SVMMARIVM.

1 *Testi etiam Religioso non creditur qui sine iuramento deponit.*
2 *Religiosus potest esse testis interueniente superioris licentia.*
3 *Professio non præsumitur, sed probanda est quoties facta negatur.*
4 *Religiosi possunt adhiberi testes in testamento, in quo eorum Monasterium hæres institutum est, vel illi legatum.*
5 *Testi, qui non iurat, minimè creditur.*
6 *Baptizatus vtrum aliquia sit, creditur vni testi.*
7 *Consecratio Ecclesiæ probatur per vnum testem.*

CAP. Nuper. LI.

NVlli testi quamvis Religioso credi debet in præiudicium alterius nisi iuret. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Host. Bald. Panorm. Butr. Anchar. Aretin. Mynsinger. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 178. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 272. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. 1

Collige ex text. religiosum posse esse testem, vt per Ias. *in auth. ingressi, n.* 20. *C. de sacros. Eccl.* vbi Tapia, *§. ideoque nec de his, c.* 1 *n.* 93. Clar. *§. testament. q.* 55. *n.* 7. Burg. de Pace *l.* 3. *Tauri, p.* 1. *n.* 406. Molin. *de iustit tr.* 2. *disp.* 127. *§. vtrùm autem*, Farin. *in praxi crimin. quæst.* 61. *n.* 126. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 13. *à n.* 100. vnanimiter resoluentes religiosum posse esse testem tam iudicialem, quam cuiuscunque instrumenti, seu testamenti, interueniente tamen superioris licentia, vt tenent Campeg. *de testib. reg.* 94. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de clerico teste, §.* 3. *n.* 1. Anton. Fab. *in suo C. sub hoc tit. de fin.* 10 *num.* 2. Sanch. *d. c.* 13. *n.* 103. licèt enim nullam exigi superioris licentiam, vt Monachus testis instrumentarius sit, defendant Greg. *l.* 9. *verbo, ni los fieruos, tit.* 1. *p.* 6. Sanch. *d. cap.* 13. *n.* 106. & plures quos refert, & sequitur Burg. de Pace *vbi proximè, n.* 407. *&* 408. verius multò est prædicta licentia opus esse, provt resoluunt Mascard. *de probat. concl.* 260 *num.* 2. *&* 3. Ioan. de Amicis *cons.* 137. *n.* 22. Farin. *d. q.* 61. *n.* 130. Cæterùm si religiosus testificatur absque superioris licentia coram iudice non suo, valet eius testimonium, Burg. de Pace *d. n.* 407. Molin. *citato loco*, Farin. *d. q.* 61. *n.* 134. Fulu. Pacian. *cons.* 162. *n.* 75. *vol.* 1. Sanch. *d. c.* 13. *n.* 108. Bellet. *d. §.* 3. *n.* 4.

Quòd idem Presbyter professionem fecisset.] Notatur ad hoc quòd professio non præsumitur, sed probanda est quoties facta negatur, per Mascard. *de probat. concl.* 1237. *n.* 2. *cum seqq.* & probari potest per testes, secundùm Bald. *n.* 5. Felin. *n.* 1. *vers. item facit*, & Aretin. *n.* 4. *in præsenti*, Bero. *consil.* 29. *num.* 10. *lib.* 1. Caualer. *decis* 271. *n* 4. 3

Quosdam Ordinis sui testes induxit.] Notatur ad hoc quòd testes Monachi, ac fratres minores possunt adhiberi in testamento, in quo eorum Monasterium hæres institutum est, vel illi legatum, seu donatio pro fabrica Ecclesiæ relinquitur, vt per Armil. *in sum. verbo testamentum, num.* 8. Mandos. *de priuilegiis ad instar, gloss.* 7. *&* 8. Farin. *in praxi crimin p.* 2. *q.* 60. *n.* 468. Viu. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 6. *tit.* 13. *num.* 84. *pag.* 56. Sanch. *d c.* 13. *n.* 102. 4

5 *Nisi iuratus deposuerit.*] Notatur ad hoc quòd dum testes interrogantur à iudicibus, vt eorum dictum valeat, debet ab eis sumi iramentum, quia testi, qui non iurat, minimè creditur, etiam si sit Cardinalis, vt per Fr. Emman. *q. Regul. tom. 2. q. 23. art. 8.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda, lib. 1. c. 9. n. 6.*

6 In gloss. *Nisi*, fin. ibi, *puta vtrum aliquis sit baptizatus.* Notatur ad hoc quòd creditur vni testi asserenti aliquem fuisse baptizatum, vt per Bajard. *ad Clar. §. assassinum, n. 17.* Paul. Comitol. *responsorum moral. lib. 1. q. 1.* Farin. *in praxi crimin. q. 63. n. 24.*

7 In ead. gloss. ibi, *Vel vtrum esset Ecclesia consecrata.* Notatur ad hoc quòd Ecclesiæ consecratio probatur per vnum testem, vide Mascard. *de probat. concl. 415. n. 4.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 10. c. 26. q. 11.*

CAP. Venerabili. LII.

1 TEstes etiam si agatur de vita & miraculis alicuius canonizandi, sunt recipiendi & examinandi sigillatim, & cum diligentia. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anch. Felin. Panorm. Bald. Henric. Boich, Aretin. Mynsing. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 178.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 273.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 Collige ex text. super miraculis, quæ omnimodè ad canonizationem alicuius requiruntur, testes diligentissimè esse examinandos, & sigillatim inducendos, nec sufficere aliquem deponere de vno miraculo, & alterum de alio, sed requiri, vt frequentia miraculorum probetur à pluribus testibus rationem dicti sui reddentibus, vt per Mascard. *concl. 262. n. 39. cum seqq.* Rebuff. *de reprobat. testium, num. 460.* Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. c. 49. n. 3. in vltim. impress.* quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 97. n. 6.*

Examinare sigillatim curetis.] Notatur ad hoc quòd testes insimul deponentes nullam fidem faciunt, cùm vnus alium instruere possit, vt per Abb. *in cap. quia propter, n. 14. & 15. de elect.* Alexand. *cons. 137. n. 9. lib. 2.* Farin. *in praxi crimin. p. 2. de testib. q. 80. n. 9. cum seqq.* Rot. *in Pacen. Capellaniæ 10. Nouembris 1625.* coram R. P. D. Merlino, statim *in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui obscurè deposuit, iterum est examinandus.*

2 *Testes facta publicatione possunt repeti iudicis officio ad effectum declarandi dubiam depositionem.*

CAP. Cùm clamor. LIII.

Gregor. IX.

1 IVdex si post testium publicationem inueniat eos obscurè deposuisse, sunt iterum examinandi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Panorm. Bald. Butr. Felin. Henric. Boich, Anchar. Martin. Vran. Mynsing. Aretin. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag. 179.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 273.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Collige ex text. quòd testes facta publicatione 2
possunt repeti iudicis officio ad effectum declarandi dubiam depositionem, vt per Menoch. *de arbitr. lib. 2. q. 34. n. 17.* Hect. Æmil. *in tract. de arbitr. verbo, testis ambiguè deponens, n. 13. fol 152.* Eymer. *in directorio Inquisit. p. 3. q. 63.* & *ibi* Penia *schol. 119.* latè Farin. *in praxi crimin. p. 2. q. 66. num. 264.* & *n. 313.* resoluit quod in criminalibus multò magis testes officio iudicis repetuntur ad declarandum eorum dubium dictum.

In gloss. *Ita deposuere confusè.* Dicunt notabilem, 3
pluraque de eius materia tradunt Azeued. *l. 1. n. 63. tit. 1. lib. 8. nouæ recop.* Farin. *d. q. 66. n. 309.*

SVMMARIVM.

1 *Perseuerans in crimine repellitur à testimonio tam in causa ciuili, quàm criminali, emendatus verò non infamis, nec periurus admittitur in ciuili, & etiam in criminali ciuiliter mota.*

2 *Periurus à testimonio repellitur.*

3 *Testis criminosus in dubio emendatus præsumitur.*

4 *Periurus etiam emendatus de periurio à testimonio repellitur.*

5 *Testis, qui in crimine detinetur, siue in ciuili causa, siue in criminali repellitur.*

6 *Testis, cui obiicitur crimen an possit obiicere quòd obiiciens sit criminosus, remissiuè.*

CAP. Testimonium. LIV.

PErseuerans in crimine, si opponatur de eo, repel- 1
litur à testimonio tam in causa ciuili, quàm in criminali. Si verò emendatus est de crimine, & non est infamis, nec periurus, est recipiendus in causa ciuili, & in criminali ciuiliter intentata. Item in causa criminali si testis in alio iudicio accusatus fuit de crimine conuictus, vel confessus, vel si nunc per exceptionem conuincitur, aut eius opinio fuit grauata, ex eo quod quandoque fuit tali modo repulsus, est remouendus à testimonio licèt pœnitentiam egerit, quamvis in ciuilibus repulsus admittatur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Felin. Bald. Panorm. Anchar. Aretin. Henric. Boich, Mynsing. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 179.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 273.* & *tom. 4. repet. in iure Canonico ad secundum Decret. lib.* Paul. de Eleazariis, remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Meritò reprobatur.] Notatur ad hoc quòd periu- 2
rus à testimonio repellitur, Vinian. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 10. n. 133. pag. 525.* Mascard. *de probat. concl. 1168.* Rota *decis. 3. n. 2. & decis. 5. n. 1.* apud Farin. *p. 2. recent.* nam testi, qui aliàs fuit periurus, fides non adhibetur, Menoch. *de præsumpt. lib 2. præs. 60. n. 10. cum seq.* Et argum. text. colligit Steph. Gratian. *discept. forens. c. 144. n. 16. cum seqq.* non confitentem peccata sua in anno tanquam in mortali peccato existentem à testimonio repelli.

Collige ex text. criminosum in testem non admitti, idem probat text. *in cap constituimus, 3. q. 5. & in cap. si testes, versic. item lege Iulia il. 1. 4. q. 3. & in cap. paruuli 22. q. 5. & in c. 1. de except. & in cap. super eo 14. hoc titulo, & in cap. 2. ante finem hoc titulo, lib. 6. & in l. 3. §. lege Iulia,* vbi Bartol. *num. 3. & in l. ob crimen 21. ff. hoc titulo,* tradunt gloss. *verbo crimine,* Innoc. & Abb. *in princ.* Felin. *à num. 4. & 18.* Imol. *à n. 3.* & alij

in

in præsenti, gloss. *verbo electionis*, *in cap.dudum il secundo*, *de elect.* Alberic.*de testibus*, *p.1.in princ.* & *in tit.quando ratione criminis*, *à princ.* Aufrer. *de testib. à n.23.* Marant. *de ordine iudic. p.6. tit. de repulsa*, *n.3.* Cou.*pract.c.18.num.1.* Mascard. *de prob. concl.464.à princ.* Intellige vt procedat in quocunque crimine attento iure Canonico, non tamen leui, si modò in illo testis perseuerat, licèt in alio iudicio non fuerit conuictus, patet ex verbis huius text. ibi, *si in crimine perseuerat*, quibus verbis text. requirit perseuerantiam in crimine, vt testis propter illud à testimonio repellatur; & ex aliis verbis, ibi, *opponitur crimen*, quæ quidem verba magis verificantur in illo, qui adhuc conuictus non est de crimine, quàm in illo,qui per sententiam iudicatus est, hic enim à crimine per pœnæ satisfactionem liberatus dicitur, vt probat text.*in c. de his de accusat.* ille verò adhuc crimine tenetur: deinde patet ex text.*in d.cap.1. de except.*ibi, *sicut Canon. instituta declarant*, vbi Pontifex expressè ius Canonicum considerat, & ad illud in illis verbis se refert. Non obstat *c.constitutus, de purgat.canon.*quia respondetur testes de quibus *ibi*, propriè testes non censeri, eo quod non de certa scientia,sed tantummodo de credulitate, & opinione deponunt, & vti tales purgatores, seu potiùs laudatores appellari solent,vt in specie aduertit Simanch.*de cathol.c.56.n.10.* Nec etiam obstat *cap.per tuas 32.* de *simon.* cui variè respondent DD. vt videre est per Felin.*ibi n.4.* Bart. *in l in quæstionibus*, *n.1. ff. ad legem Iul.maiest.* Hippol.*cons.20.n.27.* Villad. *de hæret.q.13. n.13.* quia obtinuit communis regulam nostri text. non procedere in criminibus exceptis, quale putant esse crimen simoniæ, de quo agit text. *dicto cap. per tuas.* Sed hoc reiecto intellectu mihi dicendum videtur Pontificem *in d.cap. per tuas*, in odium criminis simoniæ de quo *ibi*,de æquitate illos criminosos admisisse,& contra rigorem iuris, secundùm eandem particularem æquitatem negotium diffiniuisse, iuxta regulam text.*in c.in causis*, *de sententia,& re iudicata*, provt etiam potuit efficere *in c.fin.de iis*, *quæ fiunt à maiori parte cap.* secundùm vnum intellectum, *& in cap.cùm vniuersorum*, *de rerum permut.*sic sanè necessariò fatetur Pont. *in d. cap. per tuas*, attento rigore iuris in specie illius text. illos criminosos admittendos non esse, quantumcunque emendati proponerentur.Neque prædictæ explicationi refragatur text. *in præsent.*, *in versic. si verò*, vbi data emendatione criminis secundùm iuris rigorem in causa ciuili criminosi admittuntur,siquidem respondetur Innocentium III. auctorem *dict.cap.per tuas* loquutum fuisse secundùm rigorem iuris,qui eo tempore obseruabatur iuxta text.*in d. c. super eo*, *& in d.c.1. de except.* qui Pontifex floruit ab anno Domini 1198. & post multum temporis spatium anno Domini 1227. floruit Gregor. IX. huius Decretalis auctor, constituit data emendatione criminosos in causa ciuili regulariter in testem esse admittendos.

Amplia in causis summariis, *cap. veniens 38. sup. hoc tit.* Abb. *n.10.* Felin. *num 13.* & DD.communiter *in præsenti*, Roman. *sing.283.* Cou. *pract. c.17. num 4. versic.7.* Auend. *de exeq. mand. cap.4 num.14.* quicquid dicant Bart.*in extrauag.ad reprimendum*, *verbo,& figura iudicij*,*versic.publicatio*, Afflict. *decis.151. num.9.* Marant. *de ordine iudic. part.6. cap. de testium repulsa*, *num.14.* Limita non procedere,quando alij testes deficiunt, maximè vbi res sua natura difficilis est probationis *l. penult. in fine*, *C. de hæret.* gloss. *verbo iuramento in fine*, vbi Abb. *num 2.* & alij, *in cap.vltim.de testib. cogen.* Alex. *cons.64. lib.1.* Roland. *consil.72.num 25. lib.1.* Mascard. *conclus.465. à num.9. & à n.15.* Limita etiam non procedere interueniente Principis dispensatione, *c. in fidei fauorem*, *de hæretit.l.6.*Add.*ad Roman sin.449.* Afflict.*decis.220.*

Si verò sit de crimine emendatus,&c.] Aduerte quòd in dubio testis criminosus emendatus præsumitur, ex Mascard.*d.probat.concl.465.n.5.* vbi *n.7.* resoluit quòd emendatus præsumitur, qui crimen commisit occultè, & confessus est Sacerdoti, & *n.10.* tenet criminosum præsumi purgatum,& emendatum si trium annorum interuallo ab improbè factis abstinuerit, & honestis sese exercuerit,de quo plures refert Doctores, Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium sedium erectione*, *n.10.c.18.n.53.* & *n.44.*ex Simanch. *de catholicis instit. c.16. n.11.* asserit hinc ortum esse stylum sacri Inquisitionis Fidei tribunalis, in quo pœna perpetui carceris remitti solet illi,qui per triennium inclusus, humilis, ac verè pœnitens apparuit. Sic etiam idem Mascard.*concl.600. n.10.* asserit quòd ad probandum quidem esse emendatum non satis est illum esse contritum, & confessum, sed exteriorem requiri satisfactionem, &*n.2.* quod emendatio per absolutionem à crimine probari potest,& *n.15.*quod emendatus præsumitur,qui post peccatum operatur bonum. Denique aduerte onus probandi incumbere dicenti criminosum esse emendatum à crimine,Mascard. *concl.465. & concl.600. à princ.*egi latè ego ipse *de offic.& potest.Episc.p.2.alleg.43.n.22.& seq.* 3

Præterquam pro reatu periurij.]Notatur ad hoc quòd periurus etiam emendatus de periurio à testimonio repellitur,vt per Viu.*d.n.133.versic.immò dic*,Mascard. *de probat.concl.1168.n.16.*vbi *n.19.*tenet quod periurus de crimine emendatus nec in ciuilibus, nec in criminalibus testis idoneus est, & *n.18.* quod nec post peractam pœnitentiam,de quo Rebuff.*de reprobat.testium,n.399.* Perez.*l.1.gloss.1.pag.184. col.2. post princip.tit.6.lib.8.Ordinam.* 4

In gloss.*Crimine*,1.ibi,*nota quòd testis, qui in crimine detinetur, siue in ciuili causa, siue in criminali, repellitur.*Vide Perez.*l.1.glos.3.tit.19.lib.2.Ordin.* 5

In gloss.*In hoc casu.*ibi,*sed nunquid testis, cui obiicitur crimen, potest obiicere quod obiiciens sit criminosus.* Disputat Ceuall. *communium contra communes*, *q.369. n.4. cum seqq.* 6

CAP. Vltra tertiam. LV.

PEtenti quartam productionem, id est,dilationem ad producendos testes, concedenda non est, nisi cum solemnitate iuret quod non per se, nec per alios subtraxerit testificata, vel percontatus fuerit. Item quod non per dolum, vel artem petit quartam productionem, sed quia hos testes antea habere nequiuerit. Colligunt ex Ord. Abb.antiq. Collect. Innoc. Zabar.Bellam.Ioan.Andr.Imol.Anan.Anch.Panorm. Host. Bald. Butr. Felin. Aretin. Mynsing. Martin. Vran.Cujac.Viu.*in ration.2. libri iuris Pontif.pag.180.* Alagona *in compend.iuris Canon.pag.274.*remissiuè Casal.*in annot.* & Ximen.*in concord.p.1.& 2.* 1 2

Collige ex text. non posse concedi secundùm Canones aliam dilationem vltra tertiam, vt per Lap. *alleg.8.* Roman.*cors.225. & seqq.* Benin. *decis.65.n.1. & 2.* Azin.*in praxi §.21. cap.1. num.2.* Surd. *cons.8. à n.3.*quos refert, & sequitur Marc.Anton.*var.resolut. lib.1. resol.108. num.3.* Ex causa tamen quarta dilatio dari potest, vt per Mynsig. *centur.1. obseru.74.* Burg. Roland. *de commissar. part.1. lib.2. cap.10. sub num.9.* Benintend. *Bononiæ decis.45.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper.lib.1.concl.91. consid.2.* latè Card. Tusch. *lit. D.concl.440.*Roman. *cons.225. & 226.* vbi multi

multipliciter ampliat, & limitat, tam in ciuilibus, Azin. *in praxi Florent.* §. 21. *c.* 1. quàm in criminalibus, Farin. *in praxi crimin. q.* 39. *n.* 5.

Cap. Non debet. LVI. & fin.

1 Accusatus de crimine pendente sua accusatione non potest esse testis in alia causa criminali, imò non potest accusare, nec suscipere Ordines, nisi priùs se probauerit innocentem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Felin. Aretin. Panorm. Mynsinger. Martin. Vran. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 181. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 274. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

2 Collige ex text. accusatum pendente accusatione criminis reprobari in causa criminali, vt per Rebuf. *de reprobat. testium, n.* 27. Mascard. *de probationib. concl.* 27. Specul. *in tit. de teste, §.* 1. *vers. item quòd pendet accusatio sub n.* 82. Farin. *in praxi crimin. q.* 56. *n.* 167. Hieron. Buccaron. *de different. inter iudic. ciuil. & crimin. differ.* 92. vbi etiam cum Rimin. sen. *consil.* 306. *n.* 58. *col.* 2. & Farin. *d. q.* 56 *n.* 165. intelligit, si delictum de quo quis accusatur sit graue, capitale, & infamatorium, secus si leue, latè & eleganter Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap.* 3 *dist* 81. & vide dicta *ad cap. omnipotens, de accusat. & ad c.* 2. *supr. hoc tit. n.* 3. *cum seqq.* vbi omnes refero, qui tanquam viles, & infames à testimonio repelli possunt.

De Testibus cogendis.

Tit. XXI.

Vper hanc rubr. scripserunt Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Cujac. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.* 67 *verso*, Petr. de Rauen. *in compend. iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitom. Decretal. fol.* 71. Dan. Venat. *in analysi method. iuris Pont à pag.* 263. Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret. sub hoc tit.* Barthol. Carthag. *in expos. tit. iuris Canonici.*

De materia huius tit. agunt Ordin. Regia Lusit. *lib.* 3. *tit.* 55. §. 11. vbi parens meus, & apud Castellanos, *l.* 23. *tit.* 16 *p.* 3. vbi Gregor. *& l.* 6. *tit.* 6. *lib.* 4. *nouæ recop.* vbi Azeued. Clar. *lib.* 5. §. *fin q.* 24. *n.* 21. Anton. Gom. *var. lib.* 3. *c.* 12 *n.* 24. Menoch. *de arbitr. casu* 487. Rebuff. *de reprobat. testium, num* 69. Cacheran. *Pedem. decis.* 46. Surd. *decis.* 190. Soar. de Pace *in practic. tom.* 1. *p.* 1. *temp* 8. *n.* 16. Fr. Ludouic. Miranda *de ordine iudic. quæst.* 24. *art.* 1. *concl.* 3. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *tit. de oppos. contra examen testium, quæst.* 78. *à n.* 1. Sigism. Scac. *de iudic. lib.* 2. *c.* 10. nouissimè Hieron. Buccaron. *de different. inter iudic. ciuil. & crimin. differ.* 72. *cum sequentib.*

SVMMARIVM.

1 *Testes in causa ciuili monendi & inducendi sunt ad testificandum, & si se subtrahunt odio, gratia, &c. compelli debent.*

2 *Testes à dicendo testimonio se subtrahentes, gratia, odio vel timore facere præsumuntur.*

3 *Testes, qui sunt habiles, & idonei, compelluntur inuiti dicere testimonium.*

4 *Veritatem qui occultat, peccatum committit mortale.*

5 *Senes cogi non possunt venire ad testificandum, sed debet iudex ad domum illorum mittere pro testimonio ferendo.*

Cap. Causam matrimonij. I.

Alexand. III.

Testes ab alterutra parte inducti in causa matrimoniali, vel alia ciuili, sunt diligèter monendi, ne veritatem occultent, sed si odio, gratia, vel amore se subtrahunt sunt compellendi directione Ecclesiastica ad testificandum coram iudice, vel eius nuntio ad hoc misso. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Host. Bald. Panorm. Butr. Anchar. Guid. Papæ, Viuian. *in ration. 2. libr. iur. Pont. pag.* 187. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 276. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 14. *cap.* 2. 1

Ne veritatem occultent.] Notatur ad hoc quòd testes à dicendo testimonio se subtrahentes, gratia, odio, vel timore facere præsumuntur, vt per Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 55. *n.* 4. præcipuè quando veritas aliter haberi non potest, Farin. *in praxi crimin. q.* 78. *n.* 11. Et testis latitans vt veritas non inueniatur an sit falsarius, & an lege Cornelia de falsis teneatur, vel potiùs crimine stellionatus? Vide Farin. *in praxi crimin. q.* 67. *n.* 28. Hieron. Buccaron. *de different. inter iudic. ciuil. & crimin. differ.* 77. *n.* 20. 2

Diligentius moneas, & inducas.] Notatur ad hoc quòd testes, qui sunt habiles, & idonei, compelluntur inuiti dicere testimonium, vt per Anton. Gom. *tom.* 3. *var. c.* 12. *n.* 24. *in princ.* Soc. *reg.* 317. *vers. quarò limita.* 3

In gloss. *Occultent.* ibi, *& qui veritatem occultat, peccatum committit mortale*, Vide D. Thom. 2. 2. *q.* 70. *art.* 1. Foler. *in pract. crimin. canon. part.* 2. *c.* 8. *n.* 3. Farin. *d. q.* 78. *n.* 13. Mar. Anton. *var. resol. lib.* 3. *ref.* 13. *num.* 13. Sigism. Scac. *de iudic. lib.* 2. *c.* 10. *n* 6. 4

In gloss. *Eorum nuntio*, ibi, *si fuerint debiles, vel infirmi.* Idem si sint senes, quos non posse cogi venire ad testificandum, sed debere iudicem ad domum illorum mittere pro testimonio ferendo, per *l. inuiti, ff. de testib.* resoluit. Farin. *d. q.* 78. *n.* 59. vbi *n.* 97. idem dicit de muliere grauida, de quo etiam Bajard. *ad Clar q.* 64. *n.* 75. Cardos. *in praxi iudicum, verbo, mulier, n.* 30. 5

In ead. gloss. ibi, *Vel intellige illud in criminali*, &c.] Notatur ad hoc quòd in criminalibus, & contra accusatum testes apud iudicem sunt repræsentandi, vt per Clar. *§. fin q.* 26. *n.* 3. Anton. Scap. *de iure non scripto, lib.* 5. *in tit. de probat. faciend. c.* 80. Carau. *super ritu* 87. *magnæ Curiæ, n.* 5. Buccaron. *de different. iudicia ciuilia, & crimin. differ.* 82. *n.* 3. vbi subdit testes apud iudicem in criminalibus esse repræsentandos ad effectum, vt ipse videre possit, quo vultu, qua constantia, quove sermone loquantur; & ideo iudex non potest committere Notario examen testium præsentium, & etiã in loco iudicij existentium, secundùm Lanfranc. *de testib. n.* 19. *vers. in criminali autem*, Boss. *in pract. crimin. in tit. de oppos. contra testes, num* 26. Marsil. *in pract. §. nunc videndum, n.* 30. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *q.* 77. *num.* 196. Buccaron. *de differ.* 83. *post num.* 9. *vers. secundò autem.* Quod quidem locum obtinet etiamsi 6

testes

testes essent personæ egregiæ, quæ aliàs in earum domibus examinari deberent, iuxta *l. ad personas, ff. de iureiurand.* quia in criminalibus coguntur accedere ad dicendum testimonium coram iudice. Ias. *in d. l. ad personas n.* 7. vbi Rip. *num.* 186. Roman. *sing.* 392. *incip. Personæ egregiæ*, Clar. *d. q.* 27. *n.* 2. Farin. *d. q.* 77. *n.* 235. vide alias ad gloss. *verbo transmittentes, in c. constitutus, de fide iuss.*

SVMMARIVM.

1 *Testimonium vbi necessarium, compellendi sunt testes ad illud ferendum, etiam per suspensionis, excommunicationis, & depositionis sententiam.*
2 *Testes absentes qualiter compellantur ad perhibendum testimonium, ostenditur.*
3 *Testes ad testificandum compelluntur, quando veritas aliter haberi non potest.*
4 *Verba,* Apost. auctoritate suspensos, *intelliguntur ipso iure.*
5 *Citationes plures in vna citatione fieri possunt.*

CAP. Cùm super. II.

1 TEstimonium alicuius quando est necessarium, vocandus est cum mandato, & si non venerit, est suspendendus ab officio Ecclesiastico, & si adhuc venire contempserit, excommunicari, & deponi potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anch. Bald. Panorm. Felin. Henric. Guid. Papæ, Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 188. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 277. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 14. *c.* 3. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 8. *c.* 1.

2 Collige ex hoc text. posse geri præceptum testibus Ecclesiasticis maximè absentibus, quòd in tali termino compareant ad perhibendum testimonium veritatis, nempe intra triduum sub pœna pecuniaria; & si in alio triduo non comparuerint, sub pœna excommunicationis, & si in alio termino adhuc non comparuerint, sub pœna depositionis, idque in eisdem literis, vt per Marc. Anton. Genuens. *in practicabilib. Eccles. q.* 780. *à princip.* vbi *n.* 3. aduertit quòd hodie per S. Concil. Trid. *sess.* 25. *de format. c.* 3. excommunicatio est ferenda in subsidium, & priùs incipiendum ab executione reali, & personali, nam iudex potest cogere testes, vt veritatis testimonium dicant etiam vsque ad bonorum confiscationem, vt per Bald. *hîc*, Ias. *in l.* 1. *§.* 1. *n.* 15. *ff. si quis ius dicenti non obtemperauerit*, Clar. *lib.* 5. *§. fin. q.* 31. *n.* 6. & pars coram iudice instari debet, vt mulcta indicta & captis pignoribus, cogantur comparere, vt lapso termino alia sibi, detur dilatio, Mascard. *de probat. concl.* 1142. *n. vlt.* Guttier. *pract. lib.* 1 *q.* 55. *n.* 2. *& lib.* 3. *q.* 34. *n.* 24. *&* 30. Menoch. *cons.* 380. *n.* 30. *&* 31. Surd. *decis.* 189. *n.* 30. *& cons.* 8. *n.* 23.

3 *Testimonium vestrum necessarium*, &c.] Notatur ad hoc quòd testes ad testificandum compelluntur quando veritas aliter haberi non potest, vt per Farinac. *in praxi crimin. q.* 78. *num.* 18. Ludou. Roman. *sing.* 293. *incip. Tu hab.* Clar. *in praxi crimin. §. fin. q.* 24. *vers. scias tamen*, vbi ait quòd iudex quantum fieri potest abstineat ab examinandis testibus, qui de iure contra reum non possunt cogi ad testificandum, sed quòd vbi occurrit casus quòd veritas aliter haberi non posset quàm per prædictos, & delictum esset atrox, Iudex consulat Principem, refert Buccaron. *de differ. inter iudicia & crimin. differ.* 72. *n.* 12.

Apostolica auctoritate suspensos.]Id est, ipso iure, vt 4
per Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocandis donat. verbo, reuertatur, n.* 110.

In gloss. *Et si nec veneritis*, ibi, *not. arg. quòd in vna* 5
citatione possunt fieri plures citationes. Vide Tiraq. *de retractu conuent. §.* 2. *gloss.* 1. *n.* 67. *&* 68.

In gloss. *Depositionis*, fin. Notatur ad hoc quòd 6
citatus ad perhibendum testimonium, qui propter legitimum impedimentum non comparuit, & fuit excommunicatus, quoad Deum talis testis non est excommunicatus, secus quoad Ecclesiam, constito namque de legitimo impedimento, debet de facili absolui, vt per Clar. *lib.* 5. *§. fin. q.* 26. *n.* 6. Viuian. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 10. *n.* 56. *pag.* 517.

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui timore aduersæ partis se subtrahit, testificari compellitur.*
2 *Testes non sunt cogendi quando agitur de probando crimen occultum.*
3 *Notorium per negationem non efficitur dubium.*

CAP. Super eo. III.

COnuentus coram iudice de aliquo facto si illud 1
negat, & factum est notorium, non desiderantur testes, sed si non est notorium, tunc qui interfuerunt, licèt de rigore iuris humani compelli possint ad testificandum tamen sunt monendi, & non cogendi, nisi constet iudici eos à ferendo testimonio reuocari timore partis aduersæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Panorm. Butr. Bald. Felin. Guid. Pap. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 189. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.* 277. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2 *tit.* 14. *c.* 4. & est post Conc. Later. sub Alex. III. *p.* 8 *c.* 7.

Verùm si non est notorium, &c.]Notatur ad hoc quòd 2
quando agitur de probando crimen occultum testes non sunt cogendi, vt per Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 78. *num.* 121. Cui verò incumbat onus probandi rem aliter haberi non posse quàm per testes Priuilegiatos, an videlicet testibus, vel parti? Vide Hieron. Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuilia, & criminal. differ.* 73.

Factum negauerit.]Ergo notorium per negationem 3
non efficitur dubium, vt per Anton. Gom. *tom.* 3. *var. c.* 1. *n.* 41. *&* 42. Soar. de Pace *in practica, tom.* 2. *fol.* 6. *col.* 2. *n.* 16.

Nisi fortè timore, &c.] Etiamsi talis sit, qui in 4
virum constantem non cadat, vt per Hippol. *sing.* 578.

In gloss. *Timore*, ibi, *certè eo ipso quòd monitus est,* 5
& non vult testificari, præsumitur contra ipsum quòd non bono animo hoc faciat. Notatur ad hoc quòd testis requisitus ad testificandum, si testificari renuat atque recuset, præsumitur corruptus, & malitiosè se subtrahere, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 55. *num.* 4. Virg. Boccac. *in tract. de literis remiss. cap.* 2. *n.* 18. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia & criminal. different.* 77.

SVMMARIVM.

1 *Summarium collige ex conclusione text.*
2 *Testis qui iurauit se non examinari, potest non obstante iuramento ad testificandum compelli.*
3 *Instrumenta subtrahens aduersario non perdit causam.*

CAP. Peruenit. j. IV.

1 INiuria quando fertur clericis, vel rebus Ecclesiasticis, si illa aliter probari non potest, laici qui interfuerunt, sunt compellendi ad testificandum per censuras Ecclesiasticas. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Host. Butr. Anch. Felin. Bald. Henric. Panorm. Guid. Papæ, Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 189. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 277. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Augustin. *collect. 2. Decret. lib. 2. tit.* 15. *de præsumpt. c.* 1.

Iuramento adstrinxit, vt non deponeret contra ipsum.] Notatur ad hoc quòd testis, qui iurauit se non examinari, potest non obstante hoc iuramento ad testificandum compelli, vt per Mascard. *de probation. lib.* 1. *q.* 5. *n.* 47. & 48. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *q.* 78. *n.* 149.

2 *Quorum appellatione testes continentur.*] Collige ex text. probationem testium idem esse, ac instrumentalem, idem probat text. *in l.* 1. *ff. de fide instrum.* tradunt Abb. Bellam. *n.* 1. Imol. Anania, *n.* 2. & alij *in præsenti*, Bart. *in l. notionem*, §. *instrumentorum*, vbi Alciat. *ff. de verborum significat.* Barbat. *in c. quoniam contra, num.* 6. *de probat. & in rub. n.* 5. *vt lite non contestat.* Felin. *in rub. de fide instrum. n.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 63. *n.* 6. contrariam tamen sententiam tenuit *gloss.* 1. & 3. *in d. l.* 1. communis, vt per Tiraq. *de retractu tit.* 1. §. 2. *gloss.* 1. *n.* 2. Rebuff. *in d.* §. *instrumentorum, concl.* 2. asserentes vsque adeo testes, & instrumentum inter se diuersitatem continere, vt verè, & propriè loquendo, appellatione instrumentorum nequaquam testes contineantur. Sed vtraque opinio sic concordari potest, vt scilicet prior procedat quando instrumentum in genere sumitur semoto communi vsu loquendi; quia tunc etiam secundùm proprietatem verbi in illius appellatione testes veniunt, posterior verò sententia procedat quando in specie, seu specialiter, & secundùm communem vsum loquendi instrumentum accipitur, iuxta quæ explicabis text. *in d l.* 1. *ff. de fine instrument* ibi, *accipienda sunt*, & ibi, *instrumentorum*, & ibi, *habentur*, quæ verba magis quodammodo improprietatem, & iuris censuram, quàm veritatem, & verbis proprietatem denotare videntur, quam quidem interpretationem non ex ipsa re, sed habito respectu ad communem vsum loquendi consideratam esse à Iurisconsulto dicendum est, quemadmodum etiam in hoc text. dum vtitur verbo, *continentur*, quod quidem similiter aliquo modo improprietatem denotare videtur.

3 *Et quod tam ille*, &c.] Ergo subtrahens instrumenta aduersario non perdit causam, vt per Boër. *dec.* 191. *n.* 3. vide Doctores citatos *ad c. intimauit, n. vlt. sup. de testibus.*

SVMMARIVM.

1 *Testes compellendi sunt etiam in causa criminali si res aliter probari non potest.*
2 *Laici contra clericum in causa criminali testimonium dicere prohibentur.*
3 *Laici de rebus Ecclesiasticis testificari recusantes per censuram Ecclesiasticam sunt compellendi, quando aliter veritas sciri non potest.*
4 *Fœmina in causa criminali testes esse possunt quando veritas aliter haberi non potest.*
5 *Testes sunt cogendi quando agitur de probando iniuriam personalem factam clerico.*

CAP. Peruenit. §. V. *Clem. III.*

TEstes sunt cogendi in causa Ecclesiastica si res aliter probari non potest. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Panorm. Bald. Felin. Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 189. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 278. remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 2. Decret. lib. 2. tit.* 13. *c.* 1. 1

Et cum læsus eorum testimonio, &c.] Notatur ad hoc quòd laicus contra clericum in causa criminali testimonium dicere non prohibetur, quando testis deponit pro clerico, quia pro ipso testificari potest, vt per Mascard. *de probat. concl.* 1358. *n.* 53. 2

Si aliter veritas nequiuerit elici.] Notatur ad hoc quòd laici de rebus Ecclesiasticis testificari recusantes per censuram Ecclesiasticam sunt compellendi quando aliter veritas sciri non potest, vt per Farin. *in praxi crimin. q.* 78. *n.* 185. & 186. Hinc etiam fœminas in causa criminali testes esse posse quando veritas aliter haberi non potest, tenet Duen. *reg.* 315. *vers. limita secundo.* 3 4

Compellendi.] Notatur ad hoc quòd quando agitur de probando iniuriam personalem factam clerico testes sunt cogendi, vt per Farinac. *d. q.* 79. *n.* 183. 5

In gloss. *Recusant, ibi, & intellige quòd ciuiliter hic agebatur pro suo interesse.* Vide Farinac. *d. q.* 78. *n.* 387. *cum seqq.* 6

CAP. Cæterum. VI.

TEstes super consanguinitate probanda cogendi sunt, si constet eos nolle testificari odio, gratia vel timore. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol Anan. Host. Butr Felin. Panorm. Vinian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 190. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 278. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decret. lib. 2. tit.* 13. *c.* 2. 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Farin. *in praxi crimin. p. 2. q.* 78. *n.* 31. vbi *n.* 33. tenet hoc procedere dummodo testes se subtrahant odio, gratia, vel timore, aliter secus, *n.* 35. dicit etiam locum habere quando agitur de matrimonio coniungendo, vel disiungendo, secus si agatur ad successionem, tutelam deferendam, iudicem recusandum, & his similia, quia tunc non coguntur. 2

Ecclesiastica districtione compellas, &c.] Notatur ad hoc quòd iudex Ecclesiasticus testes ad testificandum cogere poterit per censuras Ecclesiasticas, vt per Farin. *in praxi crimin. q.* 78. *c.* 1. *n.* 36. Sigism. Scacc. *de iudic. caus. ciuil. & crimin. q.* 78. *c.* 10. *art.* 1. *spec.* 1. *num.* 102. Buccaron. *de differ. inter iudic. ciuil. & crimin. differ.* 75. vbi subdit quòd si iudex sit sæcularis, testes tunc cogi poterunt mulcta indicta, seu captis pignoribus.

In

In gloss. *Ipsum constituerit.* Notatur ad hoc quòd testis requisitus ad testificandum si testificari renuat, atque recuset, præsumitur corruptus, & malitiosè se subtrahere, gloss. similis *verbo timore in c.1. & in cap. super eo, supra hoc tit. gloss. verbo super crimine in principio, in cap dilectorum, hoc eodem titulo,* Menoch. *de præsumpt. lib.2. præs.55. n.4.* Virgil. Boccac. *in tractatu de literis remiss. c.2. n.18.* Hieron. Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuilia & crimin. differ.77.*

SVMMARIVM.

1 *Testis synodalis, qui coram Ordinario super matrimonio deposuit, non compellitur iurare super eo coram delegato. Et propter superuenientem infamiam à testimonio repellitur, potest tamen si errauerit in continenti, non ex interuallo se corrigere.*

2 *Testis incontinenti potest se corrigere, non verò ex interuallo, nisi ex timore tormentorum hoc faciat, quia tunc etiam ex longissimo interuallo poterit corrigere.*

3 *Confessionis reuocatio licita est, quando fit in continenti nullo etiam errore probato.*

4 *In dubio non est verisimile quod quis velit se incontinenti corrigere.*

CAP. Præterea. VII.

Cœlest. III.

1 SYnodales testes, qui coram Episcopo visitante, vel Capitulo testificati sunt super causa matrimoniali, si ista causa deducatur ad aliquem delegatum, prædicti testes non sunt compellendi iterum iurare coram delegato super eadem causa, secus si emergat nouus articulus nouæ quæstionis, vel si aliter non possit fieri fides illi delegato. Item si prædicti testes post latum testimonium contrahunt infamiam, ampliùs ad testificandum non admittuntur. Item si in præferendo testimonio non studiosè errauerint, minimè reprobari debent, si incontinenti se corrigant, aliàs secus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Panorm. Bald. Butr. Felin. Henric. Anchar. Viu. *in ration. 2. libr. iur. Pont. pag.* 190. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 278. remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. Decretal. lib.2. tit.13. cap.3.*

2 *Et se incontinenti correxerit.*] Notatur ad hoc quòd testis incontinenti potest se corrigere, vt per Cou. *var. lib.2. c.13. n.8. vers. caterum.* Menoch. *remed.1 recent. n.259. & de arbitr. casu* 108. *n.4. & 5.* Perez *l.1. gloss.13. pag.558. col.1. tit.4. lib.3. Ordinam.* Viu. *tom.1. comm. opin. lib.4. tit.10. n.54. & 55. pag.517 & n.374. pag.558.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.2 quæst.10. art.2.* Sanch. *de matrim. lib.2. disp.45. n.6.* latè Farin. *in praxi crimin. p.2. q.66. n.227. cum seqq. & n.228.* asserit testem ex interuallo se corrigere nō posse, & *n.229.* dicit quod ante perfectum examen, & antequam testis discedat à iudicis conspectu, potest dictum suum corrigere, & *n.232.* id intelligit dummodo fiat antequam alloquutus sit cum parte, & *numeris seqq.* materiam sequitur, vide quæ habes *ad cap. licet 9. vers. intellige primò, sup. de probat.* Hieron. Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuilia & crimin. differ.88. à n.7. & differ.98. n.18. vers. sed hic;* vbi post Roman. *sing.801.* dicit quod licèt testis possit corrigere dictum suum tantummodo incontinenti, tamen quod hoc procedit si testis dictum suum velit corrigere sponte, secus autem si timore tormentorum, quia tunc poterit corrigere etiam ex longissimo interuallo, per doctrinam Bart. *in auth. de testib. §. quia per text. singularem in l. si postulauerit, § negauerit, ff. de adulter.* Vnde argumento huius text. licitam esse confessionis reuocationem quando fit incontinenti nullo etiam errore probato, tenent Padil. *in l. terror, n.7. C. de iuris, & facti ignor.* Mascard. *de probat. concl.381. n.2. & 4.* Vital. *in tract. clausularum, claus. non errore ductus, §. quod autem de errore adnocati, n.3.* In dubio autem non est verosimile quod plus velit se incontinenti corrigere. Roland. *cons.62. n.9. vol.3.* Afflict. *decis.391. n.4.* Surd. *cons.241. n.19. & cons.362. n.15. & cons.365. n.1c.*

3

4

CAP. Super his. VIII.

Innoc. III.

CRimen quando obiicitur contra electum & scribitur Papæ, & dubitatur de crimine, vel de literis an sint Capituli, testes in inquisitione cogendi sunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Host. Bald. Butr. Felin. Guid. Pap. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 191. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*278. remissiuè Ximen. *in conc. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decr 5. sub tit. de accus. c.3.*

1

Super inquisitionis articulis.] Notatur ad hoc quod in causa inquisitionis etiam in criminalibus possunt testes compelli, vt per Farin. *in praxi crim. q.78. n.153.*

2

Tum de fama electi, &c.] Notatur ad hoc quod in crimine falsi testes sunt cogendi, vt per Farin. *d. q.78. n.170.* vbi *n.173. & 175.* id intelligit procedere tantùm si agatur ciuiliter, & non ad pœnam, & aliter veritas haberi non possit.

3

CAP. Cùm contra. IX.

TEstes qui in crimine falsi sese subtrahunt odio, gratia, vel timore, possunt cogi testimonium dicere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Panorm. Butr. Felin. Bald. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 191. Alagona *in compendio iuris Canon pag.*178. remissiuè Ximen. *in concord. p.2.*

1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Farin. *in praxi crimin. p.2. q.88. n.175.*

CAP. Dilectorum. X.

Honor. III.

TEstes in ciuilibus, & non in criminalibus, si gratia, odio, vel timore se subtraxerint, ferre testimonium cogendi non sunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anch. Felin. Henric. Bald. Panormit. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 192. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*279. & *tom 4. rep. in iure Canonico ad secundum librum,* Ioan. Calderin. remissiuè Ximen. *in concord. p.1 & 2.*

1

Præterquam super criminibus.] Notatur ad hoc quod in criminalibus de iure Canonico quis testificari

2

non

non compellitur, vt per Sigism. Scacc. *in tract. de ind. causar. ciuil. & crim. lib. 2. c. 10. sub n. 13.* Farin. *in praxi crimin. q. 78. c. 3. n. 115.* Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuilia & crimin. differ. 72.*

3 Quando verò agitur de crimine ciuiliter pro interesse partis, testes ad se examinandum cogi possunt, vt per Farin. *in praxi crimin. p. 2. q. 78. n. 159. & n. 163.* idem etiam asserit quando agitur de crimine per viam exceptionis, si veluti excipitur contra testem, procuratorem, vel accusatorem, vt à iudicio, & à testimonio repellantur, ac in aliis casibus, in quibus non agitur ad punitionem principaliter, & directè, licèt fama aliquatenus aggrauetur.

4 Sed quicquid sit de iure huius text. secundùm quod testis non compellitur, testificari in causis criminalibus, hodie tamen indistinctè seruatur vt testes cogantur deponere, & in ciuilibus, & in criminalibus causis, vt testatur Foler. *in praxi crim. Canon.* relatus per Clar. §. *fin. q. 24. vers. successiuè videamus, in fine,* Sigism. Scacc. *d. c. 10. n. 12. & 16.* Farin. *d. q. 78. cap. 3. n. 120.* Buccaron. *d. differ 72. n. 8.*

5 In gloss. *Super crimine,* ibi, *& eo ipso quòd monitus non vult testificari, præsumitur quòd etiam malitiosè hoc faciat.* Vide per me dicta *ad gl. c. super eo, sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Socij etiam iurati coguntur ad detegendam veritatem coniurationis.*
2 *Inhabiles admittuntur quando veritas per alios probari non potest.*
3 *Conspiratio probari potest per eosdem conspiratores.*
4 *Testi dicenti se falsum deposuisse de alterius mandato prece, vel præmio, non est credendum.*

CAP. Venerabilis. XI. & fin.

1 TEstes possunt compelli ad manifestandam coniurationem, etiamsi iurauerint, non manifestare eam, & qui acceperunt iuramentum sunt cogendi, vt illos soluant à iuramento ad hoc vt testificentur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anch. Panorm. Host. Bald. Butr. Felin. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 192.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 279.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Et ipse intentionem suam probare non possit,* &c.] Ergo inhabiles admittuntur quando veritas per alios probari non potest, vt per Alciat. *de præs. reg. 1. præs. 47.* Gom. *tom. 3. var. c. 12. n 21.* Carrer. *in pract. crimin. tit. de indic. & tort. §. in text. n. 32.* Bursat. *cons. 346. n. 17. vol. 4.* Gabr. *commun. tit. de testibus, lib. 1. concl. 7. n. 3.* Mascard. *de probat concl. 831. n. 35.* Hyppol. *cons. 5. n. 10. cum seqq. & cons. 22. n. 11. & cons. 31. n. 32. & 33. & cons. 61. n. 25. & cons. 80. n. 62. cum seqq. & cons. 113. n. 28. & cons. 127. n. 8. cum seqq.* Bonacos. *commun. crim. p. 1. verbo, testis, fol. 270. verso,* Clar. *in pract. lib. 5. §. fin. q. 24. n. 19.* Rot. Bononien. *decis. 43. n. 9.* Menoch. *de arbitr. casu 106. n. 2. & casu 340. n. 11.* Farin. *in praxi crimin. q. 62. limit. 1. cum seqq.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de clerico teste, §. 5. n. 5.*

3 *Nisi testimonio ciuium prædictorum.*] Ergo conspiratio probari potest per eosdem coniuratores, vt per Mascard. *de probat. concl. 420. n. 2. & concl. 462. n. 23. & concl. 762. n. 7. & concl. 1311. n. 23.* Menoch. *de arbitrar. casu 474. n. 29.*

4 *Vt ab huiusmodi iuramento absoluant.*] Aduerte huiusmodi absolutionem debere fieri ad cautelam, potius quàm quod fuerit necesse, vide Gail. *lib. 1. obseru. 100. n. 3* Mascard. *de probat. lib. 1. q. 5. n. 55* Farinac. *in praxi crimin. p. 2. q 78. n. 141.* vbi *n. 152.* dicit quòd iste testis, qui iurauit non testificari, si testificatus est, licèt talis testificatio non valeat ad plenam probationem faciendam, valet tamen ad semiplenam, & iuramenti dilationem.

Si se gratia, vel odio, vel timore subtraxerint.] Notant 5
DD. *in præsenti,* quòd testis dicenti se falsum deposuisse de alterius mandato, prece, vel præmio, non est credendum Mascard. *de probat. concl. 454. num. 20. & concl. 1311. n. 6.* latè Farinac. *in praxi crimin. part. 1. quæst. 45. à num. 1.* vbi *num. 20.* aduertit quòd testes, qui in hoc text. pecunia corrupti promiserant medio iuramento non reuelare conspirationem factam contra Archiepiscopum Rauennaten. compelluntur ad deponendum super dicta conspiratione eis præstita absolutione à dicto iuramento, & ideo non quoad corruptionem, sed quoad causam conspirationis illis creditur.

De Fide instrumentorum.

TIT. XXII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Dec. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Mynsing. Guid. Pap. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol. 67. verso,* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 168. verso,* Petr. de Rauen. *in compend. iuris Canon.* Martin Mesnart. *in epitom. Decretal. fol. 72. verso,* Dan. Venat. *in analysi method. iuris Pontif. à pag. 265.* Goffr. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthag. *in exposit. tit. iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 2. summ. in Decret.* omnes *sub hoc tit. & tom. 4. repet. in iure Canonico ad lib. 2. Decretal.* Andr. Barbat.

De materia huius tit. vide Ordin. Regiam Lusit. *lib. 3. tit. 60.* & apud Castellanos *l. 1. tit. 7. lib. 5. noua recop.* vbi Azeued. *& titul. 9. lib. 2. for. leg.* Guillelm. Durand. *in speculo iuris, lib. 4. sub hoc tit.* Morl. *in emporio iuris, p. 1. tit 11.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 2. sub hoc tit.* Rendin. *in prompt. recent. sententiarum, tom. 1. tit. 49.* Galganet. *de iure publico, lib. 2. tit. 31.*

SVMMARIVM.

1 *Instrumenti exemplum non solemniter sumptum fidem non facit absque originali.*
2 *Instrumenti exemplum non facit fidem.*
3 *Exemplum sumptum manu eiusdem notarij, qui originale scripsit, probat, & plenam fidem facit.*
4 *Originale, & exemplum quando inter se differunt, potiùs standum est originali.*
5 *Exempla & originalia in quo differant.*
6 *Exemplis regulariter fides non est exhibenda.*
7 *Instrumentis publicis sufficiunt duo testes.*

CAP. Si scripturam. I. *Gregor.*

EXemplum instrumenti fidem non facit si non 1
appareat scriptura authentica, ideſt, nisi ostendatur

datur originale. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Felin. Host. Bald. Panorm. Barbat. Butr. Anchar. Dec. Mynsing. Guid. Papæ, Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif pag.* 193. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 280. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* desumitur ex *lib. 2. epist. 3. c. 42. registri B. Gregorij*, refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decret. lib 2. tit. 15. c. 1.*

2 Hanc eandē conclus. ex hoc text. desumunt Duen. *reg.* 280. Tiraq. *de retract. lig. §. 2. gloss. 1. n.* 10. Perez *l. 2. gl. 1. pag* 260 *col. 1. tit. 5. lib. 2. Ord. & l. 5. gloss. 1. col. 1. in*
3 *med. tit. 8 lib. 3.* Castil. *in data leg. Tauri, gl. treslacio.* Exēplum verò sumptum manu eiusdem notarij, qui originale scripsit, probat, & plenam fidem facit Menoch. *cons. 175. n. 28. cum seqq.* ex Couar. Mascard. & aliis resolvit Cald. Pereira *de empt. & vend. c. 35. n.* 18. etiamsi non reperiatur originale, ex Surd. *decis. 173. num.* 109. tenet Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 187. *à n.* 13. Notario verò attestanti circa rogitum pacti de præterito non creditur, vt per Innoc. *in præsenti num. 6.* Bald. *cons. 248. n. 5 lib. 1.* Alex. *cons. 142. n. 12. lib. 1. & cons 251. n. 6. lib. 6.* Cravet. *cons. 171. n. 5.* Curt. iun. *cons. 166. n. 2.* Natt. *cons. 143. n. 25. lib. 2.* Bellam. *decis. 16 in fine*, Pute. *decis. 61. lib. 1. in correct.* Rot. *decis. 281. p. 2. diuers. & decis. 467. n. 2. p. 2. recent.* & fuit dictum *in Valentina Canonicatus 15. Nouembr.* 1624. coram R. P. D. Merlino.
4 Quando verò adest originale & exemplum, & inter vnum, & aliud est aliqua repugnantia, originali stabitur, vt per Bellacomb. *tom. 1. communium opin. lib. 4. tit. 11. n. 142.* vbi Vezin. *num.* 170. Mascard. *de probat. concl. 4. n. 13. & concl. 644. n. 15. & concl. 740. num. 32. & concl. 1243.* Farin. *p. 4. decis. 64. & de falsitate, & simulat. quæst. 153. num. 127. cum seqq.* Cardin. Tusch. *litera O. verbo, originale, concl. 202. à num. 1.* Alex. Trentacinq. *variar. resol. l. 2. sub hoc tit. resol. 10. à n. 1.* Cald. Pereira *de emption. & vendit. cap. 4. num. 4 cum seqq. & cap. 35. à num 1.*

5 *Si scripturam authenticam*, &c.] Aduerte quòd licet multoties exempla fidem faciant, & indubitatam habeant auctoritatem, distinguuntur tamen ab authenticis scripturis, quia hæc originalia ipsius auctoris sunt, illa verò aliunde consequuntur auctoritatem, & fidem, ita Couarru. *pract. c. 19. n. 1. vers. hinc denique.*

6 *Nihil facere possumus.*] Notatur ad hoc quòd exemplis regulariter fides non est exhibenda etiam ab ipso Principe, vt per Cou. *pract. c. 21. n. 2.* Cald. Pereira *de empt. & vend. c. 35. n. 45.*

7 In gloss. *Authenticam*, 1. Notatur ad hoc quòd in instrumentis publicis sufficiunt duo testes, Couarru. *pract. c. 20. n. 4. vers. & licet*, qui in protocollo subscribere debent, Socin. *reg. 476.* Anton. Gom. *l. 3. Tauri, n. 30. & 42.* Valasc. *de iure emphyt. q 7. num. 38. col. 9.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Camer. Imper. lib. 2. consid. 13. in coronide, n. 12.* Quando verò adsunt duo notarij, illis sine testibus creditur, Tiraq. *de retract. lign. §. 8. glos. 9. n. 35. & seq.*

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum corruit si testes inscripti decesserint, nisi sigillum habeat authenticum, vel à notario confectum.*
2 *Scriptura priuata nullam fidem facit.*
3 *Priuata scriptura dicitur, quæ non est publica, sed à priuatis personis confecta.*
4 *Scriptura priuata recognita à parte habet vim confessionis.*
5 *Scriptura priuata recognita à parte operatur effectum apud Hispanos, & Gallos, vt per eam procedi possit per assignationem decem dierum.*
6 *Epistola non probat pro scribente, contra eum tamen probat si sit ab eo recognita.*
7 *Literæ missiuæ recognitio qualis sufficiat, ostenditur.*
8 *Minor restituitur aduersus recognitionem scripturæ absque auctoritate tutoris factam.*
9 *Cum diuturnitate temporis,*
10 *Parte non opponente, etiamsi careat die, & consule,*
11 *Penes acta de consensu partium lata,* } *scriptura priuata probat.*
12 *Reperta in archiuo publico,*
13 *Stantibus adminiculis,*
14 *Doctores referuntur de sigillo agentes.*
15 *Dictio, aliquis, de minimo etiam intelligitur.*

CAP. Scripta. II.

Alex. III.

SCriptura facta per manum alicuius priuati, v. g. 1
testis, si ille sit mortuus, talis scriptura non facit fidem, secus si sit facta per manus notarij, vel habuerit authenticum sigillum per quod probari potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Bald. Barbat. Mynsinger. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 193. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 280. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 2. tit. 15. c. 2.*

Notatur hic text. ad hoc quòd priuata scriptura 2
nullam fidem, aut præsumptionem facit, vt per Afflict. *decis. 85. in fine.* Ioan. de Amicis *cons. 101. n. 24.* Hyppol. *sing. 436.* Turret. *cons. 74. n. 59. volum. 1.* Castr. *cons. 1. num. 92.* Rimin. iun. *cons. 39. n. 9. & seq.* Menoch. *cons. 378. n. 10.* Mascard. *concl. 111. num 1.* Petr. Bimi. *cons. 216. n. 92. volum. 3.* & alios citatos à Nicol. Genoa *de scriptura priuata, lib. 1. q 4. in princ.* Aym. *de antiquit. temporum, p. 1. c. viso, fol. 39. cum seqq.* Menoch. *cons. 1. n. 326. cum seqq.* Cur. Philip. *part. 1. §. 17. n. 36.* Cald. Pereira *de empt. c. 6. n. 16. & 17.* Hyppol. *cons. 109. n. 4.* vbi asserit 3
quòd etiam mille scripturæ priuatæ non probant. Illa dicitur priuata scriptura, quæ non est publica, sed à priuatis personis, id est, non publicis, confecta, Perez *lib. 5. tit. 8. lib. 3. Ordin. pag. 643.* Mascard. *concl. 1294. n. 18.* Roland. *cons. 26. volum. 1.* Alex. *cons. 181. n. 4. vol. 2.* Cæsar. Barz. *decis. 21. n. 8.* Nicol. Genoa *d. q. 4. n. 225.*

Primò limita in priuata scriptura recognita à par- 4
te, quia tunc habet vim confessionis, & cum illa proceditur executiuè, latè Matth. Coler. *de processibus execut. p. 3 cap. 1. n. 98. cum seqq.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 183. n. 10. & 11.* Vnde apud Hispanos priuatæ 5
scripturæ recognitæ à partibus operantur effectum, vt per eas possit procedi per assignationem decem dierum, sicut per scripturas publicas, ita Couar. *lib. 2. variar. cap. 11. n. 4.* Auiles *ad c. 30. Prætorum, verbo, execution. n. 33.* Auendan. *de exequendis mand. p. 2. c. 30. n. 1. vers. aliquando tamen*, Azeued. *l. 5. tit. 21. lib. 4. nouæ recop.* Soar. de Pace *in pract. p. 4. tom. 1. c. 1. à n. 22.* Guttier. *pract. lib. 1. q. 121.* Idem apud Gallos decisum esse refert Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, tit. de chirog. recognit. in præfat. à num. 44.* Eodem modo epistola licèt non 6
probet pro scribente, Menoch. *de arbitrar. casu 94. n. 62.*

n. 6. recognita tamen per eum probat contra illum, Couar. *pract. c.* 22. *n.* 6. *in fine*, Menoch. *d. casu* 94. *n.* 11. Mich. Graff. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 4. *tit.* 11. *n.* 325. *pag.* 587. Mascard. *concl.* 626. Farin. *fragment. crimin. litera A. num.* 526. *cum seqq.* Rota *decis.* 839. *in* 1. *collect. nouiss. Farinacij.* Illud tamen aduertendum duxi recognitionem literæ missiuæ non debere ita esse exactam sicut aliarum scripturarum, cùm huiusmodi literæ missiuæ non soleant scribi in præsentia testium, Buratt. *decis.* 143. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 64. *n.* 27. *&* 7 *n.* 28. idem dicit in recognitione partitarum de- 8 scriptarum in libris, & cedulis mercatorum. Ad recognoscendum scripturam priuatam, seu literam missiuam citatus in propria persona, si non compareat, habetur scriptura pro recognita, si hoc ei præsumum ei sit in citatione, Couarru. *d. c.* 11. *n.* 4. Auendan. *d. c.* 30. *num.* 41. Parlad. *d. part.* 1. § 5. *n.* 11. Azeued. *l.* 5. *à n.* 13. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ recop.* Valasc. *conf.* 264. *n.* 2. Minor verò restituitur aduersùs recognitionem absque tutoris auctoritate factam, Azened. *d. l.* 5. *n.* 10. Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 123.

Illud quoque aduertere oportet quòd scripta manu alicuius etiam sine testibus, die, & anno, probant contra ipsum, vt per Dec. *in præsenti n.* 9. *in fine*, Paul. de Castro *cons.* 216. *num.* 1 *&* 2. *lib.* 1. Rot. *decis.* 751. *n.* 1. *&* 5. *p.* 1. *diuers.* innicta præsertim obseruantia, quæ dat vigorem scripturæ informi, Aym. *de antiq. tempor. p.* 1. *vers. quarto limitatur n.* 14. *&* 15. Bald. *conf.* 400. *n.* 5. *lib.* 4. Verall. *decis.* 234. *p. f.* Menoch. *cons.* 508. *num.* 20. *lib.* 6. concurrentibus quoque aliquibus adminiculis, quæ efficiunt vt scriptura informis probet. Aym. *cons.* 613. *num.* 14. Riminald. iun. *cons.* 52. *n.* 112. *lib.* 1. Decian. *cons.* 11. *num.* 121. *lib.* 1. Cephal. *consil.* 608. *num.* 58. *& seqq. lib.* 4. & fuit dictum ac consideratum *in Vrbeuetana censuum* 28. *Iunij* 1638. coram Card. Virili.

Deinde aduertere oportet recognitionem scripturæ priuatæ fieri debere per testes qui viderint illam scribi, & deponant se illius confectioni interfuisse, nec sufficit si dicant se habere notam manum scribentis, quia scribendi forma multis ex causis quotidie mutatur, tum quia de facili potest adulterari, & sic propter similitudinem literarum testes facilè de- [illegible] per text. *in auth. de fide instrum. §. si quis igitur*, resoluunt Grammat. *dec.* 84. Granut. *theorem.* 15. *per tot.* Thesaur. *quæst. forens.* 24. *num.* 5. Mart. *voto* 45. *per tot.* Menoch. *de arbitr. casu* 114. *num.* 22. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 7. *ex num.* 17. Marescot. *var. resolut. lib.* 1. *cap.* 69. *&* 80. quos refert & sequitur Ferentil. *in annot. ad decis.* 143. *Buratti num.* 38. *lit. E.* Attamen in multis casibus sufficit recognitio per testes dicentes se habere notam manum scribentis, licèt non fuerint præsentes scripturæ, veluti vbi concurrunt adminicula, Marescot. *d. cap.* 79. *num.* 6. Fontanel. *de pactis nupt. claus.* 6. *gloss.* 3. *p.* 7. *n.* 28. vbi *num.* 23. *&* 24. subdit sufficere adminicula vndecunque etiam ab extra prouenientia, Granut. *d. theorem.* 15. *ex num.* 10. Gregor. XV. *decis.* 388. *num.* 2. vbi adden. *num.* 6. Buratt. *decis.* 292. *num.* 15. *&* *decis.* 330. *num.* 6. Rot. *decis.* 303. *p.* 1. *recent.* & *in Romana pecuniaria* 5. *Maij* 1627. coram R. P. D. Dunozetto iun. Et in scripturis, quæ fiunt absente parte, vt in literis missiuis, vel cambij, Granut. *d. theorem.* 15. *n.* 25. Gabr. Pereira *Lusit. decis.* 97. Rot. *decis.* 570. *p.* 2. *diuers.* & *in Romana census* 17. *Decembris* 1627. coram R. P. D. Merlino. Et vbi adest statutum, vel consuetudo quòd sufficiat recognitio facta per testes deponentes se habere notam manum, Strach. qui loquitur de consuetudine mercator. *rub. quomodo in causis mercatorum procedendum sit num.* 11. Rot. Ianuen. *decis.* 16. *n.* 11. *&* *dec.* 18. *n.* 3. *&* 12. Fontan. *d. p.* 7. *n.* 26. & idem seruatur de stylo in Tribunali Auditoris Cameræ, vt testantur Vestr. *in praxi lib.* 6. *c.* 1. *n.* 8. *vers. nihilominus*, Tiber. Salust. *in praxi lib.* 1. *c.* 33. *n.* 10. Et de stylo Curiæ Romanæ in scripturis in quibus testes adhiberi non solent, Bursat. *cons.* 103. *n.* 9. *lib.* 1. Buratt. *decis.* 587. *num.* 5. *&* *decis.* 658. *n.* 1. Rot. *decis.* 530. *num.* 7. *p.* 1. *recent.* & *in Bononien. de Manzolis* 13. *Martij* 1626. coram Remboldo.

Secundò limita in scriptura priuata cùm diuturni- 9
tate temporis, vt per Tiraq. *de præscript. fol. mihi* 48. *in princip.* Mascard. *concl.* 111. *n.* 8. *& concl.* 1294. Ias. *in l. admonendi n.* 77. *in fine*, *& repet. n.* 90. *ff. de iureiurand.* Marsil. *sing.* 436. Riminald. *cons.* 365. *num.* 3. *vol.* 4. Caballin. *milleloq.* 658. *in fine*, Borrell. *cons.* 40. *n.* 36. Menoch. *cons.* 402. *n.* 47. cum aliis citatis à Genoa *d. lib.* 2. *q.* 3. *n.* 232.

Tertiò limita, parte non opponente, nam si quando 10
producta fuit contra eam pars non opposuit, ab eo censetur approbata, & veritatem continere, Mascard. *d. concl.* 1194. *n.* 18. Surd. *decis.* 199. *n.* 8. etiamsi careat die, & consule, *decis. Genuens.* 126. Vinian. *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 59. *pag.* 529. Rebuff. *d. tit. de chirog. recognit. in præfat. n.* 88. Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 4. *num.* 9. Menoch. *d. casu* 94. *num.* 12.

Quartò limita in scriptura priuata penes acta de 11
consensu partium lata, quia tunc habet vim sententiæ iudicis, & facit transitum in rem iudicatam, & habet executionem paratam, vide Menoch. *remed.* 4. *adipisc. n.* 104. *& cons.* 326. *n.* 24. Tiraq. *de retractu lig. §.* 2. *gloss.* 1. *n* 14. Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin. p.* 1. §. 10. Vincent. de Franchis *Neapol. dec.* 118. *num.* 7. Mascard. *concl.* 711. *num.* 70. *& concl.* 1294. *num.* 17. Azeued. *l.* 1. *num.* 22. *cum seqq. tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ recop.* Surd. *decis.* 309. *n.* 15. Cald. Pereira *de renouat. emphyt. quæst.* 11. *num.* 4 Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 7. *num.* 17. vbi resoluit pactiones partium, quæ à notariis publicis scribuntur in actis, habere vim publicarum scripturarum; & aduertit quòd priuatus apud acta scribat confessionem, vel responsionem suam, & subscribat, talis confessio, vel responsio habet vim publici instrumenti, de quo etiam Menoch. *d. remed.* 4. *adipisc. n.* 104.

Quintò limita in priuata scriptura reperta in ar- 12
chiuo publico, vt per Cald. Pereira *de emptione, & vendit. cap.* 1. *num.* 22. vide plures Doctores quos citaui *ad cap. ad audientiam, de rescript. & ad gloss. c. cum causam, de probation.* scripturæ autem extractæ ex archiuio Episcopali, dicuntur extractæ ex archiuio publico, & plenè probant, vt per Franc. Marc. *dec.* 439. *num.* 2. 3. *&* 4. *p.* 1. Aluarot. *inter consilia Alberti Bruni cons.* 121. *n.* 3. Modern. Parauin. *de priuata scriptura lib.* 5. *c.* 1 *n.* 33. Rot. *in Sorcana beneficij* 8. *Martij* 1627. coram R. P. D. Merlino, vbi fuit dictum eandem fidem dandam scripturis extractis ex archiuio Cassinensi, quia archiuium illius Monasterij Cassinensis publicum est, & publicæ confert vtilitati, ac publicè custoditur, quo casu scripturæ ab illo extractè probant, secundùm Socin. sen. *cons.* 258. *n.* 6. *lib.* 2. aliàs secus iuxta Pute. *decis.* 168. *lib.* 3. *& dec.* 25. *tit. de fide instrument.* & non solùm probant inter personas illius territorio subiectas, vt per Caputaquen. *decis.* 42 *p.* 1. Pute. *decis.* 341. *n.* 2 *lib.* 2. Reuerendissimum Coccin. *decis.* 36. *n.* 10 *&* *decis.* 128. *n.* 2. in eius impressis, Trentacinq. *var. resol. lib.* 2. *tit. de fide instrument. resol.* 8. *n* 8. sed etiam extra territorium archiuij cùm habeat & custodiat scripturas pertinentes ad totum ferè orbem, vt docet Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis.* 21. *n.* 6.

Sextò

13 Sextò limita stantibus adminiculis, vt per Farin. *p.4. conf.70.n.59. cum multis seqq.* Caualer. *decis.234. p.1.* Caputaq. *decis.114.n.3.vers.quantitas, in fine,* Rot. *decis.vlt. p.1.diuers.*

14 *Sigillum.*] De Sigillo vide multa per Couar. *pract. c.22.num.9.* Menoch. *de præs.lib.2.præs.57.* Gonzal. *ad reg.8.Cancel.gloss.61.*

15 *Alicuius.*] Dictio hæc de minimo etiam intelligitur, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocandis donat. verbo, omnia, n.14.* Menoch. *remed.14. recup. n.8. & cons.4.n.18. & cons.35. n.9. & cons.178. n.29.* Surd. *decis.283.n.8. & cons.383.n.12.* Cened. *sing.5.n.1.* Steph. Grat. *discept.forens.cap.509.n.35.* & plures alios citatos per me *in remiss. de dictionibus, & claus.diction.14. num.6.*

In gloss. *Sigillum*, ibi, *authenticum dicitur sigillum Episcopi, & ei creditur.* Ita Rot. *decis.1. de probat. in nouis,* vbi dicit hoc procedere de generali consuetudine totius Orbis, & obseruantia Palatij Apostolici in iis, quæ spectant ad officium Episcopi inter eius subditos, & extra causam eius propriam, & dummodo non procedat vt iudex, & in procuratorio Episcopis firmat Rot. *decis.12 de procurat. in eisdem nouis, & 36. eod. tit. in antiq.* & fuit dictum *in Brachar. Parochialis 17. Februar.1589* coram Reuerendiss. Perusino, & facit decis. Seraph. *decis.773.n.16.* & fuit firmatum *in Tridentino decimarum 14. Februarij 1610.* coram Card. Sacrato. Non tamen probat in præiudicium tertij, vt postea resolutum extitit *in eadem causa 6. Aprilis 1620.* coram eodem, intelligendo tamen quando actus principaliter tendit in præiudicium tertij, secus si Episcopus disponat super iis, quæ principaliter ad se spectant, tunc enim non attenditur præiudicium, quod occasionaliter, & in consequentiam tertio euenire posset, & allegatus fuit Castren. *cons.13. incip. Super primo dubio, num.2. part.1.*

Et semper sigillum publicum præsumitur appositum de consensu illius cuius est sigillum, quando sigilli dominus non contradicit, vt per Anton. de Butr. *in cap.tertio loco, num.3.vers.secundò nota,* & *ibid.* Dec. *n.8. vers. & subiicitur, de probat.* Abb. *in præsenti n.15.vers. quòd autem sigilla,* Vitalin. *in Clem.1.§. fin. n.47. de iureiur.* & inclinarunt Domini de Rota *in decis. seu discursu 535. n.1. l.1. diuers.* sigillum enim publicum à fide digno diligenter custodiri solet, vt in proposito adnotauit Cou. *tract.cap. num.9.* & præsertim vbi scriptura sigillata non continet aliquid ad fauorem familiaris illius, cuius est sigillum, de quo possit dubitari de subtractione sigilli iuxta distinctionem Anchar. *in præsenti n.3.* Hyppol. de Marsil. *in l.1.§. in rationib. in 10. ff. ad leg. Cornel. de falsis,* Roman. *cons 446. n.12.* & Anton. Gom. *comm.tit. de præsumpt. concl.4.n.13. & 14.*

Et solum sigillum publicum probat absque alia subscriptione Episcopi. Innoc. *in præsenti, n.5.* gloss. *verbo intelligendum in l. si procuratorem, ff. de procurat.* & *ibi* Castren. *n.5.* Dec. *in d.c.tertio loco, n.3. de probat. & in cap. post cessionem, n.31. vers. prima conclusio, eod. tit.* Bald. *in l.2. in fin.* & *ibi* adden. *C. de rebus non alien.* quem sequitur Alex. *in l. quæ dotis, n.38. vers. contrarium, ff. soluto matrim.* Gemin. *cons.57.n.5.* Roman. *cons.303.n.2.* Hyppol. de Marsil. *in rubr. C. de probat. n.320. & 323.* Bero. *quæst. famil.48.n.11.* Bursat. *cons.39.n.26.* Couar. *d.cap.22.n.9.* Boër. *decis.154.n.5. in fin.* Anton. Gabr. *d.concl.4.n.3.* Menoch. *cons.2.n.322. & de arbitr. casu 113. n.6.* & videtur fuisse de mente Rotæ *in decisionibus suprà in principio allegatis,* dum considerat solam authenticitatem sigilli, quæ consideratio aliàs esset superflua, si opus esset subscriptione, cùm sola subscriptio absque alio sigillo probet consensum & auctoritatem subscribentis, Anton. Butr. *in præsenti, n.4. vers. an ipsa exigatur,* Bart. *in l. cum tabernam. §. idem quæsit, n.2. ff. de pignor.* Gabr. *d. tit. de præsumpt. concl.4.n.12.* Rot. *decis.301.n.3. p.1. recent.* & de signatura Papæ, Rot. *decis.605. n.5. p.2. decis 585. num 2. part.1. recent.* & in istis terminis satis firmat Rot. *d. decis. 36. de procurat. in antiq.* vbi dicit quòd si Episcopus, vel Abbas vult facere mandatum nomine sui Capituli, vel Conuentus, debet exprimere nomen Capituli, vel Conuentus, & si non ponatur Capitulum, vel Conuentus, sufficit quòd in procuratorio reperiatur eorum sigillum, ex quo satis apparet sigillum supplere nomen Conuentus, vel Capituli.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum Apost. propter rasuram in loco non suspecto non censetur vitiosum.*
2 *Abrasio in literis Apost. non inducit falsitatem quando non reperitur in loco suspecto, aliàs secus.*
3 *Rasura, cancellatio, vel interlineatura quando falsi præsumptionem inducant, remissiuè.*

CAP. Ex literis. III.

LIteræ Apost. propter rasuram factam in narratiua 1
vel in locis non suspectis, non censentur falsæ, vel suspectæ sicut nec priuilegia si abradantur in nominibus possessionum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innocent. Anan. Hostiens. Bald. Panorm. Barbat. Felin. Henric. Boich, Anchar. Mynsing. Butr. Guid. Papæ, Cujac. Vinian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag.194.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag.220.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Anton. August. *collect.2. Decretal. lib.2. tit.14 cap.vnic.*

Probat hic text. abrasionem in literis Apostol. 2
non inducere falsitatem, quando non reperitur in loco suspecto, aliàs secus, vt per Farinac. *in praxi crimin. p.6. de falsitate, & simulat. q.52. num.47. vsq. num.46.* resoluit abrasionem in dispositione iuris reddere falsas literas Apostol. secus in narratione facti. Sic etiam abrasio in instrumento seu literis in suspecto & substantiali loco vitiat, vt per Socin. *reg.2.* secus quando rasura non est in loco substantiali, Menoch. *remed. 4. adipiscend. num.709.* Vnde cancellationem instrumenti in loco scilicet suspecto impedire missionem in possessionem, resoluit Flamin. *de resignat. benefic. lib.9. quæstion.7. num 46.*

Cætera de rasura, cancellatione, vel interlineatura, an, & quando inducant falsi præsumptionem, vide Villalob. Vezin. & alios *tom.1. communium opinion. lib.4. tit.11. num.245. cum seqq.* Mascard. *de probat. conclus. 1243. à num.13.* Cur. Philip. *part.1. §.17 numero 33.* Alexand. Trentacinq. *variar. resolution. lib.2. sub hoc tit. resolution. 11.* Surd. *consil 17.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium de falso redarguenti iudex faciet illud exhiberi coram se, & partibus, & in loco congruo, & securo, & interim stabitur sententiæ latæ per illud.*

2 *Scriptura rasa præsumitur falsa.*
3 *Sententia lata ex falso instrumento valet, & tenet vsquequo contrarium probetur.*

Cap. Accepimus. IV.

1 PRiuilegia partis aduersæ quando quis dicit esse falsa, iudices in loco congruo, & securo vt in clausstro Religiosorum, coram duodecim testibus infra certum terminum illa demonstrent partis, sed interim priuilegia, & sententia lata suam habeant vim. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Barbat. Anan. Host. Bald. Panorm. Felin. Butr. Anch. Mynsing. Guid. Pap. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 195. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 281. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. *&* 2 refertur Ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 14 *c.* 2.

2 Notatur ad hoc quòd rasa scriptura præsumitur falsa, & tanquam falsa reiici potest, vt per Mascard. *de probation concl.* 1254. *à princ.* De rasuris & cancellatione scripturarum, seu instrumentorum, vide Anton. Gom. *l.* 2. *Tauri, n.* 91. *& l.* 45. *n.* 145 *ad fin. &* 146. Menoch. *de arbitr. casu* 187. *à n.* 34. Mascard. *concluf.* 494. Surd. *cons.* 16.

3 *Interim autem nolumus*, &c.] Notatur ad hoc quòd sententia lata ex falso instrumento valet & tenet vsquequo contrarium probetur, vt per *gloss.* 10. *in princ. l.* 7. *tit.* 10. *lib.* 1 *leg. fori.*

Cap. Contingit. V.

Cœlest. III.

1 PRiuilegium suum, vel indulgentiam, vel instrumentum quando vna pars demonstrare cogitur, tunc legi debet coram iudice, & aliquibus viris prudentibus deputatis ab ipso iudice, audiente parte contraria, & si quæstio fuerit super vno capitulo solùm, illud tantùm rescribatur, & parti aduersæ copia tradatur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Host. Bald. Felin. Henric. Boich, Butr. Mynsing. Barbat. Dec. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration.* 2. *libri iuris Pontif. pag.* 195. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 281. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 14. *c.* 3.

2 *Præsente iudice.*] Notatur ad hoc quòd instrumenti productio ita debet coram iudice fieri, vt non sufficiat coram notario & testibus illud exhiberi, vt per Couar. *var. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 5 *in princ. & pract. c.* 20. *n.* 6. *vers. instrumenta*, vbi *n.* 7. *in princ.* dicit aliud esse obseruandum in illo instrumento quod plures habet partes, & varia rerum capita distinctos actus continentia, vt illud omnino & integrè iudici exhibeatur quominus ille totum legere possit si velit, & sic exhibito aduersario copia danda est, aut editio faciendæ illius capitis, quo producens vti velit, de quo etiam vide *gloss.* 2. *post princip. & gloss.* 4. *tit.* 9. *lib.* 2. *leg. for.* Mich. Grass. *tom.* 1. *comm. opin. lib.* 4. *tit.* 11. *num.* 151. *pag.* 575. Vnde pro legatario non debere edi totum testamentum, sed particulam tantùm, quæ illi pertinet, tenet Aules *ad cap. Prætorum, in proœm. n.* 13. *fol. mihi* 21.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum publica manu non confectum habens sigillum, cuius literæ non sunt legibiles, vel scripturæ deletæ, vel enormem patitur fracturam non probat.*
2 *Petitorium & possessorium quando intentatum, & motum dicatur, ostenditur.*
3 *Cancellario, siue interlineatura diei appositæ in instrumento suspicionem falsitatis inducit.*
4 *Falsitatis oritur suspicio cùm aliquid scripturæ additum apparet ex diuerso iuramento.*
5 *Attramenti varietas suspicionem inducit.*
6 *Sigillum datur in signum confirmationis.*
7 *Sigillum si frangatur pro ea parte vt non dignoscatur imago, vel non cognoscantur literæ, nec cuius sit, non facit fidem.*
8 *Sigillum debet continere characterem, seu literas circum proprium nomen declarantes.*
9 *Bolletino, quod fit pro peste, vel aliqua alia de causa non datur fides, si sigillum in eo bene impressum non sit.*
10 *Literæ quando habent causam manifestam, quam approbant periti, non faciunt falsitatis suspicionem.*
11 *Falsitatis suspicio oritur ex rasura in loco valdè suspecto instrumenti, vel Bullæ.*
12 *Falsitatis præsumptio oritur ex foliorum incisione.*
13 *Abrasio æquiparatur consumptioni.*
14 *Instrumentum corrosum in parte substantiali an probet remissiuè.*
15 *Testis examinatus illo citato, cuius principaliter intererat, fidem facit.*
16 *Confirmatio præsupponit iam ius competere.*
17 *Confirmatio priuilegij intelligenda est secundùm formam petitionis, & supplicationis, quæ in ipso priuilegio declaratur.*
18 *Interpretatio in omni dispositione est facienda, vt actus valeat potius, quàm pereat.*
19 *Responsio ita debet intelligi ne respondens incidat in contrarietatem.*
20 *Interpretatio illa facienda, qua scripturæ concilientur.*
21 *Dominium acquisitum ex vno titulo potest amplius alio titulo, vel causa de nouo acquiri.*
22 *Instrumenti appellatione non venit priuilegium.*
23 *Comes quis potest esse ratione patrimonij & Episcopus.*
24 *Dominium per instrumentum locationis non probatur.*
25 *Possessio per simplicem locationem non probatur.*
26 *Clausula appellatione remota, vbi in primis literis est opposita, ne ea debet fieri mentio in secundis.*
27 *Verbum*, pertinere, *omnem causam & titulum siue singularis, siue vniuersalis successionis comprehendit.*
28 *Indictio quid sit ostenditur.*
29 *Scriptura munita sigillo alieno de voluntate sigillantis adiecto probat.*
30 *Chronicis antiquis, quibus à Maioribus fides communiter adhibita est, creditur.*
31 *Titulos varios potest quis obtinere super eodē beneficio.*

Cap. Inter dilectos. VI.

Innoc. III.

QVando iura partium sunt obscura, sententia fertur contra eum, qui est petitor, & absolmitur conuentus, & sic qui in causa non legitimè probat, v. g. instrumenta corrosa, vel notoriè interfracta, vel cum sigillo vastata, vel aliena manu subscripta, vel 1

ex

ex qualitate chartæ, vel in anno Domini, & similibus nihil facit, nec nocet possessori. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. And. Imol. Henric. Boich, Barbat. Felin. Bald. Guid. Papæ, Host. Anchar. Panorm. Butr. Mynsinger. Anan. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag.* 196. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 281. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 2. *t.* 13 *cap. vnic.*

2 *Ad monasterium hæc omnia pertinere.*] Notatur ad hoc quòd si petatur rem restitui, dicitur intentatum petitorium; si verò in possessionem mitti, vel manuteneri, vel restitui, & reintegrari, motum dicitur possessorium, vt per Menoch. *in præluditis, recup. num.* 11.

3 *Vbi potuisset falsitas*, &c.] Notatur ad hoc quòd cancellatio, siue interlineatura diei appositа in instrumento suspicionem falsitatis inducit vt per Mascard. *de probat. concl.* 356. *n.* 2.

4 *Recentior apparebat.*] Notatur ad hoc quòd falsitatis oritur suspicio cùm aliquid scripturæ additum apparet ex diuerso atramento, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 187. *n.* 35. *&* *n.* 36. idem resoluit cùm literæ nouæ in charta antiqua scriptæ reperiuntur, & *n.* 38. etiam idem affirmat cùm instrumentum antiquitus confectum nouiter registratum, seu protocollatum

5 apparet, & *cons.* 23. *n.* 16. *cum seqq.* etiam dicit atramenti varietatem suspicionem inducere, de quo etiam *cons.* 199. *n.* 8. *&* *de præs. lib.* 5. *præs.* 20 *à n.* 8. Mascard. *concl.* 740. *n.* 18. vbi *n.* 20. hoc intelligit quando extaret diuersitas manus scribentis, aut alia concurrerent, quia sola diuersitas atramenti non sufficit ad suspicionem.

6 *Nec sigillum.*] Notatur ad hoc quòd sigillum datur in signum confirmationis, vt per Rebuff. *in tract. nominat. quæst.* 10. *n* 24. *in fine*, Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancel. gloss.* 61. *num.* 11. sigillum tribuit fidem scripturæ æquè ac subscriptio. Doct. *in cap. post cessionem, de probat.* Gemin. *cons.* 57. *n.* 5. *&* *cons.* 144. *num.* 4 Anton. Gabr. *commun. tit. de probation. concl.* 4. *n.* 45. Menoch. *cons.* 1. *num.* 332. Rot. *in Tridentina decimarum* 14. *Februarij, &* 6. *Aprilis* 1620. coram Card. Sacrato, & *in Casalen. beneficij* 28. *Iunij* 1627. coram R. P. D. Merlino.

7 Notatur etiam ad hoc quòd si sigillum frangatur pro ea parte vt non dignoscatur imago, vel tantum atteratur; vel cassetur vt non dignoscantur literæ, nec cuius sit sigillum, non faciet fidem, quia verè non est sigillum propter formæ omissionem, vt per

8 Rebuff. *d. q* 10. *n.* 26. Vnde sigillum debet continere characterem, seu literas circum proprium nomen declarantes, vel alias literas aptas, & conuenientes sigillo, vt facilè cognoscatur cuius sit sigillum, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 113. *n.* 3. Gonzal. *d. gloss.* 61. *num.* 5.

9 Notatur deinde ad hoc quòd bolletinum, quod fit pro peste, vel aliqua alia causa, non probat, nec vlla ei fides danda est si sigillum in eo positum non sit bene impressum, vt per Mascard. *de probat. conclus.* 147. & sigillum censetur appositum de voluntate illius, cuius sigillum est, vt per Farin. *cons.* 60. *n.* 12. vbi *addit. lit. H. p.* 4.

10 *Quædam apparebant lituræ.*] Aduerte lituras, quando habent causam manifestam, quam approbant periti, non facere falsitatis suspicionem, vt per Farin.

11 *part.* 4. *decis.* 65. *num.* 8. Et notatur ad hoc quòd falsitatis suspicio oritur ex rasura in loco valde suspecto instrumenti, vel Bullæ, vt per Mascard. *de probat.*

12 *concl.* 740. *num.* 43. Sic etiam falsitatis præsumptio oritur ex foliorum incisione, Menoch. *de arbitr. casu* 187. *num.* 46. *&* *cons.* 58. *num.* 6. Et quando in aliquo libro reperiuntur aliqua folia addita, & de nouo consuta, falsitatem pariter præsumi voluit Ioseph. Ludou. *Lucensi decis.* 13. *num.* 22. Intellige quoad effectum ciuilem, vt scilicet, fides scripturæ, seu instrumenti adimatur ex apostillis, additionibus, rasura, seu foliorum incisione; an verò quoad effectum criminalem, idest, contra Notarium possit criminaliter agi, & procedi, minimè ex prædictis falsitas arguitur, nisi aliis probationibus coadiuuetur, vt per Achil. Personal. *de adipisc. possess. n.* 138. *cum seqq. & sub n.* 146. Mascard. *de probat. concl.* 113. *ex n.* 17. *& concl.* 1254 *num.* 6. *& seq.* Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *quæst.* 153. *num.* 29 57. *&* 58 Apostillæ an & quando vitient scripturam, ponit optimè Rot. *in Bononien. fideicommissi de Dulphis* 22. *Nouembris* 1610. coram bonæ mem. Card. Caualerio, inter eius impressas *decis.* 122. *per tot.* vbi *num.* 6. tenet apostillas scriptas manu eiusdem Notarij in matrice non vitiare scripturam, licèt non appareat approbatio, & *num.* 9. subdit quod apostillæ, quæ sunt scriptæ aliena manu, non vitiant instrumentum si non sunt in parte substantiali.

Sed contra, &c.] Notatur ad hoc quòd abrasioni 13
æquiparatur consumptio, & ideo si aliqua pars literarum Apost. reperiatur consumpta in loco suspecto, inde oritur falsitatis suspicio, licèt non tanta quanta oritur ex abrasione? vt per Farinac. *in praxi crimin. part.* 6. *de falsitate, & simulat. quæst.* 151. *num.* 45. Et de instrumento, seu alia scriptura cor- 14
rosa in parte substantiali quod non probet; secus autem si sit in parte substantiali, colligitur ex *l.* 1. *§. fin. ff. de bonor. possess secundùm tab.* & *ibi* gloss. *in verbo muribus*, Ruin. *cons.* 217. *num.* 14. *lib.* 1. Tusch. *verbo instrumentum, concl.* 246. *num.* 20. *&* 22 Rot. *in Ferrarien. Capellaniæ* 4. *Iulij* 1625. coram bonæ mem. Vbaldo.

Nec attestationes, &c.] Notatur ad hoc quod testis 15
examinatus illo citato, cuius principaliter intererat, fidem facit, vt per Surd. *decis.* 103. *numero* 3. vbi quod prædicta textus verba continent partis allegationem, non vero Pontificis decisionem.

Quod non solùm confirmationes, &c.] Confirmatio 16
præsupponit iam ius competere, vt per Guttier. *pract. lib.* 3. *q* 16. *n.* 48.

Quamvis ex forma petitionis, &c.] Notatur ad hoc 17
quod confirmatio priuilegij secundùm formam petitionis, & supplicationis, quæ in ipso priuilegio declaratur, intelligenda est, vt per Guttier. *d. quæst.* 17. *n.* 42. *&* 50. *&* *q.* 41. *n.* 12. Grammat. *decis.* 103. *n.* 201. Menoch. *cons.* 33. *n.* 14. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 1. *§.* 1. *n.* 70. *&* 71. Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ, p.* 2. *fol.* 157.

Et modo, quo magis possit valere.] Notatur ad hoc 18
quod interpretatio in omni dispositione est facienda vt actus valeat potius, quàm pereat, vt per Hyppol. *sing.* 672. Xuar. *alleg.* 8. *n.* 15. ac vt omnis contrarietas remoueatur, Dec. *in l. pacta nouissima, n.* 5. *C de pactis*, Menoch. *cons.* 2. *n.* 61. Rebuff. *de reprobat. testium, n.* 114. *ad finem.* Sic etiam responsio ita debet intelligi, ne 19
respondens incidat in contrarietatem, vt per Surd. *decis.* 291. *num.* 23. Et illa interpretatio est facienda, 20
qua scripturæ concilientur, vt per Burg. de Pace *cons.* 2. *n.* 86.

In alio iudicio recepta fuissent, &c.] Collige ex his 21
verbis attestationes receptas in vno iudicio, in alio fidem, non facere, gloss. *verbo nocumentum*, & Doctores *in præsenti gloss.* & Doctores *in cap. cùm super, & in cap. per. de re iud.* Bart. *in l. sæpè, num.* 12.

vbi Ias. *n.* 79. *ff. illo tit.* communis ex Molin. *de primog. lib.* 4. *c.* 9. *n.* 5. Menoch. *de arbitr. casu* 111. Non obstat *cap. causam, quæ* 11. *de testib.* quod *ibi in addit.* intelligi nus procedere in attestationibus receptis in alio iudicio omnino diuerso ab illo, in quo de illarum fide, & probatione tractatur, qua propter dicendum est text. illum agere quando ab eisdem personis in iudicio contenditur, text. verò *in præsenti* procedere quando attestationes receptæ sunt inter diuersas personas, tunc enim in quocumque iudicio sine consensu litigantis nequaquam recipiuntur, vt in effectu tradunt omnes citati, & colligitur ex verbis huius text. ibi, *inter alias personas.*

21 *Ex alia causa meum*, &c.] Notatur ad hoc quòd dominium acquisitum ex vno titulo, potest ampliùs ex alio titulo, vel causa de nouo acquiri, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 13. *n.* 70.

22 *Per instrumenta vero*, &c.] Notatur ad hoc quòd appellatione instrumenti non venit priuilegium, vt per citatos Rebuff. *ad l.* 99 *ff. de verborum signif. pag.* 420. vbi contrarium tenet. Instrumenti appellatione quæ veniant, dixi *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appell* 119.

23 *Non sufficiat facta locatio.*] Notatur ad hoc quòd quis potest esse Comes, ratione patrimonij, & Episcopus, vt per Abb. *hic num.* 5. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 97. Syluan. *consil.* 3. *à num.* 53. Menoch. *remed.* 10. *recup. num.* 98. Cabed. *de patronatib. Regiæ Coronæ, cap.* 5. *numer.* 4. vbi ponit exemplum in Episcopo Colimbrien. Menoch. *de arbitr. casu* 231. *num.* 6.

24 *Nec est vtique probata proprietas.*] Notatur ad hoc quòd dominium per instrumentum locationis non probatur, vt per Mascard. *de probat. concl.* 541. nec probatur per instrumentum diuisionis, Alexand. *cons.* 187. *n.* 4. *lib.* 2. Hieron. Gabr. *cons.* 93. *n.* 10 *lib.* 2. Nec ex instrumento emptionis etiam cum pretij solutione & possessionis traditione, nisi ex parte emptoris probetur quòd venditor esset dominus, vel tantum temporis intercesserit quòd fuerit præscriptum, glos. *verbo in vacuam, paulò ante med. in l. cùm res C. de probat.* Alex. *cons.* 98. *n.* 7. *vol.* 2. Nec per instrumentum donationis probatur dominium donatarij nisi probatur donantem fuisse dominum. Afflict. *dec.* 240. *n.* 1. cum aliis per Surd. *decis.* 260. *n.* 11. vbi generaliter quòd dominium non probatur ex titulo, nisi constet quòd actor esset dominus, Aym. *cons.* 157. *n.* 5. Card. Mantic *decis.* 198. *n.* 1. Hoc tamen procedit in rei vindicatione, non autem quando agitur de dominio ad alium effectum, tunc enim leuiores probationes sufficiunt. Afflict. *decis.* 23. *n.* 4. & 5. Rot. *decis.* 12. *n.* 10. *p.* 2. *recent.* Intelligitur etiamsi agatur contra tertium, secus si agatur contra illum, qui ipsum emptorem, vel donatarium recognouit in dominum, & concurrant adminicula, Rot. *dec.* 400. *n.* ... *p.* 1 *recent.*

25 *Nec ad plenum possessio.*] Notatur ad hoc quòd possessio per simplicem locationem non probatur, Mascard. *de probat. conclus.* 1181. D. Barbos. *in l. si alienam, n.* 80. *ff. soluto matrim.* Menoch. *cons.* 180. *n.* 74. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 9. *n.* 13. Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q.* 16 *num.* 25. Rot. *decis.* 405. apud Farin. *in* 1. *collect. nouiss. aliàs p.* 4. *diuers.* qui secus dicunt quando vltra locationem interuenit pensionis solutio, tamen concurrentibus adminiculis concludenter possessionem contra tertium probari ex locatione responderunt Socin. *cons.* 13. *n.* 16. *lib.* 2. Natt. *consil.* 50. *n.* 49. *lib.* 1. Anton. Gabr. *commun. tit. de locato concl.* 4. *n.* 16. Cæs. de Grassis *decis.* 10. *de causa possess.* Rot. *in Romana, seu Albanen. diuisionis* 26. *Iunij* 1619. coram R.P.D. Pirouano, vbi etiam fuit dictum adminicula quoad hunc effectum ponderari ex effectuum perceptione, quod est signum euidens possessionis, & ex receptione pensionum, & ex productione eorundem locationis instrumentorum, ex qua oritur confessio contentorum in eis. Et quod ex instrumentis locationum bene probatur possessio ad effectum manutentionis in exactione decimarum concurrentibus adminiculis, resoluunt Grat. *cons* 50. *n.* 49. *& seq. lib.* 1. Seraph. *decis.* 996. *n.* 2. Rot. *decis.* 573. *n.* 3. *part.* 2. *recent. & in Leodien. Parochialis* 4. *Iulij* 1625. coram R.P.D. Merlino, latè Ferentil. *in annot. ad decis.* 263. *Buratti.*

Distinguendum videbatur, &c.] Collige ex text. data contrarietate instrumentorum quantum fieri possit, ad concordiam esse reducenda, idem videtur probare text. *in cap. cùm dilecta, de confirm. vtili*, iuncto text. *in cap. quoniam frequenter, in princ. vt lite non contest.* tradunt Bart. *in l. fin.* §. *item num.* 4 *ff. de condict. indeb.* Bald. *in l. scripturæ, C. de fide instr.* Felin. *in cap. cùm tu, n.* 8. *de testib.* Intellige vt procedat in illis instrumentis, quæ ad concordiam reduci possunt, cum Abb. *n.* 2. & Felin. 9. *in cap. imputari* 13. *de fide instrum.* Non obstat *l. Sempronius* 48 *ff. de legat.* 2. quia procedit ex eo quia per illam minorem quantitatem in fauorem hæredis reducitur ad concordiam contrarietas, seu contradictio, quæ apparebit in exemplis, de quibus *ibi*, Boër. *decis.* 252. *n.* 11. Menoch. *casu* 213. *n.* 15. Nec etiam obstat *l. scripturæ C. hoc tit. de fide instrum.* quia procedit in scripturis, quæ ad concordiam reduci nequeunt, patet ex verbis ibi, *scriptura diuersa.*

In glos. *Consumptum.* Notatur ad hoc quòd si in primis literis est apposita clausula, *appellatione remota*, de ea debet fieri mentio in secundis, vt per Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, notab.* 4. *num.* 14. 26

In glos. *Pertinere.* Notatur ad hoc quòd verbum, *pertinere*, omnem causam & titulum siue singularis, siue vniuersalis successionis comprehendit, vt per Ozasc. *decis.* 4. *n.* 2. Rebuff. *in l. verbum pertinere* 181. *ff. de verbor. signif.* Hieron. Portoles *in tract. de consortib. c.* 5. *num.* 19. 27

In gl. *Indictionis*, ibi, *nota ergo quid sit indictio*, &c. Indictio erat tributum quoddam quod olim Imperatoribus Romanis de lustro in lustrum à prouincialibus suis præstabatur, id est, de quinquennio in quinquennium soluebatur, & ex eo tempore, quo ab Imperatoribus fuit indictum, tabelliones, & notarij in instrumentis cœperunt ab indictionibus tempora, numerosque annorum computare ante Christi D.N. Natiuitatem, & ita prima indictio cœpit tribus annis ante Christi Natiuitatem, tradunt Otalor. *de nobilit. p.* 1. *c.* 2. *n.* 20. & 22. Garc. Tolet. *in lucerna rub. trium librorum Codicis, sub rub. de indictionib. à n.* 6. 28

In glos. *Deletæ*, ibi, *tertiò quia falsum sigillum*, &c. Notatur ad hoc quòd non solùm probat scriptura munita sigillo proprio, sed etiam alieno, dummodo exprimatur quòd de voluntate sigillantis fuit adiectum sigillum alienum, vt per Anton. Gabr. *commun. tit. de præs. concl.* 4. *n.* 15. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 61. *n.* 30. & 35. 29

In glos. *Magis*, ibi, *per chronicam Imperatorum.* Notatur ad hoc quòd chronicis antiquis, quibus à Maioribus nobis fides communiter adhibita est, credere debemus, vt per Xuar. *alleg.* 8. *n.* 21. *& seqq* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 10. *consid.* 46. *ad fin.* Mascard. *de probat. concl.* 398. *n.* 5. Guttier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 23. *n.* 23. vide citatos *ad cap. cùm causam, n.* 5. *de probat.* Vnde exemplis chronicarum historiarum, aut casuum similium rectè posse iudicari, tradunt Palat. *in repet.* 30

repet.rubr.de donat.inter virum, & vxor.§.42.*n.*2.Auiles *in proœm. Prætor. in verbo Reyna*, *n.*9. Fusc. *lit.E. sing.*48. Burg.de Pace *in proœm. legum Tauri ex n.*229. Hojed.*de incompat.benef. p* 2.*c.*1.*n.*47.Læl.de Zanchis *de priuileg.Eccles. priuil.*66.*n.*3.

31 In gloss. *Quod meum*,ibi, *plures titulo sui dominij assignet.* Notatur ad hoc quòd potest quis obtinere varios titulos super eodem beneficio, & defendere se ratione illorum, vt per Nau.*in cap. accepta, oppos.*3. *n.*3. *sup.de restit.spoliat.* Datur enim in beneficialibus multiplicatio titulorum, Calder.*cons.*7.*de elect.* Rota apud Farin.*decis.*117.*n.*1. *& decis.*333. *n.*6. *p.*1.*recent.* vbi intelligit sine præiudicio collatoris.

SVMMARIVM.

1 *Literæ super absolutione voti per Crucesignatos impetratæ tacita veritate, vel expressa falsitate non valent*
2 *Subreptio vitiat Principum priuilegia.*
3 *Priuilegium contra solitum cursum priuilegiorum, & contrarium rationi de falsitate est suspectum.*
4 *Verba*, carere volumus,*important ipso iure.*

Cap. Quod super his. VII.

1 LIteræ impetratæ à Sede Apostol. super commutatione, vel dispensatione voti, si fuit falsitas expressa, vel suppressa veritas sunt nullæ,& impetrantes cogi debent soluere votum. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Zabar.Collect.Bellam.Ioan.Andr.Anchar. Imol.Anan.Host.Butr. Panorm. Bald. Innoc. Henric. Boich, Felin. Mynsing. Aretin. Barbat. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 197. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 282. remissiuè Ximen.*in concord. p.*1. *&* 2.refertur ab Ant. Augustin. *collect.*3. *Decret.lib.*2.*tit.*12. *c.*2.

2 *Vnde si tales per suppressionem veritatis*, &c.] Notatur ad hoc quòd subreptio vitiat Principum priuilegia, sicut alia, vt per Xuar. *alleg.*8.*num.*7.*& alleg.*9. *num.*10.

3 *Non solùm dubias*, &c.] Ideo sic dicuntur dubiæ, quia insolitæ sunt, vt per Perez *l.*6.*gloss.*1. *pag.*694. *col.*1.*vers.item rescriptum, tit.*12.*lib.*3.*Ordin.* Vnde priuilegium contra solitum cursum priuilegiorum, & contrarium rationi de falsitate est suspectum, vt per Xuar.*alleg.*27.*n.*6.

4 *Carere volumus.*] Hoc est,ipso iure,ex ante traditis per Tiraq.*in l. si vnquam, C.de reuocandis donat.verbo, reuertatur, à n.*134.Sayr.*in claui Regia, lib.*3.*c.*8.*n.*26.

Cap. Pastoralis. VIII.

1 DEcretalis aliqua extrauagans quando allegatur, de qua meritò iudex dubitat, tunc si est conformis iuri communi, potest secundùm ea iudicare; si verò est dissona, non potest, sed debet consulere Papam. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Zabar.Bellam.Ioan. Andr. Imol. Innoc.Barbat.Anan. Host.Bald.Panorm.Felin.Butr.Anchar.Henric.Boich, Dec.Mynsing. Guid. Papæ, Cujac. Viuian.*in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.*197. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 282.remissiuè Ximen. *in concord p.*2. refertur ab Anton. Augustin. *collect.*3. *Decret. lib.*2. *tit.*12.*c.*2.

2 Collige ex text. quòd statuta iuri communi consona censentur esse ius commune, vt per Tiraq.*de retractu lig.*§.9. *gloss.*2. *n.*55. Vnde Ordinationes Regias Lusitanorum ius commune eis esse, resoluunt Gam. *Lusit. decis.*50. *num.*5.*& decis.*350.*n.*6. Valasc. *cons.* 103. *n.*8. Cald. Pereira *de empt. c.*1. *n.*5. Cabed. *Lusit. decis.* 211. *p.* 1. Sic etiam leges Castellæ apud Castellanos ius commune constituere tenent Perez *in proœmio ordinamenti, q.*3. Azeued.*in rubr. ad tit.*1. *lib.* 2. *nouæ recop. pag.* 122. Morl. *in emporio iuris, p.*1. *tit.*1.*q.*16.*n.*13.*vers.apud.*

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta, & scripturæ vsque ad conclusionem in causa produci possunt, &* n.2.
3 *Instrumenta in iudicio produci non possunt postquam fuerit in causa conclusum.*
4 *Consuetudo, vel statutum potest facere de non plena probatione plenam.*
5 *Consuetudine introduci potest vt plena fides priuatæ scripturæ adhibeatur.*
6 *Consuetudo, vel statutum iubens libris mercatorum plenam fidem ad liberi, valet.*
7 *Instrumenta publica, & aliæ scripturæ sunt coram ipsomet iudice producendæ, ad hoc vt fides eisdem adhibeatur in iudicio.*
8 *Conclusum in causa dicitur quando ambæ partes renuntiauerunt omnibus probationibus.*

Cap. Cùm dilectus. IX.

INstrumenta producere potest vtraque pars post publicaras attestationes, & ante definitiuam sententiam. Item vbi talis est consuetudo, creditur instrumentis Regis, & per ea potest quis probare suam intentionem in iure. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Hostiens. Bald. Panorm. Barbat. Felin. Henric.Boich, Anchar. Mynsing. Butr. Guid.Papæ, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 198. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 282. remissiuè Casal. *in annot. &* Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.refertur ab Anton Augustin.*collect.*3. [illegible] *tit.* 13 *cap* 4. 1

Etiam post publicationem attestationum, &c.] Notatur ad hoc quòd instrumenta & scripturæ vsque ad conclusionem in causa produci possunt, vt per Perez *l.*6. *tit.*11. *lib.*3. *Ordinam. pag.* 675. Mich. Graff. *tom.*1.*commun.opin.lib.*4.*tit.*11.*n.*169. *pag.*577. Viuian. *Neapol.decis.*235.Menoch.*de arbitr.casu* 241.Bernard. Græuæ.*ad practic.Camer.Imper.lib.*1.*concl.*107.*consid.*3. Ordin. Regia Lusitan. *lib.*3. *tit.*54. §. 16. vbi parens meus, Azeued. *per text.ibi in l.*3.*tit.*8 *lib.*4 *nouæ recop.* Ceual. *commun. contra commun. q.*630. Morl.*in emporio iuris Ciuilis, p.*1.*tit.*11.*q.*4. 2

Antequam sit in causa conclusum.] Ergo postquam fuerit in causa conclusum, instrumenta in iudicio produci non possunt, Mascard.*de probat.conclus.*925. Don. à Fina *tom.* 1. *communium opinion. lib.* 4. *tit.* 11. *num.*304 *pag.* 586. Nec sufficit si incontinenti post sententiam producantur: Ex Tiraq.*de retractu, tit.*2. §.2. *gloss.* 5.*num.*23. Mascard *d. conclus.* 925.*num.* 5. Plures casus in quibus post conclusum in causa instrumenta, & aliæ probationes admittuntur, refert Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 1. *collect.*85. Iul. Cæs. Imbrian. *de primo, & secundo benefic. consid.* 9. *à num.*43. 3

Quòd si consuetudo illius patriæ, &c.] Notatur ad hoc 4

hoc quod consuetudo, vel statutum potest facere de non plena probatione plenam, vt per Tiraq. *de nobilit. c.37.n.92.* Perez *l.5.gloss.1. pag.644.col.1. tit.8. lib.3. Ordinam.* Valasc. *cons.* 10. Et consuetudine introduci potest vt plena fides priuatæ scripturæ adhibeatur, Cald. Pereira *de empt.& vendit.c.25.n.47.* Henriq. *cons.* 56 *n.51.* Vnde valere consuetudinem, vel statutum iubentem libris camporum, mercatorum, vel similium adhiberi plenam fidem resoluunt Viu. *tom.1. commun. opin. lib.4. tit.11. n.316. pag.586.* Mascard. *de probat. concl.973. n.16.* Surd. *decis.312. n.3.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.171.n.2.* Couar. *pract. c.22. n.8. in fine.*

7 *Poteritis admittere.*] Ergo instrumenta publica, & aliæ scripturæ sunt coram ipsomet iudice producendæ, ad hoc vt fides eisdem adhibeatur in iudicio, vt per Couar. *pract.c.20.n.6.col.1.*

8 In gloss. *Conclusum.* Notatur ad hoc quòd dicitur conclusum in causa quando ambæ partes renuntiauerunt omnibus probationibus, & nolunt amplius quicquam probare, vt per Perez *l.6.verbo, pleito concluso, tit.11.lib.3. Ordinam. pag.676.* Alex. *cons.77.vol.1. & cons.62.vol.3.* Mar. Anton. *var.resol. lib.1.resol.101. à princ.* Iul. Cæs. Imbrian. *de primo & secundo beneficio consid.9.à n.4.*

SVMMARIVM.

1 *Instrumenti falsitas, vel quod deest instrumento, probari potest per testes.*
2 *Libellus vnus sufficit pro diuersis causis.*
3 *Venditor vbi tenetur tradere possessionem emptori, liberatur ab huiusmodi traditione, si se constituat possidere eius nomine.*
4 *Libera res tradi debet.*
5 *Res minus valet ex onere adiecto.*
6 *Venditionis contemplatione quod factum est, pars pretij est.*
7 *Valorem rei minuit pactum de retrouendendo.*
8 *Tabelliones, & Notarij vim duorum testium obtinere dicuntur.*
9 *Instrumentum reddit suspectum testis vnus ex numero necessario repugnans.*
10 *Testamentum ob dictum vnius testis instrumentarij vacillare dicitur.*
11 *Instrumentum testibus reprobari potest, illis enim repugnantibus vices suas amittit.*
12 *Instrumentum, etiamsi plures habeat inscriptos testes, duobus tamen omni exceptione maioribus, quoad eius seriem etiam directè reprobari potest.*
13 *Facta non præsumuntur nisi probentur.*
14 *Confessio partis etiam post conclusum in causa admittitur.*

CAP. Cùm Ioannes. X.

1 INstrumenti falsitas, vel quod deest instrumento, potest probari per testes, & sic testes præferuntur instrumento. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. And. Imol. Henric. Boich, Barbat. Felin. Bald. Guid. Papæ, Host. Anchar. Panormit. Butr. Mynsinger. Anan. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 199. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 283. *& tom.4. repet. in iure Canon. ad secundum Decret. librum,* Barth. Bellencin. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 2. tit.8. cap. vnic.*

Cum super, hoc est quibusdam aliis articulis.] Ergo vnus libellus sufficit pro diuersis causis, vt per Tiraquel. *de retractu, tit.2.§.2.gloss.1.n.67.* 2

Possessionem vacuam tradere.] Vnde cùm venditor tenetur tradere possessionem emptori, liberatur ab huiusmodi traditione, si se constituat possidere eius nomine, itavt ipse emptor non possit postea agere ad huiusmodi traditionem, sed tantùm rei vendicatione, vel publiciana in rem actione, vt per Tiraq. *de constituto, p.1.n.7.* 3

A creditoribus liberatam.] Ergo tradi debet res libera, itavt per simplicem traditionem non dicatur impleri contractus, Surd. *decis.153.n.7.* 4

Cuius conditionis intuitu, &c.] Notatur ad hoc quòd ex onere adiecto minus valet res, vt per Panorm. *hic num.3.* Pinel. *in l.2. C. de rescind. vendit. part.3. cap.4. num.23.* Et illud quod factum est contemplatione venditionis, est pars pretij, Tiraquel. *de retractu lig. §.1. gloss.18. num.69.* An pactum de retrouendendo minuat valorem? vide Couar. *lib.3. var. cap.10. num.1.* Tiraquell. *de retractu conuent. in præfat. numero 10,* Pinel. *in d.cap 4. num.19.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis.97. num.6.* Mascard. *de probat. conclus. 960. numero 13.* Menoch. *cons.358. num.16.* Gemin. *de vsuris commento 2. §.5. num.129.* plures refert Doctores Cened. *ad Decretal. collect.28 num 4.* quibus adde Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.8 tit.20. num.41.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 375. vers. rem venditam,* Azor. *instit. moral. part.3. lib.8. cap. 12. quæst.3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.15. num.293.* Gam. Lusit. *decis.138. num.2. & decis.168. num.8.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, sua facilitate, num.83.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 10. num.6. ad finem, & consil.60. num.10.* 5 6

Tabellionem quoque qui confecerat instrumentum.] Notatur ad hoc quòd Tabelliones, & Notarij vim duorum testium obtinere dicuntur, vt per Rebuff. *de reprobat. testium, n.125.* Mascard. *de probat. concl.1095. n.3. cum seqq.* Menoch. *cons.380.n.5.* 7 8

Et vnum ex testibus in instrumento subscriptis.] Ergo vnus testis ex numero necessario repugnans instrumentum reddit illud suspectum, vt per Bonacos. *commun. crimin. p.1. verbo, instrumenta, fol.96. verso,* Perez *ad tit.2. lib.5. Ordin. pag.135.* Instrumentum enim redditur suspectum, si testis deponit aliter fuisse scriptum, quàm partes dixerint, & voluerint, Bart. *in l.2.§. si quis neget, n.6. vers. quæro quid si vnus,* Bald. *num.3. vers. deinde nota, ff. quemadm. testam. aper.* Cranet. *cons.56. num.20.* Boër. *decis.118.n.14.& 15.* Menoch. *de arbitr. casu 105. n.13.* Rot. *decis.251. n.1. part.1. recent.* quos refert, & sequitur Buratt. *decis. 543. num.8.* Sic etiam testamentum ob dictum vnius testis instrumentarij vacillare dicitur, vt per Chærian. *tom.2. commun. opin. lib.6. tit.13. n.206. pag.56.* Menoch. *de arbitr. casu 105 n.22.* Surd. *cons.414.n.18. & 19. ad finem,* iuncto *n.43.* Farin. *in praxi crimin. p.4. cons.97.n.15.* 9 10

Vt trium, vel plurium idoneorum testium, &c.] Ergo testibus potest reprobari instrumentum, vt per Perez *l.1. gloss.4. pag.135 in princip. tit.2. lib.5. Ordin.* Cenal. *commun. contra commun. quæst.43. n.4.* Morl. *in emporio iuris Ciuilis, p.1. tit.11. q.5.* etiam non instrumentarios, Innocent. *in cap. tertio loco, in fine, de probat.* vbi Bald. *num.12. ante med. vers. quia propter,* Dec. *cons 101. n.3. vers. tertiò adsunt testes,* Buratt. *d. decis.543. n.10.* Nam illis oppugnantibus instrumentum vires suas amittit, scripturę fides prorsus labefactatur, Mascard. *de probation. in proœm. quæst. 6. numero 36. cum seqq.* Cald. Pereira *de emptione, cap.6. numero 4.* Aduertendum maximè est quòd etiamsi instrumen- 11

tum

tum plures habeat inscriptos testes, duobus tamen omni exceptione maioribus quoad eius seriem etiam directè reprobari potest, vt per Couar. *lib.2. variar. c.13 n.11.* Mascard. *concl.919.n.9.& 10.* Menoch. *de arbitr.casu 105.* Grammat. *dec.60. n.4.* Hippol. *cons.27. n.14.* Bonacos. *communium crimin. verbo, testamentum, fol.80.verso,* Mich. Graff. & Viu. *tom 1.communium opin. lib.4.tit 11 n.227. & seq.pag.581.* Flamin. *de resignat. benefic.lib 9.q.27.n.18.* Sayr. *in claui Regia, lib.12.c.21. n.11.* Steph. Grat. *discept fore sec.192.n.22. cum seqq.* Farin. *p.4.cons.54.n.23.& dec.s.49* Menoch. *cons.380. n.11.* vbi resoluit quòd testes debent esse omni exceptione maiores vt fidem faciant, & instrumentum ipsum ei contradicendo, suspectum reddant, & quòd hæc qualitas quòd sint omni exceptione maiores deduci, & probari debet à producentibus istos testes.

13 *Verùm responsionem istam,* &c.] Notatur ad hoc quòd facta non præsumuntur nisi probentur, vt per Mascard. *de probat. concl.732. à princip.* & plures citatos *in libello de principiis vtriusque iuris, lit.F.n.6.* & per me *in pract. Axiom. iuris vsufreq. Axion.93.n.27.*

14 *Fuisset in iure confessa.*] Ergo confessio partis etiam post conclusum in causa admittitur, vt per Azeued. *l.7.n.122.tit.18.n.4. nouæ recop.* Cald. Pereira *de potestate eligendi, c.7.n.21.*

Pronuntiamus venditionem prædictæ domus.] Videtur text. probare non esse præsumendas duas venditiones vt fieret concordia testium cum publico instrumento data vnius cum aliis repugnantia. Sed verius est data repugnantia inter instrumentum venditionis, & testes in illo non subscriptos, faciendam esse, si fieri potest, concordiam vsque adeò vt duæ venditiones præsumantur, de quarum altera instrumentum, de alia verò testes intelligantur, provt in hoc text. *vers. ad hoc*, Pontifex volebat suspicari, ita in specie Felin. *n.6 & 7 in præsenti*, Abb. *n.37 in cap.dudum il.2.de elect.* & in hanc sententiam inclinat Dec. *in cap in præsentia, n.10.de probat.* Alex. *cons.88 n.27. vol.5.* Nec oppositum probat hic text. *in vers. fin.* siquidem resp. propterea neglecta concordia absque instrumenti probatione secundùm testes hunc text. iudicasse venditionem tantummodo fuisse conditionalem, quia, vt aduertit Mynsing. *in cap. ciam tu n.2. de testib.* in specie huius text. per confessionem non vnius, sed vtriusque partis constitit vnicam esse venditionem patet *ibi*, quòd vnica tantum venditio, & insuper conditionale, patet *ibi*, ex vtrinsque confessione colligitur euidenter eiusdem domus venditionem conditionalem extitisse, & non puram, qua cessante confessione facienda erat concordia, & præsumendum multiplicatas esse venditiones, iuxta text. *in cap.cum tu*, scilicet vnam puram, in qua instrumentum verificaretur, & alteram conditionalem, de qua testes deponere intelligerentur.

15 In gloss. *Vacuam.* Intellige si venditor habeat rei restituendæ facultatem, vt per Perez *l.2.gl.1 pag.189. vol.2.tit.7.lib.5.Ordinam.*

Cap. Ex parte. XI.

Honor. III.

1 Literæ vnius defectus, seu carentia non vitiat decretum, vt sit in particula, *spoliarunt*, desitio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq Collect. Innoc. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Panorm. Host. Butr. Bald. Felin. Barbat. Guid. Papæ, Mynsing. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag.199.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag.283.* remissiuè Ximen. *in concord. p.2.*

Collige ex text. propter defectum literæ non vitiari rescriptum, vide Roman. *cons.548.* Bald. *in l. Imperator, ff. de statu homin.* Molin. *de primog. lib.2. cap.8. n.35.cum seqq.* 2

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta communia edi non faciens iudex parti hoc petenti, licitè appellatur ab eo.*
2 *Protocollum exhiberi aduersario petenti quando quis cogi possit, ostenditur.*
3 *Præsumptio est contra notarium celantem protocollum.*
4 *Instrumenta parti aduersæ edi debent.*

Cap. G. perpetuus. XII.

Gregor. IX.

QVando litigatur, & fit conuentio, vel reconuentio coram iudice, si vna pars petat sibi tradi instrumenta communia, & iudex hoc non curat, potest licitè appellare, & quicquid tentatur post appellationem non valere. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panormit. Anchar. Hostiens. Henric. Boich, Bald. Butr. Felin. Barbat. Guid. Papæ, Mynsinger. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 199.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 283.* remissiuè Ximen. *in concord. p.2.* 1

Copiam quorundam instrumentorum, &c.] Notatur ad hoc quòd vbi producens instrumentum haberet protocollum, aut præsumeretur id esse apud ipsum, cogendus erit petenti aduersario protocollum exhibere, præmisso iuramento, aut probatione quòd illud habeat, vt ille contra quem instrumentum producitur possit ipsum falsum allegare, vt per Couar. *pract. c.19.n.4.vers.tertium* Nam præsumptio est contra notarium celantem protocollum Mascard. *concl. 1090. n.25.* Perez *l.2.tit.5.lib.2. Ordinam. pag.2.* Valdes. *in addit.ad Xuar. p.1. pag.89.* Et non creditur dicenti re illud amisisse nisi probet, Farin. *in praxi crimin. p.6. tit.de simulat.& falsit.q.154.n.40.* Nec in hoc stabitur eius iuramento, Bajard. ad Clar. §. *falsum, n.162.& seq.* Stephan. Gratian. *discept.foren.c.161. n.27.& 52.* Nisi vltra iuramentum concurrant aliæ præsumptiones, Farin. *d.q.154.n.41.* 2

Fieri non faciebant eidem.] Ergo instrumenta parti aduersæ edi debent, vide tamen Doctores relatos *ad c.1.in fine, sup.de probation.* 4

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ priuatæ ab eodem productæ fidem non faciunt.*
2 *Falsitas arguitur ex contrarietate, seu repugnantia apparente inter vnum, & alterum instrumentum.*
3 *Contraria allegans non est audiendus.*

Cap. Imputari. XIII.

SCripturæ contrariæ inter se, si producantur non faciunt fidem, vt imputetur producenti. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarell. Collect. 1

Bellam. Ioan. Andr. Anchar. imola, Anania, Hostiens. Butr. Innoc. Panorm. Bald. Henric. Boich. Felin. Myns. Barbat. Guid. Papæ, Cuiac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 201. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 283. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 *Contrarias inter se scripturas*, &c.] Notatur ad hoc quòd falsitas arguitur ex contrarietate, seu repugnantia apparente inter vnum & alterum instrumentum, vide Menoch. *de arbitr. casu* 187. *n.* 43. *& cons.* 199. *n.* 16. Alex. Trentacinq. *var. resol. lib.* 2 *sub hoc tit. resol.* 5. latè Farin. *in praxi crimin. p.* 6. *tit. de falsitate, & simulat. q.* 153 *n* 121. *cum multis seq* vbi *n.* 132. limitat quando contrarietas, seu repugnantia non est de substantia. Aduerte ex Alexand. Trentacinq *d. resolut. n.* 6. *cum seqq.* quòd quando duæ scripturæ productæ sunt ab eadem parte, & indirectè contrariantur, neutri statur; quando verò productæ sunt à diuersis partibus, veluti vna ab actore, altera à reo, præfertur illa scriptura, quæ continet actum fauorabilem, & pium, & quæ confecta fuit à notario digniori, & quæ iuuatur maioribus adminiculis.

3 Communiter allegatur text. hic ad hoc quòd contraria allegans non est audiendus, vt per Couar. *var. lib.* 2. *c.* 2 *n.* 2. *in fine*, Gregor. Lopez *l.* 111. *verbo, ninguna, tit.* 18 *p.* 3. Menoch. *de præsumpt. lib.* 4 *præs.* 41 *n.* 2. Cabed. *Lusit. decis.* 34. *num.* 9. *part.* 1. Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 54. *num.* 18. Cardos. *in praxi iudicum, verbo allegatio, n.* 4. Marc. Anton. *variarum resol. lib.* 1. *resol.* 56. *n.* 1. Anton. Monach. *Bononien. decis.* 34. *n.* 1. Cardin. Tusch. *tom.* 2. *lit. C. concl.* 1005. Rendina *in promptuario receptarum sent. tit.* 100. *num.* 10. vbi declarat cum aliis hanc regulam locum non habere quando quis vult contra aduersas personas experiri.

4 In gloss. *Contrarias*, ibi, *sed nunquid est idem in testibus ab eadem parte productis? dico quòd non.* Recipitur ab Alex. Trentacinq. *d. resol. 5. n.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Debiti in instrumento si exprimitur causa, condemnatur debitor, nisi probet indebitum, si non exprimitur, necesse est vt creditor probet id fore debitum.*

2 *Confessio sine expressione causæ contra confitentem non probat, nisi agatur de liberando aliquem, vel facta sit in iudicio aut coram arbitro, seu cum iuramento.*

3 *Stipulatio sine causa non valet, nisi merita præcesserint.*

4 *Instrumentum vt habeat executionem paratam debet continere causam debiti expressam, vel per relationem ad aliam.*

CAP. Si cautio. XIV.

1 DEbitor absoluitur si in scriptura debiti non exprimitur causa quare fuit promissum, nisi creditor probet id fore sibi debitum, si exprimitur causa, condemnabitur debitor, nisi probet se id non debere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Henric. Boich. Barbat. Anch. Panorm. Host. Bald. Butr. Felin. Guid. Papæ, Mynsing. Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 200. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 284 *& tom.* 4. *repet. in iure Canonico ad secundum Decretal. libr.* Barthol. Bellencin. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 Collige ex text. confessionem sine expressione causæ contra confitentem non probare, vt per Mascard. *de probat. concl.* 345. Perez *l.* 3. *gl.* 1. *vers. quintò notabilis, pag.* 403. *tit.* 19. *lib.* 2. *Ordin.* Bossi. *in pract. crimin. tit de confessis, ex n* 43. Paul. Merend. *inter consilia crimin. diuers.* Zilet. *cons.* 91. *n.* 2. Crauet. *cons.* 136. *n.* 38. Ant. Scap. *de iure non scripto lib.* 5. *tit. de confess. reor. cap.* 125. Ceuall. *commun contra commun q* 38. Farin. *in praxi crim. q.* 81. *n.* 10. addit ad eundem *cons.* 80. *lib.* 1. *in lit. A.* vbi dicit quòd in confessione criminali non est necessaria expressio, & specificatio causæ, sed sufficit præexistentia illius, Buccaron *de different. inter iudicia ciuilia & crimin. differ.* 37. *ex num.* 6. vbi *num.* 8. adnotat ad declarationem huius text. vt toties dicatur confessio cum causa, quoties illius adsit præexistentia.

Intellige principalem huius text. conclusionem vt procedat ad effectum faciendi plenam probationem, semiplenam namque facere probant Bellacomb. *tom.* 2. *communium opin. lib.* 7. *tit.* 19. *n.* 213. *&* 217. *pag.* 297. Si verò agatur de liberando aliquem, huiusmodi confessio sine causa plenè probat, Mascard. *concl.* 345. *n.* 4. *& concl.* 346. *n.* 27. Rebuff. *in tract. nominat. q.* 12. *n.* 17. vbi resoluit quòd confessio in iudicio valet etiam sine causa, & *n.* 14. id limitat coram arbitro, Guttier. *de iuram. confirm. p* 1. *cap.* 47. *num.* 15. vbi *à num.* 14. probat promissionem, obligationem, seu confessionem sine causa cum iuramento valere, de quo etiam Couarruu. *in cap. quamvis pactum, de pactis in* 6. *part.* 2. § 4. *à n.* 15. *ad finem*, Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, confessio* 28. Caualer. *decis.* 263. *num* 3.

3 Vnde stipulationem sine causa non valere, nisi merita præcesserint, tenet Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocandis donat. verbo, donationa largitus, n.* 56. Et in-4 strumentum vt possit habere executionem paratam, debere continere causam debiti, aliàs stipulationem, seu promissionem in eo contentam non tenere resoluunt Anton. Gom. *var. tom.* 11. *cap.* 11. *n.* 3. *&* 4. Perez *ad l.* 3. *tit.* 5 *lib.* 3. *Ordin.* Mendoc. *in disput. suis, lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 52. Eduard. Caldeira *de errorib. pragmat. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 3. Guttier. *d. c.* 47. *à n.* 1. Azeued. *l.* 1 *à num.* 170. *tit* 21. *lib.* 4. *nouæ recop.* Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib.* 3. *c* 22. *n.* 12. Sufficit tamen quòd habeat causam expressam, vel per relationem ad aliam, vt per Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 41. *num.* 7. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *q.* 132. *n.* 16. Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. p.* 1. *cap. fin.* § 12. *limit.* 3. Vel quòd in causa conditio posita sic Anton. Gom. *d. cap.* 11. *num.* 3. *&* 4. Guttier. *d. cap.* 47. *num.* 9. Vel denique quòd dicat ex resto, vel ex reliquatione, Auendan. *tit. de las exceptiones, num.* 21. *vers. quarta solemnitas*, Rebuff. *de chirographis recognitis, à num.* 65. Azeued. *l.* 2. *num.* 23. *tit.* 16. *lib.* 5. *nouæ recopil.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij auctoritate potest Notarius tabellionis mortui notas in publicam formam redigere,* & n. 2.

3 *Citatio requiritur partis, cuius interest, non transcribi exemplar.*

4 *Exempla à notario facta solemniter præsumuntur facta.*

5 *Exempla fideliter sunt exemplanda iuxta tenorem, & typum exemplaris.*

6 *Exemplum sumptum ex protocollo notarij mortui habetur pro instrumento publico, & authentico.*

7 *Instrumentis exemplaribus fides adhibenda est, quando ex ipsius tabellionis protocollo traduntur, seruata iuris forma.*

CAP.

Cap. Cùm P. Tabellio. XV.

1 NOtarius si aliqua instrumenta redacta in notam non perfecerit, & moriatur, alius Notarius auctoritate iudicis ordinarij ad petitionem partium poterit illa in publicam formam redigere, & habebunt perpetuam firmitatem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Henric. Boich, Anchar. Bald. Panor. Felin. Barbat. Mynsinger. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 201. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 284. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1 & 2.*

2 *Morte præuentus.*] Idem dic si longa valetudine detineatur, vel in exilium mittatur, vt per Rebuff. *ad l. 99. vers. octaua regula est, ff. de verborum significat.*

3 *Auctoritate ordinarij iudicis.*] Quæ ob id requiritur vt citetur pars, cuius interest, non transcribit exemplar, vt per Boër. *decis. 37. n. 7.* Socin. *reg.* 231. Couar. *pract. c. 21. n. 6.* Menoch. *cons. 7. n. 1. & cons. 732. num* 4. Rebuff. *ad d. l. 99. vers. nonò quæritur, pag mihi* 421. Mascard. *de probat. concl.* 1388. Cald. Pereira *de emptione, & vendit. cap. 35. n. 9.* Rot. *decis. 1. de fide instrum. in nouis,* Ruin. *cons.* 88 *in fin. lib.* 4. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 859. *n.* 4. & quando pars est incerta, requiritur, generalis citatio per proclama. Couarruu. *practic. 21. n. 4. in fin. vers. tertiò exigitur,* cum aliis per Menoch. *d. cons. 7. num. 1.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 907. n. 32. & 41.*

Hæc tamen citatio in aliquibus casibus non requiritur, & primò in exemplatione Principis auctoritate facta. Felin. *in cap. fin. num. 9. de fide instrument.* Mascard. *de probat. concl. 741. num. 67. & 90.* Caualer. *decis. 205. n. 2.* quæ est inter recent. *decis. 422. n. 3. p. 1.* Secundò in exemplatione facta ex protocollo quando non pendet lis Neuiz. *cons. 25. n. 13.* Seraph. *decis. 1236. n. 3.* & fuit dictum *in Beneuentana domus 28. Iunij 1613.* coram Card. Pamphilio iun. Tertiò in exemplatione instrumenti facta per eundem, qui illud rogauit. Rot. *decis. 348. sub num. 2. post vol. 2. consil. Farin.* Quartò in iuribus exemplatis per successorem in officio, quæ etiam sine citatione partis, & aliis solemnitatibus probant, Dec. *in auth. si quis in aliquo n. 16. C. de edendo,* Verall. *decis. 224. n. 3. p. 2.* Rot. *decis. 351. n. 7. post vol. 2. consil. Farin.* & inter recent. *decis. 227. num. 1. & decis. 389. n. 2. p. 1. & decis. 581. n. 4. p. 3. & in Romana census 4. Iunij 1621.* coram bonæ memoriæ Vbaldo. sen. Quintò in exemplatione facta in præsentia partis aduersæ, vt fuit dictum *in Sulmonen. beneficij 7. Iunij*

4 *1627.* coram R. P. D. Duran. Præsumuntur tamen solemniter facta à Notario huiusmodi exempla, Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 80.* Cald. Pereira *d. cap. 35. n.* 10. præcipuè quando exemplatio est multum antiqua, nempe 30. annorum, quia tunc commissione iudicis & parte citata præsumitur facta, Tiraq. *de præscript. fol. 72. vers. 37.* Mascard. *concl. 711. n. 82.* sed vbi exemplum est antiquum transcriptum à tabellione notæ fidei, & in eo enuntiantur solemnitates requisitæ à iure; vt quia ipse notarius refert se hoc exemplum traduxisse mandato iudicis, parte vocata, & examinato diligenter originali, tunc enim huiusmodi exemplo plena, & integra adhibenda est fides, Couar. *d. c. 21. n. 7. vers. 4.* Menoch. *d. præs. 80. n. 2.* Steph. Grat. *discept. forens. c. 859. n. 15. & 16.* Caualer. *decis. 613. n. 2.* Nam si appareat in exactione non interuenisse requisita, tollitur nunc præsumptio, quæ ex diuturnitate temporis oritur, ex traditis per Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 132. num. 79.* quem refert, & sequitur Stephan. Grat. *discept. forens. c 268. n. 4. & d c. 859. n. 7.* Surd. *decis. 334. n. 20.* Canaler. *d. decis. 613. n. 2.* Burat. *dec. 444.* vbi Ferentil. *n. 14. in fine,* quo casu non sufficit antiquitas temporis 30. annorum, sed requiritur centum annorum. Couar. *d. c. 21. n. 7. in 3. casu vers. quod si non hac specie,* Canaler. *d. decis. 613. n. 3.*

Fideliter.] Notatur ad hoc quòd huiusmodi exempla fideliter sunt exemplanda iuxta tenorem, & typum exemplaris, seu prototypi, latè Cald. Pereira *d. c. 35. n. 42.* 5

Habitura per hoc perpetuam firmitatem.] Notatur ad 6 hoc quòd exemplum sumptum ex protocollo notarij mortui habetur pro instrumento publico, & authentico, vt per Menoch. *cons. 7. n. 6.* Mascard. *de probat. concl. 711. n. 9.* Cald. Pereira *d. c. 35. n. 8.* vbi *n* 9. resoluit quòd vbi tabellio, qui notam, seu protocollum scripsit mortuus est, debet extrahi instrumentum ab alio publico tabellione. Notatur etiam ad hoc quòd exem- 7 plaribus instrumentis fides adhibenda est quando ex ipsius tabellionis protocollo traduntur seruata iuris forma, vt per Bellacomb. *tom. 1. communium opinion. lib. 4. tit. 11. n. 147. pag. 575.* Quæ autem requirantur in confectione, celebratione & extractione instrumentorum, latè cumulant Parlad. *lib. 2. rerum quotid. cap. 20.* Couar. *d. c. 21.* Auil. *ad c. 19. Prætorum, verbo, transladen,* Menoch. *de arbitr. casu* 187. Rebuff. *ad l. 99. pag. 421.*

SVMMARIVM.

1 *Exemplar deductum auctoritate iudicis ordinarij, eandem vim habet sicut instrumentum originale,* & num 2.

3 *Vicarius Episcopi vigore generalis commissionis non potest authorare exemplum ex originali sumptum, vt eandem vim, & auctoritatem cum originali habeat.*

Cap. Si instrumenta. XVI. & fin.

SI propter antiquitatem, vel aliam causam quis 1 petat instrumenta exemplari, præsentibus instrumenta ordinario, vel ab eo delegato specialiter ad hoc qui ea diligenter inspiciat, & si non sunt in aliqua vitiata, debet facere ea exemplari per publicam personam, & habebunt eandem auctoritatem cum originalibus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Zabarel. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Anchar. Imol. Anan. Host. Butr. Panorm. Bald. Innoc. Henric. Boich, Felin. Mynsinger. Barbat. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 202. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 284. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Collige ex text. quòd exemplar deductum ab origi- 2 nali instrumento, eandem vim habet cum instrumento originali, vt per Alex. *cons. 150. n. 4. vol. 6. & cons. 112. ex n. 1 vol. 4.* Philip. Dec. *cons. 36. ex num. 1. & cons. 564. ex num. 12.* Ioan. de Arnono *sing. 50.* Roland. *cons. 69. ex n. 56. volum. 3.* Bursat. *cons. 119. ex n. 24. & cons. 123. n. 10.* Couarru. *pract. c. 31 ex n. 4.* Simoncell. *de decretis in præf. n. 121. cum seq.* Læli. de Zanchis *de priuileg. 64.* Mascard. *de probat. concl. 711. ex n. 17.* Menoch. *cons. 7. n. 1.*

Quando verò est eadem persona tabellionis quæ scripsit originale, & quæ scripsit exemplum, tunc exemplum plenam fidem facit sicut ipsum originale absque alia iudicis auctoritate, cùm idem tabellio de eodem actu possit plura instrumenta conficere. Felin.

in

in cap. Albericus n.2. Abb. *n.5. de testib.* Læl. de Zanch. *d. priuil. 64. n.18.* Menoch. *remed. 4. adipisc. ex n.653. & cons. 175. n.29.* cum aliis citatis *sup. ad cap. cùm P. tabellio, sub n.3. hoc tit.*

3 *Coram ordinario iudice, vel delegato ab eo specialiter.*] Ergo Vicarius ipsius Ordinarij vigore generalis commissionis non poterit auctorare exemplum ex originali sumptum, vt eandem vim, & auctoritatem cum originali habeat, Tiber. Dec. *resp. 24. n.44. vol. 1.* quem refert, & sequitur Narbona *de appellatione à Vicario Episcopum, p.1. n.250.*

De Præsumptionibus.

TIT. XXIII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Cujac. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 159. verso,* Petr. de Rauen. *in compend. iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitom. Decretal. fol. 74. verso,* Dan. Venat. *in analysi method. iuris Pontificij, à pag. 272.* Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthag. *in exposit. tit. iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 2. summ. in Decret.* omnes *sub hac rubr.*

De materia huius tit. vide Alciat. & Menoch. *in suis de eo tractatibus,* Philip. *de fictionib. p.2. cap.2.* Simanch. *de catholic. instit. c.5. à n.4.* Penia *ad direct. Inquisit. p.2. q.55. comm.80.* Mascard. *de probat. quæst.10.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.1. tit.2.* Aluarad. *de coniecturata mente defuncti, lib. 1. cap.4.* Mich. Graff. Bonacos. Donat. à Fina, & alios *tom 1. commun opinion. lib.4 tit.9 n.299 cum multis seqq.* Clar. *§. fin. quæst.10.* Farin. *in praxi crimin. p.1. q.36. n.67. cum seqq.* Aldrete *de Religiosa disciplina tuenda, lib.2. cap.7.* Rendina *in prompt. recept. sentent. tom.1. tit.90.*

SVMMARIVM.

1 *Pœnâ obnoxius sicut est manifestè nocens, ita & occultus, licèt postea dicat se ioco fecisse.*
2 *Factum omne malum semper prauè præsumitur factum.*
3 *Verba iniuriosa dicens præsumitur dixisse animo iniuriandi.*
4 *Iniuria non præsumitur per iocum illata, & ideo qui hoc dicit probare tenetur.*

CAP. Sicut. I. *Salom. Prou. 26.*

1 QVi manifestè nocet, v.g. mittens lanceam, vel sagittam, est noxius pœnæ, sic qui nocet occultè amico suo, licèt dicat, ludens feci. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Henric. Boich, Guid. Papæ, Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.202.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.285.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* desumitur ex Salomone in Parabolis, *cap.26.* refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decret. lib.2. tit.16. c.1.*

2 Notatur hic text. ad hoc quòd omne malè factum, prauè semper præsumitur factum, vt per Mascard. *de probat. concl. 223. n.5 & concl. 1003. n.21. & 71.* Farin. *in praxi crimin. p.3. q.85. n.25.* Vnde dicentem alteri 3 verba iniuriosa præsumi dixisse animo iniuriandi, resoluit Palat. *in alleg. hæresis, §.7. in princip.* Nam contra ea præsumitur, quæ de sui natura mala sunt, & de genere prohibitorum, licèt aliquo casu possint excusari, vt per Tiraq. *de pœnis temper. c.13. num.16.* Mascard. *de probat. concl. 495. n.4.* Farin. *d. q.85. n.34. & q.89. n.77.*

Ludens feci.] Notatur ad hoc quòd iniuria non 4 præsumitur per iocum illata, & propterea qui hoc dicit probare tenetur, vt per Mascard. *concl. 902. n.6. 9. & 12.* Farin. *d. p.3. q.105. n.127.* vbi *n.129.* asserit quòd de iniuria tenetur ille, qui de aliquo facit ludibrium, nec excusatur de eo, quòd ioco id se fecisse dicat.

In gloss. *In mortem, 1.* ibi, *ex quo processit ad actum.* 5 Vide Couar. *in cap. Raymutius, in princ. n.13. de testam. & in Clem. si furiosus, de homicid. p.2. in princip num.11. column.3.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua ex violenta præsumptione, fertur,* & n.2.
3 *Iudici licitum est prudentibus promissis, & bonis simulationibus rem allicere ad veritatem eruendam.*
4 *Caroli Magni iudicium refertur ad cognoscendum quis occidisset ex patre & filio de homicidio accusatis.*
5 *Alphonsi Regis Aragoniæ simile factum narratur.*
7 *Condemnari criminaliter non potest quis ex præsumptionibus violentis, seu vehementibus.*
8 *Pater, vel mater non præsumitur ille, quia filium non diligit.*
9 *Sententia diffinitiua, siue interlocutoria ex violenta præsumptione ferri potest, siue agatur de filiatione quoad possessionem, siue quoad proprietatem.*
10 *Filius quando dubitatur, an sit alterutrius duarum fœminarum, illa præfertur, quæ est in possessione.*

CAP. Afferte. II.

IVdex præsumptione vehementissima potest ferre 1 sententiam diffinitiuam, vt fecit Salomon de vno filio inter duas mulieres. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anchar. Felin. Bald. Henric. Boich, Panorm. Guid. Papæ, Cujac. Cened. *collect. 62.* Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 203.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 285.* & repetitionem edidit Petrus Martinez, remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* habetur *lib.3. Regum cap.3.* refertur ab Ant. August. *collect.1. Decret. lib.2. tit.16. cap.2.*

Ad plura celebris reputatur text. hic à Tiraquel, 2 *de pœnis temper. causa 27. à princip.* de cuius materia agunt Anton. Gom. *l.2. Tauri, n.4. & tom 3. variar. c.12. num 25.* Sarm. *select. lib.1. c.1. n.8.* Simanch. *de catholicis instit. tit.50. n.21.* Couar. *var. lib.1. c.2. n.16.* Menoch. *de præsumpt. lib.1. præs.2. n.7. & præs.88. & 97.* Perez *in rubr. tit.11. gloss.1. pag.668. lib.3. Ordin.* Ceuall. *communium contra communes, q.337.* D. Barbos. *in l.2. in princ. n.83 & 88. ff. soluto matrim.* Morl. *in emporio iuris, p.1. tit.12. q.1.*

Afferte mihi gladium, &c.] Notatur ad hoc quòd 3 licitum est iudici prudentibus promissis, & bonis simula

simulationibus reum allicere ad veritatem eruendam, vt per Abb. *num.2. not.1.* expendentem huiusmodi textum pro iudicibus, qui ad veritatem eruendam duci faciunt reum ad locum torturæ, Clar. *lib.5. §. fin. q.55. à num.7.* Couar. *lib.1. var. cap.2. num 16.* Tiraq. *de retractu lig. in præfat. à num.68.* Anton. Gom. *variar. tom.3. cap.12. num.6.* Vivian. *tom.1. opin.172.* Menoch. *de arbitr. casu 367.* Azened. *l.3. num.14. tit.2. lib.1. nouæ recop.* plures refert Cened. *d. collect. 62. num.2.*

4 Simili iudicio vsus fuit Carolus Magnus, is cùm accepisset patrem & filium homicidij accusari, & re vera adhibitis etiam grauissimis cruciatibus constare non potuisset quorum alter ex eis delictum perpetrasset, vtrumque laqueo suspendi iussit, hoc cognito pater nullam inde sibi spem vitæ considerans rem omnem patefecit, atque ita se reum criminis detexit, filiumque liberauit, referunt Menoch. *d. arbitr. casu 270. n.5.* & Sayr. *in claui Regia, l.12. c.17. n.28.*

5 Et simile Alphonso Regi Aragoniæ factum accidisse refertur *in libello de eius mirabilibus, fol.50. verso*, nam adhuc plenè puero, cùm Aragoniæ vtriusque Siciliæ regna susciperet accidit, vt quædam ancilla ex domino pareret, & ad libertatem ex Hispanensi lege procuraret, Dominus ne matre cum filio priuaretur, negabat ex se natum, deerant in re clam patrari solita probationes; quid ageret, bellè se expediuit, iubet sub hasta partum vendi; vincitur dominus licitatione, ergo ne, secum, filius meus in seruitutem me viuo; quin potius fateor quod res est, & ecce paterni animi erumpunt inuito lachrymæ, subsequitur lingua confessionem oculorum, sic patri filium matri debitam libertatem asseruit.

6 Tres Cynericorum Regis filij de paterno Regno contendentes iudicem elegere Ariopharnem, hic iubet parris cadauer sepulchro erui, arbori allegari, & eos arcu contendere, vt qui patris cor transfixisset, is in Regnum succederet, primogenitus guttur, secundus medium pectus corde illæso transfixit. Superant minimo spes Regni, vicit pietas, & se Regno cedere malle, dum in patris cadauer pietate superior esset, professus, iaculari detractauit, huic iudex regnum adiudicauit, quia naturæ propensione se & verè filium, & virtute præstantiorem ostendisset, refert Martin. Delr. *disquisit. magic. lib.4. in princip. pag. mihi 252.*

Diuidite infantem.] Notatur ad hoc quòd vbi iura partium sunt obscura, potest iudex rem diuidere inter collitigantes, de quo vide Boer. *decis. 42. n 39.* Tiraq. *de primog. q.17. opin.4. n.9.* Hieron. de Monte *de finibus regund. c.101. n.2.* Læl. de Zanch. *de priuileg. Eccles. priuileg. 66. n.4. cum seqq.* Menoch. *remed.3. retin. ex n.755. & de arbitr. lib.1 q.56.*

7 *Date huic infantem*, &c.] Notatur ad hoc quòd ex præsumptionibus violentis, seu vehementibus non potest quis criminaliter condemnari, vide Hippol. *ad rub. C de probat. n.248. cum multis seqq. & in l. repeti, n.24. ff. de quæst.* Palat. *in alleg. hæresis, §.11. in princ.* Tiraq. *de causa 27. à princ.* Auend. *de exequend. mand. p.2. c.16. n.12 ad finem*, Boer. *dec.161. n.1.* Plaça *de delictis, lib.1. c.14. n 3.* Clar. *in §. fin. q.10. col. pen. à n.6.* Sarmien. *lib.1 select. c.1.* Ferdinand. de Mendoz. *disput. iuris lib.1. c.3. n.33.* Menoch. *de præsumpt. lib.1 præs.94. num.3. & præs 97. à num.23.* Mascard. *concl.1221. n.55.* Farin. *in praxi crimin. part.2. quæst.86. num.100. & part.4. conf.60. num.19.* Cened. *d. collect 61. n.4. & conf.127. num.1.* vide optimè circa intellectum huius text. illum aliter intelligentem D. Barbos. *in l.2. part.1. num.82. ff. soluto matrim.* Illud tamen aduertere oportet quòd licèt ex coniecturis, seu præsumptionibus, quantumvis violentissimis non possit quis pœna corporali condemnari, si tamen huiusmodi coniecturæ, & præsumptiones sint iuris & de iure, sufficient ad condemnandum criminaliter etiam pœna corporali & capitali. Menoch. *de præsumpt. lib.5 præs.41. n.4.* Farin. *in praxi crimin. quæst.136. num.24. & 53.* Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia & criminal. differ. 133. n.10.*

Hæc est enim mater eius.] Notatur ad hoc quòd ille non præsumitur pater, vel mater, qui filium non diligit, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 56. num.2.* 8

In gloss. *Date*, ibi, *hæc enim fuit sententia*, &c.] Ad uerte violenta præsumptione ferri posse siue interlocutoriam, siue diffinitiuam sententiam, siue agatur de filiatione quoad possessionem, siue quoad proprietatem, vt per Alciat. *resp.2. num.20. & de præsumpt. reg.2. præs.9. n.5.* Menoch. *remed.16. recup. n.395. & cons.31. n.25.* Clar. *d. q.20. n.6.* D. Barbos. *vbi proximè num.76.* 9

In gloss. *Hæc est*, fin. ibi, *Sed si vtraque dixisset filium nolle interfici*, &c.] Notatur ad hoc quòd si vtraque mater dixisset, quod altera tantùm dixit, scilicet, date huic infantem viuum, & non occidatur, tunc ei fuisset infans adiudicandus, quæ erat in possessione, nisi alia probatio interuenisset, vt per Tiraq. *de iure primog. q.17. opin.11. n.7.* vbi *num.18.* resoluit quòd quando dubitatur an filius sit alterius duarum, fœminarum, illa præfertur, quæ in possessione est, Mascard. *de probat. concl.1194. n.23.* 10

In ead gloss. ibi, *Sed pone quòd vtraque moriatur lite pendente*, &c. Quærit hæc gloss. si vtraque mulier lite pendente præmoreretur, cui ex mulieribus succedere debeat filius, de quo vide Tiraq. *d. n.7.* Petr. Martin. *in repet. huius text. in gl. date illi, ex n.1.*

SVMMARIVM.

1 *Puer simplex & humilis præsumitur quòd bonus futurus sit.*
2 *Opera exteriorum virtutum in hac vita viros eminentes constituunt.*
3 *Sapientes audire, & consulere magnum signum bonitatis.*
4 *Verbum*, intelligitur, *denotat impropriet atem.*

CAP. Ex studiis. III.

PVer præsumitur futurus bonus ex actibus bonis quos facit. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Butr. Anchar. Hostiens. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Cuiac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 204. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.285.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1.* desumitur ex D. Hieron. *super Parabolis, c.20.* & refertur ab Anton. August. *collect.1. Decretal. lib.2. tit.16. cap.4.* 1

Notatur hic text. ad hoc quòd exteriorum virtutum opera in hac vita viros eminentes constituunt, vt per Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.8. consid.13.* 2

Auditioni sapientum.] Notatur ad hoc quòd magnum signum bonitatis est audire, & consulere sapientes, vt per Rebuff. *in auth. habita, C. ne filius pro patre, pag 586. vers. quinta concl.* Vnde Abb. *in cap. cùm olim n.7. vers. si verò, de consuetud.* quem refert Illustr. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. vlt. n.4. dist.20.* Dicit quòd deficiente lege, vel consuetudine 3

in aliqua Ecclesia congregari debent sapientes, & seniores, quorum consilio standum est.

4 *Intelligitur.* Denotat improprietatem, vt per Tiraq. *in tract. le mort, p. 2. declar. 10. à n. 7. & de iure mariti, gloss. 1. n. 174.* & alios citatos *in meo tractat. de dict. vsufreq. dict. 169. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicium subterfugiens videtur suspectus, & præsumitur de sua iustitia differre,* & n. 2.
3 *Fuga quando delictum probet, remissiuè.*
4 *Fugere an liceat iniustè detento in carcere ruptis vinculis, & effracto carcere, remissiuè.*

CAP. Nullus. IV.

1 IVdicium dilationibus subterfugiens confitetur se nocentem, quia de sua iustitia diffidit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Bald. Panorm. Felin. Butr. Guid. Papæ, Anchar. Cujac. Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 104.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag 285.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 16. c. 5.* Burchard. *lib. 1. Decretor. c. 161.* Iuo *p. 3. c. 271.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Anton. Gom. *l. 76. Tauri, n. 12. prope finem,* Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 91. n. 1.*

3 *Nocens subterfugit.*] Ergo fuga delictum probat; de cuius conclusionis veritate vide Hippol. *sing. 115.* Matheſil. *sing. 145.* Socin. *reg. 162.* Duen. *reg. 389.* Clar. *lib. 5. §. fin. quæst. 25. n 25.* Couar. *lib. 1. variar. c. 2. à n. 7.* Boër. *decis. 215. ex n. 9.* Simanch. *d. cathol. instit c. 16. ex n. 2.* Rojas *de hæret. p. 1. assert. 15. ex n 185.* Olano *in antinom. lit. F. ex n. 106.* Paul. Fusc. *lit. F. sing. 156.* Læli. de Zanchis *de priuileg. Eccles. priuil. 72. ex n. 3.* Anton. Gom. *variar. tom. 3. cap. 9. num. 11.* Menoch. *de arbitr. casu 30.* Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuil. 6.* Mascard. *de probat. concl. 819. & concl. seq & concl. 498. n. 14.* Bonacos. *communium crim. p. 1. verbo, fuga, fol. 74.* Viu. *tom. 2. communium opin. lib. 9. tit. 28. num 6. cum seqq. pag. §36.* Menoch. *cons. 924. n. 36. & cons. 100. n. 63. & cons. 301 & de præsumpt. lib. 1. præs. 89. num. 36.* Perez *ad l. 34. tit. 19. lib. 8. Ordin. pag. 383.* Rebuff. *de priuilegiis scholarium, priuil. 15.* Aloys. Ricc. *in collect. dec. p. 4. collect 1. n. 10.* Less. *de iustitia, lib. 2. c. 29. n. 164.* Hortens. Caualcan. *de brachio Regio, part. 3. num. 89.* plures refert Doctores Cened. *ad Decretal. collect. 43. num. 1.*

4 Hinc non abs re quæri potest an innocenti iniustè detento ruptis vinculis, & carcere effracto liceat aufugere; sed quia quæstio hæc altiorem petit indaginem, pro illius vera resolutione vide Nauar. *commento 4. de Regularibus, num. 63.* Laram *in l. si quis à liberis, §. sed vtrum, à num. 24. ff. de liberis agnoscend.* Tiraq. *in præfat. retractus lig. num 69.* Sot. *de iustit. lib. 5. q. 6. art. 4.* Simanch. *de Cathol. instit. cap. 16. ex num. 26.* Perez *l. 1. vers hinc est quod tit. 4. lib 3. Ordin. pag. 545.* Mascard. *de probat. concl. 820. n. 17.* Menoch. *de arbitr. casu 301. ex n 14.* Brunor. à Sole *in quæstion. legalib. q. 30. ex n. 27.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil. 132. ex n. 1.* Gutier. *de iuram. confirm. p. 1. cap. 57. ex num. 26.* Mench. *illustrium cap. 10. num 53.* Bannes *in 2. 2. D. Thomæ, quæst. 69. art. 4. dub. 2. concl. 5.* Azeued. *ad l. 7. n. 7. tit. 9. lib. 3. nouæ recop.* Cened. *d. collect. 43. n. 2.* quibus adde Cardos. *in praxi iudicum verbo, carcer, num. 16. cum seqq.* Sayr. *in claui Regia, lib. 12. cap. 18. num. 4. cum seqq.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 22. art. 6.* Fr. Ludouic. Miranda *de ordine iudic. q. 29. art. 3.* Fr. Paulin. Berti Lucens. *in praxi criminali Regular. tit. 7. cap. 5. n. 46.* Martin. Delr. *disquisit. magic. lib. 5. sect. 7. pag. mihi 385.* Paul. Comit. *respons. moral. lib. 4. q. 15.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 24. n. 149.* Iacob. de Graffis *tom. 2. consil. sub tit. de indic. cons. 2. à princip.* vbi *n.* 18. an iniustè carcerato liceat occidere custodes carceris si non possit aliter euadere.

Vtrùm autem ad triremes damnatis licita sit fuga, quæstio est dubia; in qua vna sententia tenet non esse licitum, eamque tuentur Valent. *tom. 3. disput. 5. q. 13. puncto 4.* Sayr. *in claui Regia lib. 12. c. 18. n. 8.* Salas *p. 2. tom. 1. tract. 3. c. 7. q. 8. n. 4.* Vasq. *in p. 2. q. 96. art. 5. disp. 174. c. 1. n. 7.* vbi limitat, nisi extra territorium Principis esset, cui subiecti sunt, nam ibi videntur esse soluti ab obedientia Principis. Verùm contraria sententia absolutè tanquam probabilior tuenda est, quam sequuntur Petr. Ledesma *in summ. tom 2. tract. 9. c. 24.* Salas *de legib. tract. 14 disp 15. sect. 6. n. 88.* Malder. *in 2. 2. tract. 6. c. 3. dub. 6.* Less. *de iustit. lib. 2. c. 31. dub. 5. n. 39.* vbi subdit quòd reus non tam condemnatur vt in triremibus sponte maneat quàm vt detineatur.

SVMMARIVM.

1 *Qui ex duobus illatis alterum negat, reliquum affirmare præsumitur,* & n. 2.
3 *Reprobatio vnius ex duobus propositis videtur includere approbationem alterius.*
4 *Inclusio vnius est exclusio alterius.*
5 *Taciturnitas non præiudicat vbi quis contradicendo expressis verbis non potuisset actum impedire.*
6 *Consentire videtur qui tacet.*

CAP. Nónne. V. *Greg.*

QVi de duobus sibi illatis vnum negat, alterum tacendo fatetur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich, Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Cujac. Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 205.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag 285.* desumitur ex D. Greg *in Euang. homil. 88.* remissiuè Ximen. *in conc. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Augustt. *collect. 1. Dec. l. 2. tit. 16. cap 6.* 1

Vnde negationem vnius esse affirmationem alterius ex hoc text. colligunt Perez per text. *ibi in l. 9. gl. 2. post princip. tit. 3. lib. 4. Ordin. & l. 1. gloss. 5. tit. 15. lib. 8. eiusdem Ordin.* D. Barbos. *in l. cùm Prætor. in princ. n. 37. & n. 53. cum seqq. ff. de indic.* Nam in Euangelio sacro, Ioan. c. 8. refertur duo fuisse obiecta Christo Domino, alterum quòd Samaritanus esset, alterum quòd dæmonium haberet: posterius expressè negauit, dicens, *Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum,* &c. ergo, infert Gregor. *in præsenti,* prius tacendo concessit, cuius rei non in sensu literali, sed morali rationem reddunt Doctores communiter cum Origen. vt per Card. Toletan. *in comment. in Ioan. d. c. 8. annot. 21.* Maldonat. *ibi n. 49.* & alij ab illis citati, quia Samaritanus secundùm communem significationem idem est quod custos, planè Christus Dominus verè custos est, iuxta illud Psalmi 126. *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit,* &c. & Esai. cap. 21. *custos qui de nocte?* 2

Notatur

3 Notatur etiam ad hoc quòd reprobatio vnius ex duobus propositis videtur includere approbationem alterius, vt per Surd. *decis.* 195. *n.* 3.

4 Notatur denique ad hoc quòd inclusio vnius est exclusio alterius, de quo Thom. de Thomas. *reg.* 148. Richard. *ad princ. Instit. de exhæred. libr.... n.* 10. Menoch. *de arbitr. casu* 37. *n.* 22. *& cons.* 106. *n.* 314. *cum seq. & cons.* 141. *à n.* 9. vbi *n.* 22. asserit non procedere cùm illud, quòd exclusum videtur, alia dispositione includitur, *& cons.* 406. *n.* 44 *& cons.* 452. *n.* 27. *& cons.* 583. *n.* 11. *& cons.* 1148. *à n.* 13. Cald. Pereira *q forens. cons.* 4. *n.* 20. *& cons.* 10. *n.* 2. Cæs. Argel. *de contradict. legitimo, q.* 5. *n.* 32. *& q.* 10. *n.* 47. Mar. Anton. *var. res. lib.* 1. *res.* 1. *n.* 10. Card. Tusch. *tom.* 4. *lit. I. concl.* 71. Surd. *decis.* 291. *n.* 20. *& decis.* 295. *n.* 12. vbi dicit quod inclusio vnius non est exclusio alterius habentis eandem rationem, idem Surd. *cons.* 25. *n.* 3. *& cons.* 56 *n.* 2. *& cons.* 151. *n.* 55. Flamin. *de confident. q.* 29. *n.* 52. vbi idem dicit quando aliquid includitur ratione maioris frequentiæ, latè dixi *Axiom.* 120.

5 In gloss. *Tacendo*, ibi, *si verò per prohibitionem meam*, &c. Notatur ad hoc quòd taciturnitas non præiudicat vbi quis contradicendo expressis verbis non potuisset actum impedire, vt per Surd. *decis.* 100. *n.* 8. *& decis.* 294. *n.* 13. *& decis.* 302. *n.* 2. Menoch. *cons.* 120. *n.* 10. Cald. Pereira *de emptione, c.* 33. *n.* 71. Steph. Gratian. *disceptat. forens. c.* 68. *n.* 16. Nam præsentia eius, qui contradicere non potest, non nocet, Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 9. *n.* 149.

6 In ead. gloss. ibi, *Qui tacet consentire videtur.* Vide Mascard. *de probat. concl.* 1218. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 4. *collect.* 104 plures per Cened. *ad Decretum, collect.* 9. *n.* 4. intellige, & limita provt habes ad reg. *qui tacet* 43. *de regulis iuris in* 6.

SVMMARIVM.

1 *Præterita faciunt præsumere de futuris.*
2 *Papa licèt habeat plenitudinem potestatis, potest sibi socios accipere, qui ei in illa exercenda adiuuent.*
3 *Bonus qui antea fuerat, nunc & bonus præsumitur.*

Cap. Mandata. VI.

1 EX bona anteacta vita præsumitur de futura, & sic Papa delegat Maximum Episcopum super omnes Ecclesias Siciliæ, & hoc delegat personę, & non loco, & aitse gerere mandata cœlestia, si onera impartiatur cum fratribus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Henric. Boich, Anch. Bald. Panorm. Felin. Cujac. Guid. Papæ, Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 205. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag* 286. remissiuè Casal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *& 2.* desumitur ex D. Gregor. *lib.* 1. *epist.* 4. *regist.* refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 16. *c.* 7 *& d. collect.* 1. *lib.* 1. *sub tit. de officio Vicarij, c.* 1.

2 *Si nostra cum fratribus*, &c.] Ergo Summus Pontifex licèt habeat plenitudinem potestatis, potest sibi socios accipere, qui ei in illa exercenda adiuuent, vt per Nan. *de spoliis clericorum*, §. 11. *n.* 4.

3 *Quia ex transacta in te vita*, &c.] Notatur ad hoc quòd is, qui bonus antea fuerat, tunc & bonus præsumitur, ratióque anteactæ vitæ considerandæ est ad æstimanda, metiendáque facta hominum, vt per Tiraq. *de pœnis temp. c.* 51. *à n.* 3. Azeued. *l.* 6. *n.* 4. *tit.* 14. *lib.* 5. *nouæ recop.*

SVMMARIVM.

1 *Notitia facti vicinitate præsumitur.*
2 *Vicinus præsumitur scire facta vicini.*
3 *Factum proprium quis ignorare præsumitur, quando illud est de longinquo.*

Cap. Quosdam. VII.

EX vicinitate loci præsumitur notitia facti loci conuicini pro aliquo, vel contra aliquem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Host. Bald. Butr. Felin. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 205. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 286. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 16. *c.* 8. 1

Notatur ad hoc quòd vicinus præsumitur scire facta sui vicini, vt per Paris. *cons.* 23. *n.* 18. *lib.* 1. Rimin. *cons.* 528. *n.* 20. *lib.* 3. *& cons.* 726. *n.* 20. *lib.* 4. *& cons.* 640. *n.* 11 *eod. lib.* 4. Franc. Vegg. *cons.* 1. *n.* 53. Bertazz. *cons.* 140. *n.* 30. Card. Tusch. *pract. concl. verbo scientia, concl.* 62. *n.* 1. Duen. *reg.* 125. Palat. *in repet cap. per vestras, de donat. inter virum*, §. 18. *n.* 32. Menoch. *remed.* 16. *recup. n* 48. *cum seqq. & cons.* 98. *n.* 48. *& de arbitr. casu* 222. *n.* 8. Tiraq. *de pœnis temper. causa* 23. *n.* 2. Perez *l.* 1. *gl.* 1. *pag.* 88. *vers. dubitatur, tit.* 2. *lib.* 5. *Ordin.* Mascard. *de probat. concl.* 752. *& 791. à princ.* Rot. *in Legionen. puritatis sanguinis* 29. *Martij* 1631. corã R. P. D. Queipo *in vers. tum etiam probatur.* Quis autem dicatur vicinus ostendunt Alex. *cons.* 22. *Consideratis, n.* 5. *vers. aliud ergo, lib.* 4. *& cons.* 63. *In causa, & lite, in fin. lib.* 8. Duen. *d. reg.* 125. *in fin. principij*, Signorol. *cons.* 32. vbi ait quòd vicini dicuntur, hi qui habent prædia vicina, item qui habent ædes in conspectu siue sint proximæ, siue non, item qui habitant in eadem contrata, secundum vulgi opinionem, Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *gloss.* 9 *n.* 21. Menoch. *de arbitr. d. casu* 222. *à n.* 13. Bald. *de tempore vtili, & continuo c.* 16. *n.* 10. 2

Viciniores cæteris.] Ergo factum proprium quis ignorare præsumitur, quando illud est de longinquo, antiquo tempore, vt per Mascard. *de probat. concl.* 735. *& concl.* 879. *n.* 41. *cum seqq.* Anton. Gabr. *commun. tit. de regulis concl.* 6. *n.* 5. *cum seqq.* Capra *reg.* 79. *n.* 3. *vers. secundò fallit in facto antiquo*, Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 23. *n.* 28. *& seqq.* qui quadrupliciter hoc limitant, primò vt non procedat in facto arduo & graui, secundò vt non procedat in iis, quæ quotidie videntur: tertio, vt nec procedat in facto obligatorio: quartò vt nec etiam procedat vbi in facto adest iuramentum 3

Cap. Quanto. VIII.

FActum quod est notum in longinquo loco, præsumitur notum in vicino. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Panorm. Bald. Butr. Felin. Henric. Boich, Anchar. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag* 206. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 286. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. desumitur ex D. Greg. *in regist. lib.* 10. *epist.* 33. *&* 34. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 16. *c.* 9. 1

2 Notatur ad hoc quòd scientia in factis vicinorum præsumitur, Duen. *reg.* 121. Socin. *reg.* 71. & citati *in cap. quasdam, n.* 2. *hoc eod. tit.* Vicinus dicitur ille, qui proximè habitat, itavt alta voce acclamando audiri possit, vide Menoch. *de arbitr. casu* 222 Mascard. *de probat. concl.* 1406. *n.* 4. Flores de Mena *var. quæst. lib.* 1. *q.* 1 *num.* 6. Ignat. de Villar. *in sylua responsorum, lib.* 1. *resp.* 5. *p.* 1. *n.* 41. Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis.* 99. *n.* 5. latè Christoph. de Pace *in scholiis ad leges styli, l.* 64. *n.* 4. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Ex præteritis præsumitur circa futura.*
2 *Voluntatis mutatio in dubio non præsumitur.*
3 *Præsumptio quando sumatur, ac ducatur à tempore ad tempus, & de tempore ad personam, remissiuè.*

CAP. Scribam. IX.

1 EX præteritis præsumitur circa futura. Collignt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Felin. Bald. Panorm. Anchar. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 206. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 289. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. desumitur ex D. Hieronim. super Oseam. *cap.* 8. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 16. *cap.* 10.

2 Notari solet ad hoc quòd in dubio voluntatis mutatio non præsumitur, vt per Mant. *lib.* 2. *dial.* 4. Menoch. *consil.* 317. *num.* 29. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, voluntas* 9. Surd. *decis.* 111. *num.* 9. & *decis.* 288. *num.* 16. Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 9. *quæst.* 25. *num.* 16. Pichar. *ad princip. Instit. de adempt. leg.* §. *num.* 4. Pereira *de potest. eligendi cap.* 3. *num.* 41. *cap.* 10. *n.* 54. & *de emptione, & vendit.* Cald. *c.* 23. *num.* 65. Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 19. *num.* 27. & *decis.* 43. *num.* 29. Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis.* 91. *num.* 3. *in* 1. *edit.* & *resolut.* 77. *num.* 3. *in* 2. *edit.* Cardin. Tusch. *tom.* 8. *litera V. conclus.* 286. Francisc. Molin. *de ritu nuptiarum, lib.* 3. *quæst.* 7.

3 Pro gloss. *Et prius datis.* Quomodo, & quæ præsumptio sumatur, atque ducatur à tempore ad tempus, vide Euerard. *in cent. legali, in loco à tempore ad tempus*, Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præsumpt.* 25. & 26. Menoch. *eod. tract. lib.* 1. *præsumpt.* 24. Et de tempore ad personam, vel è contra, vide plures Doctores citatos *in libello de principiis vtriusque iuris, litera A. num.* 231.

SVMMARIVM.

2 *Probatio efficacior requiritur ab eo, qui probare vult quod non est verisimile.*
2 *Testis deponens non verisimilia minimè probat.*
3 *Verisimile quod non est præsumitur falsum.*
4 *Probationes debent esse efficaciores quando tractatur de probando contra illud, quod habet præsumptionem pro se.*
5 *Verisimilitudo est cognata naturæ:*
6 *Argumentum à verisimili optimum est.*
7 *Scire quilibet præsumitur quod publicè scitur.*

CAP. Quia verisimile. X. *Alex. III.*

PRobare volens aliquid quod non est verisimile, 1
debet offerre maiorem probationem, id est, tales testes, de quibus non sit verisimile quòd peierabunt, & quòd de eo sit fama communis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Innoc. Anan. Host. Bald. Panorm. Butr. Anchar. Felin. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 206. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 286. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 16. *c.* 11. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 8. *c.* 14.

Collige ex text. quòd testis deponens non verisi- 2
milia minimè probat, quia redditur suspectus, vt per Abb. *hic n.* 3. Dec. *cons.* 94. *n.* 2. *vers. secundò in dictis testium, & cons.* 684. *n.* 5. Iason. *in l. si extraneus, n.* 8. *ff. de condict. causa data*, Aym. *cons.* 78. *n.* 1. & *cons.* 115. *n.* 12. & *cons.* 134. *n.* 36. Caputaq. *decis.* 276. *n.* 8. Rot. *in Perusina laudi* 23. *Ianuarij* 1619. coram Card. Verospio, Mascard. *de probat. concl.* 1374. *n.* 1. & *concl.* 1402. *n.* 8. & *concl.* 1350. *n.* 19. & *concl.* 745. *n.* 14. & *concl.* 1311. *n.* 46. Syluan. *cons.* 68. *n.* 1. & *cons.* 91. *n.* 21. Hippol. *cons.* 20. *n.* 61. & *cons.* 31. *n.* 21. & 22. & *cons.* 32. *n.* 38. *cum seqq.* & *cons.* 49. *n.* 32. *cum seqq.* & *cons.* 74. *à n.* 16. & *cons.* 101. *à n.* 23. & *cons.* 109. *à n.* 20. & *cons.* 113. *à n.* 39. Menoch. *de arbitr. casu* 174. *n.* 59. & *cons.* 1 *n.* 417. *cum seqq.* Martin. Delr. *disquisit. magic. lib.* 5. *q.* 16. *pag. mihi* 454. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *q.* 65. *n.* 144. Vnde testium dictis à verisimili remotis nullam fidem adhibendam esse docent Abb. Felin. & alij *in præsenti*, Socin. *cons.* 186. *vol.* 1. Alex. *cons.* 2. *n.* 11. *vol.* 7. Roland. *cons.* 27. *num.* 23. *vol.* 3 Natt. *cons.* 633. *n.* 14. Anton. Gabr. *commun. sub tit. de testib. concl.* 4. *n.* 8. Ozasc. *decis.* 72. *n.* 8. Menoch. *de arbitr. casu* 85. & *cons.* 98. *n.* 45. Farin. *d. q.* 65. *n.* 130. Surd. *cons.* 62. *n.* 38. & *cons.* 307. *n.* 16. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 562. *n.* 11. Amplia vt procedat licèt testes essent plures, quia nihilominus illis inuerisimilia deponentibus non creditur, Dec. *cons.* 94. Hieron. Gabr. *cons.* 159. *n.* 14. *lib.* 1. Mascard. *d. concl.* 1364. *n.* 13. Farin. *d. q.* 65. *n.* 147. Quòd autem testibus deponentibus verisimilia magis credatur quàm deponentibus inuerisimilia, resoluunt citati per me *ad gloss.* 1. *cap. in nostra* 32. *sup. de testib.* quibus adde Rot. *decis.* 748. *n.* 6. apud Farin. *p.* 2 *recent.*

Quia verisimile non est, &c.] Ergo quod verisimile 3
non est præsumitur falsum, vt per Menoch. *consil.* 1. *n.* 258. & *cons.* 2. *n.* 300. & *cons.* 28. *n.* 25. & *cons.* 188. *n.* 11. & *cons.* 199. *n.* 12. Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocandis donat. in princ. n.* 40. Mascard. *de probat. concl.* 740. *n.* 35. & *concl.* 1364. *n.* 4. Surd. *de aliment. tit.* 8. *q.* 12. *v.* 24. Quintilian. Mandos. *in reg. Bancell.* 30. *de verisimili notitia obitus, in præfat.* Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarch. sedium erect. c.* 18. *n.* 9. Et remotum à verisimili imago est falsitatis, Bald. *in l.* 1. *col. fin. C. de seruis fugit.* Ias. *in l. extraneus, n.* 8. *C. de condict. ob causam.*

Nec super hoc probationem recipias, &c.] Notatur ad 4
hoc quòd quando tractatur de probando contra illud, quod habet præsumptionem pro se, probationes debent esse efficaciores, vt per Hippol. *sing.* 451. Quia iuris præsumptio pro liquidissima probatione habetur *l. licèt Imperator, ff. de leg.* 1. *l. ab ea parte, ff. de probat.* Bart. *in l. in illa, in fin. ff. de verb. oblig.* Cou. *var. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 1. Menoch. *de præs. lib.* 1. *c.* 4. *ex n.* 3. Surd. *consil.* 1. *n.* 39. Molin. *de primog. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 39. & 40. Greg. *decis.* 498. *n.* 2. Rot. *decis.* 496. *n.* 2. *p. recent. & in Legion. puritatis sanguinis* 26. *Maij* 1631. coram R. P. D. Queipo.

De

5 *De quibus verisimile non sit*, &c.] Nam verisimilitudo est cognata naturæ, Menoch. *cons.* 114. *num.* 12. vbi *num.* 13. quòd habetur pro lege, & omnium interpretationum est caput, Mascard. *conclus.* 1410. *num.* 2. & dispositiones omnes ab illa regulam accipiunt, idem Mascard. vbi proximè, *num.* 5. vbi *num.* 6.

6 dicit quòd arguens à verisimili dicitur arguere à ratione naturali, & allegare textum legis. Vnde argumentum à verisimili optimum, & in qualibet materia receptum asserunt Euerard. *in locis legal. loco* 5. Cantiunc. *loco* 25. Andr. Gamar. *in dialectica legali, lib.* 1. *loco* 23. Perez *l.* 2. *tit.* 7. *lib.* 5. *Ordinam. pag.* 184. Surd. *de alimentis, tit.* 9. *q.* 12. *n.* 25. Flamin. *de confident. benefic. quæst.* 29. *n.* 24. *& q.* 32. *n.* 31. Anton. Monach. *Bononien. decis.* 10. *num.* 16. Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 1. *n.* 16. Menoch. *cons.* 122. *num.* 54. *& cons.* 306. *num.* 6. *& cons.* 364. *num.* 44. Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. A. conclus.* 494. Farinac. *in praxi crimin. part.* 4. *decis.* 47. *num.* 2. *in fine.* In criminalibus verò ad condemnandum non valet, Surd. *cons.* 132. *n.* 57.

7 In gloss. *Communis*, ibi, *quæ coadiuuant ad fidem faciendam.* Quia scire quilibet præsumatur quod publicè scitur, Tiraquell. *de retractu lig.* §. 35. *gloss.* 4. *num.* 33. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 23. *num.* 70. *& remed.* 16. *recuper. num.* 34. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 4. *num.* 27. Et publica vox, & fama inducit scientiam, Ioseph. Ludouic. Petus. *decis.* 104. *num.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium qualiter probetur, ostenditur.*
2 *Matrimonium probatur per diutinam decem annorum cohabitationem cum aliis adminiculis, & quid attento Conc. Trid. ostenditur.*
3 *Dotis instrumentum probat matrimonium quoad ipsos contrahentes.*
4 *Matrimonium probatur per famam vicinæ concurrentibus aliis adminiculis.*
5 *Mulieres possunt inducere consuetudinem in actibus muliebribus.*
6 *Matrimonium est maris, & fœminæ coniunctio.*
7 *Annuli transmissio de masculo in fœminam probat matrimonium.*

Cap. Illud. XI.

1 VBi dubitatur de matrimonio si fama loci, seu vicinæ habet quòd vir eam in lecto, & in mensa sicut vxorem tenuerit, præsertim si producantur contractus matrimoniales, in quibus vxores vocantur, vxor etiamsi dicat illum non esse maritum, & testes habeat quòd rogatus vir, vt eam desponsaret, noluerit, est tamen cogenda vt cohabitet cum viro, licèt dicat illum esse seruum, sibi tamen cognitum ante matrimonium, maximè si contractus fuerunt cogniti ab eo, qui fideliter officium suum adimplebat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Felin. Host. Bald. Panorm. Butr. Anchar. Henric. Boich, Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 207. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 287. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 16. *cap.* 14. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *part*, 50. *cap.* 52.

2 *Per decem annos, & vltra*, &c.] Notatur ad hoc quòd matrimonium probatur per diutinam decem annorum cohabitationem cum aliis adminiculis, vt per Tiraquel. *de præscript. versic.* 6. *fol. mihi* 95. Menoch. *consil.* 15. *num.* 12. Cald. Pereira *de renouat. emphyt. quæst.* 15. *num.* 17. *in fin.* Couarr. *de sponsal. p.* 2. *c.* 1. *n.* 5. Matienz. *in rubr. tit.* 1. *num.* 23. *lib.* 5. *nouæ recop.* Mench. *illustrium, c.* 61. *n.* 10. Mascard. *de probat. conclus.* 260. *n.* 7. *& concl.* 1031. *& concl.* 1316. *num.* 4. *& concl.* 1371. *n.* 3. Guttier. *de matrim. cap.* 40. *n.* 6. *vers. verum, & c.* 71. *num.* 12. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 1. *collect.* 219. vbi refert plures modos probandi matrimonium. Hodie tamen ne eludatur decisio Concilij Trident. *sess.* 24. *de reformat. matrim. cap.* 1. nec cohabitatio, nec alius consensus verbis, signis, aut factis expressus, nec etiam copula quidquam faciunt ad præsumendum, aut probandum legitimum matrimonium, nisi coram Parocho & testibus fiat, & ita per hæc cessant de iure antiquo scripta *in hoc cap.* provt notant Henriq. *in summ. part.* 2. *lib.* 11. *cap.* 3. *num.* 7. *in gloss. lit. C.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *compar.* 12. *n.* 26. post Spin. Guttier. & Petr. de Ledesma, aduertit Flores de Mena *variar. lib.* 2. *quæst.* 23. *num.* 72. *cum sequentib.*

Ostendit publicum instrumentum, &c.] Notatur ad 3
hoc quòd per instrumentum dotis probatur matrimonium quoad ipsos contrahentes, vt per Soar. *tom.* 1. *commun, opinion. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 157. *pag.* 495. Menoch. *cons.* 15. *num.* 11. *& cons.* 199. *a n.* 46. Mascard. *concl.* 1022.

Si fama loci.] Notatur ad hoc quòd matrimonium 4
probatur per famam vicinæ concurrentibus cum illa aliis adminiculis, vt per Couar. *in cap. alma Mater, p.* 1. §. 2. *n.* 4 *col.* 3. Menoch. *d. cons.* 15. *n.* 12. *vers. tertio*, Mascard. *concl.* 1025. D. Barbos. *in l. si alienam, n.* 75 *ff. soluto matrim.* Publica enim vox & fama in vicinia plurimum facit ad probandum matrimonium. Dec. *cons.* 163. *n.* 3. Grat. *cons.* 58. *n.* 8. *lib.* 2. Sim. de Prætis *cons.* 134. *n.* 5. Menoch. *cons.* 18. *n.* 12. *vers. tertiò cons.* Rot. *decis.* 173. *n.* 4. *p.* 4. *diuers.* & in terminis probationis primi matrimonij post contractum secundum, Nicol. Superan. *cons.* 65. *n.* 4. Petr. Albingan. *cons.* 67. *n.* 9. *tom.* 1. *consil. matrim.* & ex sola fama semiplenè probari contractum matrimonij, fuit dictum *in Romana matrimonij* 22. *Iunij* 1611. coram Reuerendo D. Pironano, impressa post *vol.* 2. *consil.* Farin. *decis.* 237. *num.* 4.

Sed si mulieri, &c.] Notatur ad hoc quòd mulieres 5
possunt inducere consuetudinem in actibus muliebribus, vt per Auiles *ad capita Præsorum, in proœm. verbo, ordenanças, n.* 12. *fol. mihi* 18.

Cum matrimonium sit maris, & fœminæ, &c.] De 6
hac diffinitione matrimonij, vide Tiraq. *de retractu conuent. ad fin. tit. num.* 127. Perez *l.* 1. *glos.* 1. *pag.* 7. *col.* 2. *vers. his igitur præmissis, tit.* 1 *lib.* 5. *Ordin.* Matienz. *in rub. tit.* 1. *n.* 1. *lib.* 5. *nouæ recop.* Sanch. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 1. *n.* 8. Guttier. *cod. tract. c.* 39. *n.* 1. Bonacina *cod. tract. q.* 2. *puncto* 1.

In gloss. *Annulos.* Notatur ad hoc quòd annuli 7
transmissio de masculo in fœminam probat matrimonium, vt per Mascard. *concl.* 100. Et de annulo sponsali, vide Cæsar. Baron. *tom.* 1. *annalium Ecclesiæ anno Christi* 17. *pag.* 526.

SVMMARIVM.

1 *Carnalis copula per violentam præsumptionem probatur.*
2 *Copula carnalis quando dicatur probari ex violenta, & certa præsumptione*, & n. 5. 6. & 7.
3 *Suspicio violenta adulterij non inducitur ex solis oscu-*

lis, & amplexibus, quando alia adminicula non concurrunt.

4 *Testes de credulitate admittuntur ad probandum adulterium, & copulam carnalem.*

5 *Adulterium, & copula carnalis non potest directè, & immediatè probari per testes de visu.*

CAP. Litteris. XII.

1 PRæsumptio violenta probat copulam carnalem, & sufficit ad sententiam, v. g. si testes deponunt vidisse vxorem cum consanguineo viri solam cum solo, nudam cum nudo in eodem lecto iacentem. & credebant fuisse cum intentione cognoscendi se carnaliter, & hoc in secreto loco, & hora, electis, &c. probant copulam, & iudex cum hac vehementi, seu violenta præsumptione, aut suspicione ferre potest sententiam diuortij, vt vir mortua vxore ducat aliam, mulier maneat sine spe coniugij. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Innoc. Guid. Papæ, Cujac. Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 208. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 287. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 15 *c.* 2.

2 *Solùm cum sola, nudum cum nuda*, &c.] Notatur ad hoc quòd dicitur violenta & certa præsumptio, vt dicatur plenè probata carnalis copula, quando quis visus fuit cum muliere iacens in lecto solus cum sola, & nudus cum nuda, vt per *glos.* 3. *in l.* 6. *tit.* 2. *lib.* 3. *for. leg.* Mathesil. *sing.* 118. *incip. Nota quod præsumptio violenta*, Mascard. *sing.* 116. *incip. præsumptio iuris*, Mascard. *de probat. conclus.* 59. *à n.* 6. & *conclus.* 312. *à n.* 1. & *conclus.* 452. *n.* 1. & 8. & *conclus.* 810. *n.* 5. & 7. Host. Æmil. *in tract. de testib. verbo, testis adulterium, n.* 10. 12. & 24. Aym. *consil.* 205. *n.* 5. & *cons.* 321. *in princip.* Menoch. *de arbitr. casu* 244. *n.* 8. & *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 41. *n.* 12. Perez *l.* 2. *glos.* 3. *pag.* 291. *vers. quæri insuper, tit.* 15. *lib.* 8. *Ordin.* Azened. *in rubr. tit.* 20. *n.* 11. *lib.* 8. *nouæ recop.* Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 12. *n.* 45. Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *q.* 136. *n.* 171. vbi *n.* 174. aduertit hanc præsumptionem solam non concludere per necesse, sed tantùm præsumptiuè, quæ præsumptiua probatio sufficit in hac materia etiam ad probationem adulterij, etiamsi de eo puniendo criminaliter agatur, vt per D. Barbos. *in l.* 2. *in princ. p.* 1. *n.* 8. *ff. soluto matrim.* Non inducitur hæc violenta

3 suspicio adulterij, ex solis oscu lis & amplexibus, quando alia adminicula non concurrunt, vt per Menoch. *d. præs.* 41. *n.* 28. & *seq.* Padil. *in l. transigere, n.* 87. *C. de transactio.* Perez *d. l.* 2. *vers. sed est dubium vtrùm ex osculo*, D. Barbos. *vbi supr. num.* 73. Azened. *l.* 4. *num.* 2. *tit.* 20. *lib.* 8. *nouæ recopil.* Sanch. *d. disp.* 12. *num.* 46.

4 *Vt credebant.*] Notatur ad hoc quòd ad probandum adulterium, & copulam carnalem admittuntur testes de credulitate, vt per Farin. *d. q.* 136. *n.* 32. vbi *n.* 34. id intelligit si suam credulitatem fundent in aliquo actu venereo, & propinquo.

5 *Multis locis secretis.*] Notatur ad hoc quòd dicitur violenta, & certa præsumptio vt dicatur plenè probata carnalis copula, quando vir & mulier visi insimul fuerint in secretis locis, vt per Menoch. *d. præs.* 41. *n.* 11. Farin. *d. q.* 136. *n.* 148.

6 *Et latebris.*] Vel quando vir & mulier fuerunt visi in latebris, & in locis obscuris, vt per Farin. *d. q.* 136. *n.* 156.

7 *Et horis electis.*] Vel quando vir & mulier nocturno tempore conuersantur, vt per Mascard. *concl.* 312. *n.* 29. Farin. *d. q.* 126. *n.* 190.

8 In gloss. *Vt credebant.* Notatur ad hoc quòd adulterium & copula carnalis non potest directè & immediatè probari per testes de visu, quia tale opus visus sensui non patet, vt per Hippol. *cons.* 1. *num.* 47. & *consil.* 28. *n.* 5. & *consil.* 116. *n.* 8. Mascard. *conclus.* 57. *n.* 3. 4. & 5. vbi quòd tunc adulterium dicitur directè probari quando pudenda in pudendis, vel obscœna in obscœnis sunt posita, & *num.* 9. quod testes sic deponentes vidisse veneream coniunctionem maris & fœminæ sunt suspecti de falso, & *concl.* 312. *num.* 22. & *concl.* 810. *n.* 2. Host. Æmil. *in tract. de testib. in verbo, testis adulterium, n.* 9. Farin. *d. quæst.* 136. *n.* 54. *cum seq.* vbi *num.* 58. dicit quòd adulterium, & copula carnalis non potest directè, hoc est, concludenter & per necesse probari per testes de visu, sed tantùm præsumptiuè. Et propterea ad probandum hoc delictum sufficere præsumptiones, & coniecturas, resoluunt Hippol. Rimin. *consil.* 274. *l.* 3. Cephal. *cons.* 140. *n.* 28. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 116. *n.* 11. & *de præsumpt. lib.* 1. *præsumpt.* 38. *num.* 3. Mascard. *d. concl.* 312. *n.* 19. *cum seqq.* & *concl.* 452. *num.* 10. & *concl.* 810. *ex num.* 1. & *num.* 21. Lex enim in hoc crimine contenta est ea probatione, quæ haberi potest, cùm certitudinaliter probari non valeat, vt dicit Roland. à Valle *cons.* 50. *n.* 3. *vol.* 1. Hippol. de Marsil. *d. cons.* 28. *num.* 5. Seraph. *decis.* 1108.

Intellige procedere si similiter agatur contra adulterum ad thori separationem, vel impediendum matrimonium ne contrahatur, vel ad dotis amissionem: secus autem si criminaliter, & ad pœnam, ita Mathesil. *sing.* 118, Boss. *in pract. crimin. tit. de partu suppos. post. n.* 31. Corn. *consil.* 191. *in fin. lib.* 4. Hippol. *in rubr. de probat. n.* 248. *vers. ic. item ad prædicta*, Mascard. *de probat. conclus.* 47. *n.* 5. *vers. quæ tamen sententia*, vbi quòd si testes deponant vidisse virum, & mulierem in eadem camera solos, & dispectoratos, caligis dissolutis, & ianua clausa, non probant copulam quando criminaliter agitur, sed solum conatum ad copulam carnalem, & idem resoluit *conclus.* 59. *n.* 10. & *n.* 20. & *d. conclus.* 810. *n.* 5. 7. & *seqq.* & *conclus.* 1220. *n.* 8. Farin. *d. quæst.* 136. *n.* 18. & 19. & *cons.* 78. *n.* 22. & 25. vbi quod nec vrgentissimis nec proximis indiciis, veluti si solus cum sola, nudus cum nuda reperti fuerint, probatur copula carnalis ad effectum criminaliter condemnandi, addent ad decisiones Rotæ post cons. Farin. *lib.* 1. *decis.* 35. *lit. E.* & *decis.* 69. *lit. C.* & *E.* Rot. *decis.* 195. *n.* 3. in impressis per Farin. post *lib.* 2 *suorum consil.*

SVMMARIVM.

1 *Idem dicit quod in præcedenti cap.*

2 *Sponsa vxor non est.*

3 *Vxor, vel coniux illa appellatur, quæ iam à viro suo est cognita.*

4 *Fornicatio probatur ex connagatione viri & mulieris per nemora.*

5 *Inhonestas mulieris, seu illius mala fama probatur per testes vicinos.*

6 *Adulterium probatum dicitur per confessionem adulteri, vel adulteræ.*

CAP.

Cap. Tertio loco. XIII.

Clem. III.

POstquam iuuenis contraxit per verba de præsenti cum vna, neptis vxoris deposuit se fuisse priùs cognitam carnaliter ab illo iuuene, & produxit testes, qui dicebant de fama viciniæ, & vidisse eos sæpè vagantes per vias, & nemora, & tandem inuenis & ipsa adstricti iurarunt se cognouisse, quare mandat Papa vt separentur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Anchar. Panorm. Host. Bald. Butr. Felin. Guid. Papæ, Cujac. Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 208. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 287. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. Decret. lib 4. tit. 1. de sponsalib. c. 8.*

2 *Debeat vxorem habere.*] Notatur ad hoc quòd sponsa vxor non est, vt per Tiraq. *de iure mariti, gl. 2. n. 19.*

3 Vxor enim, vel coniux illa appellatur, quæ iam à viro suo est cognita, Guttier. *de matrimonio, c. 1. n. 4.*

4 *Per nemora.*] Notatur ad hoc quòd fornicatio probatur ex conuagatione viri, & mulieris per nemora, vt per Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 136. n. 8. & n. 153.* Hæct. Æmil. *in tr. de testib. in verbo, testis adulterium, n. 38.* Mascard. *de probat. concl. 452. n. 16.*

5 *Et testimonium vicinæ.*] Notatur ae hoc quòd mulieris inhonestas, seu illius mala fama probat per testes vicinos, vt per Mascard. *concl. 1063. n. 36.* Farin. *d. q. 136. n. 38.*

6 *Seorsum confessi sunt.*] Notatur ad hoc quòd per confessionem adulteri, vel adulteræ dicitur adulterium probari, vt per Hect. Æmil *d. verbo, testis adulterium, n. 56.* Mascard. *concl. 64. n. 12. & concl. 810. n. 18.* Farin. *d. q. 136. n. 41.* vbi *n. 42.* asserit quòd hæc sola confessio minimè probat adulterium ad effectum separationis thori, nisi alia concurrant, ex eo quia in hoc text. vltra confessionem viri & mulieris concurrebat etiam conuagatio per nemora & loca solitataria, & etiam testimonium & fama viciniæ, quasi secus sentiens hic Summus Pontifex non concurrentibus prædictis.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio etiam vehemens non sufficit vt quis de graui crimine condemnetur.*
2 *Frater admittitur etiam in causa hæresis ad purgandam defensionem fratris.*
3 *Domestici non repelluntur à testimonio quando deponunt de innocentia, vel defensione rei accusati.*
4 *Præsumptionibus ex, & argumentis nullus debet condemnari criminaliter.*
5 *Periurus semel, præsumitur peierare in futurum.*
6 *Dictum iuratum & iudicialiter præstitum præfertur priori contradicenti extraiudicialiter.*
7 *Charitas præsumitur inter fratres.*
8 *Pœna ordinaria non debet quis ex præsumptionibus puniri.*
9 *Incorrigibilis, & impœnitens dicitur, qui non fecit pœnitentiam ei tanquam hæretico ab Inquisitore iniunctam.*
10 *Delegatus potest esse arbiter.*
11 *Filius an teneatur accusare patrem hæreticum remissiuè.*
12 *Vulnerati assertio persistentis in ea vsque ad mortem non facit indicium ad torturam.*

Cap. Litera. XIV. *Innoc. III.*

PRopter vehementem suspicionem de hæresi non condemnatur quis vt hæreticus, sed præter cautionem iuratoriam iniungitur discreta pœnitentia, ex qua deinde valeat cognosci num sit hæreticus, vel non, & si inueniatur verè Catholicus, molestandus non est, si hæreticus condemnetur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Butr. Anchar. Host. Bald. Panorm. Cujac. Felin. Guid. Papæ, Cened. *collect. 127.* Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 208. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 288 remissiuè Casal. *in ann.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 14. cap. 1.*

Purgando illum de hæresi, &c.] Ergo admittitur frater ad purgandam defensionem fratris, etiam in causis hæresis, vt per *gloss. 3. vol. 2. in med. l. 9. tit. 8. lib. 2. for. leg.* Ceual. *commun. contra communem. q. 803. n. 17.* Nam domestici non repelluntur à testimonio, quando deponunt de innocentia, vel defensione rei accusati, Rebuff. *de reprobat. testium, n. 294.* 2 3

Cùm propter solam suspicionem, &c.] Notatur ad hoc quòd ex præsumptionibus, & argumentis nullus debet criminaliter condemnari *l. absentem, ff. de pœnis, l. qui sententiam, ff. eod. l. singuli, C. de accus.* cum aliis per Ant. Gom. *var. tom. 3. c. 12. n. 25.* Mascard. *de probat. concl. 459. ex n. 3. & concl. 1225. n. 29.* etiamsi tales præsumptiones sint probabiles, & euidentes. Cacheran. *concl. 65. n. 46.* Mascard. *concl. 459. n. 8. & concl. 496. n. 2. & concl. 1167. n. 3.* nechon plures simul concurrentes. Mascard. *d. concl. 459. n. 9.* Menoch. *de præs. l. 1. præs. 40. n. 10.* nam in criminalibus ad condemnationem probationes debent esse nedum concludentes, sed luce meridiana clariores *d. l. absentem, cum aliis, l. sciant C. de probat.* canonizata *in c. sciant cuncti 2. q. fin.* nisi præsumptiones sint iuris & de iure, in quibus quia lex præsumit, & supra præsumptionem statuit firmum ius, illam videtur approbare, *c. is qui fidem, de sponsal. c. de illis, de sponsal. impub.* cum similibus, & ita eam iudex sequi tenetur, nam sicut ex tali præsumptione legitimè crimen patet, ita etiam debet patere iudex, vt tradunt Boss. *in pract. tit. de coniect. ex n. 29.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 27. n. 10.* Anton. Gom. *d. c. 12. n. 25.* Mascard. *concl. 196. n. 4. & concl. 1221. ex n. 41.* 4

Quorsum vtrumque reddit illum valde suspectum.] Notatur ad hoc quòd quicunque in causa fidei iudicialiter est conuictus se negare dixisse quod antea affirmauit, vel quòd asseruit mendacium, vel commisit periurium ex vtroque prædictorum in causa fidei, suspectus sit de hæresi vehementer, vt per Direct. Inquisit. *p. 2. q. 56. n. 9. pag. mihi* 381. nam semel periurus præsumitur peierare in futurum, propterea reiicitur à iuramento præstando, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 32. n. 12.* 5

Quanquam verisimilius videatur, &c.] Notatur ad hoc quòd si ex verisimilibus coniecturis probabile sit posterius testimonium non esse ita verisimile vt prius, tunc non erit standū iudiciali responsioni, nec extraiudiciali, sed absolutè huiusmodi responsionibus nullam esse dandā fidem, ex Abb. Dec. Felin. Aym. & aliis resoluit Con. *l. 3. var. c. 13. n. 7. vers. est & aliud.* Verùm posterius dictum iuratum, & iudicialiter præstitum ob iuramenti religionem priori contradicenti extraiudictaliter prolato præferendum esse, tenent DD. citati à *gloss. vlt. c. cùm causam 37. sup. de testib.* & præcipuè Mench. *qu. vsufreq. c. 32. à n. 4.* vbi *n. 5.* respondet ad hunc text. quòd scilicet prius dictum huiusmodi 6

C. de quo *in præsenti*, erat summoperè verisimilius quàm posterius, quia prius illud dictum emissum fuit cùm ageretur de re seria, & vehementer ardua, & emissum fuit ex proposito, & ab eo, qui ad fidem Catholicam reuertebatur, quem eo tempore nullum etiam simplicis mendacij peccatum admissurum verisimile esset, præsertim in perniciem charissimi fratris sui, vnde posterius dictum priori contrarium verisimile erat, prius autem dictum verisimillimum, & ita præsumptioni validiori inter duas præsumptiones contrarias standum est, vt per Palat. *in alleg. hæresis*, §. 7. *ad finem*.

Tum quia vel mendacium prius dixit in fratrem, &c.] Notatur ad hoc quòd ad probandam defensionem frater pro fratre admittitur in testem, vt per Farinac. *in praxi crimin. q.* 54. *reg.* 1. *n.* 35. *& reg.* 2. *n.* 17. *& reg.* 3. *n.* 208. *& q.* 62. *n.* 90. Sebast. Guazzin. *in tract. de pace, & treuga, quæst.* 45. *part.* 1. *num.* 17. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ.* 71. *sub num.* 5. *& 6.*

7 *Tanquam charissimum.*] Notatur ad hoc quòd charitas præsumitur inter fratres, vt per Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præs.* 23. Menoch. *cons.* 62. *n.* 17. Mascard. *de probat. concl.* 462 *n.* 8.

8 *Quocirca mandamus*, &c.] Notatur ad hoc quòd non debet aliquis ex præsumptionibus pœna ordinaria puniri. Vide Perez *in rubr. tit.* 15 *gloss.* 1. *pag.* 279. *col.* 2. *vers. quoties*, *lib.* 8. *Ordin.* Director. Inquisit. *p.* 2. *q.* 55. *pag mihi* 378. plures refert Doctores Cened. *d. collect.* 127. *n.* 1. & vide alios citatos *ad cap. afferte* 2. *n.* 7. *supr. hoc tit.*

9 *Alioquin cum tanquam hæreticum*, &c.] Notatur ad hoc quòd ille, cui tanquam hæretico ab Inquisitore fuit pœnitentia iniuncta, si eam non fecit, dicitur incorrigibilis, impœnitens, atque relapsus, vt per Menoch. *cons.* 82. *n.* 102.

10 In gloss. *Arbitros*, ibi, *& sic patet quòd delegatus potest esse arbiter*, &c. Vide Olan. *in antinomia iuris, lit. I. n.* 46. Azeued. *l.* 6. *n.* 4. *tit.* 6. *lib.* 3. *nouæ recop.* plures per Cened. *d. collect.* 127. *n.* 2.

In gloss. *Purgauit.* Collige ex gloss. dato publici testimonio repugnante etiam in diuerso iudicio priori dicto standum esse, sequuntur, Mench. *vsufructuar. cap.* 32. *num.* 1. Couar. *variar. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 7. Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præs.* 29. *num.* 7. Clar. §. *fin. quæst.* 13. *num.* 13. *& in* §. *falsum*, *n.* 10. Menoch. *casu* 108. *à num.* 5. Vtrùm autem idem dicendum sit quando prius testimonium præstitum fuit in iudicio nullo affirmatiuam partem tuetur Cou. *d. n.* 7. *vers. ex quo.* Contrariam tamen sententiam meritò tenuit gloss. *in cap. cùm causam, de testib.* quam sequitur communis, vt per Felin. *in cap. cum tua*, *n.* 5. *illo tit.* Clar. *d. q.* 53. *n.* 13. asserentes testimonio posteriori omnino standum esse reiecto priori, quod in iudicio nullo probatum est.

11 In gloss. *De fratre.* Frater pro fratre, vel contra fratrem an possit esse testis, vide Crot. *de testib. num.* 117. Nell. *eod. tract. num.* 8. Campeg. *reg.* 5. *in princ.* Hyppol. *sing.* 273. *num.* 10. Rojas *sing.* 70. Fusc. *lit. F. sing.* 142. Duen. *reg.* 382. Bernard. *reg.* 746. *vers. sextò fallit*, Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius*, *part.* 3. *verbo*, *qui cum alia matrimonium contrahens*, *ex n.* 256. Tiraquell. *de pœnis temper. causa* 22. *num.* 45. *& causa* 51. *num.* 91. Anton. Gabr. *commun. tit. de testib. concl.* 14. Rebuff. *de reprobat. testium*, *n.* 218. Menoch. *de arbitr. casu* 204. Mascard. *de probat. concl.* 811. *& concl.* 857. *num.* 16. *& 17. & concl* 904. *ex num.* 5. Vezin. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 10. *num.* 235. *pag.* 535. Cardos. *in praxi iudicum*, *verbo*, *testis*, *num.* 23. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *tit. de opposit. contra personas testium*, *q.* 54. *n.* 85 *cum seqq.* Ordin. Reg. Lusit. *lib.* 6. *tit.* 56. §. 2. latè Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ.* 94. *ex n.* 5. vbi tenet quod frater pro fratre admittitur in causis ciuilibus, non autem in criminalibus ad fauorem fratris accusatoris contra accusatum, & *n.* 10. id vltimum limitat si frater producatur in testem pro fratre ad eius defensionem in causa criminali. An filius teneatur accusare patrem hæreticum vide lato sermone Simanch. *in speciali tract. de patre hæretico*, qui est in fine *sui enchirid.* Perez *l.* 1. *gloss.* 1. *pag.* 221. *tit.* 9. *lib.* 8. *Ordin.*

In gloss. *Tam graue* Notatur ad hoc quòd assertio 12
vulnerati persistentis in ea vsque ad mortem non facit indicium ad torturam, de quo plures refert Doctores Cened. *d. collect.* 127. *n.* 4. quibus adde Cott. *in memorab. verbo*, *testator*, *pag.* 845. Mascard. *de probat. concl.* 144. *& concl.* 134. *n.* 10. *& concl.* 1074. *n.* 10. *& concl.* 1129. *& seqq.* Ioseph. Ludou. *tom.* 3. *commun. opin. tit. de probat. concl. vnic. vers. c. infertur* 43. Leonard. Less. *de iustit. lib* 2. *c.* 29. *n.* 163. Præsumitur enim pro mortuis, qui aliàs propriæ salutis immemores dicerentur, quod sanè non præsumitur. Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præs.* 4. *in fine*, Menoch. *in simili tract. lib.* 5. *præs.* 5. quos refert Octau. Glorit. *resp.* 10. *n.* 64.

SVMMARIVM.

1 *Incontinens in senectute non præsumitur qui in iuuentute continuit, maximè si est literatus.*
2 *Bonus qui antea fuit, tunc & bonus præsumitur.*
3 *Concupiscentia omnis & libido diminuitur in sene.*
4 *Scientes præsumuntur à vitiis abstinere.*
5 *Amor est furor.*
6 *Papa potest dispensare vt matrimonium contrahatur inter patruum, & neptem ex fratre.*
7 *Episcopalem qui adeptus est dignitatem præsumitur ratione suæ virtutis adeptus.*
8 *Seniores virtutibus præsumuntur excellere, nonnunquam tamen flagitiosissimi reperiuntur senes.*

CAP. Cùm in iuuentute. XV.

QVi in iuuentute fuit continens, non præsumi- 1
tur in senectute incontinens, maximè si sit literatus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hostiens. Bald. Panorm. Felin. Butr. Henric. Boich. Cuiac. Guid. Papæ, Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij*, *pag.* 209. Alagona *in compendio iuris Canonici*, *pag.* 288. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 5. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 14. *cap.* 2.

Vt ab Ecclesia Romana meruerit pallio decorari.] Licèt pallium esset proprium insigne Papæ, Patriarcharum, Primatuum, & Metropolitanorum, secundùm Duran. *in ration. diuin. l.* 3. *c.* 16. *n.* 1. Sylu. *in sum. verbo pallium*, Cærem. Roman. *lib.* 1. *c.* 8. Moscon. *de maiestate milit. Ecclesiæ*, *p.* 1. *lib.* 1. *c.* 8. *pag.* 234. *ad fin.* Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 3. *c.* 34. *in princ.* tamè ex speciali Papæ priuilegio Episcopus Quinqueccliesien. in Vngaria, pallio vtitur, vt ait text. & tradunt Durand. *d. c.* 17. *n.* 13. *in fin.* Azor. *d. c.* 34. *lit. A.* Isidor. Moscon. *d. c.* 8. *pag.* 236. *lit. C.* Stephan. Durant. *de ritib. Eccles. lib* 2. *c.* 9. *n.* 43. qui asserunt alios Episcopos ex particulari Papæ indulgentia pallio vti, videlicet Ostiensis, quia Papam consecrat, & eo vtitur ex institutione Marci Papæ, Papiensis in Lombardia, Lucensis in Tuscia, & Bambergensis in Germania.

Non

2 *Non est de leui credendum*, &c.] Notatur ad hoc quòd is, qui bonus antea fuit, nunc & bonus præsumitur, vt per Tiraq. *de pœnis temperandis, cap.51. n.3.* nam bonus quilibet in dubio præsumitur, dixi *Axiom.142.n.2.*

3 *In senectute frequentius expietur.*] Notatur ad hoc quòd in sene diminuitur omnis concupiscentia, & libido, vt per Tiraq. *in l.6. connub. gloss.1. part.6.n.9.* Menoch. *de præsumpt. lib.6. præs.46. num.7. & de arbitr. casu 89. num.55.* Alciat. *de præsumpt. reg.2. præs.1. n.8.* Nam semper pro senioribus præsumitur. Tiraquel. *de iureprimog. in præfat. num. 150. cum seqq.* multa de senum præstantia, & quàm vtiles sint Reipubl. moderandæ, vide Mendoc. *tom.2. in lib.1. Regum cap.4. num.15. in expos. litera.* Et quòd auaritia in senectute iuuenescat, ex hoc text. colligit Paul. Fusc. *lit. A. sing.106.*

4 *Quòd vir præditus scientia*, &c.] Ergo scientes præsumuntur à vitiis abstinere. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part.2 alleg.46.n.3.*

5 *Ad eam possessionis ignominiam se conuerteret.*] Ergo amor est furor, vt per Tiraq. *de pœnis temperandis, c.4. n.1.* quilibet enim insuriatur ad amandum, etiam per artem magicam, vt difficile sit inueni seruori naturæ resistere, gloss. *in §. si autem, in auth. quomodo oporteat Episc.* Paul. Fusc. *in singul. vtriusque iuris lit. A. sing.62.* vbi ex Marc. Mantu. *cons.14.n.81. vol.1.* subdit quòd sicut misericordiam inuenit furiosus aliquid inhonestum faciens, aut mente captus, sic & qui amoris furore est debacchatus vide posita *ad cap. veniens 13.n.2. cum seqq. de sponsalib.*

6 *Naturale fœdus inter tales personas*, &c.] Intellige quoad quandam honestatam, non quoad legis naturalis vinculum, potest enim Summus Pontif. dispensare vt matrimonium contrahatur inter patruum, & neptem ex fratre, Couar. *de sponsalib. part.2. cap.6. §. 10. num.9.* vbi dicit text. *in præsenti* referre Ethnicorum sententiam, non verò eam probare: item aduertit verba illa, *naturale fœdus*, posse intelligi quoad cognationem, quam natura instituit, vide Anton. Gom. *l.80. Tauri, n.16.*

7 In gloss. *Honestum*, ibi, *ex quo enim adeptus est tantam dignitatem, scilicet Episcopalem, præsumitur quod ratione suæ virtutis adeptus sit.* Vide Tiraq. *de pœnis temp. c.51. n.94.*

8 In gloss. *Ad senilem.* Notatur ad hoc quòd seniores virtutibus præsumuntur excellere, nonnunquam tamen flagitiosissimi reperiuntur senes, vt per Tiraq. *in præfat. de iureprimog. n.153. & seqq.* Illustr. D. meum Roder. à Cunha *ad cap. tanta 24. n.1. dist.86.*

SVMMARIVM.

1 *Idoneum se probare non tenetur is, pro quo beneficiando scribitur cum clauſ. Si idoneus fuerit, cùm talis præsumatur.*
2 *Idoneus quis præsumitur ad beneficia.*
3 *Bonus quilibet præsumitur nisi contrarium probetur.*
4 *Purus vnusquisque præsumitur, itavt obiicienti impuritatem incumbat onus probandi.*

CAP. Dudum. XVI. & fin.

1 PApa quando rescribit pro aliquo, vt recipiatur in numerum beneficiatorum cum clauſ. *Si idoneus fuerit*, prouisus non tenetur probare se idoneum, quia præsumitur idoneus, nisi contrarium ostendatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Henric. Boich, Guid. Papæ, Cujac. Vivian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.210.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.288.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

Cùm prima facie præsumatur idoneus.] Notatur ad 2 hoc quòd quis præsumitur idoneus ad beneficia, vide Lambertin. *de iurepatron. lib.2. p.1. q.10 art.2 à n.1.* Alciat. *de præs. reg.3. præs.3.* Menoch. *eod. tract. lib.6. præs.31.* Flamin. *de resignat. benef. lib.10. q.3. n.54. cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.878.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloss.4. à n.168.* Intellige supradicta huius cap. verba de idoneitate intrinseca, scilicet puritatis, & similium, non verò scientiæ, & literaturæ, quæ cum sit quid extrinsecum & accidentale, homini inesse alicui non præsumitur, Viu. *in praxi iurispatron. p.12. lib.6. c.10. n.13.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p.2. alleg.10. n.17.*

Allegatur text. hic vulgariter ad hoc quòd bonus 3 quilibet præsumitur nisi contrarium probetur, vt per Tiraq. *de præscr. §.1. gloss.2. pag.87. vers. sed quid*, Socin. *reg.58.* Bernard. *reg.64.* Duen. *reg.75.* Mascard. *de prob. concl.222. & 223. & 1003.* Flamin. *d. n.63.* Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, bonus*, Mench. *illustr. c.70. n.3.* Vasconcel. *in harmonia rubr. iuris Canon. ad rubr. de scrutinio in ordine faciendo, n.3. cum seqq.* Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib.5. c.1. n.64.* Cardin. Tusch. *tom.1 lit. B. concl.123.*

Citari etiam potest ad hoc quòd vnusquisque pu- 4 rus præsumitur, itavt Capitulo obiicienti impuritatem & ortum à parentibus vel infidelibus, aut alio impuris, incumbat onus probandi, & quidem concludenter, vt sæpiùs censuit Rota, & signanter coram Mantu. *decis.274. num.1. & decis.307.* & coram Cardin. Seraph. *decis.355.* & coram Card. Blanchetto *in Legionen. denegatæ possessionis 8. Martij 1593.* & coram Card. Marquemont, *in Toletana Canonicatus 10. Decembr. 1608.* quæ est inter recent. *decis.167. p.1.* & fuit confirmata sub die 3. Aprilis, & 10. Maij 1609. coram eod. & *in Pacen. Puritatis 6. Aprilis 1600.* coram Patriarcha Manzanedo, quæ est *dec.182. p.1. recent.* & *in Legionen. Canonicatus 3. Iuny 1602.* coram Reuerendiss. D. meo Decano, *decis.68. in eius impressis.*

De Iureiurando.

TIT. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rub. scribentes.*
2 *Iuramenti materiam qui Doctores tractent, citantur.*
3 *Iuramentum nomen deducitur à iure.*
4 *Iuramentum dicitur etiam iusiurandum, siue sacramentum.*
5 *Iuramentum definitur vt sit Dei in testem ad confirmandam dictorum veritatem actualis, siue virtualis inuocatio.*
6 *Iuramentum aliud assertorium, aliud promissorium, & quod sit vnumquodque, & an inter se differant, ostenditur.*
7 *Iuramentum in iudiciale, & extraiudiciale diuiditur.*
8 *Iuramentum calumniæ, & de veritate dicenda, ac litis decisorium quod?*
9 *Iuramentum necessarium est illud quod à iudice absque partium consensu defertur.*

1 SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Bellam. Ioann. Andr. Imola, Anania, Butr. Anchar. Panorm. Felin. Guid. Pap. Martin. Vran. Alciat. Alexand. de Neu. & *tom. 4. repet. in iure Canonico ad secundum Decretalium librum* Anton. Corset. item Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 170.* Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canonici*, Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol 75. verso*, Daniel Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij, pag. 277.* Gonred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretalium*, Barthol. Carthag. *in expos. tit. iuris Canon.* Zypæ. *in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag. 134.* Cænes *sub hac rubr.*

2 De materia huius tit. vide Summistas *verbo, iuramentum*, Selu. *de iureiur.* Anton. Corset. *de iuramento, & eius priuilegiis, tom. 4. tractatuum Doct. fol. 359.* Seraph. *de priuilegiis iuramenti*, Gabr. *communium opinion. lib. 2. tit. de iureiur.* Anton. Bouer. *in tract. de virtute iuramenti tom. 4. fol. 364.* Anton. Gagliard. & Io. Camil. Bilocta *tract. de absolutione à iuramento*, Lud. Mancin. *in tract. de iuramento, eiúsque vi, & effectu*, Guttier. *de iurament. confirm.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, iuramentum*, D. Thom. 2. 2. *quæst. 89.* Sot. *de iustit. lib. 8. quæst. 1. cum seq.* Couar. *in cap. quamvis pactum, part. 2.* Mascard. *de probat. lib. 1. q. 9.* Garganet. *de iure publico, lib. 2. tit. 34.* Petr. Ledesma *in sua summa, tom. 2. tractat. 11.*, Azor. *Institut. moral. part. 1. lib. 11.* Sayr. *in claui Regia, lib. 5.* Soar. *tom. 2. de Relig. tract. de iuram.* Less. *de iustitia, & iure, lib. 2. cap. 42.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 18. de iuramento, & periurio*, latè Sanch. *in præcepta Decal. tom. 1. lib. 3.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 2. sub hoc tit.* Anastas. Germon. *de Sacrorum immunit. c. 21.* Camill. Borrell. *in summa omnium decisionum, tit. 60.* Rendin. *in promptuario receptarum sentent. tom. 1. tit. 61. de iuramento*, Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib. 4. tract. 3. c. 1. cum seqq.*

3 *Iureiurando.*] Iuramentum nomen deducitur à iure vel quia, vt ait D. Augustin. *serm. 28. de verbis Iacobi Apost. cap. 5. qui iuramento ius veritas reddit Deo, cui propriè competit ferre patrocinium veritati*? iuuat illud Matth. 5. *reddes Domino iuramenta tua*; vel quia, vt ait D. Thom. 2. 2. *q. 89. art. 1.* iure introductum est vt homines dicta sua & facta testimonio diuino confirment; vel denique quia qui iurat, perinde facit firmum id, quod iura, ac si esset idem ius, id enim quod iuratur pro lege habendum est, & veluti ius sanctè seruandum, *l. non erit, §. dato, ff. de iureiur.* vnde lege sancitum est, vt post iuramentum præstitum nulla alia inquisitio fiat, iuxta *l. post rem 59.* ibi, *vel iureiurando decisam, ff. de re iudic.* quia aliàs Deo irrogaretur iniuria, cùm per iuramentum illam veritatem stabilierit.

4 Qua etiam ratione iuramentum dicitur etiam iusiurandum, & ita apud summos Pontifices, & Iurisconsultos frequentiùs appellatur, vt patet ex *hac rub. & illa, ff. de iureiur.* colligunt hæc in effectu ex D. Antonin. *p. 2. tit. 10. cap. 3. §. 1.* Sot. *de iustit. lib. 8. q. 1 art. 1. concl. 1.* Couar. *in cap. quamvis pactum p. 1. in initio num. 2.* Sayr. *in claui Regia lib. 5. cap. 1. num. 1.* Dicitur etiam Sacramentum tam iure Canonico, quàm Ciuili: de iure Canonico probatur ex *cap. qui Sacramento, & cap. non est obseruandum 22. q. 4. cap. paruuli 22. q. 5 cap. querelam*, ibi, *interposito Sacramento, infr. hoc tit.* de iure ciuili probatur ex *auth. Sacramenta puberum, C. aduersùs vendit. & l. vlt. C. de veteranis lib. 12. & l. milites 13. §. 2. verf. ignominia, ff. de re milit.* Abb. *in hac rub.* Couar. *d. num. 2.* Sayr. *d. cap. 1. num. 2.* meritò autem sic appellatur, quia iuramentum aliquid religiosum est, & actus latriæ siue Religionis. D. Thom. 2. 2. *q. 89. art. 4.* Iurans namque Deum in testē innocando recognoscit illum habere perfectam omnium rerum cognitionē, & infallibilem veritatem, atque ideo ei debitum honorem persoluit, in quem sensum *Deuteron. 6.* dicitur, *Dominum Deum timebis, & illi soli seruies, & per nomen illius iurabis*, & Psalm. 62. *Laudabuntur omnes, qui iurant in eo*; huc spectat illud Hieron. *lib. 2. offic. Ius diuinum*, inquit, *est affirmatio religiosa*; resoluunt D. Thom. *d. art. 4.* Sot. *d. q. 1. art. 4.* Couar. *d. num. 2.* Nauar. *in man. c. 12. n. 2.*

Varias iuramenti definitiones tradunt gloss. *in summ. 22. q. 1.* Abb. Felin. & Alciat. *in hac rubr.* Selua *de iureiur. q. 1.* D. Thom. 2. 2 *q. 89. art. 1.* Sot. *d. q. 1. art. 1.* Couar. *in cap. quamvis pactum, p. 1. in init. n. 1.* Nauar. *in man. c. 12. n. 1.* Guttier. *de iuram. confirm. p. 1. in præfat. num. 1.* Sayr. *in claui Regia lib. 5. c. 1. num. 4.* Sed multis reiectis illa magis placet, quæ docet quòd iuramentum sit Dei in testem ad confirmandam dictorum veritatem actualis siue virtualis inuocatio. Dixi *inuocatio* loco generis, vt comprehenderem plures inuocationes, quæ iuramenta non sunt, videlicet quando Dei præsidium inuocatur in principio alicuius publicæ, seu priuatæ actionis, item quando Deus in iudicem inuocatur, iuxta *c. erubescant, in fine 32. dist.* seu in laborum solatium, *Psalm. 45.* ibi, *adiutor in tribulationibus*; seu tandem quando eius benedictio imploratur, iuxta illud, *benedic hæreditati tuæ.* Cætera adiiciuntur loco differentiæ Dixi, *Dei in testem*, quia cùm solus Deus sit testis, & cognitor mentis nostræ, iuxta illud Psal. *scrutans corda, & renes Deus, d. cap. erubescant*, & veritas dictorum à mente proferentis maximè pendeat, *c. homines*, ibi, *ream linguam non facit nisi rea mens, 22. q. 2.* rectè fit vt solus Deus in testem prædictæ veritatis possit inuocari, qui nec falli potest, nec fallere *c. à nobis 28. verf. nos igitur, de sentent. excommun.* & in quo nullum omnino mendacij vestigium considerari potest *cap. Deus, in princ. 24 qu. 3.* Dixi, *ad confirmandam*, &c. quia constat iuramentum fuisse inuentum in eum finem vt confirmaret veritatem eorum, qui dicunt, simúlque tollere controuersiam illam, seu dubitationem, quæ reperitur ex parte illius, qui exigit iuramentum, iuxta illud Pauli ad Hebræ. 6. *Omnis controuersiæ finis est iuramentum*, iuxta *cap. etsi Christus, in princ. hoc tit.* Dixi tandem, *actualis, siue virtualis*, vt includerem non solùm iuramenta, quæ directè ad Deum referuntur, sed etiam illa, quæ fiunt per creaturas cum relatione ad Deum, iuxta *d. cap. etsi Christus, verf. quamvis.*

Iuramentum multipliciter diuiditur, aliud enim est 6
assertorium, aliud promissorium. Assertorium est, quo aliquid esse, vel non esse asseritur de præterito, vel de præsenti, v. g. si quis iuret Petrum occidisse, vel non occidisse Ioannem, vel iuret quòd Petrus est in hac ciuitate: promissorium verò quo in futurum aliquid tantùm, vel faciendum promittitur, v. g. si quis iuret quod hoc faciet, vel non faciet, vel quòd dabit centum aureos. Differunt autem in eo quòd iuramentum assertorium nullam in se continet obligationem, sed dicta, aut facta confirmat provt sunt: cùm enim obligatio sit vinculum, quo aliquis in futurum adstringitur, *l. obligationum substantia, ff. de actionibus, princip. Instit. de obligation.* fieri non potest vt is, qui iureiurando aliquid affirmat esse, vel fuisse, eo ipso maneat obligatus, atque ideo licèt aliqua obligatio antecedat huiusmodi iuramentum, quia scilicet tenetur verum iurare, nulla tamen subsequitur. Contrà verò in promissorio res se habet, quia & antecedit, & subsequitur obligatio; antecedit, quia tenetur iurare

rare animo fauendi quod iurat; subsequitur, qui tenetur postea ex vi iuramenti adimplere si sine dispendio salutis æternæ fieri possit, & ita in assertorio adducitur Deus in testem simplicis veritatis: in promissorio verò non solùm veritatis, sed etiam fidelitatis. Colligunt hæc ex D.Thom.2.2.q.89.art.7.vbi Caiet. Bonan.& Scot.*in 3. dist.39. q.vnic.*& *ibi* Durand.*q.2. n.5.* Sot.*lib.8.de iustit.q.1.art.7.* Couar.*in cap.quamvis pactum in initio n.3.* Sayr.*d.lib.5.c.2.n.2. & c.4 n.27.& seq.& c.6.n.1.* Soar.*tom.2. de Relig. tract.de iuramento lib.1.c.8. per tot.*

7 Diuiditur etiam iuramentum in iudiciale, & extraiudiciale. Iudiciale dicitur illud, quod fit in iudicio, cuius decem species prosequitur Marant.*de ordine iudic.p.6.actu 9.à princ.vsque ad n.33.* Sed omnes
8 ad tres reduci possunt, nempe ad iuramentum calumniæ, quod iudex ex officio debet post litem contestatam litigantibus deferre, vt generaliter iurent se per calumniam, aut malitiam præsentem litem non mouere, nec defendere *l.1. & 2.C. de iureiurand. propter calumn.* & per tot. *tit. de iuram. calumn.in Decretal. & in Sexto.* Item in iuramentum de veritate dicenda, sub quo litigantibus particularibus positionibus respondere tenetur, de quo *in cap.ex literis inf. hoc tit.c.2. de confess.in 6.c.2. de testibus, eod.lib.* Tandem ad iuramentum litis decisorium, quod partibus in iudicio ad definiendas decidendásque lites defertur; ad quæ omnia & alia iuramenta potest iudex subditos compellere quoties ad bonum Reip.fuerint necessaria, quod tunc demum continget, quando imminet Reip.dispendium, & insuper illi dispendio aliter æquè commodè quàm per iuramentum occurri nequit. Iuramentum hoc litis decisorium in tres diuiditur species, videlicet necessarium, iudiciale, & voluntarium, quas variè explicant *gloss.*1. & Doctores *in cap. vlt.hoc tit.& l.1.ff.eod.*gloss.*verbo nisi in l.1. C.de rebus cred.gloss. vlt.in §.si quis postulante, Instit.de action.* cum quibus communiter transeunt Mayn.*lib.2. actionum c.35.* Marant. *de ordine iudic.p.6. actu 9.à princip.*

9 Iuramentum necessarium est illud quod à iudice absque partium consensu defertur, & ideo tale dicitur, quia pars, cui defertur inuita, & renitens, illud tenetur subire, nec potest nisi iusta de causa recusare, quod vt melius percipias aduerte quòd actor vel plene intentionem suam probauit, & tunc non defertur hoc iuramentum, vtpotè iam superfluum & otiosum, iuxta text. *in c.2. de probat.* qui in hoc casu loquitur; vel contrarium omnino nihil probauit, quo casu iuramentum etiam non est deferendum à iudice, imo reus debet absolui, iuxta *reg.quòd actore nihil probante, reus etsi nihil præstiterit, obtinebit* de qua *in d.cap.vlt.§.sanè*, cum similibus. Vel tandem semiplene probauit, præsumptione scilicet faciente pro illo, vel alio quocunque modo, quo semiplena probatio fit, & tunc cùm causa dubia existat, potest iudex ad integrandam & perficiendam probationem, & ita in illius supplementum iuramentum alterutri parti, reo scilicet, vel actori deferre, quod pars tenetur præstare, & ita in iudicis arbitrio positum est inspectis circunstantiis causæ, & personarum, cuinam parti illud sit deferendum. Colligunt hæc ex *l. admonendi, ff.hoc tit.& in l.in bonæ fidei, C.de reb.credit. & ex d. cap. vlt. in princ.& §. sanè*, prosequitur latè Marant. *vbi sup.* Iuramentum verò iudiciale est illud quod à parte parti in iudicio cum iudicis auctoritate defertur, & de hoc agitur *in l.1. & per totum, ff. hoc tit.l.actori, l.delata, cum aliis, C.de reb.cred. d.cap.vlt. vers.quamvis.* Iuramentum verò voluntarium dicitur illud, quòd defertur ex vtriusque partis consensu, seu conuentione, *l.1. l. pactione, l.iusiurandum quod ex conuentione 17. l. si quis cum debitore 39. & l.creditore 42.ff.hoc tit.l.1.& l.cum proponas, C.de reb.cred.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti ad relaxationem agi potest, cuius implementum turpitudinem continet ex parte suscipientis.*
2 *Iuramentum potest remitti ab eo, cui præstitum fuerit.*
3 *Relaxatio iuramenti in foro Ecclesiastico est petenda.*
4 *Citatio partis an sit necessaria in absolutione à iuramento, ostenditur.*
5 *Iudex Ecclesiasticus loci Ordinarius competens est ad compellendum contrahentem, in cuius fauorem fuit iuratum, vt iuramentum remittat quando contractus habet vitium simoniæ.*

CAP. Ex administrationis. I.

Gregor. III.

VSurarum creditores debent compelli per censuras Ecclesiasticas, vt relaxent debitoris iuramentum soluendi vsuras. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Bald. Panorm. Felin. Butr. Martin. Vran. Anchar. Guid. Papæ, Alex.de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontific. pag.* 210. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 289. remissiuè Casal.*in annot.*& Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Anton. Augst. *collect.2. Decretal. lib.2. tit.16. cap.4.* nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælect. Salmanticensib. tom.2. pag.215.cum seqq.* 1

Notatur hic text.ad hoc quòd quando contractus 2
vitium habet vsuræ, poterit is, qui iurauit, petere à iudice Ecclesiastico, vt compellat eum, cui iuramentum præstitit, ad hoc iuramentum, eiusque obligationem remittendum, vt per Couar. *lib.1. var. cap.4. num.5.vers.verum, in princip.* nam iusiurandum potest remitti ab eo, cui præstitum fuerit, vt per [illegible]pol *sing.654.* Couar.*de sponsalib. part.1. cap.5.num 1.& in cap. quamvis pactum, part.1. §.3.num.1.* Anton. Gom. *tom.2. cap.14. num.21.* Perez *l.6 gloss.1.pag.477 col.2. in med.tit.1 lib.3. Ordin. & l.1.gloss.1.pag. 590. tit.8. eod.lib.3.* Bellacomb.*tom.1. communium opin lib.4.tit.2. num.70. pag.* 438. Aduerte tamen quòd licet possit is, ad cuius fauorem præstitum est iuramentum, illud remittere ab initio, postquam verò is, qui iurauit, in periurium incidit, tale periurium ab ipsa parte remitti non potest, vt tenet Menoch.*cons.343. num.48.*

Relaxanda.] Quam quidem relaxationem in foro 3
Ecclesiastico esse petendam resoluunt D. Barbos.*in l. 1.ff.soluto matr. p.1.n.77.* Sanch. *de matr.lib.1.disp.32. num.18.*

Vtrùm autem citatio partis necessaria sit in absolutione à iuramento quæstio est dubia, in qua duæ 4
reperiuntur diuersæ Doctorum sententiæ. Vna tenet quòd citatio partis prorsus sit necessaria, quam sequuntur Tiraq. *in tract. res inter alios acta, limit.20. verso, & fol.22.vers.declara sextò*, Burs.*cons.29.limit. 92.lib.3.* Guillelm. *in cap. Raynutius, de test.aq.verbo, duas habens filias, num.299.* Anton.Gabr.*commun.lib.2. tit.de citat.concl.1.n.85.* Ioseph. Ludou. *Perus decis.28. à num.2.* Perez *l.2. vers. quæro 16. tit.2. lib.3. Ordin. pag.492.* Menoch. *cons.24. num.21. & seqq.* Camill. Borrel.

Borrell. *in summa omnium decis. tit. 44. n. 143.* plures per Cened. *ad Decret. collect 78. n. 2.* Alex. Cephal. Felin. Roland. Gozadin. & Capell. Tholos. quos refert, licèt non sequatur, Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis. 333. n. 1. in 1. edit. & resol. 290. in 2. edit.* Contraria tamen altera opinio, vt minimè requiratur partis citatio, receptior est, & eam defendunt Couar. *lib. 1. c. 4. n. 5* Gagliard. *de absolut. à iuram. §. 1. n. 1.* Muscatel. *in praxi aurea, lib. 1. p. 4. in gloss. periurij, n. 39.* plures quos refert, & sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 3. c. 21. n. 28.* Flamin. *de resignat. benef. lib. 13. quæst. 1. n. 38.* vbi limitat in absolutione à iuramento præstito super actu metu celebrato, in qua requiri partis citationem tenet idem Flamin. & secundum hanc opinionem nonnulla tribunalia decidisse affirmat Aloys. Ricc. *d. resol. 290. n. 1. vers. & iuxta*, vbi citat Afflict. Mynsing. Triuis. Cacheran. Stephan. Gratian. & alios in suis decisionibus.

5 In gloss. *Cogatur*, fin. ibi, *vel etiam tanquam Ordinarij.* Notatur ad hoc quòd iudex Ecclesiasticus loci Ordinarius competens est ad compellendum contrahentem in cuius fauorem fuit iuratum, vt iuramentum, eiusque obligationem ab altera parte factam remitteret, quando contractus vitium habet vsuræ: etiam si vterque contrahens laicus esset, ita Cou. qui hanc glossam communiter receptam asserit, *lib. 1. var. c. 4. n. 5. vers. verum, in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præstitum à Prælato de non recipiendis rebus Ecclesiæ non valet*, & n. 2.
3 *Iuramentum secundum vbi priori licito, & honesto aduersatur, nullatenus obligat.*
4 *Iuramentum præstitum à Prælato de non repetendis rebus Ecclesiæ quatenus respicit commoditatem, & vtilitatem ipsius Prælati, valet.*
5 *Absoluere à iuramento, & de illius religione, cognoscere ad solos iudices Ecclesiasticos pertinet.*

CAP. Peruenit. *j.* II.

Greg. in regist.

1 PRælatus si iurat non repetere res Ecclesiasticas vi ablatas, iuramentum non tenet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Hostiens. Anchar. Panormitan. Butr. Bald. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cuiac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 211.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 289.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decretal. lib. 2. tit. 17. cap. 9.* & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p. 17. c. 7.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Cald. *de erroribus pragm. lib. 2. c. 6. n. 7. & 9.* Soar. *de Religione, tom. 2. tract. de iuram. tit de iuram. promiss. lib. 2. c. 10. n. 4. cum seqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 3. c. 11. n. 37.* vbi aduertit quòd *in præsenti*, dicitur iuramentum nullius momenti quoad effectum confirmandi irreuocabiliter illius contractus, itavt non sit locus relaxationi, & ideo verbum, *absoluimus*, sumitur hic propriè.

3 Aliqui rationem assignant quòd vbi secundum iuramentum priori licito & honesto aduersatur, nullatenus obligat, *cap. intellecto 33. cap. sa te 22. infr. hoc tit. gloss. vlt. in c. 2. eod. tit. lib. 6.* communiter receptam, vt per Couar. *in cap. quamvis p. 2. §. 2. num. 4.* Gom. *l. 53. Tauri num. 58.* Guttier. *de iuram. confirm. p. 1. c. 51. num. 7.* Constat autem iuramentum huiusmodi de non repetendis bonis malè ablatis contrarium esse primo, quòd Episcopi in sua consecratione subeunt de non alienandis, imo conseruandis bonis suarum Ecclesiarum, *cap. vlt.* vbi *gloss. 1. de Eccles. ædific. cap. vt super 8. de rebus Eccles.* igitur posterius hoc iuramentum nullum potuit vinculum producere: deinde hoc ipsum probatur, quia bona Ecclesiarum ab inferiotibus Prælatis alienari non possunt sine debitis solemnitatibus, & euidenti vtilitate, *cap. sine exceptione 12. q. 2. cap. cum nulli 5. & per totum, de rebus Eccles. non alien.* sanè is qui metu licèt grauissimo, patitur se spoliari iuramento promittit non repetiturum sic ablata, in effectu alienat sine solemnitatibus, & euidenti vtilitate, cùm gesta per metum simpliciter, & absolute voluntaria dicantur *cap. merito 11. quæst. 1.* Tiraq. *de pœnis causa 36. à princip.* igitur tam alienatio, quæ lege resistente facta fuit, quàm etiam iuramentum adiectum valere non debent, argum. *l. non dubium, C. de legib.* Atque in hanc rationem, seu potiùs intellectum ad hunc text. expendunt *gloss. 1. in præsenti*, Bald. *n. 1.* Abb. *in 1. lect.* Felin. *n. 4.* gloss. 1. *ad fin. in d. cap. intellecto*, & alij, vt per Guttier. *d. n. 7.* per text. quem sic intelligit *in cap. si cui nostris, 24. vers. quia sup. hoc tit.*

Verùm quia contra supradictam rationem, seu intellectum grauiter obstant posteriora verba huius text. ibi, *quem tamen absoluimus*, quæ sanè propriè considerata important vinculi obligationis liberationem, argum. *l. decem, ff. de verbor. oblig & cap. ad dissoluendum, de despons. impub.* ideo dicendum est quòd licet simpliciter & absolute inualidum sit iuramentum de non reuocandis alienationibus rerum Ecclesiasticarum temerè factis, quatenus includit præiudicium Ecclesiarum per ea, quæ *suprà* ostendimus; quatenus tamen iuramentum hoc respicit commoditatem & vtilitatem Prælati in causa, & tempore iure permisso ab eodem Prælato transferibilem & remissibilem, iuxta ea, quæ notantur *in cap. 2. vbi glass. 1. & vlt. de locato*, valet, & iuramentum ligat, quia quod attinet ad solius ipsius præiudicium, absque vllo salutis æternæ dispendio licitè seruari potest; ergo meritò hic text. ad finem adiecit verba illa, *quem tamen absoluimus, quia nefandissima coactione iurauit*, vt ita sit census quòd licet eo casu iuramentum seruari debuisset in solius Prælati præiudicium, quia tamen nefandissima coactione interuenit ex parte Comitis, iustè eundem Episcopum duximus absoluendum, iuxta reg. *cap. si verò, infr. hoc tit.* & in hoc sensu accipiendum est *cap. cum venissent 6. de institut.* vt iuramentum valeat in solius Archidiaconi præiudicium, consonant verba præcedentia, ibi, *non solum de illo, sed de omnibus redditibus suis*, &c. quasi iuramentum subsequutum solum ad propriam commoditatem respexerit, & ita intelligunt gloss. *ibi, verbo abiurasse*, & Abb. *à n. 14.* idem Abb. *n. 4.* & Felin. *5. in præsenti.* 4

D. Gregorius *in præsenti text.* non videtur stabilis dum primo loco negat Laodien. Episcopum iuramento teneri, & deinde sentit illum eo fuisse ligatum, dum ipsum absoluit, nam aliàs non fecisset necessaria absolutio, iuxta *reg. cap. ad dissoluendum, de despons. impub. & l. decem, ff. de verb. oblig.* Aliqui igitur docent concessam fuisse absolutionem habito respectu ad antiquum Ecclesiæ morem, quando Pontifices non solùm absoluebant à vinculo iuramenti ex iusta causa, sed etiam, à suspicione in iuramentis nullis, vt homines non solùm à periurio, sed etiam à periurij suspicione arcerentur, & ne putarent sanctissimum

Dei

Dei omnem passim violandum, suspicionem autem credebant ex eo prouenire, quia Episcopus, de quo *in hoc text.* fuerat Ecclesiæ bonis spoliatus, pro quibus non alienandis iurauerat in limine suæ consecrationis, *cap. de Syracusana 28. dist. c. vt super, de reb. Eccles. non alien.* Sed hic intellectus in facto non subsistit, quia ex text. integra colligitur Laudicen. Episcopum Henricum appellatum, venientémque ad visitanda limina Apostolorum in ipso itinere fuisse rebus propriis, non Ecclesiæ spoliatum, ac iurare compulsum, vt clarè insinuant verba illa text. *rebusque suis*, quæ denotant dominium, *l. quintus, §. argento, ff. de auro & argento leg.* Vnde Anton. de Fuertes *canon. lect. lib. 1. c. 8.* ponderat in iuramento coactè emisso duplicem inesse obligationem. Prior est, qua quis obligatur homini, cui promittit, & talis obligatio tollitur per coactionem, quia ille, qui vim coactionémque intulit, hoc meretur vt sibi promissio non seruetur, *cap. si verò, hoc tit. de iureiur.* Posterior est, qua quis obligatur Deo, vt impleat quod per eius nomen promitrit, & talis obligatio non tollitur in foro conscientiæ, quia magis debet iurans sustinere damnum temporale, quàm iuramentum violare, *cap. debitores, hoc eod. tit.* maximè cùm certum sit Deum nullum habere culpam cur coactio illa facta fuerit. Succedit igitur verba Gregorij ita esse explicanda, nempe vt illa, *nullus iuramento vinculis*, referantur ad priorem obligationem, quæ parti erat quærenda, si coactio non fuisset celebrata, illa autem, *quem tamen absoluimus*, ad obligationem Deo quæsitam, quam metus, & coactio impedire non possunt.

5 *Absoluimus.*] Notatur ad hoc quòd ad solos iudices Ecclesiasticos pertinet absoluere à iuramento, & de illius religione cognoscere, similis text. *in c. per venerabilem 24. vers. vtrum verò, de elect. cap. nouit. 13. ad finem, de iudic. cap. si verò, vers. verum. cap. quanto 18. hoc tit.* Sed omissis hac in re variis DD. sententiis dicendum puto aliud esse agere de his, quæ ad iuramenti substantiam spectant, an licitum, vel illicitum, validum, vel inualidum, hoc, vel illo modo exhibendum, sub hac forma præstanda, denegandáve illius absolutione; aliud diuersum esse, supposito quòd valeat vel non pœnis coërcere indebitè iurantes, vel valida iuramenta adimplere recusantes, vel data iusta causa aliquos cogere remittere sibi præstita iuramenta; in primis speciebus cognitio, & definitio ad solos Ecclesiasticos iudices spectat, in posterioribus verò non ad Ecclesiasticos solùm, sed ad sæculares quoque iudices pertinere potest. Ratio differentiæ est, quia cùm iuramentum sit actus religionis, seu latriæ, per quem Deo redditur ius honoris tanquam infallibili veritati, iuxta illud Pauli *ad Hebra. c. 6.* meritò cognitio respiciens iuramenti substantiam ad solum Ecclesiasticum iudicium spectat; non sic quando sæculares iudices in prædictis speciebus subditos cogunt, & pœnis coërcent; quia propriè & directè iuramenti substantiam non attingunt, sed potiùs ius Pontificium iuuare dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti implementum in melius commutans non poterat; & non adstringitur quis iuramento ad implendum quod iurauit si ab alia parte non adimpletur, cuius respectu probant iuramentum.*
2 *Periurij reus non est, qui iusiurandum propria auctoritate commutat in melius.*
3 *Iuramentum quando factum est in fauorem tertij cum aliqua conditione, nisi illa adimpleatur, iurans ad iuramentum seruandum non obligatur.*
4 *Fides non seruatur ei, qui eandem fidem frangit.*
5 *Declaratur text. in cap. quod Deo 33. q. 5.*
6 *Fides hosti seruanda est.*

CAP. Peruenit. ij. III.

IVramentum qui in melius commutat, non illud frangit. Item qui iurat facere aliquid interposita conditione, si altera pars non implet conditionem, ipse non tenetur seruare iuramentum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Henric. Boich, Barbat. Felin. Bald. Guid. Papæ, Host. Anchar. Panorm. Butr. Martin. Vran. Anan. Alex. de Neuo, Cujac. Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontific. pag. 211.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 289.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 2. tit. 17. cap. 10.* vbi asserit se hoc cap. & anteced. non inuenisse in registro B. Gregor. nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælect. Salmanticensib. tom. 2. pag. 249. cum seqq.* 1

Qui in melius illud commutat.] Notatur ad hoc quòd periurij reus non est qui iusiurandum propria auctoritate commutat in melius, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. n. 67.* Azor. *instit. moral part. 1. lib. 11. c. 10. q. 1.* vbi hoc intelligit de eo, qui iusiurandum mutat in id, quod est certò, & euidenter maius bonum, nam eo ipso est Deo magis acceptum, & gratum; si tamen confirmet promissionem factam homini, non potest quis absque consensu expresso, vel tacito eius, cui est facta promissio, in melius commutare, in idem est Sanch. *de matrimon. lib. 1. disp. 46. n. 11. vers. ad secundum*, vbi dicit text. *in præsenti* loqui de voto, cùm enim Deus sit creditor, potiùs rem meliorem acceptat, secus in promissione homini facta, latè Anton. de Fuertes *Canon. lect. lib. 2. c. 1. & 2.* vbi *in fine* addit quòd non pertinet ad rem quòd iuramentum debeat in specifica forma adimpleri, eo quòd vbi pinguior satisfactio redditur, non mutatur prius votum, sed tantùm per accidens dicitur mutari, & sic hæc accidentia non sunt habenda in consideratione ad hoc vt iuramentum specificè non dicatur seruatum. Nec obstat *reg. l. 2. §. mutui datio, ff. de rebus cred.* quatenus habet inuito creditore aliud pro alio solui non posse, quia procedit tantùm in temporalibus, non in spiritualibus, & Ecclesiasticis rebus propter summam Ecclesiæ æquitatem, quæ accipit satisfactionem, quam fides reddere possunt. 2

Nec tu ei, &c.] Notatur ad hoc quòd quando iuramentum factum est in fauorem tertij cum aliqua conditione, nisi illa adimpleatur, iurans ad iuramentum seruandum non obligatur, vt per Sayr. *in clau Regia, lib. 5. cap. 7. num. 5.* Valer. Reginald. *d. lib. 18. num. 54.* vbi *num. 34. vers. secunda*, resoluit quòd in iureiurando intelligitur, si alter, cui iuratum est, ac si vicissim iurauit, ex sua parte fidem seruauerit & ad elegantem quæstionem vide Perez *l. 1. glos. 1. vers. dubitatur tertiò, tit. 8. lib. 4. Ordin. & l. 18. gloss. 1. in med. tit. 19. lib. 8. eiusdem Ordin.* Ratio est, quia conditio adiecta suspendit dispositionem in futurum euentum, gloss. *in rub. vers. est autem conditio, ff. de condit. & demonstr.* Natar. *in man. cap. 22. num. 61.* ex proinde efficit ne obligatio oriatur ante aduentum ipsius, *l. cedere diem 213. ff. de verb. sign. l. bouem 43. §. si sub conditione ff. de ædil. edicto*, Gom. *tom. 2. cap. 21. n. 28.* immo illa deficiente licitè fit regressus ad repetendum illud, quod sub ea datum, vel factum est, *l. si instituta 27. in princ. ff. de inoff. test. l. cùm proponas 21. C. de* 3

Code pactis, iunctis in id resolutis per Couar. *lib. 2. variar. c. 15. num. 4. vers. ex quo*, Valasc. *de iure emphyt. q. 21. à n. 4.*

Non obstat *cap. quod Deo, 34. q. 5.* quia resp. secundùm Sot. *lib. 7. de Iustit. q. 3. art. 1. col. 1.* speciale esse in voto continentiæ ab vtroque coniuge emisso etiam cum mutuo vtriusque consensu, quòd altero non adimplente, alter nihilominus teneatur ex voto. Sed multò probabilius illius text. difficultatem dissolues cum communi, de qua Dec. *in cap. constitutus n. 2. de appellat.* propterea altero coniuge non adimplente, alterum teneri ad seruandam continentiam, quia *reg. frangens fidem*, de qua *in d. l. cum proponas, cum similibus*, solum habet locum respectu vnius, & eiusdē dispositionis non autem respectu diuersarum, quia in diuersa & separata diriguntur; cùm ergo in eo text. non vnicum votum continentiæ, sed duo fuerint emissa, & vnusquisque principaliter teneatur ex suo voto ad continentiæ obseruantiam, meritò obligatur, licèt alius labatur. Nec etiam obstat *cap. nolle existimare, vers. fides 23. q. 1.* quia resp. cum resolutis per S. Thom. *2. 2. q. 40. art. 3* cum aliis adductis per Cou. *de sponsal. p. 2. c. 3. §. 4. n. 14.*

4 Notatur etiam ad hoc quòd fides non seruatur ei, qui eandem fidem frangit, vt per Thom de Thomas. *reg. 124.* Tiraq. *de retractu conuent. §. 1. glos. vnica, n. 19.* Ioseph. Ludou. *tom. 3. communium opin. titul. de probat. concl. vnic. vers. quælibet enim, pag. mihi 473.* Menoch. *cons. 1. n. 364.* Mar. Anton. *var. resol. lib. 2. risol. 17. n. 11. & 13.* Surd. *cons. 359. n. 9.* Christoph. de Pace *in scholiis ad leges stili, l. 41. n. 26.* Seraphin. *de priuileg. iurament. priuil. 64. n. 154.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, fides, n. 2.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 29. n. 65.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 3. tit. de verbor. oblig. resol. 2.* Cardin. Tusch. *tom. 3. lit. F. concl. 337. à principio*, vbi *n. 3.* ampliat, etiam si interuenerit iuramentum, quam ampliationem amplectitur Mar. Anton. *var. resol. lib. 1. resol. 87. n. 22.*

5 In gloss. *Paruisse*, fin. ibi, *hosti fides seruanda est.* Vide Duen. *reg. 16. vers. fin.* Menoch. *cons. 100. n. 187.*

6 *& n. 218. cum seqq.* Card. Tusch. *d. lit. F. concl. 335.* Intellige de personis publicis, non de priuatis, Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. differ. 11. n. 4.* & vbi minus offenditur Deus seruando, quàm frangendo.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti forma ponitur.*
2 *Iuramentum fidelitatis præstant Episcopi personaliter tempore suæ consecrationis.*
3 *Dictio* in antea, *idem significat quod in futurum, in perpetuum, in posterum.*
4 *Synodus generalis à Summo Pont. eiúsque auctoritate tantùm inducitur.*
5 *Limina Apostolorum an & quando Episcopi visitare teneantur, ostenditur.*

CAP. Ego N. VI.

1 EPiscopi iurant Papæ septem: primò quòd erunt fideles S. Petro, sanctæque Romanæ Ecclesiæ, Papæ, & successoribus legitimis: secundò quòd non erunt in consilio, vel facto, vt vitam perdat, aut membrum, aut mala captione capiatur: tertiò quod consilium Papæ ipsius quamvis in via manifestatum nulli ad damnum Papæ manifestabunt: quartò quòd Papatum Romanæ Ecclesiæ, & regulas SS. Patrum contra omnes defendunt cum honore: quintò quòd Legatum Sedis Apost. certo sibi cognitum in, eundo, & redeundo honorabunt, & in suis necessitatibus iuuabunt: sextò quòd limina Apostolorum per se, vel per alium certum nuntium singulis annis visitabunt, nisi absoluantur à iuramento: septimo quod vocati ad Synodum veniant nisi fuerint impediti Canonico impedimento. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anan. Host. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cuiac. Cened. *collect. 108.* Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 111.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 290.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* & Casal. *in annot.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decretal. lib. 1. sub tit. de electione cap. 20.* nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælect. Salmantic. tom. 2. pag. 265.*

Ponitur *in hoc text.* forma iuramenti, quam Epi- 2
scopi præstant Sedi Apost. tempore suæ consecrationis, quam etiam ad literam refert Ioan. Franc. Leo *thesauro fori Ecclesiast. p. 2. c. 10. de iuram. n. 15.* & Lanor. *var. lucubr. tit. 4. cap. 25. num. 13.* & de ea meminerunt Redoan. *de rebus Ecclesiæ non alienand. n. 51. pag. 51.* & relati per Cened. *ad Decret. collect. 106. n. 1.* Quod quidem iuramentum personaliter esse præstandum dicit Azeued. *l. 11.* per text. *ibi tit. 7. lib. 3. nouæ recop.* Cardinales vero non iurant fidelitatem Papæ tanquam inuiscerati, & pars ipsius corporis, vt per Cott. *in memorab. verbo, Cardinales, pag. 85.* licèt dubitet Tiraq. *in præfat. l. si vnquam, C. de reuocand. donat. n. 17.*

Sanctæque Romanæ Ecclesiæ, &c.] Ex his verbis iunctis præcedentibus collige teneri Episcopum ex debito huius iuramenti ab illo momento, quo illud præstitit fidelem esse Ecclesiæ Romanæ, cuius Vicarius caput est Papa, & Cardinales membra ipsius, arg. *cap. nouit. 4. de iis, quæ fiunt à Præl. & cap. cum non liceat 12. de præscript.* Eadem iuramenti forma sub eadem compositione verborum refertur *in cap. cum clerici 19. de verb. signif.* Innoc. Abb. Bald. Felin. *hic in præsenti.*

Eiusque successoribus.] Collige maximum effectum iuramenti sub hac forma quod iurans non tenetur iterum iurare successoribus de præstanda fidelitate quasi successorum mentio non fieret, non obligarentur Episcopi ex debito iuramenti ad omnia hîc præfinita successoribus exhibenda, atque ita necessariam fuisse in id successorum mentionem affirmat *gloss. vlt.* per text. *ibi in cap. veritatis 15. infr. hoc tit.* quam sequitur Abb. *n. 2.* & fatetur receptam Couar. *in cap. quamvis pactum, p. 1. §. 5. n. 5.*

In antea.] Idest, in futurum, in perpetuum, in po- 3
sterum, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gl. 50. n. 4.*

Vocatus ad Synodum veniam.] Si vero Episcopi vo- 4
cati non venerint pro comparentibus reputantur, & in eorum contumaciam proceditur, vt per Cened. *d. collect. 108. n. 2. & 1.* ex Bannes, qui resoluit Episcopos titulares siue annullares non vocari ad Concilium eo quod nullam habent iurisdictionem. Aduerte generalem Synodum à summo Pontif. eiúsve auctoritate tantum indici, conuocaríque ex omnibus Catholicæ religionis Episcopis iurisdictionem habentibus, vide Azor. *in instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 37. q. 1.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. art. 1. c. 9. n. 1.* Bobadil. *in sua politica, lib. 2. c. 18. n. 194.* plures per Cened. *d. collect. 108. n. 4.* Vgolin. *de offic. & potest. Episcop. c. 48. n. 3.* quorum aliquos refero ipse *eod. tract. p. 1. alleg. 93. n. 1.*

Vitam perdat, aut membrum.] Ergo ex membri absciffione non sequitur vitæ perditio, vt per Abb. *num. 2.* Felin. *num. 1. in præsenti*, iuxta naturam alternatiuæ,

natiuæ, de qua *in reg. in alternatiuis, de regulis iuris, lib.*6.cum similibus *ibi* citatis.

Regula sanctorum Patrum, &c.] Controuersum satis est quodnam per hæc verba in his terminis intelligendum sit.Innoc.*hic* interpretatur per regulas sanctorum Patrum non solùm Canones omnes Summorum Pontificum, sed etiam sanctorum Patrum sententias per Romanam Ecclesiam approbatas, argumento *cap. canon.*3.*distinct.&c. sancta* 16.*distinct.* Alij verò intelligunt,quod scilicet tunc demum ex forma huius text.Episcopi teneantur,& periurium aliàs incurrant quãdo Canones sunt in periculo,& Episcopi non sunt adiutores ad illos retinendos,vel defendendos:sed quia prædicti intellectus diuinãt,& supplent, faciliùs verborũ proprietas retinebitur & rigor, cui innituntur, obuiabitur, si aduertamus ex plerisque iuribus longum dari discrimen inter regulam sanctorum patrum, quæ vt plurimum vniuersalis Ecclesiæ regimen concernunt, & alia id genus, & inter alios quoscunque Canones Pontificios, in illis enim ob maximam iustitiam, quam præseferunt, rationique summæ adæquatam,mutatio non admittitur,nisi magna vrgentissimáque causa concurrente; in iis verò non vsque adeò grauis,& vrgens causa necessaria est; patet hæc differentia *ex c.constitutis, &c ex c.Ecclesiæ, cum multis ibid.* 25.*q.* 2. Hoc supposito dicendum est Episcopos ex iureiurando iuxta formam hic præfinitam teneri solùm ad obseruandas huiusmodi regulas, in quibus veneranda antiquitas, & summa illa æquitas viget, eóque casu Episcopos periurium incurrere non solùm quando per contemptum,sed etiam quando ex aliqua iniusta causa easdem infringunt,vt constat ex modò resolutis.

5 *Apostolorum limina singulis annis*, &c.] In eo loco dicuntur esse limina Apostolorum, quæ Episcopi visitare tenentur, vbi est Papa, qui fungitur ipsorum Apostolorum auctoritate, non verò vbi sunt sancta corpora,vt per Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. gloss.*13. §.1. *n.*9.Hodie per nouam constit.Sixti V.publicatam Romæ die 20. Decembr. 1585.*incip. Romanus Pontifex*, tempus, quo hoc Visitationis debitum officium fieri debet,assignatur maius & minus pro diuersitate longioris,& brevioris distantiæ ab Vrbe, & recensentur distinctè omnes prouinciæ,in quibus Catholica fides viget in qualibet mundi parte,scilicet Europa, Africa, & Asia, & quoto anno Episcopus ex qualibet dictarum Prouinciarum ad limina Apostolorum visitandã accedere debeat.Quare viciniores tertio quoquo anno,alij verò pro maiori,vel minori distantia quarto, quinto,vel decimo anno iter suscipere, & Deo concedente perficere debent; & successiuè eisdem temporibus transactis repetere tenentur,quàm constitutionem de verbo ad verbum refert Quarant.*in summ. Bullarij,verbo, Apostolorum limina*, & de ea multa tradit Anastas.Germon. *de indultis Cardin.in fine*, & ego
6 ipse *de offic.& potest.Episc.p.*3.*alleg.*111.*n.*41.vbi alios plures refero.

SVMMARIVM.

1 *Clericus Episcopo suo obedientiæ iuramentum præstare non tenetur nisi ratione administrationis sibi commissæ, & n.*2.*& ratio datur* n.4.

3 *Iuramentum est illicitum non solùm quando sine causa præstatur, sed etiam quando sine illa extorquetur.*

5 *Clerici qui dicantur administrationem habere ad hoc vt teneantur Episcopo suo obedientiæ iuramentum præstare, ostenditur.*

CAP. Nullius. V. *Vrban.*

CLericus non tenetur Episcopo suo iurare fidelitatem, nisi quando administrat res Ecclesiæ. 1
Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar. Bellam. Ioan.Andr. Imola, Anania, Hostiens. Bald. Panorm.Felin.Butr.Martin.Vran.Anchar.Guid.Papæ, Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.*212. Alagona *in compend.iuris Canon. pag.*290.remissiuè Ximen. *in concord. p.*2. refertur ab Ant.Aug. *collect.*1. *Decret. lib* 2. *tit.*17.*c.*1.nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælect. Salmantic. tom.*2. *pag.*268.

Hanc eandem conclus.ex hoc text.desumit Bellet. 2
*disquisition. clericalium, part.*1. *tit.de fauore clericorum personali*, §. 5. *numero* 2. Ratio est, quia iuramentum est illicitum non solùm quando sine causa præstatur, sed etiam quando sine illa extorquetur argument. *cap. nimis* 39. *& cap. veritatis* 14.*i & hoc tit.* etenim cùm clerici omnes tempore, quo ad sacros Ordines promouentur, suis Episcopis iurauerint obedientiam, & pleraque alia, *cap. quanquam* 23. *dist.*& per hoc posterius iuramentum nihil de nouo intentatur, quod iam per prius non obtineatur, nullaque de nouo causa insurgat, neque enim administratio rerum Ecclesiasticarum eisdem committatur; meritò igitur exigi nequit, vt text. habet. Quibus consequens est concordiam inter *d.cap quanquam*, & huius text.prohibitionem, vt scilicet *ibid.* boni publici & ex iusta causa iuramentum exigatur à clericis, qui ad sacros Ordines promouentur, solet enim, vt ille text.ait, plus timeri quod singulariter promittitur & iuratur, quàm quod generali sponsione continetur, quo præhabito iuramento rectè hic prohibetur ne ab eisdem clericis, dum aliud de nouo non concurrat, secundum exigatur, & sic in nihilo sibi repugnant.

Vnde iam infertur intellectus ad eam partem huius text.qua adiicitur exceptio ad reg. suprà posita, 4
vt scilicet Clericis, quibus rerum Ecclesiasticarum dispensatio est commissa, prædictum iuramentum sit deferendum, cuius rei ratio est, quoniam ad iustam iuramenti exactionẽ sufficit quòd iusta causa, & necessitas illud exigendi interueniat.ex reg.*c.etsi Christus*,ibi,*quoniam ad iuramentum*,& c.*hoc tit.*constat autem necessitatem & iustam causam in hac specie interuenire,interest namque Ecclesiæ quod suarum rerum dispensatio nemini absque cautione tradatur,ex *reg.l.*1.*in princ.C.de usufreq. & cap. vlt.de pignor.* planè nulla alia cautio in his terminis commodior præstari potest, quàm iuratoria,ex *reg.cap.cùm desideres*,iunct. gloss.*verbo cautela*, *de sent. excomm* ideo rectè in hoc text.iuramentum à prædictis clericis exigitur,obseruant Innoc.Bald.Abb.Imol.& omnes *hic*,S.Ant. *p.*2. *tit.*10.*c.*5.§.3.

Amplia id ipsum procedere non tantum in Cleri- 5
tis,quibus beneficia curam animarum habentia, sed etiam simplicia conferuntur, sicut enim illis circa curam animarum vestes sacras, Calices, & his similia, & circa bona Ecclesiæ temporalia commissa est administratio, ita & his circa tuenda iura, redditúsque simplicium beneficiorum, atque alia iisdem cohærentia, vnde vtroque casu posterius iuramentum defertur, Abb.*num.vltim.*& communis per text. *ibi in c.tua nos infr.hoc tit.* S.Anton. *proximè.*

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad vsuras soluendas soluere non cogitur nisi iurauerit, quo casu cogitur, sed repetit, & de materia & intellectu,* n. 2.

3 *Declaratur text. in præsenti, & numeris seqq.*

CAP. Debitores. VI. *Alex. III.*

1 QVi se obliganit ad soluendas vsuras, non debet cogi nisi iurauerit, & tunc post completum iuramentum, id est, solutis vsuris, sunt compellendi censuris Ecclesiasticis ad restituendas vsuras acceptas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Bald. Panorm. Felin. Butr. Martin. Vran. Henric. Boich, Anchar. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Cujac. Cened. *collect.* 78. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 212. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 290. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 17. *cap.* 2. & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. *part.* 6. *cap.* 2. nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælect. Salmant. tom.* 2. *pag.* 232. *cum seqq.*

2 De materia & intellectu huius text. vide latè disputantes Couar. *in cap. quamvis pactum, de pactis, lib.* 6. *p.* 2. §. 4. *n.* 2. Mench. *quæst. vsufreq. c.* 32. *n.* 5. *& de success. creat. lib.* 2. §. 10. *n.* 648. *& lib.* 3. §. 18. *n.* 38. *cum seqq.* Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 4. §. 7. *verbo, suppose que lesdits, ex n.* 26. Alexand. *consil.* 49. *ex n.* 17. *vol.* 4. Leli. de Zanchis *de priuileg. Eccles. priuileg.* 50. *ex n.* 13. Ioseph. Ludon. *commun. tit. de iureiur. concl.* 3. Guttier. *de iuramento confirm. p.* 1. *c.* 2. optimè D. Barbosa *in l. alia*, §. *eleganter, num.* 32. *ff. soluto matrimonio*, Perez *in rubr. tit.* 2. *gloss.* 1. *pag.* 25. *lib* 8. *Ordinam.* Eduard. Caldeira *de errorib. pragmat. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 4. Soar. *de Religione, tom.* 2. *tractat. de iuramento, cap.* 9. *n.* 3. latè Sanch. *de matrimon. lib.* 1. *disput.* 32. *& in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 2. *cum sequentibus*, plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decretal. collect.* 78.

3 Dubia videtur huius text. decisio dum tenet quod licet vsurarum promissio nullius sit momenti, iuramentum tamen de ipsis soluendis obligatorium est, nam ex eo difficultas insurgit, quia videtur huiusmodi iuramentum continere turpitudinem ex parte iurantis, ac per consequens, cùm in obseruantia repetiatur peccatum, non valere, per text. *in cap. si verò, cap. cùm contingat, infr. hoc tit.* nam satis videtur induci ad peccandum creditor, cui vsuræ soluuntur, cùm ad illarum receptionem inuitetur, & ideo propter occasionem delinquendi quam præstat inducendo proximum ad peccandum, peccare & ipse censetur, *cap.* 1. *sup. offic. delegat. cap. vltim. de iniur.* cum similibus. Quare ille est securior intellectus, & vera decidendi ratio ad hunc text. quod propterea obligat iuramentum de vsuris soluendis, quia scilicet in illius obseruantia, hoc est, in vsurarum solutione, nullum peccatum committitur. Probatur, quia ipsa solutio vsurarum in se considerata nulla lege prohibetur, nec aliquod peccatum inducit, iuxta hoc text. si enim peccatum conficeret, nunquam iuramentum de illis soluendis obligaret, *cap. si verò, versic. nisi tale sit infr. hoc tit.* cum *ibi* citatis. Nam licet recipiens vsuras iniustum faciat, dum scilicet sine iusta causa pecuniam sibi aliàs indebitam accipit, contra *cap. si res aliena* 14. *quæst.* 6. per contrarium tamen eas soluens nequaquam iniustum facere, sed potiùs pati censetur, dum scilicet vel gratia implendæ promissionis, vel aliàs ob redimendam aliquam honoris, vel famæ vexationem eandem pecuniam indebitam soluit, planè licèt faciens iniustum semper peccet, D. Thom. 1. 2. *quæst.* 59. *artic.* 42. non ita tamen illud patiens, quia potiùs actum facit virtutis si ob redimendam vexationem maioris mali id patitur, D. Thom. *vbi sup. artic.* 3. sicque mutuatarius licitè accipit mutuum vsuras soluturus, vt notant Felin. *in præsenti, n.* 6. item & Innocent. Abb. Anan. & Bero. *à num.* 20. *in cap. super eo, infr. de vsuris*, D. Thom. *d. quæst.* 78. *artic.* 4. vbi Caiet. Conrad. *de contract. q* 47. Sot. *de iustit. lib.* 6. *quæst.* 1. *art.* 5. Nauar. *in man. cap.* 14. *num.* 31. *& cap.* 17. *num.* 262. Baptista Lup. *de vsuris, commento* 3. *num.* 31. Couar. *in d. cap. quamvis pactum, part.* 1. §. 1. *numero* 10. Ad illud autem, quo dicitur soluentem vsuras præstare vsurario occasionem peccandi, dum scilicet illas accipit, respondetur ex actu solutionis per se non sequi peccatum, nec ruinam vsurarij, qui potuit non accipere, imò ad id tenebatur, iuxta illud *Lucæ* 6. relatum *in cap. consulit, infr. de vsuris*, & ita scandalum magis accipitur ex malitia sua, quàm detur à soluente, qui cùm rei licitæ operam det, fidem iuratam obseruat, & periurium, ac infamiam vulgi euitat, meritò occasionem non datam, sed acceptam potuit contemnere, *reg. qui scandalizauerit infr. de regulis iuris lib.* 6. cum latè adductis à Couar. *in reg. peccatum, in princip. num.* 4. Nauar. *in cap. cum contingat, supra de rescript. n.* 167. *vers. secundò*, iunat text. *in cap. mouet* 22. *quæst.* 1.

Si verò de ipsarum solutione iurauerint, &c.] Ergo 4 licèt contractus sit fœneratitius, potest quis cogi ratione iuramenti ad vsuras soluendas quando sumus in principali debitore, qui propria auctoritate non debet spernere iuramentum, sed ad Ecclesiasticum iudicem recurrendum est pro illius absolutione, sine qua audiendus non esset, Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 14. *n.* 15. *&* 16. & ideo iuramentum causat, vt qui teneatur præcisè soluere, non obstante allegatione vsurarum, vt per Ioseph. Ludou. *tom.* 3. *com. opinion. tit. de iureiur. concl.* 3. *pag. mihi* 495. vbi limitat quando pars petitur probari super vsuris, & etiam quando quis fuisset absolutus à dicto iuramento citata parte.

Cogendi sunt dominio reddere iuramentum.] Ergo tota 5 huius iuramenti obligatio Deo acquiritur, non autem vsurario, vt per Garc. *de vltimo fine, illat.* 22. *princip. num.* 465. Couar. *in cap. quamvis pactum, p.* 2. §. 3. *num.* 2. *versic. primum ex hoc intellectu*, Soar. *tom.* 2. *de Relig. tract. de iuram. lib.* 2. *cap.* 27. *in fine*, Molin. *de iustit. tract* 2. *disput.* 150. *col.* 2. *&* 3. *& disput.* 515. *col.* 4. *versic. vtrùm autem*, Less. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 17. *dub.* 6. *num.* 51. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 3. *c.* 11. *num.* 7. *cum seqq.* quicquid teneant Aragon. 2. 2. *q.* 89. *artic.* 6. *circa solut. ad* 1. *in* 5. *concluf.* Valent. 2. 2. *disput.* 6. *quæst.* 7. *puncto* 4. *col.* 7. *versic. quod autem.* Nam ex iuramento duplex oritur obligatio, altera expressa facta homini, & ex hac parte iuramentum turpiter extortum non obligat, homo enim nullum ius per iniustitiam acquirit: altera Deo, qui in testem inuocatur, atque ita tenetur iurans Deo seruare, quod per nomen suum promisit, si licitum sit, ita Sanch. *de matrimonio, lib.* 1. *disp.* 32. *numero* 1. *in fine.*

Et cùm vsuræ solutæ fuerint, &c.] Notatur ad hoc quòd qui iurauit postquam seruauerit iuramentum, poterit

poterit repetere condictione sine causa, vt per Laram *in l. si quis à liberis*, §. *parens*, *n.* 20. *ff. de liberis agnosc.*

SVMMARIVM.

1 *Debitor qui iurauit creditori nullum grauamen super re pignorata inferre donec soluerit debitum, non auditur repetens pignus volendo compensare fructus in sortem, sed debet prius debitum integraliter soluere, & demum rem cum fructibus inde perceptis exposcere.*
2 *Iuramentum in forma specifica adimplere debet.*
3 *Declaratur multipliciter text. in præsenti*, & n. 4. 5. 6. 7. & 8.
9 *Soluere verè qui iurauerit non potest compensationem obtinere.*
19 *Fructuum appellatione veniunt fructus deductis expensis.*

CAP. Ad nostram. *j.* VII.

1 QVi mutuo pecuniam accipiunt, & possessiones pignorant, ac redditus mutuant, si iurant se non molestaturos mutuantem super fructibus pignorum, donec soluerint pecuniam, tenentur priùs soluere pecuniam, deinde petere restitutionem fructuum, & si dominus accepisset pignora volens compensare fructus, est compellendus per censuras vt restituat pignora, & satisfaciat iuramento, & deinde vsurarius censuris ad fructus cogi debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Cujac. Alexand. de Neuo, Cened. *collect.* 151. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 214. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 290. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælect. Salmantic. tom.* 2. *pag.* 275. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib* 2. *tit.* 17. *c.* 3.

2 Plura circa materiam & intellectum huius text. & an, & quando iuramento soluere promittens satisfaciat compensando, vide addit. ad Gerard. *sing.* 98. *lit. A. versic. quod si quis soluere*, Mathesil. *sing.* 54. Salzed. *ad Bernard. reg.* 99. *in vers. sexto limita*, Capyc. *decis* 107. *ex n.* 4. Afflict. *decis.* 163 & 381 Fusch. *lit I. sing.* 81. Sebast. Medic. *in tract. de compensation part.* 1. *q.* 25. *per tot.* Roland. *cons.* 6. *n.* 31. & *cons.* 17. *n.* 3. & 14. *vol.* 1. Ozasc. *decis.* 92. Ioseph Ludou. *Perus. decis.* 15. *ex n.* 7. Anton. Gabr. *comm. opin. lib.* 2. *tit. de iureiur. concl.* 7. Tiraquel. *de iure mariti, gloss.* 7. *n.* 189. & *de retract. lig.* §. 3. *gloss.* 3. *n.* 6. Thom. de Thomas. *reg.* 165. Camil. Borrell. *in summa decis. tit.* 60. *n.* 88. Afflict. *in cap. licèt vassallus n.* 41. *si de feudo fuerit controu. lib.* 3. *fol.* 36. Neguzan. *de pignor. p* 5. *memb.* 5. *n.* 14 Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 73. *pag.* 438. Kirchou. *d. tom.* 1. *commun. lib.* 4. *tit.* 21. *num.* 12. & 22. *pag.* 597. Hippol. *sing.* 208. Gig. *de pensionib. quæst.* 92. *numero fin.* Gemin. *de vsuris, comment.* 3. §. 6. *n.* 142 Petr. Salazar. *de vsu, & consuetud. cap.* 1. *ex num.* 67. Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg.* 74. *ex numero* 35. Gutier. *de iuram. confirm. part.* 3. *cap* 6. *ex num.* 6. Perez *l.* 1. *gloss.* 6. *pag.* 543. *tit.* 4. *lib* 3. *Ordinam.* Soar. *tom.* 2. *de Relig. tract. de iuram. cap.* 37. Gasp. Gabellin. *in melliloq. iuris, part.* 1. *melliloq.* 223. & 224. Ceuall. *communium contra commun. quæst.* 231. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 15. Mar. Anton. Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. quæstione* 292. *à numero* 1.

Text. hic in principali conclusione apud Doctores difficilis reputatur, plurésque ad illum assignantur intellectus. Primus est Couar. *in cap. quamvis pactum, de pactis, lib.* 6. *part.* 1. §. 4. *numero* 9. & 10. asserentis ideo *in præsenti* debitorem, qui iurauit creditori nullum grauamen super re pignorata inferre, donec soluerit debitum, non audiri repetentem pignus volendo compensare fructus in sortem, quia non erat liquidum fructuum debitum, cum quo volebat debitor liquidum debitum compensare.

Secundus intellectus est Syluestri *in summ. verbo, iuramentum* 3. *quæst.* 6. & 4. *quæst.* 7. Azorij *institut. moral. part.* 1. *lib.* 8. *cap* 8. *quæst.* 10. asserentium ex eo procedere quia debitor ille iurauerat se soluturum obligando se expressè ad non vtendum compensatione.

Tertius intellectus est Castill. *lib.* 3. *quotid cap.* 23. *num.* 73. *cum segq.* tenentis quod ideo debitores *hic*, qui se soluturos iurarunt, non liberantur compensatione, quia se obliganerunt ad soluendum pecuniam, quo casu non nisi numeratione liberari possunt propter adiunctum verbum, pecuniæ, *l. solutum* 48. *ff. de solut.* ibi, *solutam pecuniam intelligimus vtique naturaliter, si numerata sit creditori.*

Quartus intellectus est communis Præceptoris D. Ludouici Correa in Conimbricensi Academia iuris Caconici Primarij professoris, asserentis textum *in præsenti*, minimè probare non posse opponi compensationem, imò illam admittere, dum iubet possessiones restitui vt pecunia persoluatur ad finem vsque, facta scilicet compensatione fructuum perceptorum, provt indicat dictio, *per*, *l. vrbana* §. *pernoctare*, *ff. de verbor. significat.* at pecunia persoluta si aliquid superexcreuerit ex fructibus perceptis vltra sortem principalem post factam compensationem restituatur, quod clarius colligitur ex originali, *tom.* 2. *Concil. in actis Alexand. III. tit. de vsuris, cap.* 7.

Ego verò cum domino meo Doctissimo Petro Barbosa *in scholiis priuatis ad l. Iulianus*, *ff. de condit. & demonstr.* probabilius duco, quòd hic debitor non solùm iurauit soluere, sed etiam iurauit nullam mouere controuersiam super rebus pignoratis, donec pecunia solueretur, quod vtique pactum nihil operatur, nisi intelligamus per illud tacitè esse compensationi renuntiatum, quod solet fieri de fructibus perceptis ex re pignorata ad sortem principalem, iuxta *l.* 1. & 2. *C. de pignorat. act.*

Recipit in pignore.] Si verò nullum esset datum pignus, sed tantùm quis iurasset soluere certam quantitatem, dubium est an textus *in præsenti* procederet? Socin. *in l. Iulianus, ad fin. ff. de condict. & demonstr.* distinguit quòd si iam debebatur pecunia, ex qua nunc obiicitur compensatio, obstat iuramentum; si verò debitum postea superueniat, poterit obiici compensatio, quia cùm de hoc verisimiliter cogitatum non fuerit, ad illud non extenditur consensus, *l. cùm Atiliana*, *ff. de transact.* & consequenter nec iuramentum, *l. fin. C. de non num. pecunia*, sequuntur Tyndar. *in tractat. de compens. quæstion.* 7. Afflict. *decis.* 381. *num.* 4. Sed aduertendum prædictam distinctionem recipi posse quando quis iurauit soluere pecuniam, & præterea nullam mouere controuersiam super solutione iuxta terminos huius text. si enim quis simpliciter iurauit soluere, potest indistinctè compensationem obiicere, & ita intelliges ex Medin. *de restitut. quæst.* 3. *col. pen.* Adde quòd si quis iurasset verè soluere, non

poterit vnquam compensationem obiicere, quia propter dictionem, *verè*, videtur exclusa compensatio, quæ ficta solutio est, vt per Tiraq. *de retractu lig. §. 3. gloss. 3. n. 6.* Donel. *comment. iuris Ciuilis, ad l. ne creditores 10. n. 3. C. de pignorat. act.* Surd. *de alimentis tit. 6. q. 4. & tit. 7. q. 11. n. 14. & 15. & decis. 117. & 191.* Castil. *d. c. 13. n. 90.*

10 In gloss. *Deductis expensis 1.*] Notatur ad hoc quòd fructuum appellatione veniunt fructus deductis expensis, vt per Duen. *reg. 387.* Bernard. *reg. 302.* Cou. *lib. 1. var. c. 3. n. 3.* Corduba de Lara *in l. si quis à liberis, §. sed si filius, ex n. 36. ff. de liber. agnosc.* Hojed. *de incompatib. benef. p. 1. c. 15. n. 6.* Caualcan. *p. 1. decis. 3. ex n. 11.* Tiraq. *de retractu lig. §. 15. gloss. 1. n. 1. & seq.* Xuar. *tit. de his arrhas, n. 6.* Menoch. *remed. 15. recup. n. 574.* Cott. *in memorab. verbo, statuto, fol. mihi 721.* Mex. *in tract. tassæ panis concl. 1. n. 88. cum seqq.* Surd. *de alimen. tit. 8. q. 12. n. 7 & 15.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §. 7. procem. n. 163.* Cened. *ad Decret. collect. 71. n. 5* & alios per me citatos *in tract. de appell. verborum vtriusque iuris signif. appell 103. n. 22.*

11 In gloss. *Sufficienti cautione*, ibi, *intelligitur de pignoratitia, vel fideiussoria.* Vide similem gloss. & *ibi* plures Doctores per me citatos, *verbo, sufficienti cautione, in cap. ex transmissa, 8. sup de restit. spoliat. & d. tract. appellat. 241. n. 3. & 4.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum metu extortum si potest seruari sine interitu salutis æternæ, seruandum est: Ecclesia tamen Romana consueuit à tali iuramento absoluere.*
2 *Iuramentum rei licitæ metu extortum obligat, donec declaretur non tenere.*
3 *Iuramentum promissarium de actu, qui sine peccato mortali fieri non potest, nullam inducit obligationem.*
4 *Declaratur text. in præsenti.*
5 *Iuramentum tendens directè in mortem propriam non valet.*

Cap. Si verò. VII.

1 IVramentum, cuius obseruantia non vergit in interitum salutis æternæ, seruandum est, nisi fuerit metu extortum, vt qui compulsus renuntiauit beneficium cum iuramento non repetendi, debet seruare iuramentum, & Ecclesia hoc præcipit ne videatur dare materiam peierandi; solet tamen Ecclesia priùs absoluere à iuramento, & deinde restituitur beneficium vt Ecclesiæ inseruiat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich, Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 215.* Magona *in compendio iuris Canon. pag. 291.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 17. cap. 4.* & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. *part. 17. cap. 1.* nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælect. Salmant. tom. 2. pag. 282. cum seqq.*

2 Allegatur hic text. communiter ad hoc quòd iuramentum rei licitæ metu extortum obligat, donec declaretur tenere, vt per Couar. *de sponsalib. p. 2. c. 1. §. 5 n. 2.* Guttier. *de iuram. confirm. p. 1. c. 57. n. 20.* Greg. Lop. *l. 29. verbo, que la fizo, tit. 11. p. 3.* Tolet. *in sum. lib. 4. c. 22. num. 2.* Seraphin. *de priuilegiis iurament. priuileg. 110. num. 16.* Valent. *2. 2. disput. 6. quæst. 7. puncto 4. col. 6. vers. respondeo quæstionem hanc*, Flamin. *de resignat. benefic. lib. 13. quæst. 2. num. 23.* Sayr. *in claui Regia, lib. 2. cap. 2. num. 10. & lib. 5. cap. 6. num. 14. cum seqq.* Soar. *tom. 2. de relig. tract. de iuram. lib. 2. cap. 9. n. 3. & lib. 3. cap. 16. num. 18.* Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 32. n. 1. & in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 3. c. 11. n. 13.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Camera Imper. lib. 2. concl. 43.*

N. si tale sit quod seruatum, &c.] Notatur ad hoc 3 quòd iuramentum promissorium de actu, qui sine peccato mortali fieri non potest, nullam inducit obligationem, vt per Couar. *in cap. quamvis pactum, part. 1. §. 6. num. 6.* D. Thom. *2. 2. quæst. 89. art. 7. ad 2. & quæst. 98. art. 2. ad 1.* Nauar. *in man. cap. 12. num. 15. versic. 16.* Sayr. *d. lib. 5. cap. 6. num 2. & cap. 7. num. 2.* Soar. *d. lib. 2. cap. 14. & cap. 18.* illo enim casu iuramentum homini præstitum non obligat, quando promittitur res, quæ absque culpa saltem veniali impleri non potest, ita Cou. *in cap. quamvis pactum, p. 5. in princ. n. 1. vers. tertio constat.* Molin. *de iustit. tract. 1. disp 149. vers. his exemplis*, Sanch. *dicta disp. 32. n. 1.* & dicit *gloss. 2. l 2. tit. 12. lib. 2 for. leg.* quòd hoc casu iurans potest suo iuramento propria auctoritate contrauenire, disputat Ceuall. *communium contra communes, quæst. 604 n. 2.* Non obstat text. *hic*, ibi, *interitum salutis æternæ*, quibus verbis videtur significare solum illud iuramentum non esse adimplendum, quod sine peccato mort. obseruari non potest, cùm peccatum veniale non inducat interitum salutis æternæ, quia respondetur quòd quamvis in hoc text. fiat mentio salutis æternæ, non excludit tamen peccatum veniale, cùm id per alia iura satis consultum sit; nempe per *cap. cùm contingat, hoc tit. cap. quamvis pactum, de pactis in 6.* licèt namque peccatum veniale per se & immediatè non priuet salute æterna, & ita non vergat directè in illius dispendium, nihilominus tamen dum durat, impedit vitæ æternæ consequtionem, & aliquo modo reddit hominem impositum ad perfectum Dei amorem, & hoc modo potest dici illud vergere in dispendium salutis æternæ, vt eleganter explicat Soar. *d. lib. 2. cap 15. n. 3.* post alios Sayr. *lib. 2. cap. 13. num. 6.* & ante eos D. Thom. *p. 3. q. 87. art. 2. ad 3. & 2. 2. q. 89. art. 1.* Sot. *in 4. dist. 16. q. 1. art. 2.*

In gloss. *Salutis.* Notatur ad hoc quod iuramentum 5 tendens in mortem propriam non valet, vt per Sayr. *in claui Regia, lib. 5. c. 7. n. 7. verbo iuramentum 4 q. 10.* quod tamen intellige cum hac glossa, & citatis Doct. quando obseruantia iuramenti directè vergit in mortem, secus si indirectè, v. g. si aliquis Hispanus, vel Gallus iuraret ire Romam mense Augusto, debet enim seruare huiusmodi iuramentum, nam quamvis ex tali mora facta Romæ aliquando propter aëris intemperiem contingat, mors tamen hoc non semper accidit, & sic directè non intendit mortem, sed occasionaliter.

SVMMARIVM.

1 *Monachi qui pro debito monasterij iurant stare in obstagio, & fideiussores, qui iurarunt creditorem indemnem seruare, iuramenta seruare coguntur.*
2 *Homines liberi obsides dari possunt.*
3 *Iuramentum habet vim specialis mentionis.*
4 *Mulier fideiubens pro aliquo cum iuramento, non iuuatur beneficio Velleiani.*
5 *Fideiussor quando iurauit obligationem, & fideiussionem, non est necessaria excussio.*

6 Mona

6 *Monachi, vel clerici in obsides dari non possunt.*

7 *Abbas non potest religiosum dare in pignus, seu in obsidem pro debitis Monasterij.*

8 *Creditores, qui filios debitorum in pignus accipiunt, cadunt à credito.*

9 *Incertam rem promittens cum iuramento intelligitur se facturum, & curaturum.*

CAP. Ex rescripto. IX.

1 ABbas, & monachi qui pro debito Monasterij iurant stare in obstagio, & fideiussores sæculares, qui iurarunt creditorem indemnem seruare, debent iuramenta adimplere, alioquin illis debet interdici ingressus Ecclesiæ, & in terra eorum inhiberi diuina Officia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Bald. Panorm. Felin. Butr. Martin. Vran. Henric. Boich, Anchar. Guid. Papæ, Alexand. de Neuo, Cujac. Cened. *collect.* 73. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 216. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 291. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Augustin. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 17. *c.* 6. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 17. *c.* 3.

Probat hic text. validum esse monachi iuramentum de manendo in obstagio interim dum debitum non persolnitur; vt per DD. *in præsenti.* Sed obstat primò quod actus ille nullam potest inducere obligationem qui speciem seruitutis constituit, vel quoquomodo libertatem infringit in homine libero *lib.* 70. §. *Titio centum, il.* 2. *ff. de condit. & demonstr. l.* 1. & 2. *ff. de libero hom. exhib.* at quia iuramentum hoc de manendo in obstagio sat inducit speciem seruitutis, cùm monachi inuiti detineantur interim dum promissa non præstantur; igitur, &c. Secundò obstat quòd iuramentum non potest ad illum actum obligare, per quem tam iurans, quàm is, cui iuratur, excommunicationem incurrunt, esset enim tunc vinculum iniquitatis, contra *cap. quanto* 18. *infr. hoc tit.* sanè tam is, qui iurat de manendo in obstagio, excommunicationem incurrit, arg. *cap. contingit* 26. *de sentent. excomm.* cum traditis per Nauar. *in man. cap.* 15. *num.* 11. quàm is etiam, cui iuratur, *cap. nuper,* 29. *in princ. vers. nos igitur, illo tit. de sent. excom.* ergo, &c. Tertiò obstat quòd huiusmodi iuramentum offendit ipsius monachi professionem, cùm manere in obstagio importet extra claustrum morari, contra *cap. sicut ex literis* 13. *infr. hoc tit.* & contra substantiam professionis, quæ consistit in abrenuntiatione sæculi, & propriæ voluntatis, vt per D. Thom. 2. 2. *q.* 88. *art.* 7. *in corpore, ad fin.*

Propter quæ text. iste variè intelligitur, vt per *gloss.* 1. Abb. Bald. Felin. *n* 4. & alios *in præsenti, gloss.* 2. *in cap. suppliciter* 23. *q.* 8. *gloss. vlt. in cap. exposita* 11. *de arbitr.* Rip. *in l. obligation. num.* 12. *ff. de pignorib.* Guillelm. *in cap Raynutius, verbo testamentum* 3. *n.* 26. Couar. *lib.* 2. *var. cap.* 1. *num.* 1. *ad fin. & in cap. quamvis pactum, p.* 1. §. 4. *num* 4. *& part* 2. *in initio, num.* 6. Communis sententia est quod ex solo iuramenti vinculo valet obsidum datio, quasi illo remoto ex præcedenti conuentione nullatenus monachi obligari potuissent manere in obstagio, in quam rem expenditur text. *in præsenti*, ibi, *sicut iurarunt.* Sed reiecta hac communi sententia, omissisque aliis intelligendi modis, de quibus per suprà citatos, dicendum mihi videtur vt ex eo monachi in obsides dari potuerint, iuramentúmque valuerit, quia non simpliciter & absolutè dati fuere, sed liberum manebat eisdem recedere, dummodo alij loco ipsorum ponerentur, idque ipsi quantum in se erat, efficere conarentur, idque satis apparet ex serie text. & forma iuramenti, ibi, *vt si ipsi deficerent, alij,* &c. Deinde expenditur quod iuramentum sub ea forma conceptum solùm obligat monachos ne per eos stet quominus seruetur conuentio, satisfaceréque dicuntur, si quantum in se est curauerint, seu laborauerint vt alij substituantur, iuxta doctrinam *gloss. vlt. in præsenti*, per text. quem citat *in l. stipulatio ista,* 38. *in princ. ff. de verb. oblig. & gloss. vlt. in c. Eleutherius,* 91. *dist.* receptæ communiter vt per plures, quos refert & sequitur Couar. *d. p.* 2. §. 5. *n.* 1. Gam. *Lusitan. decis.* 32. in quibus terminis in nihilo offenditur libertas, & ita intellexisse videntur Rip. *d. n.* 12. Cou. *d. c.* 1. *n.* 1. *in fin.*

Obsides dedit.] Ergo liberi homines obsides dari 2
possunt, vt per *l.* 1. vbi *gloss* 5. *tit.* 12. *lib.* 2. *fori legum,* Corset. *sing.* 195. *Obses*, Couar. *var. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 1. Baeça *de inope debit. c.* 1. *ex n.* 24. Roman. *sing.* 505. *incip. Numquid*, Gig. *de crimine læsæ maiest. lib.* 1. *q.* 20. *ex n.* 8. Mench. *de succes. creat.* § 22. *ex n.* 80. Matiens. *l.* 4. *gloss.* 2. *ex n.* 14. *tit.* 16. *lib.* 5 *nouæ recop.* Eduard. Caldeira *de erroribus pragmatic. lib.* 3. *c.* 9. *in princip.* Amescua *de potestate in se ipsum, lib.* 2. *c.* 14. *n.* 33. *vers. primo*, plures per Cened. *ad Decretal. collect.* 73. D. Barbosa *in l. alia*, §. *eleganter*, *n.* 38. *ff. soluto matrim. vbi n.* 19. asserit obstare regulam *l. ob æs, C. de actionib & oblig. & c.* 2. *de pignorib.* dum tenent hominem liberum pro pignore dari, vel capi non posse; cui obiectioni respondet *ibi* pro bono pacis publicæ liberum hominem posse dari obsidem, vt sic retineatur, & meliùs pax publica conseruetur, *l. obsides, ff. de testam. cap. exposita, sup. de arbitr.* Couar. *var. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 1. *ad fin.* Socin. *reg.* 174. *in princ.* Baëc. *de inope dedit. c.* 1. *n.* 24. Secundò, respondet idem D. Barbos. *vbi proximè*, *n.* 40. quod licèt liber homo non possit pignorari, vel alienari pro ære alieno, neque cogatur creditori seruire, tamen valebat pactum vt tanquam obses retineatur in certo loco pro securitate debiti cuiuscunque: addit tamen posse meliùs responderi hunc text. probare, quòd licèt non valeat pactum, quo quis ratione debiti detineatur in certo loco, tamen si accedat iuramentum, hoc pactum confirmabitur, & illi stando est, ita vt ratione illius liber homo possit detineri inuitus in certo loco, vt ab eo recedere non valeat.

Qui de obseruanda conuentione iurarunt.] Notatur ad 3
hoc quòd iuramentum habet vim specialis mentionis, vt per Tiraquell. *de iure mariti, gloss.* 7. *n.* 152. Syluan. *consil.* 40. *n.* 8. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 90. *num.* 20.

Vt, & eius vxorem.] Ergo mulier fideiubens pro ali- 4
quo cum iuramento non iuuatur beneficio Senatusconsulti Velleiani, de quo vide plures Doctores per Cened. *d. collect.* 73. *n.* 3. Bonacos. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 2. *tit.* 14. *n.* 19. *pag.* 338. Couar. *in c. quamvis pactum, p.* 2. §. 3. *ex n.* 4. *vers. septima conclusio*, Mench. *de succes. creat.* §. 18. *n.* 158. *&* §. 28. *n.* 61. Anton. Gabr. *commun. lib.* 2. *tit. de iureiur. concl.* 3. Anton. Scap. *de iure non scripto, lib.* 4. *c.* 12. *ex n.* 3. Gutier. *de iuram. confirm p.* 1. *c.* 10 Seraphin. *de priuileg. iuramenti, priuileg* 99. Mascard. *de probat. conclus.* 1706. *à n.* 21. Azeued. *l.* 9. *n.* 9. *tit.* 3. *l.* 5. *nouæ recop.* Ceuall. *communium contra commun. q.* 515. Surd. *cons.* 367. *n.* 12. Thesaur. *Pedem. decis.* 202. *sub n.* 12. Eduard. Caldeira *de erroribus pragmat. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 1. 6. *&* 8. *& lib.* 3. *c.* 7. *n.* 5. Dalner. *in tract. de variis iuris renunc. c* 6. *n.* 52. Fachin. *controuers. iuris, lib.* 2. *c.* 60. Baptista Costa *de facti scientia & ignor. inspect.* 57.

num. 3. Gasp. Roderic. *de annuis reddit.*, *lib.* 2. *q.* 5. *num.* 39. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 77. *à n.* 17. Cald. Pereira *de emptione, & vendit. cap.* 30 *n.* 10. *&* 19. Molina *de iustitia, tract.* 2. *disp.* 540. *vers. illud est obseruandum*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 25. *n.* 220. *vers. primum*, Rebello *de obligat. iustit. p.* 2. *lib.* 16 *quæst. vnica*, *de fideiuss. num.* 11.

5 *Ideóque mandamus,*] Notatur ad hoc quòd quando fideiussor iurauit obligationem, & fideiussionem, non est necessaria excussio, de quo vide Cou. *in c. quamvis pactum in fin. §.* 4. *n.* 4. Anton. Gabr. *commun. lib.* 3. *tit. de fideiussorib. conclus.* 1. *ex n.* 43. Mench. *q frequent. c.* 59. Mich. Grass. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 8. *tit.* 25. *n.* 168. *pag.* 384. Rebuff. *ad tit. de verborum signif. pag. mihi* 534. *cum seqq.* Gutier. *de iuram. confirm. p.* 1. *c.* 23. *n.* 26. Flores de Mena *var. d. lib.* 1. *q.* 11. Molina *d. tract.* 2. *disp.* 545. *vers. dubium est si fideiussor*, Cened. *d. collect.* 73. *num.* 2.

6 In gloss. *Obsides dedit* ibi, *sed qualiter liberi homines*, &c.] Notatur ad hoc quòd monachi, vel clerici in obsides dari non possunt, vt per Socin *reg.* 325. Notatur etiam ad hoc quòd Abbas non potest religiosum dare in pignus, seu in obsidem pro debitis monasterij, ita Bald. *hic n.* 1. Card. etiam *num.* 1. Imol. *n.* 5. Roman. *sing.* 505. *vers. nunquid Episcopus.* Sed communis opinio affirmat id posse fieri ab Abbate, quod supponi videtur *in hoc text.* in quo ita tenent Ioan. Andr. *n.* 9. Host. *n.* 1. Felin. *n.* 3. Alex. de Neuo *n.* 23. Nauar. *sub tit. de Regularib. cons.* 65. *n.* 3. *in* 1. *edit. & cons.* 74. *n.* 3. *in* 2. Surd. *de alimen. tit.* 8. *priuil.* 38. *n.* 26. *&* 27. Gomez de Amescua *de potestate in seipsum, lib.* 2. *c.* 14. *n.* 28. Sed, vt optimè docet Abb. *hic n.* 8. & Socin. *reg.* 267. *n.* 1. *&* 2. si loquamur de propria obsidum natura, quæ est dari pro pace, aut simili causa Reip. à solo Pont. possunt sic dari in obsides; si verò non dentur vt sint proprij obsides, sed vt in certo loco stent ad tempus, potest Abbas religiosos sibi subditos ad id compellere pro vtilitate, seu necessitate monasterij, quam conciliationem adducit Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 2. *n.* 63.

8 In ead. gloss. ibi, *vbi videtur quòd creditores qui filios debitorum in pignore recipiunt, cadunt à credito.* Vide Menoch. *remed.* 5. *recup. n.* 20.

9 In gloss. *Inhibeatis*, vlt. Notatur ad hoc quòd ne credatur sponsorem facti alieni periurium admisisse rem incertam promittendo in eo iuramento, subintelligitur se facturum, & curaturum, vt per Cou. *in c. quamvis pactum, de pactis in* 6. *p.* 2. §. 6. *n.* 2. Anton. Gom. *var. tom.* 2. *c.* 10. *n.* 23. Gutier. *de iuram. confirm p.* 1. *c.* 44. *n* 3. Molina *de iustit. tract.* 2. *disp.* 268. *vers. quintus*, Marant. *disp.* 7. *à n.* 10. Surd. *decis.* 234. *n.* 12. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 24. *n.* 7. Farin. Rotæ *decis.* 112. *n.* 2. *in* 1. *collect. nouiss.*

SVMMARIVM.

1 *Periurus est, & ab Ecclesia remouendus qui non necessitate, sed voluntate venit contra licitum iuramentum.*

2 *Periurus priuatur beneficiis Ecclesiasticis obtentis, per sententiam scilicet*, vt n. 6. *Intellige de periurio vero, & proprio*, vt n. 3.

4 *Declaratur text. in c. tua nos, inf. hoc tit.*

5 *Periuri sunt infames.*

CAP. Querelam. X.

PEriurus est qui facit contra iuramentum suum 1
non ex necessitate, sed ex voluntate, & si habeat Ecclesiam sibi commissam, est ab ea remouendus, quia periurus non meretur Ecclesiam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Henric. Boich, Barbat. Anchar. Panorm. Host. Bald. Butr. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Cujac. Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 216. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 292. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib* 2. *tit.* 17. *c.* 7. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 17. *c.* 5.

Non merentur Ecclesias regere, &c.] Notatur ad hoc 2
quòd periurus priuatur beneficiis Ecclesiasticis obtentis, vt per Couar. *in cap. quamvis pactum, de pactis, lib.* 6. *p.* 1. §. 7. *n.* 3. Clar. § *periurium, n.* 4. Perez *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordinam. pag.* 546. Azeued. *lib* 1. *n.* 79. *tit.* 17. *lib.* 8. *nouæ recop.* Bernard. & Zalzed. *in pract. c* 92. *aliàs c.* 95. *in nouiss. edit.* Menoch. *de arbitr. casu* 319. Soar. *de Relig. tom.* 2. *tract.* 4. *lib.* 3. *c.* 20. *n.* 22. Sayr. *in clavi Regia, lib.* 5. *c.* 9. *n.* 7. *cum seqq.* Flamin. *de resignat. lib.* 4. *q.* 3. *n.* 10. *cum seqq.* Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 11. *c.* 12 *q.* 10. *& p.* 2. *lib.* 7. *c.* 18. Intellige de periurio vero & proprio, v. g. in 3
assertorio, in quo scilicet veritas non interuenit, & in alicuius iniuriam & præiudicium factum fuit, item in iuramento promissorio, quod quidem in re grani violatum fuit, non verò in periurio improprio, & secundùm quid, in quo indicium, aut iustitia non interuenit; cùm enim ius Canonicum periuriis prædictam pœnam imponat, & tales verè & propriè dicantur solùm priores, non verò posteriores, rectè fit illos tantum, non verò istos prædictæ pœnæ esse obnoxios, iuxta *reg. odia, & reg. in pœnis, de regulis iuris, lib.* 6. cum similibus, & satis deducitur ex *cap. sicut* 27. *vers. pro iuratione, infr. hoc tit. cap.* 1. *vers. non enim, de his, quæ fiunt à maiori, cap. grauis, de censib.* cum aliis, vbi temerariè, turpiter, & iniquè iurantes, & ita non verum, & proprium, sed improprium, & secundùm quid periurium committentes non puniuntur pœna priuationis beneficiorum, sed aliis, de quibus *ibi*, resoluunt *gloss.* 3. *in cap. definit.* 22. *q.* 4. *&* 5. *in c.* 1. *verbo sanctis*, vbi Doctores, 85. *dist.* Roman. & addit. *sing.* 516. Selu. *de benef. p.* 3. *q.* 2. *n.* 6. Rip. *in c.* 2. *n.* 11. *de rescript.* Couarru. *in cap quamvis pactum, p.* 1. §. 6 *n.* 4. vnde Staphil. *de literis gratiæ, tit. de variis modis vacationis*, §. *quando quis venias priuandus beneficio, n* 8. & Rebuff. *de pacificis possess. n.* 268. *aliàs* 221. Majol. *de irregular. lib.* 5. *c.* 33. *n.* 2. quos refert Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11. *cap.* 10. *num.* 168. dicunt quòd signatura non dat pro periurio priuationem beneficiorum, nisi sit periurium iudiciale, sequitur Farinac. *in praxi crimin. part.* 5. *quæst.* 160. *num* 191. dicens quod clericus periurus in iuramento iudiciali priuatur beneficiis non ipso iure, sed per sententiam.

Obstat tamen textus difficilis *in cap. tua, ad fin.* 11. 4
infr. hoc tit. vbi imponitur pœna priuationis beneficij illi, qui temerariè, & turpiter solùm iurauit, nã in specie illius text. duo fuerunt præstita iuramenta à clericis, de quibus *ibi*, prius fuit quando præsentabantur à Religiosis ad Ecclesias, iurabant quòd maiorem solito pensionem persoluent, & ita vererem censum angebunt contra Concil. Later. ac per consequens huiusmodi iuramentum erat temerarium, turpe, & non obligatorium, cui illius obseruatia in damnum

num Eccleſiæ redundaret; poſterius verò iuramentum fuit quando Clerici præſentati inſtituuntur ab Epiſcopis iurantes quòd non augebunt antiquam,& ſolitam penſionem, iuxta idemmet Conc. Lateran. & ſic text.iubet vt huiuſmodi iuramentum poſterius vt pote validum obſeruetur. Subdit deinde *in verſ.cæterum*, vt clerici pro periurio, quod vitare non poſſunt, ab Eccleſiis perpetuò excludantur, in quo non mediocrem patitur difficultatem,nam periurium non fuit commiſſum in poſteriori iuramento, vtpote factum iuxta dictum Conc.deinde nec in eo quod per poſterius violauit prius, quia illud prius non tenebatur ſeruare, vtpote contra dictum Concil. ac ſubinde non poteſt dicit periurus ille,qui non ſeruat iuramentum alias inualidum, & non obligatorium; & ita in eo text. nullum videtur interueniſſe verum periurium,ſed ſolum improprium,& lato modo,dum ſcilicet clerici turpiter, & temerariè prius iuramentum fecerunt de augenda veteri penſione. Verùm non eſt recedendum à ſupradicta declaratione, ad text.autem *in d. cap. tua*, omiſſis quæ tradunt Abb. *n.3.*poſt Innoc.Imol.& Felin.*n.9.ibid.*& alios, vt per Couar.communiter, *d.§.6. n.9.* reſpondetur, vt per eundem Cou. vt ſcilicet quamvis prius iuramentum de ſoluenda maiori ſolito penſione non valuerit abſolutè in præiudicium Eccleſiæ, quatenus onus reale ipſi impoſitum continebat contra dictum Conc.validum tamen & obligatorium fuit in ipſius iurantis præiudicium, & ita quoad vitam ipſius, & quoad hunc effectum neceſſaria eſt ſuperioris abſolutio, quam ipſe facile concedet propter iniquam patronorum extorſionem, vnde cùm poſt præſtitum huiuſmodi iuramentum, & ante impetratam illius abſolutionem clericus contrarium præſtitit, ſe ipſum conſtituit in certo & vero periurio, ſiue namque ſeruet prius, ſiue poſterius, manifeſta eſt periurij culpa, ſi prius ex eo quòd violat poſterius, ſi poſterius ex eo quòd violat priùs, quod ſanè in illo caſu ante legitimam abſolutionem ſeruare tenebatur, & in hoc ſenſu verificantur illa verba, *pro periurio vitari non poſſunt.*

5 *Sed voluntate.*] Vide Soar. *tom.2. de Relig.tract.de voto, lib.4 c.20.n.1.*

6 *A præſcripta Eccleſia remouentes.*]Ideſt, per ſententiam, nam periurium non eſſe priuatum ipſo iure, ſed priuandum, tenent Bernard.*in pract.d.c.9* 5.Caſſan. *in conſuetud.Burgund. fol.mihi 347.n.33. cum ſeqq.*Clar. *d.§.periurium, v.4.*Azor.*d.c.12 q.9.* Sayr.*d.c.9. num.8.* Farin. *conſ. 80. n.69. & in praxi crimin. p.5. q.160.d. n.191.* Ego ipſe *de offic.& poteſt. Epiſcop. p.3.alleg.51. num.44.in fine*, poſt Dec. Rip. Alciat. Selu.Mandoſ. Maiol.Guttier.& alios ſequitur Nicol. Garc.*de benef. p.11.c.10.n.167.*

7 In gloſſ. *Crimine periurij*, ibi, *ſunt enim infames.* Vide Couar.*in cap.quamvis*, *p.1.§.7 n.4.*Tiraq.*de pœnis temper.cauſa 33 n.4.* Perez *d.l.1.gloſſ.6.p.545.col.2.* Sayr.*d.c.9.n.6.*

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus ſi iurat præſentanti de antiquo cenſu augendo, & poſtea contrarium iurat inſtituenti, valet ſecundum, & non primum, tamen ab Eccleſia remouetur.*

2 *Declaratur text.in præſenti.*

3 *Verba*, perpetuò excludantur, *denotant priuationem ipſo iure.*

4 *Periurium quomodo definiatur, oſtenditur.*

5 *Iuramento tres circunſtantiæ, ſeu comites inceruenire debent.*

7 *Falſum iurans inaduertenter quod peccatum incurrat, oſtenditur.*

CAP. Tua nos. XI.

Luc. III.

QVando v.g.clerici iurant præſentanti augere ſolitam penſionem, vel dare aliud vltra penſionem, deinde Epiſcopo inſtituenti iurant ſoluere antiquam, & non augere ſolitam, eſt ſtandum ſecundo iuramento, quod iuratur maiore ratione, & auctoritate Concilij Lateranenſis,& non primo: ſed clerici periuri in primo ſunt perpetuò excludendi ab Eccleſia. Colligunt ex Ordinar. Abb.antiq.Innoc.Collect. Zabar.Bellam.Ioan.Andr.Imol.Anan.Hoſt.Butr.Anchar.Bald.Panorm. Felin. Guid.Papæ, Martin.Vran. Alex.de Neuo, Cujac. Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontific. pag. 217.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag.292.*remiſſiuè Ximen.*in concord. p.1.& 2.* refertur ab Ant.Aug.*collect.2.Decret.lib.2 tit.16.c.2.*

Probat hic text.poſterius iuramentum de non augenda antiqua, & ſolita penſione præiudicare priori, quo clericus ſe adſtringit ad illius ſolutionem. Sed obſtat graniter quòd vbi duo iuramenta valida proponuntur, vnum prius,alterum poſterius, vtrumque ſeruari præcipitur, vel ſi ſibi inuicem repugnant primum ſecundo,non autem ſecundum primo præiudicat, *cap.ea te*, 22.*cap.intellecto 33.infra hoc tit.*ſanè in propoſito vtrumque iuramentum validum videtur, idque colligere ex text.ibi, *pro periurio*, &c. quòd tunc propriè & verè committitur vbi iuramentum aliàs validum infringitur,deinde ex text.*in cap.grauis 15.in cap. ſignificauit 13.de cenſibus.*

Propter quam difficultatem, aliaſque in hoc propoſitum adduci ſolitas, fortaſſe Abb. *hic n.3.*poſt Innoc.Imol.Felin.*n.9.*& alij communiter, vt per Cou. *in cap.quamvis p.1.§.6. n.9.* arbitrantur in rei veritate neutrum iuramentum eſſe licitum, neque ex eo iurantes ſuis priuari beneficiis, quòd alterum ex illis à parte rei ſit temerarium, ſed ſolùm ex eo, quia quoad vulgi opinionem duo hæc contraria præſtans iuramenta conſtituit ſe in periurio putatiuo cum duo contraria fuerit pollicitus, in quibus terminis falſæ vulgi opinioni defertur, in quam rem expendere videntur verba huius text.ibi, *quod vitare non poſſunt*, & ibi, *primo præiudicat*, quod de cupiditate proceſſit, ſi verba hæc referantur ad patronos, qui ex cupiditate reddituum exigunt iuramentum, non verò ad ipſos iurantes. Verùm huiuſmodi communis intellectus implicat contradictionem quatenus concedit duo iuramenta appoſita circa res ſibi inuicem repugnantes ſimpliciter & abſolutè valida eſſe in rei veritate. Quare non diſplicet hac in re ſequi ſententiam Couar. *d. num.9.* vt ſcilicet quamvis prius iuramentum de ſoluenda maiori ſolito penſione abſolutè non valuerit, quatenus onus reale Eccleſiæ impoſitum contra Concil. Lateran. de quo *hic*, ſecundùm quod talem obligationem produxerit in ſolius iurantis præiudicium quoad vitam ipſius, atque ideo in eo ſenſu valuiſſe, neceſſariámque omnino eſſe illius abſolutionem, quam Prælatus facilè elargietur ob iniquam patronorum extorſionem: quia verò poſt præſtitum huiuſmodi iuramentum & ante impetratam illius abſolutionem Clericus contrarium præſtitit, ſe ipſum conſtituit in certo periurio, ſiue enim ſeruet prius, ſiue poſterius, manifeſta eſt periurij culpa, ſi prius ex eo quòd violat poſterius, ſi

posterius ex eo quod prius infringit, quòd sanè in illo casu ante legitimam absolutionem seruare tenebatur & in hoc sensu verificantur verba illa, *pro periurio*, quod vitare non possunt: ex quibus patet solutio ad obiectiones, quas supra contra textus conclusionem notaui.

2 Difficilis reputatur ab aliquibus text. *in præsenti*, sed illius sensus planus erit si dicta *in vers. cæterum*, intelligas esse responsionem ad tacitam obiectionem & ita constituere diuersum casum à præcedenti; cùm enim text. hic per superiora concluderet prius iuramentum esse illiciũm, & per consequens clericos illos non esse periuros ineuitabiliter, licèt extarent; poterant enim deponere erroneam conscientiam, & ita sine scrupulo secundum iuramentum seruare, ne putaretur ab aliquo ferentem contraria iuramenta in aliis casibus non esse periurium, & ita non esse illi imponendam pœnam depositionis, subiicit text. *in fine vers. cæterum*, se non intendere in aliis casibus periurium non committi, & pœnam depositionis non imponi, imo verò pœnam depositionis esse imponendam, vbi duo iuramenta contraria feruntur, quando primum est validum, cùm tunc sit ineuitabile periurium.

3 *Et Lateranensis Concilij*, &c.] Sub Alex. III. *c.* 7. §. *prohibemus*, habetur *in cap. prohibemus*, *infra de censib.*

4 *Perpetuò excludantur.*] Intelligi potest quoad possessionem, nam est verbum denotans priuationem ipso iure factam, vt per Rebuff. *de pacificis possess. n.* 23 *in fine*, aliàs 269. Contrarium tamen sequuntur communiter Doctores citati *ad cap. querelam* 10. *n.* 6. *sup. hoc tit.*

5 In gloss. *Pro periurio*, vlt. ibi, *periurium est transgressio iuramenti*, &c. Vel, vt alij definiunt, est mendacium iuramento firmatum, Magist. *in* 3. *dist.* 39. Sylu. *in summ. verbo*, *periurium in princ.* D. Thom. 2. 2. *q.* 98 *art.* 1. vbi ait falsitatem esse de intrinseca ratione periurij, Sot. *de Iustit. lib.* 8. *q.* 2. *art.* 1. Couar. *in cap. quamvis pactum*, *de pactis*, *lib.* 6. *p.* 1. §. 6. *n.* 5. Azeued. *in rub. tit.* 17. *à n.* 10. *lib.* 8. *noua recop.* Soar. *de Relig. tom.* 2. *tract.* 4. *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 3. Sayr. *in clani Regia*, *lib.* 5. *c.* 4. *num.* 7.

6 In ead. gloss. ibi, *& alia, quæ debent in iuramento intranenire.* Tres circunstantiæ, seu comites in iuramento interuenire debent, vt iuramentum licitum, & honestum sit, scilicet veritas, iustitia, & iudicium; necessarium enim est ad debitam reuerentiam Dei, qui vt summa veritas, & iustitia summa adducitur in testem vt id, quod iuratur primò sit verum, deinde iustum, & tandem necessarium, ne passim, aut leuiter, sed maturo iudicio, & præuia deliberatione iuretur, D. Thom. & *ibi* Caiet. 2. 2. *q.* 89. *art.* 3. Angel. *verbo*, *iuramentum* 2. §. 8. Sylvest. *eod. verbo*, 2. *q.* 5. Sot. *d. lib.* 8. *q.* 1. *art.* 3 Nauar. *in man. c.* 12. *n.* 3. Couar. *in d. cap. quamvis pactum*, *p.* 1. §. 6. *n.* 4. & alij quos refert & sequitur Sayr. *d. lib.* 5. *c.* 4. *n.* 1. *cum seqq.* Fr. Enman. *in summa p.* 1. *c.* 191. *n.* 4. *concl.* 1. Sanch. *in præcepta Decalogi*, *lib.* 3. *c.* 4 *à n.* 1. Camil. Borsel. *in summa omnium decis. tit.* 60. *num.* 300.

7 In ead. gloss. ibi, *Illud ex deliberatione*, &c. Aduerte quòd si quis iuret falsum, nulla adhibita diligentia ad sciendum, essetne falsum, an verum id, quod iuramento firmauit, quamvis putaret esse verũ, peccauit mortaliter; si tamen per contrarium præuia adhibita diligentia, & exigente necessitate aliquid iuramento firmauit credens probabiliter verum esse, quod à parte rei erat falsum, nullum peccatum contraxit, quia veritas, vel falsitas iuramenti non tam ex re iurata, quàm ex conscientia, & mente iurantis attenditur: si verò aliquam adhibuit diligentiam, non tamen sufficientem, neque eam quam debuit adhibere, tunc venialem culpam commisit, colliges hæc ex Abb. *hic n.* 4 Nauar. *in man. c.* 12. *n.* 7. *vers. sexto*, Angel. *verbo*, *periurium*, §. 1. & aliis, quos refert, & sequitur Sayr. *d. cap.* 4. *n.* 28. Soar. *d. lib.* 3. *cap* 6. *num.* 3. *cum seqq.* quem vide *in cap.* 6. 7. *&* 8. vbi agit quando consuetudo iurandi incautè constituet hominem in statu peccati.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi de periurio grauius quàm alij sunt puniendi.*
2 *Clerici dicuntur magis peccare quàm laici.*
3 *Delicta nonnunquam dignitate augentur*, & n. 4.
5 *Iurantes non loqui patrem, aut matrem sunt absoluendi ab obseruantia talis iuramenti.*
6 *Maiores plus puniuntur quam minores, & nobiles quàm ignobiles.*
7 *Pater non potest etiam iuramento filium priuare alimentis.*

CAP. Cùm quidam. XII.

EPiscopus qui suum iuramentum transgreditur 1 est grauius puniendus, quàm alij ratione dignitatis, & scandali. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Butr. Anchar. Bald. Panormit. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Cened. *collect.* 64. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 218. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 292. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 17. *cap.* 11.

Et tanto grauius vindicandum, &c.] Notatur ad hoc 2 hoc quòd Clerici dicuntur magis peccare quàm laici, & grauius sunt puniendi in eodem genere peccati, vt per Turrecrem. *in cap. homo Christianus*, *num.* 4. *&* 5. *dist.* 40. Beroi. *in cap. quia in omnibus*, *n.* 49. *de vsuris.* Carol. de Grassis *de effectib. clericalib. in prælud. n.* 13. *cum seqq.* Nam delicta nonnunquam dignitate au- 3 gentur, vt per Tiraq. *de nobilit. c.* 20. *n* 116. *cum seqq. & de pœnis temper. causa* 31. *à n.* 9 *&* 17. Perez *l.* 1. *vers. corroboratur etiam*, *tit.* 3. *lib.* 1. *Ordin. & l.* 3. *in gloss. el hijodalgo morir*, *tit.* 9. *lib.* 4. *& l.* 1 *gloss.* 1. *tit.* 1. *lib.* 8. *eiusdem Ordin.* Rojas *sing.* 158. *& de succes. c.* 26. *num.* 13. Mandos. *in gloss. facultatum in procem. in verbo personarum acceptione*, *vers. quod hic dicitur*, Lucer. *Inquisit. verbo nobilit. ex n* 1. Aluar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ*, *lib.* 2. *c.* 10. Anton. Scap. *de iure non scripto*, *lib.* 5. *c.* 191. Auiles *ad c* 1. *Prætor. in gloss. de reclamante*, *n.* 26. Simanch. *de cathol. inst. c.* 40. *ex n.* 67. Hojed. *de incompatib. benef. p.* 1. *c.* 2. *n.* 6. *post princ.* Maxi. *in tract. tassæ panis concl.* 6 *ex n.* 21. Matiens. *in dial. relatoris p.* 1. *c.* 17. *n.* 13. *& in lib.* 6 *noua recop. tit.* 17. *l.* 9. *gl.* 2. *n.* 1. Iacob. Benni. *de priuileg. Iurecons. p.* 2. *priuil.* 41. Spin. *in speculo testam. gl.* 16. *princ. à n.* 73. plures refert Doctores Cened. *ad Decret. collect.* 64. *n.* 1.

Et eorum exemplo, &c.] Multa mala prouenientia 4 ex prauo Prælatorum exemplo ex sacra Scriptura, & sanctis Patribus ostendi *in meo tract. de offic. & potest. Episc. p.* 1. *tit.* 2 *gl.* 3. *n.* 21. *cum multis seqq.*

§. Illi verò.

Probat hic §. eos qui iurarunt non loqui parrem 5 aut matrem, aut fratres, nec eis humanitatis subsidia exhibere

exhibere, esse absoluendos ab obseruantia talis iuramenti; sed hæc conclusio patitur difficultatem, quia hoc iuramentum est contra præceptum Decalogi de honorandis parentibus, de quo *in l. veluti, ff. iustit. & iure*, ac subinde vt illicitum nullatenus debuit obligare, iuxta *cap. quantò inf. hoc tit.* cuius contrarium significat text. *in præsenti*, cùm absolutio illis exhibenda supponat vinculi obligationem, arg. *l. decem, ff. de verbor. obligat.* cum similibus. Cui obiectioni non satisfaciunt plures intellectus, quos Doctores præstant, provt non satisfacit ille *gloss. pen. in præsenti*, quam sequuntur Abb. Hostiens. Imol. & alij, quòd scilicet in hoc text. fuit absolutio postulata ad cautelam. Nec etiam placet alius Couar. *in cap. quamvis pactum, de pactis, lib. 6. p. 2. in princ. n. 4.* asserentis Pontificem in præsenti non dicere, vt quis si iurauit absoluatur ab obligatione iuramenti: id enim necessarium non erat, sed à peccato, quod sic iurando commiserat. Reiectis denique his, & aliis intellectibus Zabarell. Butr. Felin. Alciat. & aliorum, quos refert Couar. *d. num. 4.* mihi videtur potiùs dicendum cum Soar. *tom. 2. de relig. tract. de iuram. lib. 2. c. 15. n. 8.* verbum *absoluendi* in hoc text. positum intelligendum esse, de absolutione declaratiua nullitatis vinculi, non verò de absolutione vinculi dissolutiua, quasi sit sensus taliter iurantes licèt peccauerint iurando, declarandos tamen esse, illos esse absolutos ab obseruantia iuramenti, quia per illud nullum obligatorium vinculum est contractum, qui modus loquendi nouus non est in iure vt manifestè constat ex *cap. audiuimus 24. q. 1.* vbi semel hæc duo dicuntur *(excommunicatus te excommunicare non potuit)* & paulò post *(te tuosque absoluendo,)* vbi manifestum est absolutionem, vt *ibid.* notauit gloss. *verbo, absoluendos*, text. opt. *in cap. diligenti 17. de simon.* vbi gloss. *verbo absoluimus*. Vnde huiusmodi iuramentum nulla indigere relaxatione, sed posse iurantem propria auctoritate ei contrauenire, tenet Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 3. c. 9. n. 13.*

6 In gloss. *Dignitate*, in fine, ibi, *pecuniaria pœna plus puniuntur maiores, quàm minores, nobiles, quam ignobiles, in pœna corporali sæpè puniuntur minores, & parcitur maioribus.* Vide Tiraq. *de causis temper. causa 31. à princ.* & præcipuè *n. 27. de nobilit. cap. 20. n. 125. cum seqq.* Auiles *ad c. 1. Prætorum, n. 26. fol. 44.* bene Couar. *lib. 2. variar. c. 9. n. 3.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 60. n. 24* Perez *l. 1. gloss. 1. pag. 66. col. 2 tit. 3. lib. 1. Ordin. & l. 6. gloss. 3. t. 9 lib. 4. & l. fin. gloss. 6. tit 11. lib. 8.* Christoph. de Pace *in scholiis ad leges styli, l. 43. n. 24.* D. Barbos. *in l. alia, §. eleganter, n. 28. ff. soluto matrim.*

Cùm illicitum sit, &c.] Notatur ad hoc quòd pater non potest etiam cum iuramento filium priuare alimentis, vt per Lac. *in l. si quis à liberis, §. parens, num. 81. ff. de liberis agnosc.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 1. num. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum monachi clausirum abiurantis non valet*, & n. 4.

2 *Iuramentum, seu votum calore iracundiæ præstitum non obligat, distinguitur tamen*, n. 3.

5 *Pœna vnius debet esse metus alterius.*

CAP. Sicut nos. XIII.

1 IVramentum monachi non remanendi in clausiro vlteriùs cum vno alio monacho, non tenet, in quo professus fuerat est enim temerarium, frangens veram fidem, & stabilitatem suæ professionis, ideo iniungi debet pœnitentia quæ terreat alios ne simile faciant. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 218.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 293.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 2. tit. 16. cap. 3.*

Iracundiæ calore succensus, &c.] Ergo iuramentum, 2
seu votum calore iracundiæ præstitum non obligat, de quo vide Roman. *sing. 508.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 1. n. 27. & 28.* Duen. *reg. 29. ampl. 1.* Simoncel. *de decretis, lib. 3. tit. 7. num. 178.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comp. 30. num. 4. & 5.* Farin. *in praxi crimin. part. 3. quæst. 92. num. 24. & 41.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 8. n. 4. propè fin.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis. 634. num. 3. in 1. edit. & resolut. 573. in 2. edit.* Beja *respons. moral. part. 4. casu 9.* Sayr. *in clauis Regia, lib. 5. c. 6. n. 4.*

Ex quorum mente distinguendum duxi inter ira- 3
cundiæ calorem, seu alium repentinum iræ motum, qui vsque adeò vehemens fuit, vt alienationem mentis induceret, & inter illum, ex quo non ita mentis alienatio secuta est; primo casu neque iuramentum, nec alius actus obligationem inducere potuit. Secundò verò si materia, vel aliud non repugnat, iuramentum valuit, & obseruari debet; ratio differentiæ est, quia sine consensu obligatio non contrahitur, *l. 1. §. conuentis, in fine, ff. de pactis, l. 2. in princip. ff. de action. & obligat. cap. cum voluntate, de sentent. excom.* quo stante, quamvis non ita absoluto, non inconuenit si iuramentum, & actus similes suam producant obligationem.

Quod licite abiurare non potuit.] Notatur ad hoc 4
quòd validum non est iuramentum monachi clausirum abiurantis contra proprium professionem; si enim iuramentum in his terminis obligaret, vinculum iniquitatis maneret, contra resoluta *ad cap. si verò supra hoc tit.* ita Innoc. Bald. Abb. *num. 1.* Felin. & omnes *in præsenti*, & colligitur ex resolutis per D. Thom. *2. 2. quæst. 88. art. 8.* Sot. *lib. 7. de Iustit. q. 6. art. 2.* Nau. *d. c. 11. n. 67.* Iuuat maximè quòd monachus per propriam professionem se & sua Monasterio ita addicit, vt nec velle habeat, nec nolle, sed in actibus gerendis legitimi superioris arbitrio debeat ordinari, *auth. ingressi, C. de sacrosanct. Eccles. cap. vlt. de succes. ab intest. cap. si religiosus 17. de elect. lib. 6. cap. vlt. de testamentis, eodem lib.* Concil. Trident. *sess. 25. de Regularibus cap. 4.* iunctis resolutis per Nauar. *in cap. non dicatis, num. 81. & in apologia quæst. 1. monitu 11.* Mench. *de succes. creat. §. 21. num. 250. & de progressu §. 8. n. 2.* Anton. Gomez. *l. 69. Tauri, num. 6.* Et tandem, quia in omni iuramento subditi in dubio censetur exceptum ius superioris, cui ille non potest in aliquo validè derogare, *cap. venientes 19. hoc tit. cap. constituitur 19.* vbi gloss. *verbo iuramenta, de rescriptis*, Couar. *in cap. quamvis, p. 1. §. 3. num. 2.* quæ sanè omnia à fortiori in monachis locum habent ob maiorem subiectionem, & obedientiam, qua suis superioribus constringuntur. Planè cùm sine ipsorum licentia nullum possint actum gerere, neque insuper eisdem præiudicium irrogare, fit consequens prædictum iuramentum valere non posse, vt præcitati Doctores fatentur.

In gloss. *Pertimescat*, ibi, *quia pœna vnius debet esse* 5
metus alterius. Vide Perez *l. 2. gloss. 6. tit. 4. lib. 4. Ordin.*

&c

& citatos per me *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 68. n. 5. pag. 44.*

SVMMARIVM.

1 *Vassallus qui iurauit Prælato, successoribus iurare non cogitur.*
2 *Veritas non requirit verborum prolixitatem, & adminicula, sed simplicitatem.*
3 *Veritas est basis atque fundamentum iustitiæ, res solidissima, & murus inexpugnabilis, & sæpius examinata magis elucescit.*
4 *Vassallus, qui semel iuramentum fidelitatis domino suo præstitit, ad repetendum idem iuramentum, nequaquam est cogendus, sed qui respectu successoris, vide num. 5.*
6 *Hæredes vassalli, qui in sua vita iurauit, tenentur domino fidelitatem iurare.*
7 *Iuramentum personale est, & non transit ad hæredes quoad periurium.*
8 *Hæredes iurantis non tenentur sub pœna periurij ad obseruantiam contractus ratione iuramenti.*
9 *Iuramenti ratione non tenetur dominus adimplere illud, quod eius procurator, seu nuntius, nomine ipsius, absque tamen mandato speciali, dare, aut facere promiserunt.*
10 *Obligare se alicui, & successoribus suis sub pœna periurij cur possit quis, non autem obligare se, & successores suos, ostenditur.*

CAP. Veritatis. XIV.

Clem. III.

1 VAssallus quando iurauit fidelitatem suo superiori, v.g. Papæ, eius filij tenentur seruare eandem fidelitatem; sed non iterum iurare successoribus Papæ, vel hæredibus superiorum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich, Butr. Anchar. Bald. Panorm. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Cujac. Cened. *collect. 119.* Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontific. pag. 219.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 293.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 16. c. 5.*

2 *Veritatis amica simplicitas.*] Hinc collige veritatem non requirere verborum prolixitatem, & adminicula, sed simplicitatem, Roland. *cons. 39. n. 1. vol. 1. & cons. 38. n. 1. & cons. 40. n. 10. vol. 2.* Neuizan. *in sylua nupt. lib. 1. n. 13.* Cened. *ad Decretal. collect. 119 n. 1.* nam veritas & rei substantia plus valet, quàm ludibrium verborum. Garc Gironda *de priuilegiorum, seu exemptionum explicat. n. 845.* Est enim basis, atque fundamentum iustitiæ, qua virtus nulla præclarior, Bald. *cons. 343 col. pen. lib. 1.* plures refert Aloys. Ric. *in praxi rerum fori Ecclesiast. c. sol. 244 n. 6. in 2. edit.* & dicitur mater iustitiæ Gig. *cons. 2. ex n. 6.* Roland. *cons. 47. n. 11. & cons. 88. n. 2. vol. 3.* Ioan. Segura Daualos *in direct. iudic Eccles. p. 1. in initio ex n. 1.* Res solidissima, & murus inexpugnabilis, Afflict. *decis. 235. n. 7.* Roland. *cons. 5. n. 19. & cons. 33. n. 41. lib. 4.* quæ nulla hominum denominatione mutatur, Guttier. *practic. lib. 3. q. 84. n. 2.* imo sæpiùs examinata magis elucescit, Alexand. *cons. 51 n. 2. vol. 4.* Roland. *d. cons. 80. in princip. vol. 1. & cons. 100 num. 128. volum. 4. & cons. 66. num. 1. vol. 2. & cons. 23. num. 1. & cons. 24. num. 1. & cons. 50. num. 1. vol. 3.* Crauet. *cons. 135. num. 18.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 11 quæst. 11. num. 3.* Hier. Giach. *in cons. Syndicatus, num. 265. cum seqq* Fr. Didac. Morillo *e la fundacion milagrosa de la Capilla Angelica de Pilar. cap. 5. in princ.* Bobadil. *in sua politica, lib. 1. cap. 10. num. 1.* plures per Cened. *d. collect. 119. n. 2.* Ideo super omnia est amanda, & sequenda, Flamin. *de confident. benef. quæst. 65. num. 13. & quæst. 46. n. 61.* eámque ante oculos habere debent iudices, *l. quod si Ephesi, ff. de eo quod certo loco.* Socin. iun. *cons. 3. n. 17. vol. 3.* Roland. *cons. 3. num. 21. cum seqq. & cons. 200. num. 128. volum. 4.* Carol. Bardel. *cons. 36. n. 26.* quia amicus Socrates, sed magis amica veritas, Prob. *in addit. ad Monach in cap. nemo deinceps, num. 77. cum seq. de elect. lib. 6.* Menoch. *consil. 112. num. 17.*

Respondemus vt hæredes, &c.] Probat hic text. vas- 4
sallum, qui semel iuramentum fidelitatis domino suo præstitit, ad repetendum idem iuramentum nequaquam esse cogendum; ratio est, quia iuramentum nemini est differendum, nisi data necessitate, nec illud est appetendum, nec tanquam rem vtilem frequentandum, & quando semel rite iuratum est, nulla datur necessitas ad id iuramentum repetendum, imo otiosum omnino eo casu censeri debet, ex *reg. l. qui bis 18. ff. de verb. oblig.* cum aliis, de quibus Anton. Gom. *var tom. 1. cap 12. num. 38.* Non obstat Extranag. *cùm in Ecclesiis, de maiorit.* vbi Canonici Regulares coguntur ad renouandum idem obedientiæ iuramentum, quod iam antea præstiterant, quia respondet *ibi* Card. *oppos it. 6.* text. illum specialiter procedere in illis Canonicis, qui propter inobedientiam fuerunt excommunicati, quibus posterius iuramentum licitè defertur, quando eis ab excommunicatione absolutionis beneficium impenditur. Nec etiam obstat *Auth. de instrumentorum cautela, §. in his, collat. 5.* quia respondetur ideo ibi iuramentum repeti à notario, quia imminebat dubium circa fidem instrumenti, ac subinde non otiosum, sed necessarium erat; vt optimè aduertit Panorm. *in cap. præterea, n. 1.* vbi Felin. *n. 6. de testibus cogendis.* Nec denique obstat Concil. Trid *sess. 25 de reform. c. 2.* vbi statuitur quòd Magistri Vniuersitatum in initio cuiuslibet anni solemni se iuramento adstringant, quod docebunt secundùm decreta eiusdem Concilij, quia respondetur prædictam iuramenti renouationem in Magistris inutilem non esse, quin potiùs admodum necessariam ad refricandam illorum memoriam, ne in reuidendis prædictis decretis sint negligentes, & non solùm in illo casu, imo & in omnibus in quibus repetitio iuramenti aliquam præseferat vtilitatem, potest iterum iurari, cùm iam tunc dicitur causa, & sufficiens necessitas ad iurandum.

Amplia supradictam huius text. conclusionem 5
procedere etiam respectu successoris, quamvis enim ipse dominus, cui vassallus iuramentum fidelitatis præstitit, sit defunctus, successori illius cogendus erit iurare, circa quam ampliationem tres casus sunt distinguendi. Primus est quando iuratur sub hac forma, Ego iuro fidelitatem tibi N. & successoribus tuis, iuxta *cap. Ego N. sup. hoc tit.* quo quidem casu nulla est controuersia inter Doctores, vt constat ex traditis per Couar. *in cap. quamvis pactum part. 1. §. 5. num. 4. & 5.* Sayr. *in claui Regia, lib. 5, cap 6. num. 15.* Sayr. *tom. 2. de Relig. tract. de iuram. lib. 2. cap. 31. n. 15.* Filliuc *tom. 2. tract. 23. cap. 8. num. 225.* Secundus casus est quando alicui sub nomine appellatiuo dignitatis iuramentum fit, licèt nulla fit mentio successorum censebitur enim iuramentum factum etiam quoad successores in illa dignitate, quæ non variatur ex varietate personarum, arg. *cap. quoniam,* vbi Abb. *sup. de officio deleg. cap. requisisti,* vbi latè Couar. *de testam.*

testam. eum similibus, ita Sayr. *d. num.* 19. vbi etiam asserit quòd in dubio an actus aliquis personæ, vel dignitati tribuendus sit, ex coniecturis deprehenditur. Tertius casus est quando iuramẽtum fidelitatis à vassallo præstitum fuit non sub nomine appellatiuo dignitatis, sed expresso nomine proprio, absque vlla successorum mentione, in quo casu etiam ad successores transire probat text. *in præsenti*, ibi, *nobis, vel alicui successorum*, &c. nam iuramentum, seu promissio facta alicui expresso nomine proprio in re tantùm ad dignitatem pertinente, ad successorem dignitatis transit, vt optimè comprobat Couar. *in d. c. quamvis, part.* 1. §. 5. *num.* 5. *vers. tertio*, vnde cùm iuramentum fidelitatis versetur circa rem ad dignitatem pertinentem, vt patet, rectè fit prædictum iuramentum, seu promissionem ad successorem transire, iuxta text. *in præsenti*, quem sic interpretatur Couar. *d.* §. 1. *num.* 4. & 5. & *in d. cap. requisisti*, *num.* 2. reprobata sententia *gloss.* 2. *in cap. Ego N. sup. hoc tit.* Non obstat text. *in c.* 1. §. *præterea, de prohibita Feudi alien. per Federic.* quia non agit de vassallo, qui semel à domino inuestitus illo defuncto teneatur nouam ab eius successore petere inuestituram, sed agere de vassallo nouo, qui intra certum tempus inibi præfinitum tenetur à domino petere inuestituram, quicquid existimet Couar. *d.* §. 5. *vers. sexto.*

6 Limita principalem conclusionem in hæredibus vassalli, qui in sua vita iurauit, hi namque non obstante ipsius iuramento iurare tenẽtur domino fidelitatem, vt per Alciat. *in cap cùm contingat, num.* 120. & *ibi* Imol. *num.* 18. *infra hoc tit.* D. Thom. & *ibi* Caiet. 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 2. *ad* 4. Sayr. *d. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 18. Sot. *lib.* 8. *de Iustit. quæst.* 2. *art.* 2. *ad* 4. D. Antonin. *part.* 2. *tit.* 10. *cap.* 6. § 3. *casu* 10. Couar. *d.* §. 5. *num.* 4.

7 Allegatur communiter text. hic ad hoc quòd iuramentum personale est, & ideo non transit ad hæredes quoad periurium, vide Couar. *in d. cap quamvis pactum, p.* 1. §. 5. *n* 4 & *p.* 2. §. 1. *n.* 7. Anton. Gom. *var. tom.* 2 *c.* 14. *n.* 19 Perez *l.* 3. per text. *ibi, gloss.* 1 *in princ. tit.* 10 *lib.* 6. *Ordin* & *l.* 1. *gloss.* 1. *pag.* 185. *in princ. tit.* 6. *lib.* 8. *eiusdem Ordin.* Viu. *Neapol. dec.* 372. *n.* 9. Menoch. *cons.* 24. *n.* 1 & 2. & *cons.* 609. *n.* 38. Azeued. *ad Curiam Pisanam, lib.* 3. *c.* 5. *n.* 4. & *l.* 1. *à n.* 4. *tit.* 17. *lib.* 8. *nouæ recop* Cened. *d. collect.* 116. *n.* 3. Guttier. *in auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus vendit. à n.* 15. Seraphin. *de priuileg. iurament. priuileg* 68. *n.* 3. & *priuil.* 74. *n.* 141. Caualcan. *dec* 9. *ex n.* 12. Mandos. *in praxi tit. de monitor. q.* 24. *ex n.* 2. Ioseph. Lud. *Perus. decis.* 1. *ex n.* 12. Ioan. Garc. *reg.* 273. Sebast. Medic. *in tract. mors omnia soluit, p.* 3. *n.* 74. Matiens. *l.* 3 *gloss.* 13. *n.* 10. *tit.* 10. *lib.* 5. *nouæ recop.* Anton. Gabr. *commun. tit. de iureiur. concl.* 6 Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 3. *c.* 13. *à n.* 1. & *lib.* 5. *c.* 15. *n.* 26. Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 60. *num.* 129. Surd. *cons.* 165. *n.* 44. & *cons.* 194. *n.* 22. & *cons.* 399. *n.* 18. & *decis.* 148. *à n.* 5. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 11. *c.* 15. *col. mihi* 1111. Lar. *in l. si quis à liberis*, §. *parens*, *à n.* 119 *ff. de liberis agnosc.* D. Barbos. *in l. proponebatur, n.* 34. *ff. de in ius. lic.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.* 1. *con.* 27. Sayr. *d. lib.* 5 *c.* 6 *n.* 18. Soar. *d. lib.* 2. *c.* 31. *n.* 14. Garc. Gironda *de priuilegiorum, seu exemptionum explicat. n.* 1552. vbi aduertit quod licèt iuramentum non transeat ad hæredes quoad periurium, transit tamen in quantum attinet ad contractum, in quo iuramentum ponitur tam actiuè, quàm passiuè, & quoad obseruantiam illius, quòd defunctus iurauit vt ipsius anima non lædatur, & ideo *n.* 1554. resoluit quòd si plures de populo aliquid adimplere iurauerint, licèt nullus eorum viuat, successores obligantur ad obseruantiam contractus iurati.

Vnde infertur hæredes mulieris iurantis non con- 8
trauenire alienationi rerum dotalium, iuxta *cap. cùm contingat, infr. hoc tit.* vel filiæ renuntiantis hæreditatem paternam, iuxta *d. cap. quamvis pactum, de pactis, lib.* 6. non teneri ad obseruantiam contractus, cui iuramentum fuit adiectum, quia obligatio ex illo descendens ad vitandum periurium extinguitur morte iurantis, ita in specie contra alios obseruant Imol. Alciat. & alij, quos refert Couar. *in d. cap. quamvis pactum, part.* 2. §. 1 *num.* 7. *vers secundo*, Kirchou. *tom.* 2. *communium opinionum, lib.* 6 *tit.* 20. *numer.* 34. *pag.* 134. vbi Viuian. *num.* 44. *pag.* 138. Anton. Gom. *l.* 22. *Tauri, num.* 10. Xuar. *in l. quoniam super declar. leg. Regni limit* 4. *n.* 5. & *ampl.* 10. *num.* 54. Infertur etiam ex 9
dictis dominum non teneri ratione iuramenti adimplere illud, quod eius procurator, aut nuntius nomine ipsius iuramento dare, aut facere promiserunt, absque ipsius domini mandato speciali, cùm enim iuramentum sit actio personalis, & in eo tractetur de obligatione, & vinculo spirituali, consequens fit dominum absque sua propria, & speciali voluntate non posse iuramenti obligationem contrahere, argum. *cap. vnic.* 30. *q.* 2. Ita Couar. *d.* §. 6 *num.* 8. Caiet. 2. 2. *p.* 98. *art.* 2. *ad* 4. Sayr. *d. lib.* 5. *c.* 6. *n.* 25. Soar. *d. lib.* 2. *c.* 31. *n.* 6.

Si verò ad perfectam resolutionem eorum, quæ 10
dicta sunt, quæras cur possit aliquis se obligare alicui, & successoribus illius ĩsub pœna periurij, non autem obligare se, & successores suos, respondebitur quòd in primo casu plures illæ personæ sunt obiectum iuramenti, & potest iurans intendere totum illud obiectum, agitur enim solùm de obligatione propria iurantis, quam quis facere potest provt voluerit. In secundo autem casu distinctæ personæ, & iuramentum natura sua non potest obligare nisi personam iurantem, & ita cùm agatur de obligatione aliena quam quis non potest facere, iuxta reg. *l. id quod nostrum* 11. *ff. de regul. iur.* meritò iuramentum alias personas non obligat. Ita Sayr. *d. lib.* 5. *cap.* 6. *num* 20. Soar. *d. c.* 31. *n.* 16. Adde quòd si aliquis iuret fidelitatem Prælato suo, vel Petro domino, si dominium, vel prælationem Petrus amittat, non debet alter illi fidelitatem præstare, iuxta *cap. venerabilem* 34. *in fine*, vbi gloss. Abb. & alij, *de elect.* Soar. *d. num.* 16. ratio est, quia vnusquisque intelligit iurasse illi, vt Prælato, vel domino, non autem vt Petro.

SVMMARIVM.

1 *Absolvere solet Ecclesia à iuramento per metum extorto, & eius transgressores vt peccantes mortaliter non puniuntur.*

2 *Episcopus potest relaxare iuramentum quando versatur turpitudo ex parte creditoris recipientis.*

3 *Iuramentum metu extortum obligat tantùm ad culpam venialem, in materia verò graui ad culpam mortalem.*

4 *Declaratur text. in præsenti*, & n. 5.

CAP. Verum. XV.

Cœlest. III.

ABsoluendi sunt à iuramento qui inuiti, vel me- 1
tu pro vita, vel rebus seruandis iurant, alioquin tenentur illud seruare si possunt sine interitu animæ, si verò non seruent, non sunt puniendi tanquam de mortali

mortali crimine. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Hoſt. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontific. pag.* 219. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 293. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 16. *cap.* 6.

2 *Qui tales à iuramenti nexibus abſoluerunt.*] Aduerte Epiſcopum poſſe relaxare iuramentum quando verſatur turpitudo ex parte creditoris recipientis; nec contra facit text. *in præſenti*, quatenus habet huiuſmodi iuramentum ſolere à Summis Pont. relaxari, quia reſpondetur Pontificem hîc narrare factum, non tamen quaſi ea poteſtas ſummo Pont. tantùm conueniat, vide Henriq. *in ſumm. lib.* 7. *de indulgent. c.* 35. *n.* 6. *in commento lit. Q.* Molin. *de iuſt. t. tract.* 2. *diſput.* 149. bene Sanch. *de matrimon. lib.* 2. *diſp* 32. *num.* 15.

3 *Non ob hoc ſunt tanquam pro mort. culpa puniendi.*] Ergo iuramentum metu extortum obligat tantùm ad culpam venialem, proinde, qui illud infringit, venialem, & non mortalem culpam committere tenent Ioan. Andr. & Hoſt. *in præſenti*, Angel. *in ſumm. verbo iuramentum* 5. *num.* 10. D. Antonin. *part.* 2. *tit.* 10. *cap.* 6. §. 5. Selu. *de iuram. tit.* 3. *quæſt.* 1. *n.* 35 Ratio eſt, quia ſi infringens prædictum iuramentum non ſolùm venialem, ſed mortalem culpam contraheret, vtique tanquam pro mortali puniendus eſſet, iuxta delicti namque menſuram futurus eſt plagarum modus, *c. non offeramus*, 14. *q.* 1. iunctis traditis per Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 90. *n.* 38. & Menoch. *illuſtr. c.* 8. *n.* 51. & *c.* 24. *n.* 17. Verùm neceſſario cum communi dicendum mihi eſt violantem iuramentum per metum extortum, ſi materia grauis ſit, peccatum mortale committerem, vt meliùs docent Abb. *in cap. ſi verò*, *n.* 10 *hoc tit.* vbi etiam Imola *n.* 6. D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 89. *art.* 3. vbi Caiet. *art.* 7. *in reſp. ad* 1. Sot. *lib.* 8. *de Iuſtit. q.* 1. *art.* 7. *verſ. in dubium autem*, Sylueſt. *verbo iuramentum* 4. *quæſt.* 5. Cou. *de ſponſal. p.* 2. *cap.* 3. §. 5. *num.* 3. Fortun. Garc. *de vltimo fine*, *illat.* 22. *n.* 479. Soar. *de Relig. tom.* 2. *tract. de iuram. lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 18. Valent. 2. 2. *diſput.* 6. *quæſt.* 7. *puncto* 4. *col.* 6. *verſ. reſpondeo quæſtionem hanc*, Seraph. *de priuileg. iuram. priuil* 119 *n.* 16. Sayr. *in claui Regia*, *lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 16. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 18.

4 Cui quidem ſententiæ non obſtat text. *in præſenti*, in citatis verbis, quia multipliciter reſponderi poteſt, & primo text. illum non negare violanti iuramentum per metum extortum imponendam eſſe pœnam velut pro peccato mortali, ſed etiam pro crimine, quod quidem longè diuerſum eſt, illud namque licèt aliquando accipiatur pro quocunque peccato mort. vt *in c. vnum horarium*, *verſ. crimine*, 25 *diſtinct.* aliquando tamen ſtrictè, & magis propriè ſumitur prout importat prauè aliquod, ſeu magnum peccatum accuſatione, & damnatione digniſſimum, iuxta *cap. Apoſtolus*, 81. *diſtinct. gl.* 1. *in reg. peccatum*, *de regulis iuris lib.* 6. Abb. *in c. teſtimonium*, *n.* 3. *de teſtibus.* Bero. *in c.* 1. *n.* 24. *de accuſat.* & ita iuxta hunc poſteriorem ſenſum poteſt accipi verbum, *crimen*, in præſenti, quaſi dicat text. quamvis violantes iuramentum metu extortum in materia graui peccatum mortale incurrant, nihilominus non ſunt tanquam pro peccato, vel ſcelere magno damnatione, & accuſatione digniſſimo puniendi, idque propter circunſtantiam metus, qui licèt non tollat, attenuat tamen culpam, *c. ſacris*, *de his*, *quæ vi metúſve cauſa fiunt.*

Secundò etiam reſponderi poteſt cum D. Thom. 5 *d. art.* 3. *ad* 1. Sot. *d. art.* 7. Couar. *d. n.* 3 & Sanch. *d. n.* 18. vt ſcilicet verba huius text. ſuprà relata ſignificent violantibus iuramentum per metum extortum etiam in materia graui minorem pœnam eſſe inſtigendam propter circunſtantiam metus, quamvis in rei veritate grauiter peccent, & ſic dicendum eſt metum in ſpecie huius text. culpam tranſgreſſionis efficere leuiorem non tamen exinde ſequitur venialem ſolùm, non verò mortalem culpam contrahi, quamvis libenter fateamur leuius peccatum mortale reſultare ſtante circu ſtantia metus, illa namque deficiente longe grauius eſſet. Nec item obſtat quòd huiuſmodi iuramentum adimplere ſit parum vtile metum inferenti cùm poſſit ab illo pecunia, vel aliud ſimile repeti, imo ille omne, quod ſic accepit reſtituere teneatur, iuxta *cap. 2. de his, uæ vi*, quia reſpondetur hæc omnia accidentaria eſſe, & actum ipſum per ſe ſpectandum fore, ac per conſequens ſi quantitas promiſſa ſit conſideratione digna, & ita fuerit grauis materia iuramenti, obligabit ſub peccato mortali, idem in ſpecie *cap. d. bitores hoc t t.* reſoluendum eſt, vt ſcilicet debitor vſurarum, ſi proponatur quantitas conſideratione digna, tenetur ſub mortali peccato vſuras ſolu re, quamvis eaſdem ſolutas poſſit repetere, vt bene ad hoc propoſitum comprobat Soar. *d. lib.* 3. *c.* 16. *n.* 19.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum ſi ſit contrarium alteri iuramento licitè non eſt ſeruandum.*
2 *Inimicitia capitalis oritur ex iniuria verbali.*
3 *Obedientiam alicui iurans non cenſetur ſe obligare ad res illicitas, quas ille præciperet.*
4 *Iuramentum nunquam trahitur ad non cogitata.*
5 *Iuri ſuperioris derogari non poteſt per iuramenta inferiorum.*

CAP. Veniens. XVI.

Innoc. III.

IVramentum ſi ſit contrarium alteri iuramento li- 1
citè facto non eſt ſeruandum, vt qui iurat ſtare mandato alicuius, v. g. pro componenda pace, & ille mandat aliquid quod ſit contra obligationem, vel aliud iuramentum factum, non tenetur, quia tunc etiam ſi præſciuiſſet, non iuraſſet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Henric. Boich, Butr. Hoſt. Martin. Vran. Anchar. Felin. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontif. pag* 220. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 293. remiſſiuè Caſal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1 *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 15 *c.* 1.

Alternatim conuicia inferendo, &c.] Notatur ad 2
hoc quòd ex iniuria verbali oritur inimicitia capitalis, vt per Perez *l* 27. *gloſſ* 1. *pag* 381. *colum* 1. *poſt med. tit.* 19. *lib* 8. *Ordinam.* Quæ autem dicantur amicitiæ capitales, & ex quibus cauſis oriantur, dixi latè *de officio*, *& poteſtate Epiſcopi*, *part.* 3. *alleg.* 41. *n.* 10. *cum ſeqq.*

Veſtro iuraret obedire mandato.] Notatur ad hoc quòd 3
iurans alteri obedientiam, aut ſe illius arbitrio pariturum inreiurando promittens, non cenſetur obligare ſe ad res illicitas, quas ille præciperet, vt per

Soar,

Soar.*tom.2. de Relig. tract. de iuram. lib.2. c.11. n.3. & c.17.n.11.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.18. n.34.vers.tertia.*

4 *Nequaquam taliter iurasset*, &c.] Ergo iuramentum nunquam trahitur ad non cognita, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, in princ.n.166.& n.170.C.de reuocandis donat.* Cald. Pereira *in fine, tract.de potestate eligendi, in resp.pro D.Roderico de Sylua,in fine,* Mascard.*de probat. concl.1264.n.18.* Surd.*decis.288.n.11.* Gutier.*de tutelis, & curis, p.1.c.71.n.6.& pract. lib.3.q.43.n.38.* Flamin. *de resignat. benefic. lib.1. q.13. n.46.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel.glos.9.§.5.n.28.*

5 *Ipsum auctoritate nostra*, &c.] Notatur ad hoc quòd per iuramenta inferiorum non potest iuri superioris derogari, vt per Sanch. *de mat.lib.8. disp 17. n.3.* vbi ita intelligit,vt nõ integrum sit superioribus ex iusta causa dispensare, at potest derogari ad hunc sensum, vt ea non subiiciantur eorum liberæ potestari,& ideo conditio subintellecta in his iuramentis,& votis est, nisi superior iusta causa existente dispensauerit.

SVMMARIVM.

1 *Periurus est qui iurauit Ecclesiam defendere, & requisitus sine iusta causa recusat, nec eum defendet appellatio.*
2 *Aduocatus incidit in periurium cùm non defendit Ecclesiam,quam suo iuramento defendere promisit.*
3 *Restituere quis excusatur propter inopiam, & paupertatem.*
4 *Dotis promissio facta medio iuramento onus interpellandi remittit.*
5 *Difficultas excusat à periurio.*
6 *Periurium non committitur absque dolo.*
7 *Difficultas non excusat à pœna, vel obligatione conditionali.*

CAP. Breui. XVII.

1 QVi iurauit defendere, & seruare iura Ecclesiæ, & necessitate imminente, requisitus vt seruet, appellat,cùm re vera posset defendere, est periurus, non obstante appellatione. Colligunt ex Ordinar. Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Bellam.Ioan. Andr. Imol.Anan.Panorm.Anch.Host.Henric.Boich, Bald. Butr.Felin.Guid.Papæ, Martin. Vran.Alex.de Neuo, Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontific. pag.220.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag.294.* remissiuè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* refertur ab Anton. Augst.*collect.3. Decret.lib.2.tit.15.c.2.*

2 *Qui iura alicuius Ecclesiæ*, &c.] Notatur ad hoc quòd Aduocatus incidit in periurium cùm non defendit Ecclesiam,quam suo iuramẽto defendere promisit,vt per Menoch.*de arbitr.casu 494.* Bernard.Græuæ.*ad pract.Camer.Imper.lib.2.concl.54.in consid.*

3 *Si necessitate imminente*,&c.] Notatur ad hoc quòd propter inopiam,& paupertatem excusatur quis à restitutione, vt per Couar.*in reg.peccatum de regulis iuris in 6.in princ.* 2.

4 *Requisitus.*] Notatur ad hoc quòd promissio dotis facta medio iuramento onus interpellandi remittit, vt per Cou.*lib.3.var.c.17. n.4. post princ.* Farin. *Rotæ decis.252.n.6.in 1.collect.nouissimarum.*

5 *Nisi difficultas existat.*] Notatur ad hoc quòd difficultas excusat à periurio, vt per Clar.*lib.5.§. periurium, n.10.* Marant. *disp.7.n.10.* Cou.*in cap. quamvis pactum, de pactis, lib.6. p.2. §.5. n.3.* Burg. de Pace *cons.7.n.19.* Sayr.*in claui Regia, lib.5.c.7.n.8.*P. Soar. *tom.1 tract.de iuram c.34.n.4.*

In gloss *Difficultas* Notatur ad hoc quòd periurium 6
non committitur absque dolo,vt per Perez *l.12.glos.1. pag.187.col.1.vers.est praterea,tit.6.lib.8.Ord.* Azeued. *l.1.à n.87.tit.17.l.8.nouæ recop.* Clar.*§.periurium, vers. excusari 9.* Galgan.*de iure publico,lib.2.tit.35.n.13.*

In ead. gloss.ibi, *licèt non excusset à pœna conuentio-* 7
nali. Notatur ad hoc quòd difficultas non excusat à pœna, vel obligatione conuentionali, vt per Tiraq. *de retract.tit.2.gloss.2.n.57.*

SVMMARIVM.

1 *Iurans scienter illicitum non indiget absolutione sed tenetur illud non seruare. Si verò iurauit ignoranter, debet illud seruare si aliquo licito modo est seruabile: si autem iurauit licitum quod putabat illicitum, debet seruare iuramentum. sed de animo deprauato aget pœnitentiam.*
2 *Petrus XI. Reg. Aragoniæ regnauit anno Domini 1203.*
3 *Princeps absque populi assensu, vel sine iusta causa monetam non potest mutare.*
4 *Monetam sciens esse mutandam si mutuet, vel det illam ante legem, an teneatur ad restitutionem, remissiuè.*
5 *Moneta vt sit proba,& legitima, tria continere debet, materiam publicam, formam,& legitimum pondus.*
6 *Monetæ valor iuxta quod tempus considerandus sit, contractus ne an solutionis? remissiuè.*
7 *Princeps tenetur omnino monetam cudere ea lege, vt valor iuxta pondus ei constituatur.*
8 *Testis iusta credulitate falsum dicens excusatur à falso, & periurio.*
9 *Maleficium promittens,vel pecuniam, aut rem vt fiat non valet talis promissio, nec firmatur iuramento.*
10 *Monetam Principis falsans exuritur.*
11 *Absoluere potest quemlibet Papa à iuramento ex iusta causa.*

CAP. Quanto. XVIII.

QVi scienter iurat rem illicitam peccat, & iura- 1
mentum non tenet, quia non debet esse vinculum iniquitatis: qui putans rem esse licitam, iurat, debet seruare iuramentum in eo,in quo licitè seruari potest,quia fuit licitum, ideo est seruandum; si verò rem putans illicitam iurauit,& est res licita,pœniteat de peccato,& seruet iuramentum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc.Collect.Zabar.Bellam.Ioan.Andr. Imol.Anan.Host.Henric.Boich,Anch.Butr. Bald. Panorm.Felin.Guid.Papæ,Martin.Vran.Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag. 221.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 294.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect.3. Decret lib.2.tit 15.cap 4.*

In superscript. ibi, *Illustr. Regi Aragonia.* Hic fuit 2
Petrus XI.qui regnauit anno Domini 1203.vide Vasæum *cap.18. annalium Hispaniæ*, & Tarraf. *lib.1. de Regibus Hispaniæ.*

Patris tui conseruare monetam.] Ergo de regalibus est formare monetas, illásque cudere, approbare, & reprobare, Franc. Curt.*de monet.c.1.* Martin.Lauden. *eod.tract.lib.1.num.1.* Fabian. de Monte *de empt. q.5.in princ.* Franc. Marc. *decis.86. volum.1. & decis.614. & decis.648.vol.2.* Peregr.*de iure fisci,lib.1.tit.1. num 25.* Mastril.*de magistrat.lib.3.c.1.n.139.* Camil. Borrel. *de præstantia Regis Cathol cap.12.*

Irrequisito assensu populi.] Ergo Princeps absque po- 3
puli assensu,vel sine iusta causa monetam non potest

mutare, vide Cou. *de veterum numismat. collat. c. 7. n. 6.* Peguer. *decis. 46. num. 11.* Menoch. *de arbitr. casu 316. num. 47.* Petr. Gregor. *syntag. iuris, lib. 36. tit. 2. n. 26.* Felician. *de censib. tom. 2. lib. 4. cap. vni. num. 17. cum seqq.* Viuian. *tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 19. num. 5.* Cabed. *p. 2. decis. 45.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect. 1222.* Garc. Gironda *de priuilegiorum, seu exemptionum explicat. n. 1090.* An sciens monetam esse mutandam si soluat, mutuet, vel det illam ante legem, teneatur ad restitutionem? vide Affli. *decis. 399. n. 9.* Pinel. *l. 2. C. de rescind. vendit. p. 3. c. 2. n. 22.* Anton. Gom. *tom. 2. var. c. 2. n. 32. in fine.* Menoch. *de arbitr. casu 185. n. 20. & 21.* Mex. *in tract. tassæ panis, concl. 6. n. 6.* Sayr. *in claui Regia, lib. 3. c. 5. n. 1.* Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 3. q. 32.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 25. n. 188.* Ioan. de Salas *de contractib. tract. de emptione, dub. 22. in fine.*

4 5 *Legitimo pondere defraudata.*] Aduerte quòd vt moneta sit proba, & legitima, tria contineret debet, scilicet materiam publicam, formam, & legitimum pondus, vide Deci. *tract. crimin. tom. 2. lib. 7. cap. 23. à n. 9.* Menoch. *cons. 49. n. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 1065. num. 7.* Cabed. *d. decis. 45. num. 2.* Garc. Gironda *d. tract. de priuilegiorum, seu exempt. explicat. n. 1425.* Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 115. n. 3.* Gasp. Thesaur. *de augmento monet.* Camill. Borrell. *d. c. 12. num. 21.* Petr. Nauar. *de rest. lib. 3. c. 1. n. 316.* Paul. Layman. *in Theologia moral. lib. 3. tract. 1. p. 1. cap. 5. num. 4.*

6 *Et minoris valoris effecta.*] Monetæ valor iuxta quod tempus considerandus sit, contractus ne an solutionis, quæstio est ad præsens institutum pertinens, de qua vide Menoch. *consil. 49. & 138.* Æn. Robert. *rerum iudicatarum Parisien. lib. 1. c. 16. & lib. 4. c. 18.* Thesaur. *Pedem. decis. 174.* Flamin. Carthar. *cons. execut. Genuens. decis. fin.* Budel. *tract. de monetis, & re numeraria, lib. 2. c. 23. cum seqq.* Farin. *Rotæ decis. 900. in 1. collect. nouiss.* Viuian. *tom. 1. communium opinionum, lib. 4. tit. 2. num. 162. pag. 463. & n. 167. & 170.* Surd. *consil. 335. & consil. 368. & 406. & 438.* Paul. Busch. *de annuis redditibus, lib. 2. cap. 6.* Federic. Martin. *eod. tract. part. 5.* Gaspar. Roderic. *eod. tract. lib. 2. q. 15. num. 92.* Tiraquel. *de retractu lign. §. 2. gloss 18. num. 26. cum seqq.* Fachin. *controuers. lib. 2. cap. 9. & 10.* Baptista Costa *de facti scientia, & ignor. cent. 1. disp. 63.* Steph. Gracian. *discept. forens. c. 511. n. 6. cum seqq.* Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 2. quæst. 44.* Aloys. Ricc. *p. 4. collect. 1223.* Rota apud Farin. *decis. 148. n. 4. & decis. 149. n. 11. p. 2. recent.* An pensio redditus soluenda sit in moneta currenti tempore contractus, an in currenti tempore solutionis? vide Brunor. à Sole *q. 5. n. 3.* Gasp. Roder. *d. q. 15. n. 92.*

7 *Indiscretè cupiens,* &c.] Notatur ad hoc quòd Princeps tenetur omnino monetam cudere, & publicam facere ea lege, vt valor iuxta pondus ei constituatur, vt per Conar. *in tract. veterum numism. collat. cap. 7. n. 1. vers. quinto, & n. 5. in princ.* asserit numismata expensis publicis esse cudenda, Cabed *p. 2. decis. 43. n. 3.*

8 *Si verò legitimam,* &c.] Notatur ad hoc quòd testis licèt in rei veritate sit falsus, tamen si iusta credulitate illud falsum dixit, excusatur à falso, & periurio, vt per Hippol. *in rubr. de probat. n. 88.* Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuil. 11. n. 4.* Farin. *in praxi crimin. p. 4. cons. 60. n. 133.*

9 *Cùm iuramentum non vt esset,* &c.] Notatur ad hoc quòd quis promittat maleficium committere, vel peccuniam, vel rem vt fiat, vel non fiat, talis promissio non valet, nec firmatur iuramento, vt per Anton. Gomez. *var. tom. 2. c. 14. n. 24. in princ.*

10 In gloss. *Defraudata.* ibi, *qui enim falsat monetam Principis exuritur.* Ita Ordinaria Regia Lusit. *lib. 5. tit. 12. in princip.* apud Castellanos *l. 5. & 6. tit. 17. lib. 8. nouæ recop.* Cou. *d. tract. c. 8. n. 3.* Dec. *tract. crimin. l. 7. c. 18. n. 2. & 3.* Christoph. de Pace *in scholiis ad leges styli, l. 78. n. 88.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, moneta, n. 3.* Farin. *in praxi crimin. q. 92. n. 109. & quæst. 115. num. 13.*

11 In gloss. *Absolui.* ibi, *absoluere potest quemlibet Papa à Sacramento ex iusta causa.* Vide Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. n. 5. §.* Soar. *de Relig. tom. 2. lib. 2. de iuram. promiss. c. 41. n. 14.* & vide ad quid Flamin. *de resignat. benefic. lib. 3. q. 18. n. 93.*

12 In gloss. *Patris.*] Notatur ad hoc quòd Princeps non dicatur defraudare monetam, si illam cudere faciat sub nomine & forma alterius mortui Principis, pùtà patris, dummodo cudatur ab habente potestatem illam cudendi, ídue non fiat in damnum, seu fraudem alterius, vt per Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 115. n. 68.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præstitum in præiudicium iuris superioris non valet.*
2 *Pactum plus potest quàm statutum.*
3 *Appellandi ius pertinet ad Principis superioritatem.*
4 *Iuramentum habet vim clausulæ, si non valet, valeat vt valere potest.*
5 *Iuramento in omni intelligitur auctoritas superioris excepta.*
6 *Actus in dubio censetur factus secundùm illud, quod ius disponit generaliter.*
7 *Appellatio causam suspendit.*

CAP. Veniens. XIX.

IVramentum factum contra ius superioris, v. g. non obstante appellatione ad superiorem, sententia exequatur, non valet, quia semper intelligitur exceptum ius, & si contra factum fuerit, executio est reuocanda sub pœna censuræ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich, Anch. Butr. Bald. Panormit. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 222.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 294.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 15. cap. 5.* 1

Quia verò non minus, &c.] Notatur ad hoc quòd plus potest pactum quàm statutum, vt per Aym. *de antiquit. temporum, p. 1. cap. viso, n. 50.* Surd. *cons. 2. n. 29.* An, & quando valeat argumentum à pacto ad statutum, dixi *in tract. de locis communib. argum. iuris loco 81. ex n. 1.* 2

Appellationibus ad nos interpositis.] Notatur ad hoc quòd ius appellandi pertinet ad Principis superioritatem Sebast. Neui. *ad l. Imperator. 25. num. 4. ff. de appellat.* Cabed. *Lusitan. decis. 40. num. 12 part 2.* Collige ex text. non valere consuetudinem quòd appellari non possit ad Papam, licèt sit iurata, vt per Ferentil. *in annot. ad decis. 170.* Buratti *lit. B.* & ideo Rota *in Mutinen. iurispatronatus 29. Nouemb. 1619.* coram bonæ memoriæ Remboldo, *& in Innocacen. iurispatronatus 1. Iulij 1622.* coram eodem denegauit remissoriam ad probandam huiusmodi consuetudinem. Ratio est, quia appellatio ad Papam nunquam 3

censetur

censetur sublata, Seraphin. *decis.* 615. *n.* 7. Rot. *in Toletana decimarum* 2. *Decembr.* 1620. coram bon. mem. Vbaldo.

4 *Cum prædictum iuramentum*, &c.] Notatur ad hoc quòd iuramentum habet vim clausulæ, *si non valet, videat vt valere possit*, Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocandis donat. in princ. n.* 132.

5 *Ius superioris excepium.*] Notatur ad hoc quòd in omni iuramento intelligitur auctoritas superioris excepta, vt per Rebuff. *de priuil. schol. priuil.* 73. Perez *l.* 37. *gloss.* 1. *pag.* 387. *tit.* 16. *lib.* 8. *Ordinam.* Flamin. *de resignat. benef. lib.* 3. *q.* 18. *n.* 109. vbi *n.* 110. asserit quod iurans aliquid facere dum est Cardinalis, factus Papa potest contrauenire, & præsumitur iusta causa recedendi à iuramento, vide Soar. *de Relig. tom.* 2. *tract. de iuram. c.* 34. *n.* 5. *& c.* 38. *n.* 4.

6 Notatur etiam ad hoc quòd actus in dubio censetur factus secundùm illud, quod ius disponit generaliter, vt per Flamin. *d. tract. de resignat. benefic. lib.* 6. *q.* 3. *n.* 5.

7 *Restituas eidem.*] Ex eo, quia appellatio causam suspendit, & attentata pendente appellatione sunt omnino reuocanda per ipsum iudicem ad quem fuerit appellatum, vt per Bernard. *reg.* 37. Cou. *practic. c.* 13. *n.* 1. *vers. prima igitur.* Nam vbi à sententia fuerit prouocatum, illius effectus suspensus est, ita vt pro ea non præsumatur vrgenti præsumptione, vt per Couar. *pract. c.* 6. *n.* 6. *vers. secundum.* Et pendente appellatione à sententia omnia remanent integra, & proceditur ac si sententia lata non esset, Cæs. de Grassis *decis.* 4. *n.* 4. *de causa possess.* Canaler. *decis.* 242. *n.* 2. & fuit dictum *in ciuitatis plenis pensionis, propè fin.* 15. *Iunij* 1616. coram bon. mem. Cardin. *Sacrato.*

SVMMARIVM.

1 *Vsuras non repetere iurans, tenetur iuramentum seruare, potest tamen officium iudicis implorare ne ad restitutionem cogatur*, & n. 2.
3 *Iudex contra vsurarium inquirere potest parte non petente.*
4 *Iudex Ecclesiasticus potest facere proclama sub pœna excommunicationis, vt quicunque scit veritatem super tali negotio, compareat in iudicio ad deponendum.*
5 *Vsuras indebitas soluens scienter potest eas repetere etiamsi iurauerit se non repetiturum.*
6 *Renuntians potest beneficium renuntiatum repetere ex noua causa.*

CAP. Ad nostram. *ij.* XX.

1 QVi iurauit nec per se, nec per alium repetere vsuras, quas soluit, potest quærere alia via, veluti denuntiando iudici vt iudex ex officio inquirat, & cogat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocen., Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Panorm. Bald. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Cujac. Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 222. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 296. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 15. *cap.* 6.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Mascard. *de probat. concl.* 1236. *n.* 13.

3 *Mandamus quatenus*, &c.] Notatur ad hoc quòd inquirere potest iudex ex officio, etiam parte non petente, contra vsurarium, vt restituat vsuras, ad priuatam vtilitatem, etiam quòd qui vsuras soluit, iurasset illas non repetere, Socin. *reg.* 200. *fallent.* 1. Nouell. *reg* 28. *fallent* 3. Tiraq. *de priuilegiis piæ causæ, n.* 151. *in princ. & propè fin.* & alij, quos refert Farin. *fragment. crimin. p.* 2. *verbo inquirere, n.* 355. Potest enim iudex Ecclesiasticus ex officio, & ad priuatam vtilitatem inquirere, quando agitur de correctione peccatorum, & vbi imminet periculum animarum, addit. ad Rom. *sing.* 525. *vers. & hæc opinio*, August. *ad Angel. de malefic. in verbo, hæc est quædam inquisitio, n.* 32. Farin. *d. verbo, inquirere, n.* 360.

Sub pœna excommunicationis publicè, &c.] Ergo iudex Ecclesiasticus potest facere proclama sub pœna excommunicationis, vt quicunque scit veritatem super tali negotio, compareat in iudicio ad deponendum, vt per Marant. *de ordin. iudic. p.* 4. *dist.* 11. *n.* 54. *pag. mihi* 180. Et monitoriæ generales concedi possunt in omnes impedientes testes producti in causa mota, Guttier. *canon. quæst. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 36. *cum seqq.* 4

In gloss. *Repeterent.* Notatur ad hoc quòd soluens scienter vsuras indebitas, potest eas repetere, etiamsi iurauerit se non repetiturum, vt per Tiraq. *de retractu tit.* 2. *ad finem, n.* 151. 5

In gloss. *Probarent*, ibi, *si enim aliquis abiurat beneficium, potest postea ipsum repetere ex noua causa superueniente.* Notatur ad hoc quòd renuntians potest beneficium resignatum repetere ex noua causa, data scilicet vacatione ex nouæ electione, postulatione, præsentatione, & collatione, seu confirmatione superioris, vt per Flamin. *de resignat. benef. lib.* 1. *q.* 13. *num.* 43. 6

In gloss. *Ad testimonium*, ibi, *item quia ad Ecclesiam, seu Episcopum spectat exequi voluntates defunctorum*, Vide quæ adduxi ego ipse *de offic. & potestate Episcop. p.* 3. *alleg.* 82.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum generale debet ita intelligi, si fieri potest, vt non obuiet iuri, alias tanquam temerarium non obligat contra iuris obseruantiam.*
2 *Iurantis mens, & intentio inspicitur.*
3 *Ordo iudiciarius in notoriis non est seruandus.*
4 *Notorium non indiget probatione, licèt non releuet ab onere proponendi.*
5 *Notorium, & manifestum in quo differant, ostenditur.*
6 *Citatio non requiritur in notoriis.*
7 *Excommunicatum sciens aliquo loco vbi notoria est eius excommunicatio, an teneatur illam vitare in alio loco vbi de ea ignorat remissiuè.*

CAP. Ad nostram. *iij.* XXI.

IVramentum simpliciter, & in genere factum intelligitur de his rebus, quæ iuri non contradicunt, v. g. qui iurat in omni causa seruare ordinem iudiciarium, intelligitur quando talis ordo seruandus est, & non quando ius aliter disponit, v. g. in manifestis, & notoriis non est opus accusatione, nec subtilitate ordinis iuris secundùm ius Canonicum, & in hoc seruandum non est iuramentum, alioquin si intendebat facere contra ius Canonicum, erat periurium. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Hostiens. Henric. Boich, Anchar. Butr. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. 1

de Neuo, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris. Pontif. pag.* 223. Alagona *in compen. uris Canon. pag.* 295. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 15. *cap.* 7.

2 *Habebas in mente.*]Ergo in iuramento mens,& intentio iurantis inspicitur,vt per Tiraq. *in l. si vnquam C. de reuocand. donat. in princip. n* 170 *& verbo, libertis, n.* 56. de quo latè ad plura referentem vide Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 1 *lib.* 3 *c.* 10. *per totum.*

3 *Quod in manifestis, & notoriis*, &c.] Notatur ad hoc quòd in notoriis ordo iudiciarius non est seruandus, vt per Hippol. *sing.* 511. *& sing.* 659 Mascard. *de probat. concl.* 1103. *n.* 6. Salgado *de protect. Regia, tom.* 1. *p.* 3. *c.* 14. *n.* 47. Gom. *var. tom.* 3. *c.* 1. *sub n.* 42. Farin. *in praxi crimin. q.* 21. *n.* 60. vbi facit regulam quod in notoriis ordo iuris non seruatur,quia in eis ordo est ordinem non seruare. Intellige procedere & locum habere in criminalibus, & in delictis fauore Reipubl. non autem in ciuilibus & in contractibus etiam notoriis, quia in illis notorietate non obstante iudiciarius ordo, libellus, & litis contestatio requiritur, ita Anton. de Buer. *in tr. de notor. art* 4. *n.* 5. *& seqq.* Lancel. Conrad. *in pract. lib.* 1. *c.* 9. §. 3. *de offic. Prætor. in cauf. crimin. rubr. de not. crimin. n.* 19. *vers. in secundo casu principali, fol.* 242. Sigism. Scacc. *de iudic. cauf. ciuil. crimin.* &c. *lib.* 2. *c.* 9. *n.* 580. Farin. *d. q.* 21. *n.* 63. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ.* 171. *n.* 8. & 9. Vnde notorium non indiget probatione, Bellacomb. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 265. *pag.* 505. Surd. *decis.* 259. *n* 14. *& decis.* 326 *n.* 82. Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 33. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 21. *à n.* 80. licèt autem releuet ab onere probandi, non tamen releuat ab onere proponendi, & ideo debet allegari, Viuian. *d. tom.* 1. *commun. lib.* 4. *tit.* 9. *à n* 29. Mench. *quæst. illustr. c.* 2. *n.* 11. Farin. *d. q* 21. *n.* 110. Bursat *cons.* 42. *n* 26. Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præs.* 12. *n* 33. Menoch. *remed.* 1. *recup. n.* 165. *& remed.* 15. *n.* 264. Mascard. *de probat. conclus.* 1104. *n.* 1. Salgado *d cap.* 14. *n* 48. Et generaliter quid & quotuplex sit notorium iuris, scilicet & facti permanentis, aut transeuntis, & momentanei, & quid manifestum, & de singulorum attributis, & qualitatibus, & quomodo cognoscatur, & in quibus casibus verificetur, & de plulibus aliis perdoctè videndus est Capra *in tract. de notorio*, Mascard. *d. concl.* 1101. *vsque ad conclus.* 1105. *inclusiuè*, Farin. *in praxi crimin. p* 1 *quæst.* 21. *per tot.* vbi latissimè. Et plura, quæ in notoriis potest facere iudex, adducit D. Barbos. *in l. si de vi, à n.* 140. *ff. de iudic.*

5 Aduerte ex prædictis huius text. verbis manifestum,& notorium inter se differre,quia illud est probandum,hoc verò nulla indiget probatione,Mascard. *de probat. conclus.* 1014. *n.* 3. nam manifestum dicitur quod publicè pluribus patet, non verò omnibus, aut maiori parti: notorium verò quòd patet omnibus, vel maiori parti populi, Cardos. *in praxi iudicum, verbo, notorium, n.* 5 Farin. *d. q.* 21. *n.* 4. Vnde notorium illud dicitur, quod nulla tergiuersatione celari potest, Mench. *d. c.* 2. *n.* 11. *& c.* 20. *n.* 23. Menoch. *de arbitr. casu* 166. *n.* 4. & propriè dicitur quòd est facti permanentis, & non transeuntis, Ignat. del Villar. *in sylua responsorum, lib.* 2. *resp.* 16. *c.* 2. *n.* 51. Et induci potest per scientiam decem personarum, Farin. *d. q.* 21. *n.* 47. Fr. Emman. *quæst. Regul tom* 2. *q.* 6. *art.* 4.

6 In gloss. *Obseruandus* 2. ibi, *aliùs citari debet.* Imò in notoriis non requiri citationem tenent Rebuff. *in tract. nominat. q.* 17. *n.* 3. Matiens. *l.* 3. *gloss.* 10. *lib.* 5. *nouæ recop.* Farin. *d. c.* 21 *n.* 66. *cum seqq.*

7 In cad. gloss. ibi, *Si verò non sunt notoria in hac Prouincia*, &c. Notatur ad hoc quòd in notoriis non est seruandus ordo iudiciarius in eo loco, vbi delictum est notorium,secus in alio vbi occultum est, vt per Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 22. *n.* 9. An autem excommunicatum sciens in aliquo loco,vbi notoria est eius excommunicatio, teneatur illum vitare in alio loco, vbi de ea ignoratur? vide Cou. *cap. alma mater, p.* 2. §. 3. *n.* 2. Vgolin. *de censur. tab.* 2. *c.* 13. §. 7. *n.* 3. Paul. Comitol. *responsor. moral. lib.* 6. *q.* 32. *n.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum vnum vni debitum si alteri præstatur, illicitum est, & eo non obstante, cui debetur præstandum est.*

2 *Iuramentum vni debitum si alteri præstetur, illicitum est.*

3 *Soluens alij, quàm vero creditori non liberatur, limitatur in aliquibus casibus.*

Cap. Eate. XXII.

Fidelitatem, qui tenetur vni iurare, & iurat alteri, si hoc iuramentum est contrarium debito, iuramentum est illicitum, & non tenet, sic tenetur iurare, cui debet, nam debitum, quod soluitur cui non debetur, non remittitur, sed augetur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 223. Alagona *in compend. uris Canon. pag.* 296. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect. 3. Decretal. lib.* 2. *tit.* 15. *cap.* 8. 1

Probat hic text. quod si vnum iuramentum vni debitum alteri præstetur,illicitum est, & eo non obstante,cui debetur, præstandum est de quo vide Ant. Gom. *l.* 50. *Tauri, n* 58. *col.* 1. Soar. *de Religione, tom.* 2. *tract. de iuram. lib.* 2. *c.* 34 *n.* 5. 2

Quod onus non remittitur. &c.]Notatur ad hoc quòd soluens aliis,quàm vero creditori non liberatur, *l.* 1. §. *ante omnia, ff. de pactis*, Surd. *decis.* 60. *n.* 1. *& dec* 229. *n.* 1 Steph. Grat. *discept. forens. c.* 20. *à n.* 30. *& c.* 104. *n.* 17. Nisi solutio fiat prælato prælatiuo, quia tunc liberabit soluentem, Surd. *d. decis.* 229. *n.* 10. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 45. § 2. *n.* 17. alios refert Flores de Mena *ad Gam. decis.* 16. *n.* 1. dummodo solutio non fiat Prælato intruso, Cald. Pereira *de emptione, & vendit. c* 15. *n.* 24. *in fine.* Aduerte quod soluens alij, quàm creditori in aliquibus casibus liberatur, videlicet quando soluerit de mandato iudicis, *l. non videtur*, §. *qui iussu, ff. de regulis iuris*, Menoch. *cons.* 68. *à n* 12. Guttier. *pract. lib* 1. *q* 113 *n.* 4. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *q* 97. *n.* 111. Rot. apud eund. *decis.* 151. & 849. *n.* 2. *in* 1. *collect. rotiss. marum*, dummodo non fiat de mandato iudicis iniusto, Guttier. *lib* 1 *q* 81. *à n.* 10. Farin. *d. q.* 97. *n* 112. Sic etiam soluens de mandato iudicis in publica subhastatione liberatur, Stephan. Grat. *discept. forens. c.* 37. *n.* 36. provt etiam liberatur soluens ipsi iudici, aut apparitori exequenti, *l. quæsitum, ff. de distract. pignor.* Parlad. *rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. p.* 5. §. 17. *n.* 10. 3

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Illicita si præcipiantur, parere non tenetur iurans simpliciter stare mandato alicuius*, n. 2.
3 *Famulus iurans se domino obtemperaturum, ipsi imperanti aliquid inordinatum parere non tenetur.*
4 *Consilio alicuius stare intelligi debet si consilium sit iuri consonum.*
5 *Voluntas libera in compromissis iusto arbitrio, & discretione intelligitur.*
6 *Ingratitudinis causæ, propter quas potest pater exhæredare filium, quæ sunt, remissiuè.*
7 *Filia si vitam luxuriosam egerit, à parte exhæredari potest.*
8 *Filius à patre exhæredari poterit si eum captum de carcere eripere neglexerit.*

Cap. Quintavallis. XXIII.

1 MAndatis alicuius stare qui iurauit, & ille mandat illicitum, v.g. vt exhæredet filios, vel remoueat à se vxorem, non tenetur obedire nisi renocet mandatum, licèt licitum fuerit iuramentum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Felin. Panorm. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 224. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 296. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 15 *c.* 9.

2 Notatur ad hoc quòd cùm aliquis iurat simpliciciter stare mandato alicuius, non tenetur parere si præcipiat illicita, vide Perez *l.* 1. *gloss.* 1. *pag.* 567. *col.* 1. *versic. tamen in contrarium, tit.* 5. *lib.* 3. *Ordinam.* Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *cap.* 22. *ad finem.* Nam iniusta præcipienti etiam Principi parendum non est, *gloss. verbo, morte, in cap.* 2. *de maiorit. & obed.* vbi plu-
3 res citati Doctores. Vnde si famulus iurauit se domino obtemperaturum, ipsi imperanti aliquid inordinatum parere non tenetur, Sayr. *in claui Regiæ, lib.* 5.
4 *cap.* 7. *num.* 6. Et si quis iurauit stare consilio alicuius, intelligi debet si consilium sit iuri consonum, *l. si libertus, la* 2. *ff. de oper. libert.* Scobar. *de ratiocim. c.* 32. *num.* 16. nam iuramentum interpositum in contractu minimè trahitur ad non cognita, vt habetur *in cap. veniens* 16. *sup. hoc tit.* vbi plures citati Doctores, *n.*... & actus factus contra regulam non valet, Tiraq. *de pœnis temper. in præfat. n.* 67. *&* 68.

5 *Vt reuocent mandatum illud iniungas.*] Notatur ad hoc quòd libera voluntas in compromissis iusto arbitrio, & discretione intelligitur, vt per Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 7. *n.* 3. *&* 4.

6 In gloss. *Exhæredaret*, ibi, *causæ verò ingratitudinis, propter quas pater potest exhæredare filium sunt hæ.* Huiusmodi causas prosequuntur *l.* 2. vbi *gloss.* 1. *cum seq. tit.* 9. *lib.* 3. *for. leg.* Marsil. *sing.* 78. *incip. plures sunt*, Perez *l.* 1. *gloss.* 1 *pag* 70. *col.* 2. *tit.* 2. *lib.* 5. *Ordinam. & l.* 9 *gloss* 1. *pag.* 12. *tit.* 1. *lib.* 8. *eiusdem Ordinam.* Molin. *de iustit. tract* 2. *disp.* 127. & vide posita *in auth. vt cum de appellat. cognoscitur*, §. *aliud quoque capitulum, vers. causas, collat.* 8. apud quos, & præcipuè Molinam, videbis omnes causas propter quas potest pater filium exhæredare; an autem ex similibus, vel grauioribus valeat à parte filius exhæredari, vide citatos à parente meo *in comment. ad Ordin. Regiam Lusitan. lib.* 4. *tit.* 87. *in princ.*

In ead. gloss. ibi, *Si filia vitam luxuriosam egerit, &c.* 7 Vide Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 5. *n.* 16. *&* *q.* 6. Ceual. *communium contra commun. q* 5. Garc. Mastrillo *Siciliæ decis.* 163. Modern. *de iurisdict. p.* 4. *casu* 70. Bernard. Grænæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 95. D. Barbos. *in l.* 1. *p.* 4. *n.* 27. 32. *&* 35. *ff. soluto matrim.* Benedict. Ægid. *in repetit. l. Titiæ, p.* 3. *à n.* 30. *ff. de condict. & demonstr. & de iure, & priuilegio honestatis, artic.* 7. Henriq. *in sum. p* 2. *lib.* 11. *cap* 6. Molina *d. tract.* 2. *disp.* 6. *versic. dubium*, Rebello *de obligat. iustit. p.* 2. *lib.* 2. *q.* 14. *sect. fin.* Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disput.* 47. *n.* 12. Azor. *instit. moral. p* 2. *lib.* 2. *c.* 2. *q.* 7. parentem meum *d. comment. ad Ordinam. Regiam, lib* 4. *tit.* 88. §. 1. *à n.* 1. vbi *n.* 6. an sufficiat vnicus contubitus filiæ ad hoc vt pater possit illam iustè exhæredare, & *n.* 7. an filia pœnitendo si redeat ad vitam honestam possit exhæredari, & *n.* 6. quid si non fuit ab aliquo cognita, quia erat arcta, sed luxuriosè viuebat, & *n.* 16. an possit ei alimenta, & dotem denegare, & *n.* 17. an per reconciliationem patris cum filia tollatur exhæredatio.

In ead. gloss. ibi, *Si parentem captum de carcere eri-* 8 *pere neglexerit.* Vide Perez *l.* 2. *tit.* 12. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 186. Molin. *d. disput.* 176. *vers.* 13. Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 108. *n.* 6.

Cap. Tuanos. *vj.* XXIV.

QVando vir & vxor separant se à thoro, & mu- 1
tua cohabitatione, & iurant se nunquam debitum petituros, si alter deinde non vult continere, mulier est cogenda censuris vt redeat ad virum non obstante iuramento. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich, Anch. Butr. Bald. Panormit. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 224. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 292. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 15. *cap.* 10.

Se nunquam mutuo petituros.] Notatur ad hoc quòd 2 pactum inter coniuges initum quod possint seorsim, & non simul cohabitare, non potest iuramento confirmari, repugnat namque huiusmodi separatio substantiæ matrimonij, per quod inducitur maris, & fœminæ coniunctio, vt *in c.* 1 27. *q.* 2 repugnat etiam bono prolis, *cap. omne itaque, ead. causa, & quæst.* præstat etiam occasionem adulterandi, vt tex. innuit; tum denique quia coniuges non possunt pro suo arbitrio se inuicem separare, Surd. *cons.* 364. *n.* 16. Non obstat quòd votum simplex castitatis mutuo consensu ab vxoratis emissum, est licitum, Sanch. *de matrim. lib.* 9. *disp.* 37. *à n.* 17. quia, vt idem Sanch. *citato loco* respondet, coniuges de quibus *hic*, non amore continentiæ seruandæ id iurarunt, sex ex causa iniusta, & passione, si enim continentia ex vtraque parte promissa fuisset licita, nequaquam Pontifex improbaret huiusmodi separationem quoad thorum, vt aduertit Cald. Pereira *de emptione, & vendit. c.* 30. *n.* 12. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Iurans cum muliere contrahere, propter superuenientem fornicationem, vel deformitatem, eam repellere potest, non vero propter præcedentem.*
2 *Iuramentum non extenditur ad futurum euentum.*

3 *Iuramentum promissorium intelligitur si res in eodem statu permanserit.*
4 *Vir non tenetur eam in vxorem ducere, cui dos non datur.*
5 *Sponsalia per fornicationem dissoluuntur.*
6 *Turpius eiicitur, quàm non admittitur hospes.*
7 *Sponsalia dissoluuntur per lepram, epilepsiam, & aliam deformitatem superuenientem.*
8 *Sponsalia propter causas præcedentes non dissoluuntur, si eæ ignoratæ non sint.*
9 *Sponsus an possit sponsam accusare de adulterio, ostenditur.*
10 *Sponsalia an dissoluantur per paupertatem superuenientem? ostenditur.*
11 *Sponsalia dissoluuntur etiamsi fœmina per vim fuerit carnaliter cognita.*
12 *Iuramentum de non accusanda vxore de adulterio validum est.*
13 *Declaratur text. in præsenti.*
14 *Verba*, omnino dimittere, *denotant ipso iure.*
15 *Dictio*, incunctanter, *denotat sententiam latam.*
16 *Marito permissum est castigare vxorem.*

Cap. Quemadmodum. XXV.

1 MAtrimonium contrahens cum muliere, & iurans illam apud se semper retinere, propter fornicationem præcedentem non potest illam dimittere, sed maximè propter sequentem, non obstante iuramento, quia intelligebatur illa conditio, id est, si non peccat contra legem coniugij. Item si iurauit aliquam ducere, non est consideranda præcedens fornicatio, sed propter subsequentem potest illam non ducere, quia intelligebatur hæc conditio, id est, si non facit contra legem sponsalium. Item si post sponsalia, & iuramentum mulier fit leprosa, vel paralytica, vel amiserit nasum, vel oculos, seu aliquid turpius ei euenerit, vir non tenetur illam ducere, sed ductam non potest dimittere. Item si vir iurat quod de nullo crimine vxorem accusabit, iuramentum est temerarium, quia in casu fidelitatis tenetur de iure: si iurat non accusare de adulterio, iuramentum tenet, & non potest accusare ad diuortium faciendum, sed potest & debet denuntiare Ecclesiæ ad correctionem vxoris. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 225. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 207. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3 *Decret lib* 2 *tit.* 15 *cap.* 11. nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Acad. prælect. Salmant. tom.* 2 *pag.* 295. *cum seqq.*

2 *Talis erat subintelligenda conditio*, &c.] Notatur ad hoc quòd iuramentum non extenditur ad futurum euentum, quem vir prudens non potuit cogitare, vt per Menoch. *cons.* 84. *n.* 24. *&* *n.* 30. nec eget relaxatione, Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 67. *à princip.*

3 Iuramentum enim promissorium intelligitur si res in eodem statu permanserint, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent lib.* 18. *n.* 34. *vers. quartò.* Et rebus notabiliter mutatis non obligat promissio, Sanch. *d. lib.* 1.

4 *disp* 63. *n.* 2. Vnde virum non teneri eam in vxorem ducere, cui dos non datur, tenent Bald. *in cap. iuuauit, n.* 3. *&* 5. *sup. de probat.* Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 42. *num.* 47. Valer. Reginald. *d. loco, lib.* 31. *n.* 264. *&* 304.

Sed subsequentem.] Ergo per fornicationem sponsalia dissoluuntur, vt per Nauar. *cons.* 34. *n.* 1. *sub tit. de sponsal.* Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5 *tit.* 11. *n.* 3. Couar. *de sponsal. p.* 1. *c.* 5. *in initio, n.* 2. Henriq. *in sum. lib.* 11. *c.* 12. *n.* 1. Perez *tit.* 1. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 7. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 63. *n.* 3. Ægid. de Coninck *de Sacram. & censuris, tom.* 2. *disp.* 23. *à n.* 34. Valer. Reginald. *d. lib.* 31. *n.* 262. Menoch. *de arbitr. casu* 455. *n.* 5. Card. Tusch. *tom.* 5. *concl.* 116. *n.* 5. Rebel. *de obligat. iustitiæ, p.* 2. *lib.* 4 *q.* 8. *sect.* 2. *n.* 8. Guttier. *de matrim. c.* 31. *n.* 1. Bonac. *eod tract. q* 1. *punct.* 6. *n.* 1.

5

Quia turpius eiicitur, &c.] Vide Ouid. *lib.* 5 *de Trist. eleg.* 7. Tiraq. *de constit. limit.* 7. *n.* 43. *p.* 3. Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 17. *n.* 41. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de disciplina cleric.* §. 29 *n.* 7. Nam fauorabilior est causa conseruationis, quàm nouæ acquisitionis, ex Menoch. *cons.* 32. *n.* 37. Et facilius constitutum ius retinetur, quàm de nouo acquiratur, *l. parte furioso, ff. de his, qui sunt sui*, Surd. *decis.* 49. *n.* 5.

6

Mulier fieret non solum leprosa, &c.] Notatur ad hoc quod sponsalia dissoluuntur per lepram, epilepsiam, aut aliam deformitatem superuenientem, vide Sanch. *d. lib.* 1. *disput.* 55. *cum seqq.* Reginald. *d. lib.* 31. *n.* 263. Cardin. Tusch. *d. concl.* 116. *n.* 6. Ægid. de Coninch. *d. disp.* 23. *n.* 66. Molin. *de iustit. tractat.* 2. *disp.* 272. *n.* 4. *&* 5. Guttier. *d. c.* 32. *n.* 3. Bonac. *d. punct.* 8. *num.* 9.

7

Non obstat text. *in præsenti, in vers. quamvis, ad fin. princ.* ibi, *quamvis interdum*, &c. quæ ratio videtur suadere Summum Pontificem voluisse propter morbum superuenientem sponsalia dirimi non posse; nam reiecta aliquorum sententia, qui arbitrantur legendum esse, *qua*, pro *quamvis*, quæ inepta est correctio: si præcedens interrogatio affirmatiua expendatur, dicendū est Pontificem rationem illam interrogatiuè adduxisse adhuc ad confirmationem contrariæ partis, quam interrogabat, quasi velit vtrùm teneatur sponsus leprosam sponsam recipere, licèt secundùm ius multa impediant, quæ non dirimunt, & non respondet interrogationi expresè, sed ex dictis quæstionem veluti notissimam decidendam relinquit.

8

In gloss. *Præcedentem.* Notatur ad hoc quòd propter causas præcedentes non dissoluuntur sponsalia, si eæ ignoratæ non sint, quia contrahendo cum illa videtur eius mores approbare, vt per Henriq. *in sum. lib.* 11. *c.* 14. *num.* 7. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disput.* 63. *num.* 2.

9

In gloss. *Non admittere*, ibi, *nam & sponsus potest sponsam accusare de adulterio.* Ita Sarmient. *select. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 1. *cum seqq.* Contrarium tamen, imò concubitum cum sponsa alterius non dici adulterium, tenent Cou. *de sponsalib. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. Greg. *l.* 1. *verbo, desponsata, tit.* 17. *p.* 7. Gom. Arias *l* 81. *Tauri, num.* 1. *cum seqq.* Perez *l* 1. *vers. item deducitur, tit.* 1 *l.* 5. *Ordinam. pag.* 2. *&* *l.* 2. *in gloss. è bazière adulterio, tit.* 15. *lib.* 8. *pag.* 289. Fr. Emman. *in sum. part.* 1. *cap* 55. *num.* 3. *in fin.* Azeued. *l* 3. *num.* 5. *tit.* 20. *lib.* 8. *nouæ recop.* Gom. *l.* 80. *Tauri, num* 47. *vers. dubium tamen est*, Henriq. *d. lib.* 11 *cap.* 13. *num.* 4. plures quos refert, & sequitur Sanch. *d. lib.* 1. *disp* 2. *num.* 1. alios citaui *ad cap. discretionem, num.* 8. *de eo, qui cognouit.* vbi vide pulchram quæst. pro qua sententia contra gloss. *in præsenti* facit quod sponsa illa proprie dicatur, quæ nondum matrimonium contraxit, sed promisit *l. in eo iure*, §. 1. *ff. de ritu nupt. l.* 1 §. *& primum. ff pro dote, l quod seruus ff. de condict. ob causam, l. sancimus, C. de nuptiis*, Dec. *cons.* 256. Hippol. *in l. is, qui cum telo, num* 29. *C. de sicariis*, at non licet propriam verborum significationem omittere, & contra eam leges pœnales extendere, *c. odia, c. in pœnis, de reg. iur. lib.* 6. cum vulgaribus;

tibus; ergo non licebit pœnas à legibus impositas contra violatores alienarum nuptiarum ad sponsas extendere. Nec contrarium probat text. *in l. si vxor.* 13.§. *Diuus,ff de adulter.* dum permittit sponso accusare eum, qui sponsam violauit,etenim *in eo tit.* non solùm agitur de adulteriis puniendis, sed etiam de aliis illicitis fornicationibus, inter quas connumeratur, quæ cum alterius sponsa committitur, nec pœna adulterij in eo casu imponitur, sed alia mitior, vt ille text. probat.

10 In gloss. *Oculos*,ibi, *secus esset si mulier haberetur in facultatibus.* Vult hæc glossa nulla præuia dotis promissione sponsalia ad paupertatem sponsæ superuenientem non dissolui, sequuntur Couar.*d.c.5.in initio,n.*5.Petr. Greg.*syntagm.iuris,p.2.lib.*8.*c.9.n.9.* Matiens. *ad rub.tit.1.gloss.1.n.47.lib.5.nouæ recop.9.* Menoch.*cons.*386.*num.*3.Sed veritus est paupertatem superuenientem sponsalibus esse causam sufficientem ad dissoluenda sponsalia, vt si fœmina incidat in paupertatem, itavt non possit soluere dotem, etiam nulla in sponsalibus præhabita promissione, vel mentione dotis, quia sponsus iudicio prudentis non censetur habuisse intentionem obligandi se ad contrahendum matrimonium in eo euentu, tum quia promissio censetur facta sub conditione dotis, ita Silues.Nauar.Henriq. & alij quos refert, & sequitur Sanch.*d.lib.*1.*disp.*59.*à n.*3.quibus adde Menoch. *d.casu* 455.*n.*6.Gutier.*d.c.*23.*n.*1. Ægid. de Coninck *d.disp.*23.*num.*69.Rebell.*d q* 8 *sect.*8.*num.*2. Bonac.*d. punct.*8.*n.*13.

11 In ead.gloss.ibi, *sed quid si per violentiam opprimatur sponsa de futuro*,&c. Notatur ad hoc quòd sponsalia dissoluuntur etiam si fœmina per vim fuerit carnaliter cognita, nam ista censetur notabilis mutatio ex parte sponsæ, ex qua vir potest graue dedecus pati, præsertim cùm non ita facile constare possit sponsam per vim, & omnino inuoluntariè cognitam fuisse.Ita Fr.Emman.*in summ.tom.*2.*c.*245.*num.*6. Henriquez *lib.* 11. *cap.* 14. *in princ.* Nauar. *in man. cap.* 22.*n.*27. Ægid. de Coninck.*d. disp.*23.*num.*55. Sanch.*d.lib.*1.*disput.*55.*num.*7. Bonacin.*d. puncto* 8. *num.* 3.

§. Illud autem.

12 Probat hic §.iuramentum de non accusanda vxore de adulterio validum esse, & efficere ne maritus ad separationem thori vxorem valeat accusare,contra reg.*l.si vnus*,§.*pacta*,ibi,*ne furti agam. ff. de pactis, & cap.*1 ibi,*patronus est turpitudinis*,32.*quæst.*1.&*c.si vir*, ibi, *reus erit & eius peccati particeps*, *de adulter.* tum quia dolus futurus nequaquam potest remitti, ex reg.*d.l.si vnus*,§.*illud*,cum citatis à Donel.*comment. iuris Ciuilis*, *lib.*16. *cap.*6. *col.*60. Gutier. *de iurament. confirm. part.*1. *cap.*10. *num.*5. Farinac.*in præxi crimin. quæst.* 142. *num.* 77. tum denique, quia remittens adulterium non videtur remittere futurum, Palat. *in repet.cap.per vestras*, §.9.*num.*18. Gregor.*l.*8 *tit.*18. *part.*7. Clar. §. *adulterium*, *num.*18. Surd. *de aliment. tit.*7.*quæst.*16.*num.*103. & 140. D. Barbos. *in l.*2 *in princip.part.*1.*n.*104. *ff. soluto matrimon.* Quibus difficultatibus, vt satisfaciat gloss.*hîc verbo*, *crimine*, & *verbo*, *in hoc casu*, respondet verum quidem esse iuramentum de non accusanda vxore propter adulterium futurum non valere, veruntamen *in hoc text.* iuramentum fuisse præstitum circa adulterium iam perpetratum, quo casu bono publico non præiudicat, imo per leges approbatur, cùm tunc præteritus dolus & per consequens priuatum tantummodo cõmodum remittitur; sed hic intellectus confunditur ex hoc text. qui agit de criminibus futuris,non autem de iam commissis, vt patet ibi,*super nullo crimine accusabit*, &c. Minus placet Imolæ sententia existimantis dictionem, *tutius*, in hoc text. stare comparatiuè, quasi velit Pontifex quòd licèt tutum sit non obstante prædicto iuramento vxorem accusare ad diuortium celebrandum, tutius tamen erit ab eadem accusatione desistere propter iurisiurandi religionem.

Quare dicendum puto pactum, seu iuramentum de non accusanda vxore propter adulterium si referatur ad publicam accusationem non valere,quia offendit ius publicum, sicut non valet quæcunque alia pactio de non accusando aliquem de crimine ad vindictam publicam,& sic procedit *d.l.si vnus*, §. *pacta.* Si verò pactum, seu iuramentum referatur ad correctionem, hoc est, ne per me viam denuntiationis iudicialis ad correctionem vxorem valeat accusare, similiter etiam non valebit, ex eo quia impedit medium, quo mulier potest resipiscere à peccato, ac subinde non est obligatorium, iuxta *reg.non est*, *de regulis iuris in 6.* Tandem si referatur iuramentum huiusmodi de non accusanda vxore ad priuatam, & ciuilem accusationem,quæ sit ad separationem thori, validum quidem erit,iuxta text.*in præsenti*, cuius hic est proprius casus, cùm tunc nec ius publicum offendatur, cùm accusatio criminalis salua maneat,nec delinquendi occasio tribuatur,cùm ad correctionem vxorem valeat accusare.Colliges hæc ex Ioan.Andr. Zabarel. *num.* 2. Butr. 5. Abb. 14. *in præsenti*, & D. Barbos.*in l.*2.*in princip. part.*1. *num.*106. *ff. soluto matrim.* ac Soar. *de Relig tom.*2. *tract.de iuram. lib* 1.*c.*17. *à n.*14.vsque ad *num.*22.quamvis ipse de ea dubitet, *num.*20.

Vnde illa est notanda differentia inter iudicia ciuilia & criminalia, vt scilicet vetum sit quòd vbi maritus paciscitur cum vxore, & promittit eam non impetere,seu molestare pro adulterio per illam commissum,si tale pactum fuerit iuramento confirmatum, tunc propter iurisiurandi religionem maritus non poterit eam pro adulterio impetere, seu molestare, quando scilicet ipse maritus voluerit agere contra vxorem adulteram ciuiliter, & ad commodum, & vtilitatem ipsius mariti, hoc est, ad diuortium celebrandum:secus autem erit si maritus voluerit agere contra vxorem pro adulterio criminaliter, & ad publicam vindictam, & pro interesse publico, quia isto casu maritus non prohibetur eam impetere,& criminaliter accusare,non obstante iuramento, quia quoad interesse publicum, & publicam vindictam iuramentum nihil operatur, & ad eam non se extendit. Ita Farin. *fragm.crim.p.*1.*verbo dolus futurus*, *n.*183.Buccaron.*de different.inter iudicia ciuilia & criminalia,differ.*131.*n.*12.

Omnino dimittere.] Id est, ipso iure, iuxta ea, quæ 14
Tiraq.*in l.si vnquam,verbo reuertatur,num.*66.*& seqq.* Ioan.Solas *de legibus,quæst.*96 *tract.*14. *disp.*15 *sect.*7. *sub num.*79. Farinac. *fragm. crimin. part.*2. *verbo*, *lex*, *num.*122.

Incunctanter.] Denotat sententiam latam, Sayr. *in* 15
*claui Regia,lib.*3.*cap.*8.*num.*27. Farin. *d. verbo*, *lex*, *à num.*11.

Nisi penitus resipisceret.] Ergo si adultera emen- 16
data sit,& pœniteat prioris vitæ, tunc licitè maritus illam recipit,& ad reconciliationem admittit,vt per D.Barbos. *d l.*2.*in princ. part.*1.*n.*102. Soar.*d. cap* 17. *num.*14.*cum seqq.* Sanch. *de matrimon. lib.*10. *disp.*13. *num.*4.

In gloss.*Denuntiare*.fin.ibi,*& castigare*; *cum hoc ei* 17
permissum sit. Vide Tiraq. *l.*1. *connub. gloss.* 1. *part.*1. *n.*22.

n.22. Palat. *in reper. cap. notab. 3. in princip. n.7.* D. Barbos. *in rubr. ff. soluto matrim. p.2. n.31. cum seqq.* Surd. *de alimentis, tit.7. q.16. n.4. cum seqq.* Farin. *in praxi criminal. p.5. q.133. num.194. & 205.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum licitè ex causa necessaria etiam per Religiosos præstatur.*
2 *Iuramentum factum per creaturas referendo eas in creatorem, obligat ad sui obseruantiam.*
3 *Declaratur locus Matth. 5.* Nolite iurare omnino, *&c.*
4 *Iurare prohibitum est, nisi ex causa necessitatis.*
5 *Adulterium est graue crimen vt nulla causa iustificari possit.*
6 *Declaratur text. in præsenti,* & n. 7.

CAP. Etsi Christus. XXVI.

1 MOnachi & clerici deficientibus aliis testibus possunt iurare pro Monasteriis suis. Item iuramentum cum veritate, iustitia & iudicio est licitum, quia non est malum, & ideo prohibitum, sed est bonum, & ex causa prohibitum, vt crimen. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Butr. Bald. Panormit. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 226.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 298.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1 & 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 15. cap. 13.* nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælect. Salmantic. tom. 2. pag. 302. cum seqq.*

2 *Et quamvis non sit per creaturam,* &c.] Notatur ad hoc quòd iuramentum factum per creaturas referendo eas in creatorem, & ita cum relatione in Deum, verum est iuramentum, & ad sui obligat obseruantiam, ita D. Thom. 2.2. *q.89. art.6.* Abb. *hic notab. 3.* Syluest. *verbo iuramentum 1. q.4.* Angel. *eod. verbo, 1. §.2.* Sot. *lib.8. de iustit. quæst.1. art.6.* Couarru. *in cap. quamvis pactum, part. 1. §. 1. num. 5.* Nauar. *in man. cap.12. num.5.* Azor. *instit. moral. part.1. lib 1 cap.3. q.5.* Sayr. *in claui Regia, lib.5. c.1 n.14 & cap.3. n.14. cum seqq.*

3 *Nolite iurare omnino* &c.] Hunc locum *Matth.* relatum *in præsenti,* interpretantur D. Hieronym. & alij, teste Couar. *d.n.5. vers. non oberit,* & plures, quos refert, & sequitur Sayr. *d. lib.5. c.3. n.14.* scilicet Christum Dominum prohibuisse iuramentum fieri per creaturas, nempe quando fit nulla in Deum facta relatione. Plures alios interpretandi modos colliges ex D. Thom. *d.q.89. art.2 ad 1.* Castr. *in summa contra hæreses, verbo, iuramentum,* Sot. *lib.2. de iustit. q.2. art.3 & lib.8. q.1. art.2.* Iansen. *in concordia Euangeliorum, c.40. vers. verum audistis,* Azor. *d.q.5.* Ex quibus variæ colliguntur explicationes satis probabiles, inter quas non est contemnenda illa, quæ est de mente Sancti Thomæ, Iansenij, & Catechismi ex decreto Trident. super secundum Decalogi præceptum, & aliorum, vt scilicet verbum, *omnino,* intelligatur, id est omni casu, indistinctè, semper, seu, vt aiunt, in omnibus, & per omnia, itavt sit sensus, nolite indistinctè, id est, semper, & omni casu iurare.

4 *Sed necessitas trahere,* &c.] Notatur ad hoc quòd prohibitum est iurare nisi ex causa necessitatis, Rota apud Farin. *decis. 777. num. 7. collect. 1. nouiss.* aliàs *p.4. diuers.* Christus enim non prohibuit iuramentum necessarium, sed temerarium, & de fide est iurisiurandi actum non esse simpliciter & generaliter in Euangelio *Matth. 5.* damnatum, sed esse ex se licitum, vtpote ad virtutem religionis spectantem, vt docent Castr. aduersùs hæreses *lib.8. verbo iuramentum,* Barrad. *tom. 2. concord. Euangel. lib. 7. cap. 20.* Soar. *de relig. tom. 2. lib. 1. de iuram. cap. 2. ex num. 9. & cap 4. & 7.* Azor. *institut. moral. p.1. lib.11. cap 2. q.2.* Valent 2.2. *disp.6. quæst.7. punct 3. statim in princ.* Lessi. *de iustit. lib.2. cap.42. dub.3. num.13.* De illis tribus comitibus veritate, iudicio, & iustitia, quæ in iuramento interuenire debent, vide S. Antonin. *p.2. tit.10. c.4. §.1.* Couar. *in cap. quamvis pactum, part.1. §.6. n.1.* Menoch. *cons.29. n.35.* D. Barbos. *in l. alia, §. eleganter, n.29 ff. soluto matrim.*

Adulterium.] Quod graue est crimen vt nulla causa iustificari possit, vt per Surd. *de aliment. tit.7. q.16. n.24. & 44.* 5

Licet ergo, &c.] Difficilis est hic text. dum indulget Monachis facultatem testificandi in causis sui Monasterij, idque deficientibus aliis, hoc est, sub conditione si alij deficiant testes, iuxta naturam ablatiui absoluti, de qua *in l. à testatore, ff. de condit. & demonstr.* constat enim absque vlla indulgentia secundùm ius commune etiam stantibus aliis testibus posse Monachos in causa sui Monasterij testimonium ferre, vt probat *cap. insuper 6. cap. tuis 39 cap. nuper 51. de testib.* In qua difficultate enodanda reiecta illa responsione ad hunc text. quòd scilicet huiusmodi gratia, & indulgentia concessa Monachis testificandi in causis sui Monasterij, operetur, & suppleat licentiam superioris, quæ aliàs interuenire debebat, vt obseruant plures, quos refert, & sequitur Rebuff. *de reprobat. testium, num.59.* Reiecto etiam alio intellectu ad verba huius text. ex Abb. *num.2. in fine,* & Felin. *num.7 in cap. insuper, de testib.* & Aufrer. *de reprobat. testium, num.91. vers. fallit.50.* existimantibus Pontificem *hic* ex gratia indulgere his Monachis viris timoratis, & ob conscientiam scrupulosam & dubiam deferre, & concedere eisdem ne in causis sui Monasterij iurent, nisi in defectum aliorum testium, & ita ex indulgentia remittit eis necessitatem iurandi, vbi alij adsunt testes, vltra quam quòd talis explicatio non satisfacit, nec congruit verbis text. nam secundùm illam indulgentia Pontificis non consistit in eo quòd Monachi iurare possint aliis deficientibus, sed magis in eo, quòd aliis stantibus iurare non teneantur, & tamen Pontifex apertè dicit oppositum, & indulgentiam constituit in hoc quòd aliis testibus deficientibus Monachi iurare possint, vt constat ex litera, ibi, *possitis in causis eisdem,* &c. Quare dici potest verbum, *indulgemus,* de quo *hic,* non importare nouam aliquam gratiam, vel concessionem, sed consensum, & complacentiam, & ita accipitur *indulgemus,* id est, facile consentimus, provt aliquando accipitur apud bonos Auctores, vt per Calepin. & Thesaur. & constat ex hoc text. *in vers. præced.* ibi, *Paulus indulsit*: constat enim per nouam aliquam gratiam non indulsisse Timotheo, vt propter stomachum vteretur modico *vino,* quo absque vllo dubio vti poterat ob stomachi infirmitatem, semota omni indulgentia, & tamen text. inquit Paulum hoc indulsisse Timotheo; ad exemplum igitur Pauli Papa in præsenti indulget, id est, consentit his Monachis, vt deficientibus aliis testibus, &c.

Non enim refragantur verba illa, *aliis deficientibus,* nam reiecta explicatione Host. & aliorum, qui supplent particulam, *maximè,* vt ita sit sensus maximè deficientibus aliis, &c. quæ explicatio offendit 7

literam

literam, vt aduertit Dec. *num.*10. *hîc*, & confunditur ex litera ibi, *ne ob defectum testium*, &c. Multo planiùs respondetur si attendas Papam in discursu huius text. totum esse in eo vt ostendat viros etiam perfectos aliquando, idest, existente iusta causa, vel necessitate, licitè iurare posse, quo supposito pronuntiat, & concludit quòd vbi non adsunt alij testes, & probationes in talibus causis, quæ non sunt pro parte Monachorum, sed Monasterij, cuius indemnitati necessariò ipsi occurrere tenentur, defectus huiusmodi testium, & probationum inducit iustam causam & necessitatem, ob quam Papa consentit, vt Monachi, licèt perfecti esse debeant salua omni perfectione possint sub iuramento deponere, vt satis colligitur ex litera text. *in hoc vers. licet ergo*, sic planè vbi non deficiunt alij testes per quos Monasterij intentio probari, & læsio reparari possit, quamvis etiam tunc Monachi in testes admitti & interrogari valeant, intendunt text. *in d cap. insuper*, & *in d.cap. super*, nihilominus significat text. *in præsenti*, offendi perfectionem, quam Monachi profitentur, quippe qui iam tunc non faciunt, vt perfecti, cùm deficiat necessitas illa vt possint ipsi ex aliorum testimoniis vitare iuramentum, quod perfecti viri quantum in se est, euitare debent, vt ait text. *in hoc vers. licet*, cuius verba sic intelligenda sunt.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenta, quæ sunt contra vtilitatem Ecclesiasticam non tenent.*
2 *Sententia lata contra Ecclesiam viduatam Pastore indefensam non tenet.*
3 *Episcopus dat curatorem Ecclesiæ Parochiali vacanti.*
4 *Factum ab aliquo vti Canonico, reuocatur ab eodem Episcopo citato.*
5 *Promissiones factæ à Principe sæculari ante electionem reuocantur postea sequuta electione.*

CAP. Sicut. ij. XXVII.

1 IVramenta quæ sunt contra vtilitatem Ecclesiasticam non tenent, sed sunt periuria, & pro his imponenda est pœnitentia. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Henric. Anchar. Butr. Bald. Panormitan. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 228. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 298. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Ant. August. *collect.* 3. *Decret. lib.*1. *sub tit de constit. c.*2.

2 *Tudertina Ecclesia vacante*, &c.] Notatur ad hoc quòd sententia lata contra Ecclesiam vidnatam Pastore indefensam non valet, vt per Rebuff. *in repetit.*

3 *leg. quod iussit*, *n.*205. *ff. de re iudicata*, & ideo Ecclesiæ Parochiali vacanti dat Episcopus curatorem, vt per Paul. Montan. *de tutel. c.*28. *n.*67.

4 *Dum esset in minoribus*, &c.] Notatur ad hoc quòd factum ab aliquo vti Canonico reuocatur ab eodem Episcopo creato, vt per Abb. *hic not ab.* 3. Soar. *de Relig. tom.*2. *lib.*2. *de iuram l.*35. *n.*6. Flamin. *de resign. benef.*

5 *lib.*3. *q.*18. *n.*101. vbi *n.*102. resoluit, quòd etiam promissiones factæ à Principe sæculari ante electionem reuocantur postea sequuta electione, Roder. Soar. *alleg.* 10. *n.*5. vbi refert quòd hic est casus, in quo iurans ante suam promotionem in præiudicium dignitatis non tenetur ad obseruantiam post promotionem.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum præstitum super actu à lege infirmato principaliter fauore iurantis, licèt secundario in fauorem publicum, necessariò est obseruandum, si non vi vel dolo fuit præstitum, & in alterius præiudicium principaliter non redundat.*
2 *Iuramentum mulieris iurantis de non contraueniendo rerum dotalium alienationi, est obligatorium.*
3 *Obiicitur contra textus conclusionem.*
4 *Iurans contra legem in sui vtilitatem introductam non peccat.*
5 *Declaratur l.*1 *ff. soluto matrim.*
6 *Declaratur l. non dubium, C. de legib. & n.*7. *&* 8.
10 *Statutum permittens non seruari iuramentum in aliquo casu non valet.*

CAP. Cùm contingat. XXVIII.

QVando quis constante matrimonio consentit 1
in alienatoribus rerum dotalium, vel datarum vxori propter nuptias, & iurat non contrauenire, hoc factum licèt sit per leges prohibitum, tamen vxor tenetur seruare iuramentum sine vi & dolo præstitum, & non redundans in alterius præiudicium, & quod seruatum non vergit in interitum salutis æternæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Henric. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Alciat. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontific. pag.* 228. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 298. remissiuè Ximen. *in concord. part.*1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.*4. *Decret. lib.*2. *tit.* 9. *cap.*1.

Collige ex text. iuramentum mulieris iurantis de 2
non contraueniendo rerum dotalium alienationi esse obligatorium de quo, & huius text. materia, & intellectu multa tradunt Couar. *in cap. quamvis pactum, p.*2. *§.*2. *n.*5. *&* §.2. *n.*4. Guttier. *de iuram. confirm. p.*1. *c.*1. *& cons.*22. *n.*7. D. Barbos. *in l.*1. *p.*1. *n.*69. *ff. soluto matrim.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.*30. *n.*27. *cum seqq.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.*3. *q.*59. *n.*36. Soar. *de Relig. tom.*2. *lib.*7. *de iuram. c.*11. *n.*14. *cum seqq & c.*10. Sanch. *de matrimon. lib.*1. *disp.*32. *& n.*12. *& in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*3. *c.*12.

Obstat tamen tripliciter. Primò quia iuramen- 3
tum in cuius obseruantia peccatum reperitur, nullam inducit obligationem, *cap. si verò hoc tit.* cum aliis citatis à Soar. *d. lib.*2. *cap.*14. *&* 18. constat autem iuramentum, de quo *in hoc text.* tale esse, quia mulier iurans non contrauenire prædictæ alienationi violat iustam legem prohibentem scilicet fundum dotalem alienare, *l. vnica*, §. *& cùm lex, C. de rei vxoriæ actione, princip. Institut. quibus alienare non licet*, ac per consequens peccat; omnis namque lex humana iusta obligat, ad sui obseruantiam in foro conscientiæ ad culpã mortalem, vel venialem iuxta materiæ grauitatem, vt resoluunt Doctores citati ad *c. quæ in Ecclesiarum, n.*5. *sup. de constit.* Secundò obstat quòd iuramentum contra leges non admittitur, quin potiùs innalidum censetur, *l. non dubium*, ibi, *nec Sacramentum admittit, C. de legib. l. iurisgentium*, §. *si paciscar*, *vers. & generaliter*, ibi, *nec iusiurandum, ff. de pactis, l. si quis* 115. §. *vltim. ad fin. ff. de legat.* 1. at iuramentum, de quo *in præsenti*

est

est contra leges, patet ex *hoc text. in vers. nos autem.* Ergo nullo modo videtur obligatorium. Tertiò obstat quòd iuramentum derogans iuri publico omnino inualidum est, *cap. si diligenti, in fine, de foro compet.* & tale videtur esse hoc iuramentum, quippe quòd obuiat dotibus conseruandis, in quarum tamen conseruatione ius publicum versari censetur, *l. 1. ff. solut. matrimon.*

4 Verùm his non obstantibus tuenda est supradicta conclusio, quam ex hoc text. deduxi, & quicquid difficultates contra eam oppositas soluere nitantur Bart. & Doctores *in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss.* Cou. *d. part 2. §. 5. per totum*, tan en in hunc modum breuiter solui possunt. Ad primam igitur obiectionem respondetur negando minorem, quia quando lex primò & principaliter bonum priuatorum intendit, non videtur transgressores ad aliquam culpam obligare, nec par est credere legislatores id intendisse, nec contra æquitatem, *reg. quæ ob gratiam, de regulis iuris in 6.* fauor & vtilitas in damnum subditorum conuertantur, qui transgrediendo legem peccato illaqueantur, quo fit vt quamvis peccet mortaliter, vel venialiter iuxta materiæ grauitatem inrans contra legem, quæ primò & principaliter continet bonum publicum (nisi ex illius tenore, vel aliunde contrarium deprehendatur) *cap. si diligenti, in fine* ibi, *illicitis pactionibus de foro compet. cap. grauius, de censibus*, nihilominus iurans contra alias leges in dubio non peccat ex intentione legislatoris, vt aduertunt Paul. *in repet. auth. Sacramenta num. 23.* & ibi Corss. *num. 38. C. si aduersus vendit.* Mench. *de succes. creat. §. 28. n. 28.* Couar. *in d. cap. quamvis, p. 2. §. 6. num. 6. vers. quintò aduertendum*, D. Barbos. *in l. 1 ff. soluto matrim. p. 1. n. 69. ad fin.* Soar. *d. lib. 2. cap. 20. num. 7. & 8.* atqui iurantes de quibus *in hoc text.* (cui similis *in cap. licèt mulier, hoc tit. lib. 6. & in cap. quamvis pactum, de pactis, eod. lib.*) iurarunt contra leges primò & immediatè priuatorum vtilitatem continentes, hoc est, fœminarum, quarum patrimonia conseruantur, & earundem facilitati occurritur, iuxta text. *in fine principij, Instit. quibus alienare non licet*; deinde verò mediantibus illis redundat vtilitas in Rempubl. quam Doctores minus principalem appellant, resoluunt Couar. dicens communem *in d. part. 2. §. 1. num. 5.* latè D. Barbos. *in d. part. 1. à num. 62. cum seqq.* Valasc. *cons. 150. n. 16.* Quòd si obiiciatur cum Rip. *in d. l 1. n. 114.* Alciat. *num. 3.* & 45. ac aliis, quos refert D. Barbos. *d. n. 62.*

5 prohibitionem alienandi res dotales primò & immediatè bonum publicum continere, propter text. *in d. l. 1.* ibi, *& Reip. interest*, respondebitur illum text. rectè expensum potiùs probare oppositum dum inquit, *nam & Reip. interest*, idest, etiam, vt *ibi* explicat gl. de cuius dictionis natura est, vt casum exprimat magis dubium, iuxta Doctores citatos *in meis remiss. de action. & clausul. dict. 95. num. 4.* & ita fatetur Iurisconsultus tacitè membrum aliud minus dubium, quasi dicat non solùm interest priuatorum primò, & principaliter, hoc est, mulierum, quarum dotes conseruantur, sed & Reip. interest, vt per fœminas dotatas Respub. liberis repleatur, quòd latè prosequitur multis hanc sententiam confirmans, D. Barbosa *d. num. 62. vsque ad num. 69.* Item si vlteriùs obiiciatur, quòd si prædictæ leges primò, & principaliter non publicum, sed priuatum commodum continerent, vtique liceret per simplex pactum absque iuramento illis renuntiare, ex *reg. l. pen. C. de pactis, & cap. ad Apost. de Regul.* constat autem mulieres prædictis legibus renuntiare non posse, ex *d. l. vnic. §. & cum lex, C. de rei vxoriæ act. d. princip. quibus alienare, & ex l. de die 14. ff. de pactis dotal.* Respondetur non ea ratione inualidari pactum doti præiudiciale, quòd in dote consideretur publica vtilitas principaliter, vt supponunt Bart. *in l. ius publicum, 1 num 7 ff. de pactis*, Rip. *in d. l. num. 114.* Gam. *Lusit. decis. 286. num. 11.* sed potiùs ex eo quia lex specialiter prohibuit fauorem dotis, ne mulier propter fragilitatem dotem admitteret, vt ipsa nequaquam posset prædictis legibus renuntiare, ne causam dotis faceret deteriorem, irritum decernendo ipsius consensum, vt est expressum *in d. princip. quibus alienare*, aduertit Aretin. *in l. is cui bonis, col pen. ad fin. ff. de verb. oblig.* D. Barbos. *in d. p. 1. n. 63. & 68.* & satis probat text. *in præsenti*, ibi, *secundùm legitimas sanctiones, & d. cap quamvis*, ibi, *improbet lex Ciuilis.* Denique si obiiciatur quòd quamvis iuramentum valeat ex eo quòd nullum in sui obseruantia peccatum includit, attamen ex alio capite non videtur obligatorium, in quantum scilicet obseruatum Reipub. cuius interest dotes mulieribus conseruari, & ita tertij continet præiudicium; constat autem tale iuramentum non valere, iuxta text. *in præsenti*, ibi, *cùm in alterius præiudicium*, &c. cui similis *in d. cap. quamvis, in fine*; Respondebitur detrimentum illud Reip. non esse principale, neque immediatum, sed secundarium & in consequentiam quòd non attenditur perinde ac si non esset, argum. *l. 1. ff. de auctorit. tutorum*, aduertit *gloss. vlt. in d. cap. quamvis*, recepta vltra Doctores *ibi*, vt per Anton. Gom. *l. 22. Tauri, num. 10.* Couar. *in cap. Raynaldus, §. 10. num. 9 de testam.* Mench. *de succes. creat. §. 18. num. 18.* quo fit vt verba huius text. *& d. cap. quamvis*, ibi, *in alterius detrimentum*, intelligenda sint de priori, non verò de posteriori, iuxta supradicta; sic aliàs quamvis in vnoquoque negotio præiudiciali sunt vocandi omnes quos negotium tangit, *l. de vnoquoque 47. ff. de re iudic.* intelligendum est de negotio primo, & principaliter aliquem tangente, iuxta *l. 1. §. pen. vers. denuntiari, ff. de ventre inspicien. gloss. 2. in d. l. de vnoquoque*, recepta per omnes vt per Tiraquel. *in tractat. res inter alios, post princ. vers. ad hæc*, non verò secundariò, de quo intelligitur text. *in l. ex contractu 44. ff. de re iud.* Couar. *pract. cap. 13. num 6.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis matern. p. 3. num. 48. vers. sed contrariam*, Molin. *de primog. lib. 4. cap. 8. n. 3* Valasc. *de iure emphyt. q. 10. num. 3.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q. 10. num. 18.* ad varias inferentes quæstiones. Cùm ergo, vt ad rem redeamus, alienatio rerum dotalium primò & principaliter prohibeatur, propter priuatam vtilitatem, semper firmatur iuramento, quod in aliis contractibus primò & principaliter prohibitis propter priuatam vtilitatem agnoscunt Butr. *hic num. 4. ad medium*, Abb. *n. 22. vers. octauus casus*, & Alciat. *n. 76.* Couar. *d. part. 2. §. 3. num. 1.* Guttier. *de iuram. confirm. p. 1. cap. 40 n. 5. vers. non obstat*, D. Barbos. *in l. alia, §. eleganter, n. 32. & 33 ff. soluto matr.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 515. vers. dubium est vtrùm*, quos refert, & sequitur Sanch. *d. lib. 1. disput. 32. num. 12.* id limitantes nisi contractus reprobatus esset odio creditoris, in cuius fauorem iuratur, veluti quando iuramentum iniquo metu extorquetur, quia in ipso est turpitudo, & tunc non confirmatur iuramento, vt colligitur ex hoc text. & ex *cap. 2. hoc tit. lib. 6. & in d. cap. quamvis pactum, & in d. authent. Sacramenta puberum*, qui text. decernunt iuramentum dotis alienationi, minorúmve contractibus adiectum esse omnino seruandum (id est, absque aliqua dispensatione, & remedio, vt intelligit Sanch. *d. disputat. 32. num. 6.*) nisi vi, vel dolo præstitum sit ergo à contrario sensu non est omnino seruandum, sed relaxationi locus est, vbi metus, aut dolus interfuit, & subinde contractum minimè confirmabit.

Ad

6 Ad secundam obiectionem de *d.l.non dubium*, cum similibus *ibidem* adductis, dum probant non valere iuramentum actui lege prohibitum adiectum contra hunc text.& *d.cap.quamvis*, variæ solent assignari resolutiones, inter quas communis obtinuit sententia esse faciendam differentiam inter ius Ciuile, & Canonicum, vt scilicet illo attento iuramentum interpositum super actu prohibito non sit obligatorium, præterquam si actus sit nullus propter minorem ætatem contrahentis, iuxta *d.auth. Sacramenta puberum*, inspecto verò hoc iure quicunque actus nullus confirmatur adhibito iuramento, iuxta text. *in præsenti, & d. cap. quamvis*, & ita quoad hoc prædictam inter vtrumque ius differentiam esse faciendam intendunt gloss. magna *in 1. opinion. in præsenti*, gloss. *verbo, de iure, in cap licet, hoc tit.lib.6.* Alex. *cons.*27. *num.6.& cons.*59.*num.*7.*lib.*1. Riminald.*in* §.1.*n.*276. *Instit.de donat.*& magis communiter agnoscit Corras. *in l. qui liberos, num.* 200. *ff. de ritu nupt.* sequitur D. Barbos. *in d. l.* 1. *p.* 5. *num.* 74. qui contra Alber. & alios aduertit post Abb. & Mench. iustiorem, & æquiorem esse iuris Canonici dispositionem, & ideo illam etiam in foro Ciuili seruandam, iuxta *in d.cap. licet.*

7 Verùm ne temere inter vtrumque ius differentia constituatur, melius ad hunc text.cum Fortun.*de vlt. fine illat.*19. *num.*212. dici potest, *& d.cap. quamvis*, non probare, secundùm leges ciuiles iuramentum de quo *ibi* non obligare, vel ab illis improbari, sed aliud longè diuersum, nempe improbari concessum, & pactum per se absque iuramento. Nec *in d.*scilicet, iuris Canonici mentio fit, non quòd iuri ciuili contrarium sit statutum, sed quia lex canonica expressè decidit iuramentum illud esse obligatorium, quòd tamen lex ciuilis nunquam ita clarè expresserat, & propterea meritò vis huius obseruantiæ tribuitur iuri Canonico, ex Fortun.*à n.*216.

8 Ad text. verò *in d.l.non dubium*, respondeti potest non probare iuramentum, adiectũ actibus lege prohibitis non valere, aut non esse obligatorium, sed aliud longè diuersum, nempe iuramentum non admitti, vt ipse text.ait, ad confirmandum scilicet pactum, vel actum prohibitum, de quibus *supra* egerat, etiam non negat textus iuramentum obligare tanquam per se stans, si in obseruantia nullum detur peccatum; negat tamen actum celebratum contra legem, & ita nullum iuramento confirmari, vt eleganter aduertit Fortun.*d.illat.*19.*n.*217. Tandem ad tertiam obiectionem respondetur iuxta ea, quæ dicta sunt in responsione ad primam.

9 *Ne tamen tali prætextu*, &c.] Notatur ad hoc quòd non valet statutum permittens non seruare iuramentum in aliquo casu, cùm sit nutritiuum peccati & inuitet homines ad delinquendum, vt per Mich. Grass.*tom.*1.*commun. opin.lib.*1.*tit.*17.*n.*162.*vers.tertio.* Et ideo contractus celebrati absque solemnitatibus statutariis regulariter sustinentur stante iuramento, quia statuta laicorum requirentia certas solemnitates, nisi fuerint à Papa confirmata non comprehendunt contractus iuratos Bart. & Angel. *in l. nam & postea, §.si is, qui temporali, ff.de iureiur.* Grat.*cons.*41. *n.*15.*lib.*1. Adrian. Negusant. *q.*3. *n.*5.*& q.*330. *n.*4. Anton. Gabr. *commun.tit.de statut. concl.*11.*n.*1. *& tit. de iureiur.concl.*5.*n.*14.*&* 15. Couar.*in cap. quamvis pactum, de pactis lib.*6. *p.*2. *n.*7.*vers.primum*, Simoncel. *de decretis, lib.*3. *tit.* 8. *inspect.*18.*n.*156. *& segq.* late Hieron. Gabr. *cons.* 127. *per tot.lib.*1. Cabal.*cons.*180. *n.*23.*lib.*1.Maresc.*var.resol.lib.*1.*c.*62.*n.*20. Honded. *cons.*42.*n.*22.*lib.*2. Buratt.*decis.*54.*n.*4. Greg. XV. *decis.*391.*n.*4.Rot.*dec.*199.*n.*2. *p.*4.*diuers.& in Nurnien. bonorum* 26. *Februarij* 1616. coram bonæ mem.Card. Sacrato, in qua etiam fuit dictum non sufficere confirmationem in forma communi, sed requiri in ea expressam mentionem de casu iurato.

Declara tamen hanc resolutionem non procedere, quando statutum vlteriùs progreditur expressè adimendo fidem scripturis, & instrumentis desuper confectis, tunc enim contractus iuratus non valet non seruatis solemnitatibus statutariis, nec super iuramentum interpositum vllum fieri potest fundamentum, non quia statuentes laici possint directè, vel indirectè lædere religionem iurisiurandi super eo expressè disponendo, quod facere nequeunt ex prædictis, sed quia adempta fides instrumentis, non constat iuramentum fuisse adhibitum, & sic tota vis statuti versatur circa probationem, quæ tanquam iuris positiui subiicitur iurisdictioni statuentium, & ideo ista sustinent Gabr. *d.tit. de iureiur. concl.*5. *n.*33.*vers. secundo limitatur, & d.tit.de statut.concl.*11.*n.*12. *vers. præterea statutum*, Simoncel.*de inspect.*18.*n.*168. Seraphin.*de priuileg. iuram.priuil.*22. *n.*3. *cum seqq. & priuileg.*83.*n.*84.Cabal.*d.cons.* 80.*n.*40. Marescot.*d lib.*1. *c.* 43. *n.*6. Rot. *in Romana nullitatis donationis* 3. *Iulij* 1628. coram R.P.D. Dunozetto iun. Vnde prouenit quòd si iuramentum fuisset verè interpositum, & de eo constare posset aliter quam per instrumentum, putà per testes, per confessionem partis, vel aliam probationem, sustineretur contractus etiam non seruatis solemnitatibus,& consequeretur effectum propter iuramentum, Socin. *cons.*97. *sub n.*4. *&* 5. *lib.*1. Corn. *cons.*121. *sub n.*22.*lib* 2. Castren. *cons.*61. *n.*1. *& cons.*75.*n.*2.*& 5. ad fin. lib.*2. vbi quòd notarius de instrumento rogatus admittitur in testem, Seraphin.*d. priuil.*22. *sub n.*32. *& d. priuil.*83. *n* 84. Cabal. *d. cons.* 180.*n.*41.*&* 42. Rot.*in d. Romana nullitatis* coram R. P. D. Dunozetto, refert optimè Ferentil. *in annot. ad decis.*422.*Buratti ex n* 16.

In gloss. *Debent*, ibi, *ad hoc dicas*, &c.Et sic diuersus est finis legis ciuilis à fine legis spiritualis, Nau. *in tractat. de finibus human. actuum, num.* 29. & hæc gloss.ab eodem Nauar. recipitur *in cap. nouit. de iudic. notab.*3 *illat.*23. quam tamen falsam ostendit Couar. *d.cap.quamvis pactum, p.*2. §.1. *num.vltim.* & in parte recipit *in cap. Raynutius*, §.10. *n.*9.*col.*4. *de testam.* & in parte reprobat Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. tit. num.*121. 10

Cap. Sicut, *iij.* XXIX.

BEllo iniusto occupans terram alienam cogitur illam restituere,& soluere à iuramento illos quos fortè iuramento constringit, & si renuat, est cogendus excommunicatione, & eius terra interdicti sententiæ est supponenda. Item qui iurauit facere aliquid alicui promittenti etiam aliud, si vna pars non obseruat promissum, altera pars non tenetur ad iuramentum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan.Hostiens.Henric. Anchar. Butr.Bald.Panorm. Guid.Papæ, Martin.Vran.Alexand.de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 229. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 298. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretalium, lib.* 2. *tit.* 9. *cap.*2. 1

Iniustè bellum mouerit, &c.] Auctoritas belli inducendi penes quem resideat, vide Petr.de Monte *de monarchia, q.*5.*n.*7. Rebaur.*de Imper. q.*108.*à n.*1. 2

Lauden.

Lauden. *de bello, q.2.& 38. de repræs. n.9.* Bobadil. *in sua politica, lib.2.c.16.n.151.* Garc. Mastril. *de magistr. lib.3.c.10.n.168.* Belli insti & iniusti quod sit discrimen, vide Galganet. *de iure publico, lib.4.tit.16.n.40.* vbi *n.48.* dicitur quòd iniustum bellum inducens tenetur ad omnia damna.

SVMMARIVM.

1 *Clerici qui non habent temporalia à laicis, non debent eis fidelitatem iurare.*
2 *Ius Canonicum aliquando ius diuinum, & num. 3. vocatur.*
4 *Clerici à Rege temporalia habentes cogi possunt ei iuramentum fidelitatis præstare.*

CAP. Nimis. XXX.

1 CLerici qui non habent temporalia à laicis, non debent eis fidelitatem iugare, nec laici hoc erigere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.230.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 299.* desumitur ex Concil. generali Lateran. sub Innoc. III. *c.33* remissiuè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* & refertur ab Anton. August. *collect.4. Decret. lib.2.tit.9.c.3.*

2 *De iure Diuino*, &c.] Aliquando ius ipsum Canonicum, ius Diuinum vocatur, vt per Marant. *de ordin. iudic. p.3.n.32.* Tiraq. *in præfat. retract. tit.1.n.11.* Azor. *instit. mor. p.1.lib.5.c.12.vers. ad illud*, vbi refert Concil. Later. *in præsenti* ius Diuinum propriè, & strictè dici, & Valasc. *cons.100.n.9.* intelligit *hic* ius Diuinũ pro Pontificio, quia largo modo Diuinũ dici potest.

3 *Cum viros Ecclesiasticos nihil temporale*, &c.] Notatur ad hoc quòd Clerici non habentes temporalia à Rege non possunt cogi ei iuramentum fidelitatis præstare, vt per Valasc. *d. consult.100.n.12.* Et à contrario sensu videtur quòd si temporalia obtineant, tenebuntur, vt per Duen. *reg.100. vers. fallit. octauò.*

SVMMARIVM.

1 *Iurans non esse contra aliquem potest in causis propriis & Ecclesiæ sua esse contra eum.*
2 *Defendere aliquem promittens intelligitur contra alios, non contra seipsum.*
3 *Interpretatio sumenda est per quam excusetur quis à periurio.*

CAP. Petitio. XXXI.

Honor. III.

1 IVramentum quando extorquetur à clericis, quo iurant se non acturos contra Principem, hoc non obstante clerici possunt agere contra eum pro iuribus, & honoribus Ecclesiæ, & pro propriis defendendis, non tamen possunt nocere, vel machinari contra personam Principis, vel amissionem principatus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Panorm. Anch. Host. Henric. Boich, Bald. Butr. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag 231.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.299.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1.*

Probat hic text. quòd promittens aliquem defendere intelligitur contra alios, non verò contra seipsum, vt per Menoch. *cons.123. n.40. & cons.182. n.3. cum seqq.* Sanch. *de matrim. lib.4. disp.7. n.9.* Surd. *dec. 3. n.21. & de alimentis, tit.9 q.91. n.3. & q.110. n.4.* Sayr. *in clavi Regia, lib.5 c.7. n.6.* vbi resoluit, quòd si quis alicui tertio iurauit se daturum ei opem, & nunquam ei aduersaturum, si is tertius in iurantem, & suos velit insurgere, tunc qui iurauit contra iuramentum, non faceret ius suum, & suorum, defendendo contra illum tertium. 2

Interpretatione congrua declaramus, &c.] Notatur ad hoc quòd interpretatio sumenda est, per quam excusetur quis à periurio, vt per Surd. *dec. 58. n.4.* quia testium dicta sunt iuuanda, non cauillanda, Parisi. *cons. 87. num. 41. volum. 3.* Rebuff. *de reprobat. testium, n.9.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 25. n.12.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 9. §. in annot. num.96.* Farin. *in praxi crimin. p.2. quæst. 65. num.74. & q.68. num.43.* 3

In gloss. *Specialibus*, vlt. ibi, *tamen contra se non tenetur*, &c. Nec contra descendentes, vt per Surd. *d. q.91. n.3.* Nec contra compatrem, ex Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, susceperit filios, n.34.* Nec contra maximum amicum, vt per eundem *de pœnis temper. c.42. n.47. & c.51. n.78.* 4

SVMMARIVM.

1 *Vsurarum in causa potest iudex etiam sub censuris in qualibet parte litis ex officio suo deficientibus probationibus accipere iuramentum à partibus de veritate dicenda.*
2 *Confessio de credulitate facta per partem æquè præiudicat sicut ea, quæ fit de veritate.*
3 *Iudex ex officio pro eruenda veritate potest iuramentum in supplementum probationis deferre quandocunque sibi videbitur.*
4 *Confessio partis per verbum credulitatis facta in illis, quæ sibi præiudicium faciunt, valida est, & probationem facit, quantuncunque causa seu ratio concludens deficiat.*

CAP. Ex literis. XXXII.

QVando agitur de vsuris potest iudex in qualibet parte litis ex officio suo deficientibus probationibus accipere iuramentum à partibus de veritate dicenda, cogendo eas censuris appellatione remota. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Anchar. Butr. Bald. Panormit. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag 231.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 299.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* 1

Cùm ex fama quasi notorium, &c.] Notatur ad hoc quòd confessio de credulitate facta per partem æquè præiudicat, sicut ea, quæ fit de veritate, vt per *gl. vlt. hîc*, & Bellacomb. *tom.2. commun. opinion. lib.7. tit.19. n.82. pag 291.* 2

In gloss. *Veritate*, ibi, *Iuramentum illud de dicenda veritate*, &c. Eodem modo potest iudex ex officio pro eruenda veritate iuramentum in supplementum probationis deferre, quandocunque sibi videbitur, etiam parte non petente, vt per Bellacomb. *tom.1. commun.* 3

commun.opin.lib.4. tit.1. n.131.verſ. ſubiicit, pag. 441. Seraph.*de priuil.iuram.priuil 33.n.*195. Steph.Gratian. *Marchiæ deciſ. 36. n.*11. *&* 12. Bernard. Muſcatel. *in ſua praxi aurea Ciuili Neapol. p.*7. *gloſſ.concluſio, n.*34. Valaſc.*conſ.*43.*n.*17.*cum ſeqq.*

In gl.*Occultat*, fin.ibi, *quia æquè præiudicat confeſſio de credulitate, ſicut*,&c.Collige ex gloſſ.confeſſionem partis per verbum,*credulitatis*,factam in illis,quę ſibi præiudicium faciunt, validam eſſe, & probationem facere, quantumcunque cauſa, ſeu ratio concludens deficiat: eandem ſententiam tenet Bald.*in l.de tutela, n.*5.*C.de in integr.reſt.*Iaſon.*n.*10.*in fin.in rub.ff.hoc tit.* Anch.*in c.*2.*de confeſſis,l.*6.apertiùs *in c.*1 *n.*5.*de iuram. calumn.eod.lib.*Pro quibus facit *l.*2.*§. quod obſeruari*,ibi, *quod quiſque credit, & exiſtimat,hoc eſt ſeruandum,C.de iureiur. propter calum.* Facit etiam, quia licèt per verbum, *credulitatis*, deponatur,& ita tanquã dubius nihilominus tamen in effectu de facto ipſo vtpote ſuo de quo interrogatur ſecundùm ſuam ſcientiam deponere dicitur, probat text.*in d.§. quod obſeruari*, quod quidem eſt ſufficiens ad faciendam probationem validam. Licet enim reſponſio teſtis ſine concludenti cauſa, vel ratione de credulitate deponentis certitudinem non contineat pro ea, quæ reſoluunt DD.*in cap.quoties de teſtib.*nihilominus tamen reſponſio partis illam continere cenſetur cùm deponat de facto proprio, reſpectu cuius ignorantia ipſius deponentis non præſumitur, ſed potius ſcientia, docet eleganter Imp.*in d.§.quod obſeruari*, ibi, *ſcire poſſunt cauſam*, iunctis verbis præcedentibus.

SVMMARIVM.

1 *Alienans bona dignitatis ſuæ inualidè facit, & ipſemet reuocare debet, non obſtante iuramento de non reuocando, maximè ſi prius iurat non alienare.*
2 *Princeps res Regiæ Coronæ alienare non poteſt.*
3 *Declaratur text.in præſenti.*
4 *Rex non poteſt Regno ſeruitutem imponere.*
5 *Princeps quando dimittit iuriſdictionem alicui, nunquam cenſetur eam à ſe in totum abdicare.*
6 *Actus quando eſt illicitus, iuramentum illi adhibitum eſt nullum.*

Cap. Intellecto. XXXIII.

1 COnſtitutus in dignitate etiam laici, vt Rex, non poteſt alienare in præiudicium ſui Regni, ſeu dignitatis, & honoris ſui, & ſi alienando iurauit non reuocare alienationem, iuramentum non tenet, & poteſt reuocare,maximè ſi iurauit de non alienando in ſua coronatione. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq.Innoc.Collect.Zabar. Bellam. Ioan.Andr.Imol. Anan.Hoſt.Henric.Boich,Anch. Butr.Bald. Panorm. Guid. Papæ, Mart.Vran.Alex.de Neuo, Cened.*collect.* 109. Vivian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontific. pag.* 232. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 299. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.*1. *&* 2. & Caſal. *in annot.*

2 Collige ex text.Principes res ſuæ Regiæ Coronæ donare, aut alienare non poſſe, de quo,& quibus caſibus hoc locum habeat, vide Tiraq. *de indic.in rebus exiguis, verſ.*74.Cou.*in cap. quamvis pactum, p.*2.§.2. *n.*4.Socin.*reg* 439.Petr.Martin.*in c.afferte,de præſ.verbo, reſpondit Rex, à n.*3. Barthol. Humad. 8 *gloſſ.*3. *à n.*1.*tit.*1. *p.*2. *&* 1.14. *gloſſ.*2.*tit.*5.*p.*2. Caſſan.*in catalogo gloriæ mundi, p.*5.*conſider.*19.Gregor.*l.*5.*verbo, quę tunqua, tit.*15. *p.*2.*&* 1.28. *tit.*11.*partit.* 3. Seraphin. *de priuileg.iuram. priuileg.*75.*à num.*44. *in fine*, Franc. Marc. *deciſ.* 87. Perez *l.* 1. *gloſſ.*1. *pag.*39. *tit.*2.*lib.*1. *Ordinam.* Natt. *conſ* 638.*n.*46.*vol.*3. Grat. *conſil.*147. *vol.*2.Soc.iun.*conſ.*60.*n.*33. *vol.*3. Roland.*conſ.*2.*n.*95. *cum ſeqq.vol.*1. Ozaſc. *deciſ.*139. Anna pater *alleg.*69. *n.*4.à Ponte *de poteſtate Proregis in tit.de tr.n.*30. Rip. *lib.*1. *reſponſ.c.*1. *n.*53. *&* 54. *deciſ. Pedem.*139. *n.*21. Mich.ab Aguirre *de ſucceſſ. Regni Portugalliæ, p.*1. *n.*159. Valenzuel. *diſcurſ.ſtat.& belli, p.*2.*conſ.*2. *n.*26. Azored. *l.*3.*n.*1.*tit.*10. *lib.*5.*nouæ recop.* Mench.*in l. ſi quando, §.illud, n.*38 *C.de inofficioſo teſtam.& de ſucceſſ. creatione, lib.*2.§.18.*n.*155.*& illuſtrium, c.*3.*n.*8.*&* c.4. *&* 5.*n.*25. Kirchou. *tom.* 2. *commun. opin. lib.*8. *tit.*32. *n.*132. *pag.*416. Molin.*de primog.lib.*1.*c.*3.*n.*17.*&* 18. Menoch. *conſ.*1. *n.*40 *&n.*307. *&* *conſ.*2. *n*274.*cum ſeqq.* Rebuff. *ad l.* 28. *ff. de verborum ſignif. pag.* 162. Ioan. Garc. *de nobilit. gloſſ.*1.§.1. *n.*10. Peregr.*de iure fiſci, lib.* 1. *tit. habentes iura fiſci*, *n.* 70. Matienſ. *l.*3. *gloſſ.*7.*tit.*10. *lib.*5. *nouæ recop.* Valaſc. *conſ.*132. *num.*2. Cabed.*Luſit.deciſ.*17. *&* *deciſ.*40.*n.*16. *p.*2. Cened.*ad Decret.concl.* 109.*n.*2. quorum plures magis communiter huius text.concluſionem intelligunt procedere tantum in ea alienatione, quæ graviter dignitatem imperij ac Regni diminuerit, non autem ſi modica illa eſſet, quia cum proprium ſit Principum donare, *c.* 2. *de donat.* permittendum ei eſt vt cum prudentia liberalitatem exerceat.

Non obſtante iuramento, &c.]Aduertit Azor. *inſtit. moral.p.*1 *lib.*12. *cap.*6. *quæſt.*3. *verſ. obiicias*, quòd *in præſenti* alienationes à Rege Hungariæ contra iuramentum factæ,non tantum reſcinduntur, quia contra iuſiurandum factæ fuiſſent, ſed etiam quia cum iactura, & detrimento Regni, & ideo, etiamſi nihil Rex ipſe iuraſſet, pariter diſſoluerentur, tanquam communi Reipub. ſaluti, & bono pernicioſæ. Tenetur enim princeps ſucceſſori indiuiduitatem ſeruare, Bald.*conſil.*30.*vol.*5. Peregr.*loco citato ſub n.*31. Lanar.*conſil.*1.*num.*15. Camil.de Curte *in diuerſ. iuris feudalis, p.*1.*in verbo licèt*, *n.*30. Menoch. *conſ.* 1. *ſub num.*40. 4

Iura Regni ſui, &c. Et ideo non poteſt Rex regno ſeruitutem imponere, vt per Oldrad. *conſ.*231.Mart. Laudem. *de primog.quæſt.*15. Tiraquell.*de iure primog. quæſt.*18.*num.*7. Lanar. *d.conſil.*1.*num* 16. Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c.* 11. *n.* 5. nec tenetur alienationem factam per prædeceſſorem de aliquibus ex regalibus ratam habere, Tiraquell. *de iure primog. quæſt* 35.*num.*19.*&* 20. Mench. *illuſtr.cap.*5. Peregr. *d.tit. habentes iura fiſci*, *num* 70. Cùm idemmet concedens poſſit reuocare, Paul. de Caſtro *conſ.*70. *n.*6. *volum.*1. Roland.*conſ.*2.*n.*100.*vol.*1. Camill. de Curte *vbi ſup. à num.*100. Vnde princeps quando committit iuriſdictionem alicui, nunquam cenſetur eandem à ſe in totum abdicare, Auiles *ad c.*1.*Prætor*, *gloſſ.*1. *num.* 3. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel.* §. 2. *proœm. num.* 9. Cald. Pereira *de emptione*, *cap.*26. *num.*20 Supremam enim dignitatem, & iuriſdictionem à ſe Princeps abdicare non poteſt, niſi donet Eccleſiæ, vt tenent Bald. *in præſenti*, Tap.*in rubr. de conſtitut. Princip. cap.* 4. *num.* 16. nihilque de illa poteſt in alium transferre, Natt. *conſil.*402. *num* 20. *&* *conſil.* 636. *num.*52 *&* *conſ.*640. *num.*43. Camill. de Curte *loco citato, num* 25.& ideo non valet priuilegium per quod quis eximitur à ſuprema Principis iuriſdictione, Petra *de poteſtat. Princip. c.* 32 *in* 2.*dubitat. num.* 225. quia ſupremæ iuriſdictiones ſunt ſacra ſacrorum, nec ſtant in marſupio Principis, Bald. *in præſenti, & conſil.*324. *volum.*1. Roland. *conſil.*1. *num.* 115 *vol* 2. Petr.*vbi proximè*, *num.*223. Peregr. *d. loco, num.*71. 5 6

6 *Illicitum profecto fuit*, &c.] Notatur ad hoc quòd quando actus est illicitus, iuramentum illi adhibitum est nullum, & penitus non obseruandum, vt per Sanch. *de matrim. lib. 6. disp. 13. n. 5.* de quo tamen vide Suar. *tom. 2. de Relig. lib. 1. de iuramento, c. 30. n. 2. & 9.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier si iurauit aliquem esse suum maritum, & succubuit, non datur nec denegatur ei licentia cum alio contrahendi.*
2 *Mulier testis esse non potest in causa matrimoniali.*
3 *Confessio nunquam nocet reo quando apparet quod contra ipsam est sententiatum.*
4 *Iuramentum in supplementum probationis non defertur in causis matrimonialibus.*

CAP. Mulieri. XXXIV. *Greg. IX.*

1 MVlier si iurat coram iudice aliquem esse suum maritum, & non probat quod iurat, vnde iudex absoluit virum, non debet huiusmodi iudex dare licentiam mulieri, vt nubat alteri, ne videatur auctor periurij, nec debet prohibere hoc, ne fortè impediat legitimum matrimonium, sed potest totum relinquere conscientiæ mulieris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Henric. Bald. Panorm. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag. 233.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 300.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Probationes alias non habenti*, &c.] Quia in causa matrimoniali mulier testis esse non potest, vt per Duen. *reg. 315. ampliat. 1.* vbi contrarium dicit receptum, sequuntur Tiraq. *l. 9. connub. glos. 1. p. 9. n. 64. & de pœnis temper. c. 51. n. 47. & seq.* Mascard. *de probat. concl. 762. n. 6.*

3 *Nec hoc ei decimus prohibendum.*] Notatur ad hoc quòd confessio nunquam nocet reo, quando apparet quod contra ipsum est sententiatum, vt per Hippol. *cons. 20. n. 62.*

4 In gloss. *Absoluto* 1. ibi, *nunquid deferretur ei iuramentum*, &c.] Notatur ad hoc quòd iuramentum in supplementum probationis non defertur in causis matrimonialibus, vt per Mascard. *de probat. concl. 954. n. 43.* & latiùs *concl. 100.* Fulu. Pacian. *eod. tr. lib. 1. c. 39. n. 22.* Caroc. *in tract. de iuram. decisiuo, q. 4. nouæ princ.* Seraph. *de priuileg. iuram. priuileg. 33.* Farin. *in praxi crimin. q. 47. à n. 65.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comparat. 15. n. 4.*

SVMMARIVM.

1 *Statuta edita qui promisit seruare, & postea per illud iuramentum aliter non iurando promisit seruare edenda, seu postea edita, non tenetur ex iuramento ad nouiter edita.*
2 *Clericus iurans seruare statuta suæ Ecclesiæ non tenetur ex vi iuramenti ad nouiter edita.*
3 *Declaratur text. in præsenti*, & n. 4.
5 *Iuramentum an possit extendi ad diem prorogatum? ostenditur.*
6 *Iuramentum semel iam præstitum non potest extendi ex solo consensu & voluntate iurantis ad alium casum.*
7 *Iuramentum simpliciter præstitum seruandi statuta alicuius Communitatis, minimè extenditur ad futura nisi expressè iurans declaret.*
8 *Fidem violans mitius punitur quàm periurus.*

CAP. Clericus. XXXV.

QVi iurat seruare statuta iam edita, & deinde per idem iuramentum promisit seruare alia statuta postea facienda, licèt ex promissione teneatur ad hæc, non tamen ex iuramento. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich, Anchar. Butr. Bald. Panorm. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali 2. libri iuris Pontif. pag. 233.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 300.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Butr. *in c. ab excommunicato, n. 23. de rescriptis*, Cotta *in memorab. verbo, iuramentum*, Cou. *in cap. quamvis pactum, p. 1. in initio, n. 1.* Tiraq. *l. 16. connub. glos. 7 à n. 121. 189. & 199.* Syluest. *verbo, iuramentum 4. q. 23.* Guttier. *de iuram. confirm. p. 1. c. 40. n. 23.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 11. c. 2. vers. tertia opinio*, Sayr. *in claui Regia, lib. 5. c. 1. n. 10. cum seqq.* 2

Ratio autem huius decisionis ea communiter solet assignari, propterea in specie huius text. clericum non teneri ex vi iuramenti, quia in iuramentis requiritur, vt ipsa nominatim, & specialiter verbis exprimantur, vel mente concipiantur, ac per consequens non sufficere, quod fiant per relationem ad aliud, sic limita reg. *l. asse toto 77. ff. de hæredibus instituend. & l. ait Prætor. §. si iudex, ff. de re iud.* cum similibus, quæ non obtinent quoties pro forma, & nominatim requiritur expressio alicuius rei: sic *in Clem. appellanti, de appellat.* vbi ab appellatione interlocutoria requiritur nominatim expressio grauaminum, propter quæ appellatur, non sufficit ea exprimere per relationem ad acta, vt per Marant. *de ordin. iudic. p. 6. c. de appell. n. 141.* Cou. *in c. Raynutius, §. 11. n. 3. de testam.* multos, quos refert. Tiraq. *d. gloss. 7. n. 190.* Vnde cùm iste clericus explicitè non iurauerit se statuta de nouo seruare, sed referendo se ad iam præstitum iuramentũ, meritò ait text. illum ex vi illius non obligari, facit etiam, quia iuramentum requirit formalem expressionẽ verborum, vt aduertunt Hippolyt. *sing. 415.* Menoch. *cons. 37. n. 48. & 49.* tum etiam, quia nemo tenetur iurare, aut custodire statuta, quæ sibi non fuerunt tradita, nec obligari ad statuta post tale iuramentum condita, Auiles *ad c. prætorum in proœm. in gloss. en los casos, n. 3. fol. 20.* 3

Verùm huiusmodi intellectus non videtur admittendus ex eo, quia non est iure certum, quod quando aliqua dispositione requiritur nominatim expressio alicuius rei, non sufficiat illam exprimi per relationẽ ad eum locum, in quo ipsa res aptè continetur, vt aduertunt multi, de quibus Tiraq. *d. gloss. 7. à n. 121.* tum etiam, quia ad iurisiurandi substantiam verbis opus non est, vt resoluit Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 11. c. 2. q. 4* cùm sine vlla verborum prolatione Deus adduci possit in testem, ex Couar. *in d. cap. quamvis pactum, in princ. n. 4. vers. 3.* Sayr. *in claui Reg. lib. 1. c. 1. n. 8.* Quare dicendum potius videtur propterea Clericum promittentem per idem iuramentum non teneri ex vi illius, quia iuxta legitimũ verborum sensum præsumitur illum non intendisse de nouo iurare, nolnit enim extendere causam, nec substantiam, & ita iuramentũ ipsum iam præstitum, sed voluit tantũ extendere vinculũ, idest, effectum iuramẽti ad casum sub illo non comprehensi, quod quidẽ in eius potestate non erat, quia effectus ille obligandi, & ita vinculũ non potest dari absque sua causa, & iuramẽto, & cũ clericus iuramentum, & dictam causã non extenderet, nõ potest 4

exten

extendere effectum, qui sine sua causa existere non potest, iuxta *c.cum cessante, de appellat.* ac subinde succedit regula, *quod potui, nolui; quod volui adimplere nequiui*, habetur *in cap.cùm super 23. de officio delegati.* Ex quibus colliges veram esse sententiam Abb. *in præsenti n.4.* Sylvest. *verbo iuramentum 4.q.23.* & Cou. *in d. cap.quamvis pactum, p.1. in initio, n.6. vers. decimo illud est*, contendentium hunc text. non obtinere in foro conscientiæ, si per illa verba clericus haberet intentionem iurandi nouum statutum, tunc enim cùm non intendat vinculum prioris iuramenti extendere, sed intendat in ipsam substantiam, & in ipsum iuramentum & formam, quàm iam præstitit, sequitur quòd de nouo iurauit per illam rem sacrã, per quam priùs iurauerat. Deinde colliges neque etiam hunc text. obtinere in foro exteriori, quoties ex aliquibus verbis, & coniecturis possit deprehendi mens, & intentio iurantis; sic sanè si quis iuramento iam præstito super aliqua re dicat, postea promitto, & iuro per idem iuramentum me id facturum, iudicabitur etiam iuramentum in foro exteriori, quia tunc propter verbum *iuro*, præsumitur illum non intendisse prioris iuramenti vinculum extendere, imò potiùs se retulisse ad iam præstitum iuramentum, & ita de nouo iurasse, vt resoluunt proximè citati.

5 Vtrùm autem iuramentum possit extendi ad diem prorogatum, idest, an qui iurauit soluere, tenetur ex vi iuramenti ad soluendum die prorogato? controuersum est, nam Zabar. *in Clem. 1. §. nos itaque q. 5. hoc tit.* Bald. *cons. 436. lib. 1.* & Dec. *in cap. de causis, n. 7. de officio delegati*, resoluunt periurium non committere, quia alias fieret extentio iuramenti ad tempus prorogatum ab eo, qui iurauit, non comprehensum, & ita ad euentum incogitatum, sequitur Cur. Philip. *p. 1. lib. 2. cap. 4. n. 4* Sed contrariam sententiam tenent Felin. *in c. 1. col. 2. hoc tit. & in c. 2. n. 34. de sponsal* communis, vt per Dec. *vbi suprà, n. 7. vers. sed aduertendum*, Bero. *n. 12.* & alios *in d. cap. de causis*, Couar. *in d. cap. quamvis pactum, p. 1. initio, n. 6. vers. quintò*, Guttier. *de iuramento confirm p. 2. c. 49. n. 20.* Sayr. *d. c. 1. n. 11.* quæ quidem opinio multo probabilior est, ex eo quia is, qui iurauit creditori soluere intra mensem, duo iurauit, nempe, & solutionem, & eam non differendam vltra mensem, vnde quamvis tempus fuerit prorogatum, nihilominus ad iuratam solutionem ex vi iuramenti manet obligatus, quod quidem confirmatur ex *l. Cælius 28. §. 1. vers. sed ipsa, ff. de dolo.* Facit deinde, quia prorogatio censetur facta cum omnibus clausulis, & qualitatibus, quæ inerant termino prorogato, vt docet post alios Cou. *d. n. 6. in princ.* Nec facit pro contraria opinione text. *in præsenti*, agit enim, vt dicit Sayr. *d. c. 1. n. 11.* de extensione ad rem distinctam, quia iuramentum hic præstitum fuit super statutis iam eo tempore editis, relatio autem, & extensio postmodum sequuta ad iuramentum, agit de statutis editis post primum iuramentum, & sic de re distincta ab ea, quæ in primo iuramento tractatur: at verò vbi iuramentum, & eius extensio super eandem rem contingunt (vt accidit in casu præposito) proculdubio promissio sub iuramento præstita extenditur etiam ad tempus prorogatum, itavt periurus sit nisi intra terminum prorogatum satisfaciat.

6 *Per idem iuramentum*, &c.] Notatur ad hoc quòd iuramentum semel iam præstitum, non potest extendi ex solo consensu, & voluntate iurantis ad aliũ casum nisi iterum iuramentum illud præstetur, & per Cou. *in c. quamvis, p. 1. initio, n. 5.* Sayr. *in clavi Reg. l. 5. c. 1. n. 10.* vbi tenet *hic* non agi de iuramento mente concepto, sed potiùs de extensione iuramenti, quã text. negat fieri posse ad casum non contentum, quando iurat absque nouo consensu, & intẽtione iurandi de nouo; quo sensu accipitur hic text. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 3. c. 1. n. 20.* vbi *n. 21.* declarat, nisi constaret de foro animæ, vel iudiciali, hunc intendere per illa verba denuò iurare, tunc enim tenebatur virtute iuramenti, & *n. 22.* tenet quoad vim iuramenti, & ad incurrendum periurium satis non esse relationem ad aliud iuramentum, etsi ea fiat per ipsummet iurantem, nisi denuò iurare intendat.

7 *Non tenetur ad illius obseruantiam*, &c. Notatur ad hoc quod iuramentum simpliciter præstitum seruandi statuta alicuius Communitatis minimè extenditur ad futura, nisi expresse iurans ad futura id extendere velit. Ratio est, quia iuramentum ob periurij periculum, & ob detrimentũ, quod sequi potest, strictissimi iuris est, & interpretationis, itavt non comprehendat id quod verba latè significant; tum etiam, quia cùm futura sint incerta, & dubia graueſque, ac molestos exitus interdum habere soleant, non est verisimile iurantis intentionem ad ea protendi, aut fore vt ea iuraret, si menti occurrerent. Quare ita colligunt *in præsenti* Butr. *n. 1 notab. 1.* Bald. etiam *n. 1.* Alex. de Neuo *à n. 13.* Sylvest. *verbo iuramentum 4. q. 23* Petr. de Ledesma *in summ tom. 2 tract. 21. cap 5. dub. 2 corol 2.* Angel. Armil. & Tabien. quos refert, & sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 3. c. 14. n. 1.* vbi intelligit cum Baldo, & Alex. de Neuo nisi nouum illud statutum ad solius veteris declarationem ederetur, vel ad tacita in antiquo statuto declaranda, ad illud enim extenderetur illud iuramentum, quia tunc non est nouum statutum, sed idem cum veteri; & idẽ Sanch. *d. c. 14 n. 8.* resoluit nõ esse iuramenti transgressorem, qui statuta aut non licita aut non possibilia minime seruat & *n. 8.* tenet nec virtute illius iuramenti obligari iurantem ad obseruanda ea statuta quæ aliqua ratione non obligant, vt quia recepta non sunt, vel in desuetudinem abierunt, & *n. 10.* idem esse dicendum putat, si huiusmodi statutum reuocetur per potentem reuocare.

In gl. *Quod promisit*, ibi, *nec refert quantum ad obseruationem, an per iuramentum, an per solam fidem promissam sit adstrictus*, &c. An autem ista fidei præstatio, & interpositio quę communiter adhibetur in chirographis, & in aliis scripturis priuatis, sit iuramentum, vel quæ fides dicatur, & an iudex Ecclesiasticus sit competens ad compellendum laicum soluere chirographum, quod sub hac fide soluere promisit, vide Sylvest. *in sum. verbo iuramentum, il. 1. n. 7* Sot. *de iustit. lib. 8. q. 1 art. 1.* Nau. *in man. c. 12. n. 2.* Cravet. *cons. 241. n. 11.* Cou. *in c. quamvis pactum, p. 1. §. 2. n. 2.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vend. p. 3. c. 1. n. 3.* Guttier. *in auth. Sacramenta puberum, n. 145. C. de si aduersus vendit.* Læl. de Zanchis *de priuileg. Eccles. priuil. 59. ex n 6.* Ant. Scap. *de iure non scripto, lib 3. c. 51. n. 17.* Perez *l. 1. vers. quæri solet vtrum, tit. 6. lib. 8. Ordin. pag 186* Ferdinand. Mendoza *lib. 1 disp iur. c. 6. q. 3. pag. 241. cum seqq.*

In ead. gloss. ibi, *Credo tamen quod maior*, &c.] Notatur ad hoc quod fidem violans, mitius punitur, quàm periurus, vt per Surd. *decis. 234. n. 1.* 8

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum delatum à iudice nullus sine iusta causa recusare potest, sed bene si detur à parte.*
2 *Iudex quibus ex causis alteri ex partibus iuramentum deferre possit, remissiuè.*
3 *Querelari an possit peierans in iuramento litis decisiuo.*
4 *Actione famosa si agatur iusiurandum relatum deferri non potest.*

5 *Actore nil il probante reus absoluitur.*
6 *Iuramentum suppletorium quando deferendum reo, & non actori; ostenditur.*
7 *Iuramentum suppletorium datur in matrimonialibus causis, vbi adest plusquam semiplena probatio.*

CAP. Iuramentum. XXXVI. & fin.

1 IVramentum litis decisorium à iudice delatum sine iusta causa recusari non potest, delatum verò à parte licite recusatur: in actione vero famosa non licèt reo deferre iuramentum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan Panorm. Anch. Host. Henric. Boich, Bald Butr. Guid. Papæ, Mart. Vran Alex. de Neuo, Cujac. Vin. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 134. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 300. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2.

2 *A te parti delatum*, &c.] An, & quando, & ex quibus causis iudex alteri ex partibus iuramentum deferre possit, vide Menoch. *de arbitr. casu* 190. & *de*
3 *præsumpt. lib* 1 *præs.* 82. & 82. Et quid si pars peierarit in huiusmodi iuramento litis decisorio, an possit fieri querela, seu accusatio, vide Donel. *comment. iuris Ciuilis, lib.* 24. *c.* 9. *col.* 1. Fachin. *controuers. iuris, lib.* 11. *c.* 28. Caroc. *de iuram. decisiuo*, 3 *p.* 9 *princ. n.* 6. Guttier. *de iuram. confirm. p.* 3. *c.* 7. *à n.* 10. Cald. Pereira *de empt. c.* 19. *n.* 24. Melch. Phœbos *Lusit. decis* 69. *n.* 7.

4 *Nec liceat conuento famosa actione*, &c.] Notatur ad hoc quòd si famosa actione agatur, tunc iusiurandum delatum referri non potest, nec minus si illud iudex detulerit, vt per Galganet. *de iure publico, lib.* 2. *tit.* 34. *n.* 5. & ideo in causa famosa iuramentum in supplementum probationis non defertur, vt dixi *in collect. ad c.* 2. *n.* 48. *sup. de probat.*

§. Sanè.

Actore nil probante reus est absque omni onere absoluendus; si verò est præsumptio pro actore, defertur iuramentum reo ad ostendendam suam innocentiam, & si iudex consideratis circunstantiis personarum, & causæ iudicet actori deferendum, illi, & non reo dare debet. Colligunt Doctores in principio textus citati.

5 Hanc eandem conclus. quoad eius primam partem ex hoc text. desumunt Duen. *reg.* 12. Menoch. *de arbit. casu* 98. *n* 16. Clar. *lib.* 5. §. *fin q.* 62 *n.* 1. Seraph. *de priuileg. iuram. priuil.* 24. *n.* 1. Mascard. *de prob concl.* 36. Surd. *de alimentis, tit.* 9. *q.* 12 *n.* 7. *cum seqq. & cons.* 328. *n.* 1. Flamin. *de resign. lib.* 11. *q.* 14. *n.* 10. Cardos. *in praxi iudicum, verbo, actor, n.* 4. Flores ad Gam. *decis.* 36. *n.* 2. plures refert Cened. *ad Decret. collect.* 125 *n.* 1. quibus adde Couar. *var. lib* 1. *c.* 1. *n.* 8. Trentacinq. *var. lib* 2. *tit. de probat. resol.* 2. *n.* 1. *& n.* 16. Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib.* 5. *c.* 1. *n.* 95. & alios plures relatos *in libello de principiis vtriusque iuris, lit. A. n.* 30.

6 *Reo deferri potest.*] Notatur ad hoc quòd iuramentum suppletorium deferendum est reo, & non actori, quando actor pro se vnam probationem habet, & reus alteram, cùm iudex propensior esse debeat ad liberandum, vt per Mascard. *de probat. in procem. q.* 9. *n.* 29. Menoch. *casu* 109 *n.* 19. quos refert parens meus *in remiss. ad Ordin. Regiam Lusit. lib.* 4. *tit.* 52. *in princ.*

7 In gloss. fin. Notatur ad hoc quòd iuramentum in supplementum probationis datur in matrimonialibus causis, vbi adest plusquam semiplena probatio, vt per Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 15. *n.* 5. Mascard. *de probat. concl.* 103. *n.* 5. Setser. *de iuram. lib* 4. *c.* 14. *sub n.* 12. Mancin. *in simili tract. p.* 2. *art.* 6 *n.* 10. vbi declarat, nisi essemus in matrimonio clandestino, quia tunc iuramentum etiam in supplementum non defertur, etiam quòd fuerit plusquam semiplenè probatum.

De Exceptionibus.

TIT. XXV.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchar. Alex. de Neuo, Panorm. Dec. Felin. Mar. Socin. Guid. Papæ, Mantua, Petr. de Rauen. *in compend. iuris Canon.* Ioan. de Londr. *in breuiario sanctorum Canon. fol.* 171. Martin. Mesnart. *in epitom. Decret. fol.* 79. Dan. Venator *in analysi method. iuris Pont à pag.* 284. Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret. sub hoc tit. & tom.* 4. *repet super iure Canon. ad secundum Decretalium librum*, Petr. Paul. Paris. Lancel. *in Instit. Canon.* Canis. *in summ. iuris Canon.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib* 2. *summ. in Decretal.* Barthol. Carthag. *in exposit. tit. iuris Canonici* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. ex professo tractant Innocent. IV. *tom.* 3. *tr. Doctor p.* 2 *fol.* 104. Lanfranc. ab Oriano *eod. tom.* 3. *p.* 2. *fol.* 103. Nepos de Monte Albano *eod. tom.* 3. *p.* 2. *fol.* 105. De exceptionibus, & actionibus, quæ ad praxim Curiarum maximè in Francia vigentem faciunt, agit Petr. Rebuff. qui etiam declarat arborem exceptionum.

De exceptionibus, quæ oriri possunt tam ab intestato, quàm ex testamento, disserit Paul. Æmilius Gallus.

De exceptionibus impedientibus litis ingressus agunt M. Anton. Blanchus *tom.* 3. *tr. Doct. p.* 1. *fol.* 138. Martin. de Fano *eod. tom.* 3. *p.* 2. *fol.* 102.

De exceptionibus iudicij, & reprobationibus testium ttactat ex professo Bagarotus.

De exceptionibus dilatoriis agitur apud Lusitanos *in Ordin. Reg. lib.* 3. *tit.* 49. & apud Castellanos *l.* 8. *cum seqq. tit.* 3 *p.* 3. agunt etiam Maranta *de ordine iudic. p.* 6. *memb.* 9. Menoch. *de arbitr. casu* 240. Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *temp. §. n.* 14. *cum seqq.* Rebuff. *de except. à n.* 240 Cur. Philip. *p.* 1. §. 13. *dilatorias*, Bernard. Muscatel. *in praxi aurea Ciuili Neapol. p.* 3. *gloss. dilatorias*, Fr. Ludou. Miranda *de ordine iudic q.* 20. *art* 1. Alexand. Trentacinq. *var. lib.* 2. *tit. de except. pag.* 97. Amat. Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.* 5. *à n.* 58. Camil. Borrel. *in summ omnium decis. tit.* 48. *de except.*

De exceptionibus peremptoriis agunt Lusitani *in Ord. Reg. l.* 3. *tit.* 50. Rebuff. *de except. à n.* 425. Soar. de Pace *d. p.* 1. *temp* 7. Bernard. Muscatel. *p.* 4. *verbo, peremptorias*, Cur. Philip. *p.* 1. §. 15. Fr. Ludou. Miranda *d. q.* 20. Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib* 3. *c.* 4 Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 4. *c.* 7. *ex n.* 65.

SVMMARIVM.

1 *Testis si de crimine contra eum excepto conuincitur, vel aliàs conuictus apparet, repellitur à testimonio, sed de crimine non punitur, si non tangit negotium principale.*

2 *Obiectio*

2 *Obiectiones aduersus testes proponendæ sunt ante sententiam.*
3 *Macula repellit testem.*
4 *Testis contra quem opponitur non debet mulctari pœna ordinaria.*
5 *Confessus crimen causam tangens, de quo excipitur, potest puniri ordinariè.*
6 *Canones in decreto conscripti à Gratiano authentici non sunt.*
7 *Exceptio quasi peremptoria dicitur, quæ contra testes opponitur.*
8 *Iudex recusatus potest compelli respondere super articulis suspicionum.*
9 *Sacerdotis solo dicto creditur quoad probandum aliquem pœnituisse.*

Cap. Denique. I. *Cœlest. III.*

1 EXceptio fieri potest de crimine contra testes, & si de eo fuerunt iam conuicti, vel confessi, vel nunc crimen probatur, reiiciuntur à testificãdo, quia testes debent esse absque infamia, vel suspicione, vel manifesta macula; tamen pro illo crimine probata non puniuntur, quia non præcessit accusatio, sed sola exceptio, & ideo satis est si repellantur, præsertim si crimen non videtur tangere causam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich, Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Dec. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Mant. Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 238. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 302. *& tom.* 4. *repet. in iure Canon. ad secundum Decret. lib.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 16 *c.* 1. nouissimè Io. de Valboa *in annuis Academ. prælect. Salmant. tom.* 1.

2 *Antequam causa per sententiam*, &c.] Notatur ad hoc quòd aduersùs testes obiectiones, & vita proponenda sunt ante sententiam, vt per Cou. *practic. c.* 18. *n.* 5. *vers. quinto.*

3 *Vel manifesta macula*, &c.] Notatur ad hoc quòd macula repellit testem, vt per Cou. *d. c.* 18. *n.* 2. *vers. secundo illud*, Clar. *lib.* 5. *§. fin. q.* 24. *n.* 10. Rebuff. *in tract. except. n.* 451. *cum seqq.*

Pœna ordinaria, &c.] Notatur ad hoc quòd testis contra quem opponitur, non debet mulctari pœna ordinaria, quia sufficit eum repelli à testimonio, vt per Rebuff. *in tract. de reprobat. testium, n.* 454. Fachin. *controu. lib.* 13. *c.* 43. quicquid aliter sentiat Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 81. *n.* 266 *cum seqq.*

4 *Mulctari non debent*, &c.] Collige ex text. probata criminis exceptione contra testẽ illũ non esse puniendum, idem probant text. *in c.* 2. *vers. quemadmodum de ord. cogn. & in l. Lucius* 21 *ff. de iis, qui notantur infam.* glos. *verbo, pœna.* Innoc. Abb. & Bald omnes *n.* 1. Imol. *n.* 5 Dec. *n.* 4. & alij *in præsenti*, resoluunt DD. *in c. super his, & in c.* 2. *de confess.* Bald. *in l. Presbyteri la* 1 *n.* 12. *C. de Episc. & Cleric.* Rom. *in l. cum mulier, col.* 2 *ff. soluto matrim.* Boss. *in pract. tit. quemadmodum procedatur per except. à n.* 2. Clar. *§. fin. q.* 19. *n.* 2 latè D. Barbos. *in l. viro à n.* 8. *ff. soluto matr.* Sed obstat maximè quòd delicta vbicunque & vndecunque constiterint punienda sunt per iudices cõpetentes, vt probat text. *in cap. ecce*, ibi, *vndecunque claruerint*, 24. *q.* 3. *& in c. vt famæ, de sent. excom.* Obstat etiam text. *in c.* 2. *de confessis*, vbi testis, qui confessus fuit crimẽ à se factũ, & per litigãtẽ oppositũ, pœna privationis officij, & beneficij punitur.

Vnde nonnulli, quos refert Garc. *reg.* 113. *n.* 1. putãt faciendam esse differentiam inter casum, quo constat de testis crimine per illius confessionem, & inter casum quo de illo constat per alios probationis modos legitimos, itavt primo casu puniendus sit testis, minimè vero in posteriori. Sed alij reiecto supradicto intellectu putant faciendam esse distinctionem inter crimen tangens ipsam causam principalẽ, de qua agitur, & inter illud, quod minimè illã attingit, itavt in priori probata exceptione opposita testis puniatur, non vero in posteriori casu, in quo text. *in præsenti* procedere dicunt, provt in specie tradunt Abb. *n.* 14. Felin. *n.* 10. Dec. *n.* 4. *& 7. in præsenti* idem Abb. *in d. c.* 2. *n.* 17. *de confes.* & est communis, quam refert, & sequi videtur D. Barbos. *in d. l. viro*, *n.* 11. & ante omnes tenuit Bart. receptus *in l.* 2. *§ si publico, n.* 20. *ff. de adulter.*

Ego tamen indistinctè dicendum puto text. *in præsenti* intelligendum esse, & procedere non solũ in pœna ordinaria, sed etiam in extraordinaria, siue crimen causam principalẽ contingat, siue non. Ratio est, quia nullus pœna aliqua ordinaria, vel extraordinaria puniri potest, nisi aduersùs illum aliquod iudiciũ instituatur, quatuncunque de crimine per propriam confessionem appareat, patet si expendas in crimine etiam per confessionem probato delinquenti defensionem necessario esse concedendam; iuxta reg. text. *in c. cum inter, & in c. delecti, inf. hoc tit.* dicit receptum Clar. *§. fin. q.* 64 *n.* 44. qualis defensio nõ datur nisi de tali crimine iudicium instituatur. Accedit quod sine iudicio instituto nullus potest dari accusator, vt colligunt ex text. *in c. forus, de verb. signif.* aduertit Rip. *n.* 28 Nauar. *n.* 5. & cõmunis *in rub. de iud.* sine quo accusatore aliquis puniri non potest, vt fatetur Pont. *in præsenti*, ibi, *cum accusatio*, &c. & probat text. *in l.* 3. *C. qui accus. non pos.* Sed quando per meram exceptionem crimen aliquod testificanti opponitur in illo iudicio, in quo de causa testimoniũ dixit, quantumcunque crimen obiectum probetur etiã per confessionẽ illius, cui obiicitur, dum aliud non proponitur nullum iudicium contra testem institutum esse dicitur, patet si expendas iudicium illud, quod circa causam exercetur, non contra testẽ, sed potius contra producentem institui, ac subinde dum aliud nouum non apparet contra testem iudicium institutum propriè dici non poterit, ex reg. text. *in l.* 1. *C. res inter alios, & c. pen. de re iudic.* Igitur rectè procedit conclusio ex textu desumpta.

Nõ obstat dicere quod repulsio testimonij propriè & verè ex se pœna est, arg. text. *in l. moris* 9 *§. sunt autem, ff. de pœnis*, explicat Castr. *de lege pœn. lib.* 1. *c.* 3. *in princ.* quã esse imponendam fatetur text. *in præsenti*, satisfit enim si aduertas id per accidens contingere, interueniente tamen iusta causa vt fieri potest, ex *reg. sine culpa n.* 6. eo quod excipiens principaliter agit cũ producente, nequaquam verò teste quo de causa probato crimine repulso fieri solet eodem teste innocato, nec aliàs admittatur in testem ille, qui criminibus inquinatus est; sic sanè talis pœna principaliter, & immediate censetur imposita litiganti, nõ vero testi, cuius testimonium data illius ignorãtia reiicitur. Nec obstat *d. cap. ecce*, quia resp. regulam illam tantum procedere quando de crimine constat legitime, & per modos legitimos, hoc est, inchoato iudicio cum delinquente, & eodem audito circa suam defensionem, aliter enim ad condemnationem faciendam, & pœnam imponendam de crimine constare non dicitur, ex reg. text. *in d. l.* 4. *§. condemnatur, de re iudic.* qualis probatio non reperitur in exceptione criminis oppositi testi, nisi solùm ad finem repulsionis à testimonio, vt *sup.* dictum. Nec etiam obstat *d. c.* 2. *de confessis*, quia licet ille text. varios habeat intellectus tamen ille melior videtur quem assignat gl. *ibid.* cõmuniter recepta ex Dec. *hic n.* 4. dum asserit in illo text.

aliquod iudicium fuisse institutum contra illum confitentem, saltem iudicium inquisitionis, siquidem in illa pœnæ ordinariæ impositione sunt termini habiles quales dantur si iudicium institutum proponatur, iuxta *sup.* resoluta. Vel forsan melius tentari potest text. illum solum voluisse constituere confessum in iudicio crimen simoniæ deponendum esse; de modo autem confessionis nihil disposuit, sed necessarium & legitimum supposuit, idque colligitur manifestè cùm text. ille sub *rubr. de confessis* positus sit, & solùm intendat sub ead. rubr. de confessione tractare, quæ legitimè facta reputatur, vt per illam pœna aliqua imponatur si interueniente iudicio & competenti per modum legitimum facta sit.

5 *Præsenti vbi crimen*, &c.] Ergo testis confessus crimen causam tangens, de quo excipitur contra eum, puniri potest ordinariè, vt per Duen. *reg.* 226.

6 In gloss. *Accusari*, ibi, *secundùm canonem sufficit, si probetur criminosus.* Ergo huiusmodi canones conscripti à Gratiano *in libro Decreti*, ex voluminibus DD. authentici non sunt, vt per Marant. *de ordine iudic. p.* 3. *n.* 38. de quo tamen latè dixi *ad proœm. Decreti.*

7 In gloss. *Per sententiam.* Notatur ad hoc quòd quasi peremptoria exceptio dicitur, quæ contra testes opponitur: quia directè non perimit intentionem aduersarij, sed per obliquum, nempe sublata probatione ius partis inutile remanet, vt per Rebuff. *in tract. de except. n* 447.

8 In gloss. *Sine confessi*, ibi, *& argumentum.* &c.] Notatur ad hoc quòd iudex recusatus potest compelli respondere super articulis suspicionum, vt per Rebuff. *ad leges Galliæ, tit. de recusat. art.* 1 *gloss.* 3. *num.* 5. Aufrer. *de recusat. q.* 9. Carrasc. *in explicat. ad aliquas leges nouæ recop. c.* 9. *n.* 344. Ordin. Reg. Lusit. *lib.* 3 *tit.* 21. §. 2. & apud Castellanos *l.* 7. *tit.* 10. *lib.* 2. *nouæ recopil.* Limita nisi recusaretur ob crimen, quia tunc non tenetur se ipsum prodere, Aufrer. *d. q.* 9. *ad fin.* Thesaur. *decis.* 6. Cur. Philip. *p.* 1. §. 7 *n.* 25 Morl. *in emporio iuris, p* 1. *tit.* 2. *prælud. num. vlt* Carrasc. *d. c.* 9. *n.* 345. Limita etiam si positiones suspicionis contineant turpitudinem, quia non tenetur recusatus illis respondere, gloss. *verbo, acquisiti, in l. qui iurasse*, §. *qui pater, ff. de iureiur.* Padil. *in l.* 2. *n.* 59. *C. de rescind. vend.* Ioan. Garc. *reg.* 39. *n.* 11. Azeued. *l.* 1. *n.* 1. *tit.* 7. *lib.* 4. *nouæ recop.* Limita denique in criminosis, Perez *l.* 2. *verbo, pro confesso, tit.* 4. *lib.* 3. *Ordinam.*

9 In gloss. *Innocentes*, in fine, ibi, *& hoc probare possunt per Sacerdotem suum.* Notatur ad hoc quòd solo dicto Sacerdotis creditur quoad probandum aliquem pœnituisse seu pœnitentiam egisse, vt per Nau. *in cap. Sacerdos, n.* 126. *& 151. de pœnit. dist.* 6. nouè Ioan. Valer. *de differentiis inter vtrumque forum, verbo, testis, differ.* 5. *vers. decimò fallit.*

SVMMARIVM.

1 *Reo excipiente de excommunicatione contra actorem non obstat communionis replicatio.*
2 *Excommunicationes non compensantur adinuicem.*
3 *Loquutio cum excommunicato prohibetur.*
4 *Excommunicatio minor priuat participatione Sacramentorum, non autem hominum communione.*

CAP. A nobis. II. *Innoc. III.*

1 QVando Mæuius, qui communicauit scienter cum Titio maiori excommunicatione ligato & accusatus ab eodem Titio, excipit illum esse taliter excommunicatum, si Titius iterum excipiat contra Mæuium, quia communicauit cum illo, prima exceptio valet, quia maiori excommunicatione ligatus non potest accusare: secunda non valet, quia excommunicatus minori excommunicatione prohibetur tantùm à perceptione Sacramentorum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich, Anch. Butr. Felin. Bald. Panorm. Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Cujac. Viu. *in ration.* 2. *libri iuris Pontif. pag.* 235. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 303. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 16. *c.* 1. nouissimè Io. de Valboa *vbi sup.*

Collige ex text. quoad titulum excommunicatio- 2
nes non compensari adinuicem, itavt excommunicatus nec contra alium excommunicatum agere possit, vt per Bald. *hic n.* 2. & Dec. *n* 3. Peregr. *de iure fisci, lib.* 2. *tit* 11. *n* 13. Carol. de Grass. *de except. exempt.* 4. *n.* 4. Anton. Ricc. *de iure person. extra gremium Eccles. existen. lib* 4. *c.* 31. *n.* 14.

Cùm primus à communione fidelium sit excluſus.] Er- 3
go prohibetur loquutio cum excommunicato, vt per Vgol. *de censur. tab.* 2. *c.* 23. §. 1. *n.* 7. Valer. Regin. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *n.* 68.

Secundus verò tantum, &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicatio minor priuat participatione Sacramentorum, non autem hominum communione, vt per Abb. *in cap. intelleximus, n.* 14. *de iudic.* vbi Felin. *n.* 11. & Dec. *n.* 32. Pontan. *de spoliis, lib.* 3. *c.* 2. Surd. *d. alimen. tit.* 8. *priuil.* 83. *n.* 7. Peregr. *d. tit.* 11. *n.* 4. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 12. *n.* 32. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 9. *consid.* 2. *n.* 7. Anton. Ricc. *d. c.* 31. *n.* 32.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia plura habens non potest opponere contra alium de pluralitate beneficiorum*, & n 2.
3 *Papa censetur tacitè dispensare si facit actum scienter cum inhabili, ad cuius validitatem est necessaria dispensatio.*

CAP. Cùm Ecclesiasticæ. III.

BEneficia plura habens non potest opponere con- 1
tra alium de pluralitate beneficiorum, præsertim si est in possessione. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Henric. Boich, Butr. Host. Felin. Dec. Anch. Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 240. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 303. *& tom.* 4. *reper. in iure Canonico ad librum secundum Decret.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 16. *c.* 2. nouissimè Ioan. de Valboa *vbi sup.*

Hanc eandem concluſ. ex hoc text. desumit D. Bar- 2
bos. *in l. viro, atque vxore, n.* 17. *ff. solut. matrim.*

In gloss. *Opponere.* Collige ex gloss. Summum Pont. 3
censeri tacitè dispensare si facit actum scienter cum inhabili, ad cuius validitatem est necessaria dispensatio, vt per Bart. *in l. quidam, n* 2. *ff. de iudic.* Bald. *in l. Imperialis*, §. 1. *C. de nupt.* Abb. *in cap. si quando num.* 3. *de rescript.* vbi Felin. *num.* 6. & Dec. *num.* 5. Gigas *de pension. quæst.* 16. *ex num.* 12. Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancel. gloss.* 15. *num.* 32. Gom. *in reg. de non tollendo iure quæs. quæst.* 18. *vers. tamen istis non obstantibus*, vbi inquit quòd ad hoc vt Papa videatur per actum, quem facit, dispen-

dispensare, sex requisita sunt necessaria. Primùm quòd Papa sciat factum, & ex illo iuris dispositionem. Secundùm quòd pariter sciat esse opus in illo facta dispensatione. Tertium quòd ex certa scientia affirmatiuum actum faciat, & illum exprimat. Quartum quòd de causa motiua dispensationis cognoscat. Quintùm quòd ex eius actu tertius non lædatur. Sextum quòd si lædatur debeat regulæ derogari.

SVMMARIVM.

1 *Iudex statuere debet tertium ad omnes dilatorias proponendas, post quem excipientem non audiet, nisi in tribus casibus hîc exceptis.*
2 *Exceptiones dilatorias nullus opponere potest post terminum certum à iudice præstitutum, etiamsi lis non sit contestata.*
3 *Exceptio dilatoria ante litem contestatam opponenda est.*
4 *Excussionis exceptio vti dilatoria ante litem contestatam opponenda est.*
5 *Spoliationis exceptio vti dilatoria ante litem contestatam opponenda est.*
6 *Continentiæ causæ non diuidendæ exceptio vti dilatoria ante litem contestatam, opponenda est.*
7 *Exceptio, Tua non interest, vti dilatoria ante litem contestatam opponenda est.*
8 *Exceptio litis pendentis vti dilatoria ante litem contestatam opponenda est.*
9 *Contumax litis pendentiæ exceptionem allegare non potest.*
10 *Litis pendentia quando inducatur ex citatione, ostenditur.*
11 *Exceptio dilatoria statim, & incontinenti post terminum elapsum, aut litem contestatam opponi potest.*
12 *Exceptionem dilatoriam si pars ignorauit sibi competere tempore termini, potest post terminum opponere.*
13 *Exceptio defectum personæ iudicis respiciens potest opponi post litem contestatam.*
14 *Exceptio vt quis non conueniatur vltra quàm facere potest, opponi potest post litem contestatam.*
15 *Exceptio attentatorum potest opponi post litem contestatam.*
16 *Exceptio inuentarij potest opponi post litem contestatam.*
17 *Ineptitudinis libelli exceptio potest opponi post litem contestatam.*
18 *Exceptio quòd debent dari alimenta, potest opponi post litem contestatam, & n. 19.*
20 *Tempus ad producenda instrumenta currit à die notitiæ.*
21 *Exceptio dilatoria, quæ lite iam contestata incipit competere, potest tunc opponi non obstante termino finito.*
22 *Recusatio iudicis ante alias exceptiones proponenda est.*

CAP. Pastoralis. IV.

1 IVdex assignare debet certum tempus ad probandum omnes exceptiones dilatorias, quo transacto partes non possunt amplius proponere, nisi prius illas fuerint protestatæ, vel aliqua de nouo competens orta fuerit, vel si iurent postmodum peruenisse ad notitiam suam. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Henric. Boich, Dec. Mantu. Felin. Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 241. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 303. *& tom.* 4. *repet. in iure Canonico ad secundum librum Decretal.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 16. *cap.* 3. nouissimè Ioan de Valboa *vbi suprà.*

Vt infra certum tempus à iudice assignandum, &c.] 2 Post terminum certum à iudice præstitutum nullus dilatorias exceptiones opponere poterit, etiamsi lis non sit contestata, vt resoluit Rebuff. *in tract. excep. num.* 395. *cum seqq.* Quo quidem termino à iudice 3 non assignato de iure exceptiones dilatoriæ ante litem contestatam proponendæ sunt, vt probant text. *in l. emptionem, C. de probat. & in l. fin. C. hoc tit.* constitutum est apud Lusitanos *in Ordin. Regia lib.* 3. *tit.* 40. §. 3. vbi parens meus, & apud Castellanos *l.* 9. *tit.* 3. *partit.* 3. vbi Greg. *& l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 5. *nouæ recop.* vbi Azeued. docent Marant. *de ordine iud. part.* 6. *membro* 9. *num.* 7. Rebuff. *in tract. huius tit. n.* 365. Surd. *decis.* 44. *num.* 20. Mascard. *de probat. concl.* 690. Soar. de Pace *in pract. tom* 1. *part.* 1. *temp.* 5. *num.* 5. *n.* 14. *&* 15. Ludou. Miranda *de ordine iudiciario, quæst.* 20. *art.* 1. *concl.* 3. Cardos. *in praxi indic. verbo, exceptio, n.* 11. Bernard. Muscatel. *in praxi aurea ciuili Neapol. part.* 3. *gloss. dilatoria, num.* 16. Amator. Roder. *de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap.* 5. *num.* 56. *&* 60. Camill. Borrell. *in summa omnium decisionum, tit.* 48. *num.* 62.

Amplia primò conclusionem illam, quod exceptio 4 dilatoria de iure ante litem contestatam proponenda est, vt procedat in exceptione excussionis, quam quidem vti dilatoriam ante litis contestationem proponendam esse tenent Euerar. *in locis legalibus, loco* 1. *n.* 5. *vers. & ratio est*, Rebuff. *in tract. huius tit. n.* 366. Rot. Genuens. *de mercatura, decis.* 78. *n.* 4. *&* 6. Menoch. *cons.* 662. *n.* 12. Bursat. *cons.* 48. *n.* 14. Ant. Gabr. *commun. lib.* 3. *sub tit. de fideiussoribus, concl.* 1. *n.* 22. *&* 23. Cacher. *Pedemont. decis.* 44. *n.* 13. Bertazol. *in tract. clausular. instrument. clausula* 40. *gl.* 4. *n.* 2. Soar. *receptarum sententiarum, lit. F. n.* 135. Franc. Milanen. *Sicilia decis.* 5. *n.* 59. *lib.* 1. Hieron. Magon. *Florent. decis.* 38. *n.* 6. Surd. *Mantuæ dec.* 44. *num.* 10. Fachin. *controuers. lib.* 8. *c.* 52. Caroc. *de excussione bonorum, p.* 2. *q.* 31. *n.* 14. Anton. Faber. *in suo C. sub hoc tit. definit.* 34. Bernardin. Muscatel. *de modo fideiubendi, p.* 1. *modo* 20. *n.* 15. Camill. Borrell. *d. tit.* 48. *à num.* 136. Aloys. Ricc. *in collectan. decis. part.* 5. *collect.* 2003. Valent. Franch. *in tract de fideiussoribus, cap.* 5. *à num* 287. *vsque ad num.* 289. Quamvis huiusmodi exceptionem anomalam esse, ita vt ante, & post litem contestatam opponi possit, ante in vim dilatoriæ, post in vim peremptoriæ, teneant Ioan. Gœdd. *de contrahen. & committen. stipul. c.* 9. *concl.* 5. *n.* 105. Anton. Hering. *in tract. de fideiussoribus, cap.* 21. D. Barbos. *in l. si constante, num.* 99. *ff. soluto matrimonio.*

Secundò amplia in exceptione spoliationis, de 5 qua vide Menoch. *remed.* 3. *retinen. n.* 666. *& remed.* 15. *recuperand. num.* 491. Viuian. *tom.* 2. *communium opinionum, lib.* 7. *titul.* 1. *num.* 331. *&* 339. Bernardin. Muscatel. *in d. praxi ciuil. Neapol. part.* 3. *gloss. actiorem, num.* 38.

Tertiò amplia in exceptione continentiæ causæ 6 non diuidendæ, de qua Cauet. *in cons.* 818. *n.* 2. Mynsinger. *cent.* 2. *obseru.* 97.

Quartò amplia in exceptione, Tua non interest 7 quæ vti dilatoria ante litis contestationem proponenda

menda est, vt docent Franc. Marc. *decis.* 905. *volum.* 2. Surd. *decis.* 52. *n.* 2. & *decis.* 149. *n.* 24. & *cons.* 218. *n.* 15. & *de alimentis, tit.* 9. *q.* 26. *n.* 66. & *q.* 43. *n.* 18. Menoch. *cons.* 2. *n.* 110. & *seqq.* Vezin. *tom.* 2. *communium opinionum, lib.* 8. *tit.* 20. *n.* 93. D. Barbos. *in l. si alienam, n.* 18. & *in l. Titia, n.* 6 *ff. solut. matrim.* Camil. Borrel. *d. tit.* 47. *num.* 76.

8 Quintò amplia in exceptione litis pendentis, de qua vide Afflict. *decis.* 354. Marant. *de ordine iudic.* 1. *part.* 6 *princ. memb.* 9. *num.* 42. *cum seqq.* Perez *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 2 *Ordin. pag.* 59. Rebuff. *de except. n.* 367. & *n.* 524. Lancel. *de attent. p.* 2 *cap.* 4. *limit* 2. *num.* 83. Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *temp.* 5. *num.* 81. *fol.* 48. Alexand. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 2. *tit de iudic. resol.* 3. *n.* 10. Amat. Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap.* 5 *num.* 70. Camil. Borrell. *d. tit.* 48. *n.* 143. nouissimè Mendez à Castro *in praxi sæculari Lusitaniæ, lib.* 3. *cap.* 3. *à n.* 11. Bernardin. Muscatel. *in sua praxi aurea Ciuili Neapol. p.* 2. *gloss. Tribunali, num.* 13. D. Barbos. *in l. si quis post eaquam, n.* 276. 9 *ff. de iudic.* Contumax litis pendentiæ exceptionem allegare non potest, ex Camil. Borrel. *d. tit.* 40. *n.* 26. Et litis pendentia non iudicitur ex lite calumniosa, vt per Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 235. *num.* 2. 10 & 22. Nec inducitur ex citatione, nisi sit certa citatio, & in ea sint expressa illa, per quæ reus possit instrui, vt per Surd. *decis.* 5. *num.* 2. & 3. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 2. *num.* 33. Franc. Viuian. *decis.* 320. *num.* 4. Camill. Borrel. *d. tit.* 44. *n.* 554. *cum seqq.* Et iudex Ecclesiasticus debet admittere exceptionem rei iudicatæ per iudicem sæcularem, & ita iudex sæcularis exceptionem rei iudicatæ per iudicem Ecclesiasticum in ciuilibus, per *cap. vlt. de except. lib.* 6. resoluit Cardos. *in praxi iudicum, verbo, iudex, num.* 37.

11 Limita primò supradictam conclusionem, putà quòd exceptio dilatoria intra terminum à iudice prostitutum, seu ante litem contestatam proponenda sit, vt non procedat quando statim, & incontinenti post terminum elapsum, aut litem contestatam, proposita fuerit, vt resoluunt Rebuff. *in tract. huius tit. n.* 476. & *ad leges Galliæ, tract. de dilat. gloss. vnic. n.* 1. Tiraq. *de retract. tit.* 2. §. 1. *gloss.* 5 *n.* 10. Perez *tit.* 6. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 577.

12 Limita secundò, quando pars ignorabat exceptionem dilatoriam sibi competere tempore termini à iudice prostituti, & litis contestatæ, vt per Rebuff. *in tract. huius tit. n.* 379. vbi *n.* 381. etiam limitat, quando non stetit per partem quominus opponeret, sed per iudicem.

13 Limita verò in exceptione defectum personæ iudicis respiciente, de quo vide D. Barbos. *in l. cum Prætor,* §. *fin. n.* 13. *cum seqq ff. de iudic.*

14 Limita quartò in exceptione, vt quis non conueniatur, vltra quàm facere possit, Rebuff. *in tract. huius tit. n.* 393. Boer. *decis.* 19 *num.* 9. Azeued. *l.* 1. *n.* 66 *cum seqq. tit.* 21 *lib.* 4. *nouæ recop.* Guttier. *de iuram. confirm. p.* 3. *c.* 15. *n.* 37.

15 Limita quintò in exceptione attentatorum, vide D. Barbos. *in l. si de vi, ff. de iudic. num.* 489. *cum seqq.*

16 Limita sextò in exceptione inuentarij, vide Garc. Mastril. *Siciliæ decis.* 24. quem refert Aloys. Ricc. *in collect. dec. collect.* 21. *in medio, p.* 1.

17 Limita septimò in exceptione ineptitudinis libelli, vide Rebuff. *in tract. huius tit. n.* 331. Bellacomb. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 8. *tit.* 20. *n.* 35. Curiam Philip. *p.* 1 §. 13. *n.* 4.

18 Limita octauò in exceptione, quòd debent dari alimenta, Surd. *de alim. tit.* 1. *q.* 111. *n.* 23.

Fidem faciat iuramento.] Notatur ad hoc quòd ignorantia cùm sit quid in animo consistens, iuramento probatur, vt per Bauer. *in tract. de iuramenti effectibus, eff.* 53. *vers. ottauò principaliter*, Sebast. Med. *de casibus fort. p.* 1. *q.* 3. *n.* 14. Herculan. *de negatiua, n.* 275. Boujum *de statutaria præscr. gl.* 19. *n.* 13. Menoch. *de arbitr. casu* 286. *n.* 2. *cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 638. *n.* 1. & 2. *concl.* 881. *n.* 1. Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuil.* 4. *à n.* 1. Mancin. *in tract. de iureiur. effectu* 103. *n.* 1. Card. Tusch. *verbo ignorantia, concl.* 24. Baptista Costa *de facti scientia, & ignor. inspect.* 84. *n.* 2. Contra quod tamen admitti potest probatio, vt per Tiraq. *de retractu tit.* 1. §. 4. *gloss* 1. *n.* 1. faciunt quæ tradit Couar. *lib.* 2. *variar. c.* 10. *n.* 1. *vers. tertio*, vbi hunc text. optimum dicit. 19

Ad illius notitiam, &c.] Ergo tempus ad producenda instrumenta currit à die notitiæ, vt per Tiraquel. *de retract tit.* 1. §. 36. *gl.* 4. *n.* 16. 20

In gloss. *Ex tunc*, ibi, *id est, post terminum statutum à iudice, & finium.* Vnde exceptio dilatoria, quæ lite iam contestata incipit competere, potest tunc opponi, non obstante termino finito, vt per Cou. *lib.* 1. *var. cap.* 16. *num.* 13. *column.* 2. Rebuff. *in tract. huius tit. num.* 378. 21

In gloss. *Potestate*, ibi, *vt si velit proponere*, &c.] Notatur ad hoc quòd recusatio iudicis ante alias exceptiones proponenda est, vt per Couar. *pract. c.* 26. *n.* 2. Rebuff. *in tract. huius tit. n.* 154. & *tom.* 3. *ad leges Galliæ, tract. de recusat. art.* 1. *gl.* 1. Soar. de Pace *pract. tom.* 1. *part* 1. *temp.* 5. *num.* 21. & *tom.* 2. *cap.* 6. *num.* 2. D. Barbos. *in l. si quis ex aliena, n.* 74. & 79. *ff. de iudic.* Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 45. *num.* 14. & *seq.* Mich. Graff. *communium lib.* 2. *cap.* 8. *quæst.* 14. Sigism. Scacc. *de iudic. causarum ciuilium. cap.* 101. *n.* 8. Cardin. Tusch. *verbo, iudex, concl.* 423. *n.* 2. Iacob de Laurent. *de iudic. suspecto, cap.* 14. *num.* 2. *vers. eadémque*, Farinac. *fragment. criminal. part.* 2. *verbo, index, num.* 898. 22

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus excipere, appellare, & omnem defensionem facere potest, sed reconuenire non potest.*
2 *Iudex potest recusari quotiescumque magis vnam partem, quam aliam diligit.*
3 *Suspecto sub iudice litigare durum, & periculosum est.*
4 *Excommunicatus habet auctoritatem legitimæ defensionis in iudicio vti reus necessarius.*
5 *Excommunicatus potest opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, rei iudicatæ, doli mali, solutionis, & præscriptionis.*
6 *Iudici suspecto nunquam Princeps præsumitur ex certa scientia causam committere.*
7 *Excommunicatus potest recusare iudicem suspectum.*
8 *Excommunicato petenti instam sententiam absolutoriam illa non est neganda.*
9 *Excommunicatus excipere potest de pacto non petendo.*
10 *Excommunicatus an possit ponere exceptionem compensationis.*

CAP. Cùm inter. V.

EXcommunicatus potest appellare, & facere omnem legitimam defensionem in iudicio, sed non potest agere, nec reconuenire, & in hoc non attenditur 1

ditur fauor excommunicati, sed æquitas iudicij. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich, Butr. Anchar. Bald. Panorm. Felin. Dec. Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontific pag.* 241. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 304. *& tom.* 4 *repet. in iure Canon. ad secundum Decret libr.* Petr. Paul. Parif remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Ant. August. *collect.* 4. *Decret. sub tit. de iudic. lib.* 2. *c.* 2.

2 *Duos ex vobis habebat suspectos*, &c.] Per hunc text. dicit Alex. de Neuo *hic n.* 13. iudicem posse recusari quotiescunque magis vnam partem diligit, quàm aliam, & magis se fauorabilem ostendit vni parti, quàm alteri, sequuntur *in cap. postremò, hoc tit.* Præpos. *n.* 11. *vers. prima respectu, & vers.* 20. Franch. *n.* 10. *vers.* 21. Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *num.* 43. Aufrer. *de recusat. n.* 18. *vers* 28. Cardin. Tusch. *verbo, suspectus, concl.* 908. *n.* 9. Farin. *fragment. crimin. p.* 2. *verbo, iudex, n.* 785 vbi *n* 786. tenet in specie exprimi debere causam cur iudex magis fauet vni parti quàm alteri, *& n.* 787. Aufrer. *d. tract. de recusat. n.* 19. & Menoch. *casu* 152. *n.* 13. dicit quòd arbitrio iudicis remittitur quando iudex dicatur vni parti magis fauere, quàm alteri.

3 *Coram suspecto iudice litigatæ.*] Durum enim, & periculosum est suspecto sub iudice litigare, Cravet. *cons.* 132. *num.* 25. Tiber. Decian. *respons.* 26. *num.* 12. *volum* 1. *& respons.* 10. *num.* 6 *volum* 3. Greg. *l.* 22. per text. *ibi tit.* 4. *part.* 3. Amat. Roder. *d. cap.* 10. *num.* 7. Pacian. *de probat. lib* 2. *cap.* 45 *n.* 7. *cum seqq.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuil.* 7. *num.* 1. Perez *l.* 1. *in princip. tit.* 5 *lib.* 3. *Ordin.* Scobar. *de ratiociniis, c.* 8. *num* 17. *&* 18. Aldouin. *cons.* 30 *n.* 45. Ambros. *decis.* 50. *n.* 54. *cum seqq.* Magon. *Florent. dec.* 63. *n.* 8. nouè Octau. Glorit. *resp* 11. *num.* 3.

4 *Legitima defensio in iudicio reseruatur*, &c.] Ergo excommunicatus habet auctoritatem legitimæ defensionis in iudicio, vti reus necessarius, vt per Ant. Ricciul. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib* 4. *cap.* 33. *à princ.* dummodo tamen huiusmodi defensio non habeat naturam impugnationis, vt per Innoc. *hic sub n* 1. *vers. item etiam*, Ioan. Andr. *n* 2. *vers. quid*, Imola *vers. decimo*, Abb. *n.* 1. *& c.* 24. ac Dec. *n.* 36.

5 quos refert, & sequitur Ricciul. *d. cap.* 33. *n.* 4. Vnde deducitur excommunicatum posse opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ, quia hoc respicit defensionem, dummodo proponatur excipiendo, non autem principaliter, vt per Bald. *hic n.* 10. Secundò deducitur, quòd si conueniatur ad tradendam rem venditam, potest excipere de pretio sibi non soluto, quia hoc etiam pertinet ad defensionem, ne cogatur sine pretij solutione rem tradere, vt per Ioan. Andr. *hic n.* 7. Bald. *sub n.* 8 *in fine*, Abb. *n.* 26. & Dec. *num.* 64. Tertiò deducitur posse opponere exceptionem solutionis, præscriptioni, rei iudicatæ, doli mali, iurisiurandi & quod metus causa, vt de omnibus probat Anton. Ricciul. *d. c.* 33. *n.* 12. Declara tamen excommunicatum non debere audiri quamvis sit reus originarius, & necessarius, si contemnit absolutionem, vt per Gemin. *in cap.* 1. *num* 10. *vers. & facit, de rescript. in* 6. Felin. *in cap. intelleximus, de iudic. n* 8. *in* 7. *declar.* Hippol. de Marsil. *sing.* 360. *n* 2. Petr. de Bais. *in direct. elect. p.* 2. *c.* 10 *n* 2. Soar. *de censur. disp.* 16. *sect.* 4. *interrog.* 2. *post princ.* quos refert Buratt. *decis.* 536. *num.* 6.

6 *Vnde in talibus*, &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicatus potest recusare iudicem suspectum, cùm maximè defensionem respiciat coram iudice non suspecto litigare, vt per Host. *n.* 6. *vers. hîc manifestè*, Bald. *in princ.* Butr. *n.* 3. Anchar. & Abb. etiam *num.* 3. quos refert, & sequitur Anton. Ricciul. *d. c.* 33. *n.* 13. *in principio.*

Ac suspectis iudicibus Sed. Apost. &c.] Notatur ad 7 hoc quòd iudici suspecto nunquam Princeps præsumitur ex certa scientia causam committere, vt per Felin. *hic num* 8. *vers. si tamen simpliciter*, vbi ampliat etiam quòd commissio causæ fieret per Papam personæ valde à Papa commendatæ, Dec. *num.* 14. *in vlt. notab.* Mynsing. *cent.* 3. *obseru.* 63. *ad fin. vers. obserua etiam*, Sigism Scacc. *de appellat. q.* 16. *limit.* 1 *n.* 119. *& n.* 122. Iacob. de Laurent. *de iudice suspecto, cap.* 2. *num.* 19. Farin. *fragment. crimin. part* 2. *verbo, Iudex, num.* 961.

Quando in causa absolutionis, &c.] Ergo excommu- 8 nicato petenti iustam sententiam absolutoriam ei illa non est deneganda, vt per Dec. *hic n.* 2. *vers. mihi videtur*, & alios quos refert, & sequitur Anton. Ricciul. *d. c.* 33. *n* 7. *vers. contrarium* contra Butr. Abb. Felin. Alexand. de Neuo, & alios per eum allegatos, vbi multipliciter intelligit text. *in præsenti*, vt apud eum videre licet.

In gloss. *Legitima defensio*, ibi, *& sic potest excipere* 9 *de pacto*, &c. Notatur ad hoc quòd excommunicatus excipere potest de pacto de non petendo, quia & hoc respicit defensionem, vt per Ant. Ricciul. *d. c.* 33. *n.* 12. *in princ.*

In gloss. *Reconuentione*, ibi, *sed nunquid potest excom-* 10 *municatus compensare*, &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicatus non potest proponere exceptionem compensationis vt *in præsenti*, tenent Imola *sub n.* 8. *vers. sed fortè*, Felin. *n* 24. Anchar. *n* 10. & Bald *n* 5. sequitur Alex. *cons.* 12. *n* 13. *lib.* 1. Cuius tamen contrarium tuentur Ioan. Andr. *hic*, & Butr. *n.* 4. ac Dec. *n.* 63. sed pro concordia tres casus distinguit Anton. Ricciul. *d. lib.* 4. *c.* 34. *princip.*

SVMMARIVM.

1 *Excipiens non videtur fateri ea, quæ in exceptione includuntur. Ex exceptio falsa potest etiam post sententiam opponi.*
2 *Confiteri non censetur excipiens ea quæ in exceptione includuntur.*
3 *Excipiens se excommunicationis absolutionem obtinuisse non fatetur, se excommunicatum.*
4 *Exceptio falsi procuratoris in quacumque iudicij parte opponi potest*, & n. 5.
6 *Sententia quæ per falsa instrumenta; vel alias falsas probationes profertur, non valet.*
7 *Declaratur text. in præsenti*, & n. 8.

CAP. Cùm venerabilis. VI.

SI reus à quo, v. g. res Ecclesiæ petitur excipiat de 1 permutatione ipsius rei facta cum actore, per hoc non confitetur actorem fuisse dominum ipsius rei, nec fatetur de intentione aduersarij. Item exceptio falsitatis instrumenti potest obiici non solùm ante, sed etiam post sententiam latam, vsque ad viginti annos. Item delictum personæ non debet redundare in damnum Ecclesiæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Henric. Boich, Dec. Felin. Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif pag.* 242. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 340. *& tom.* 4. *repet*

reper. in iure Canonico ad secundum librum Decretalium, Petr. Paul. Paris. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 4. Decret. lib. 2. sub tit. de confessis, cap. vnic.* nouissimè de Valboa *vbi sup.*

2 *Quia exceptionem obiiciens*, &c.] Notatur ad hoc quòd confiteri non censetur excipiens ea, quæ in exceptione includuntur, vt per Couar. *variar. lib. 1. cap. 1. n. 2. vers. eod. iure*, Cacheran. *Pedemont. decis. 178. n. 9.* Franc. Milanen. *Siciliæ decis. 4. n. 46. lib. 2.* Bellon. *Genuens. decis. 38. n. 9. & decis. 91. n. 1.* Petr. Greg. *syntagma-*
3 *tum iuris, lib. 21 cap. 17. num 3.* Vnde excipiens se excommunicationis absolutionem obtinuisse, non fatetur se excommunicatum, vt per Couar. *in cap. alma mater, part. 1. §. 12. vers. secundo*, Mascard. *de probat. concl. 700.*

4 *Verùm etiam post obiici potest exceptio falsitatis.*] Notatur ad hoc quòd exceptio falsi procuratoris in quacunque iudicij parte opponi potest, vt per Rebuff. *in tract. huius tit. n. 389.* Bellacomb. *tom. 1. commun. opinionum, lib. 4 tit. 24. num. 36. pag. 612.* Perez *l. 1. tit. 4. lib. 2. Ordin. pag. 553.* Cald. Pereira *de renouat. c. 17. n. 33.* Menoch. *cons. 345. n. 12.* Mench. *freq. c. 16. n. 5.* Card. *d. verbo, exceptio, n. 7. & 8.* Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c. 1. n. 73.* Bernardin. Muscatel. *in sua praxi aurea Ciuili Neapol. p. 2. gloss. veniens, n. 4.* Esto, quòd opponens vsque ad finem litis conscius omiserit exceptionem, nec enim scientia redditur indicium validum, sed consensu, & mandato domini, cuius nomine agitur, vt per gl. Barbat. Bald. & Ias. *in l. licet, C. de procurat.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis maternis, p. 3. n. 32.* Menoch. *cons. 345. num. 12.* Mench. *Quæst. freq. c. 16. n. 5.*

5 In gloss. *Bonæ fidei.* De materia huius gl. vide latè Couar. *in reg. possessor, part. 2. §. 6. à n. 4.* Valasc. *de iure emphyt. q. 5. n. 12.*

6 In gloss. *Veritate*, pen. ibi, *pronuntiabitur nulla.* Intendit gloss. non valere sententiam, quæ per falsa instrumenta, vel alias falsas probationes profertur similis *gloss. 1. in §. appellantur, Inst. hoc tit.* sequuntur alij, vt per Dec. *hic n. 35.* Couar. *in cap. alma Mater, p. 1. §. 11. n. 14.* Zazi. *lib. 1. singularium resp. c. 13.* Pro quibus expenditur text. *hic, & in cap. licet, post princip. de probat. & in l. quis agnitis 11. ad fin. ff. hoc tit. l. si prætor, 75. §. Marcellus, iuncta gloss. verbo sciens, ff. de iudic. l. 1. C. si tutor falsis*, in quibus nulla facta mentione restitutionis, aut alterius remedij extraordinarij sententia per falsas probationes corruit. Sed obstat text. *in l. Diuus 33. ff. de re iudic.* vbi probatur contra huiusmodi sententiam restitutionem competere, quæ contra sententiam nullam iure non conceditur, *l. in causa 17. in princip. ff. de minorib.* conducit text. *hic, in verbo retractari, l. pen.* ibi, *retractari præcipimus*, vbi gloss. *C. de transact. l. 2. C. si ex falsis instrum.* obseruant gloss. *in d. cap. licèt, verbo opponi, gloss. pen. in d. l. qui agnitis*, vbi Socin. *n. 8.* Bart. *num. vlt. in d. l. Diuus*, vbi post alios Ias. *n. 8.* communis ex Paris. *n. 64.* & aliis *hic*, Menoch. *de arbitr. casu 15. in princ.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. lasit, n. 165.* post alios intelligentes verba huius text. & *d. cap. licet, & d. l. qui agnitis*, cum similibus procedere præuia restitutione, quam supponunt, iuxta *d. l. Diuus*, ad quam se refert Iureconsl. *in d. l. qui agnitis*, ibi, *principalibus constitutionibus*; limitantes tamen communem non procedere, vbi sententia per falsas probationes contra absentem profertur, vt *in d. §. Marcellus*, vel vbi contra minorem, vt *in d. l. 1. C. si ex falsis*, de quo per Ias. *in d. l. Diuus, n. 4.* Dec. *n. 31.* Paris. *à n. 71. in præsenti*, Dec. *in d. cap. licet n. 21. vers. prædicta, cum seqq.* Gam. *decis. 110. n. 42.*

7 Nec retenta hac opinione communi obstabit quòd text. *in præsenti*, agnoscit sententiam in proposito vsque ad annos viginti retractari posse, id quod per viâ restitutionis non nisi intra quadriennium conceditur ex reg. *l. vlt. de tempor. in integr. rest. 1. cap. 1. de in integr. restit. lib. 6.* agnoscit in specie *gloss. vlt. & communis, in d. l. Diuus*, tum quia (& sic retorquetur argumentum) si text. intenderet huiusmodi sententiam esse nullam, & nullitatis remedio retractandam, non tantùm intra viginti, sed etiam intra triginta annos agi posset, iuxta gloss. *in summ. in fine 35. q. 9.* receptam communiter vt per Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 36. gloss. 2. n. 38.* tum etiam quia reg. *d. l. vlt. & d. c. 1.* dum quadriénium præfiniunt procedunt tantùm in restitutione, quæ competit ex Prætorum edictis, & olim anno tantùm durabat, *l. intra vtile, ff. de minorib.* in cuius locum hodie quadriénium subrogatur, de quo *in d. l. vlt.* quæ locum non habet in restitutione, quæ cõpetit ex Principum constitutionibus, qualis est hæc, iuxta *d. l. Diuus.*

Dicendum igitur Pontificem *in præsenti*, meminisse viginti annorum, quia is est terminus omnium maximus, intra quem ad summum sententia per falsas probationes prolata retractari potest, etenim vsque ad illud spatium viginti annorum querela & accusatio falsi criminis intentari valet, *l. querela, C. de falsis*, & in consequentiam sententia prolata per falsas probationes rescindi potest, *d. l. 2. d. l. Diuus*, licèt alias directè, & principaliter per viam restitutionis intra quadriennium tantummodo rescindatur. Nec item obstat quòd huiusmodi sententia contra ius litigatoris, non autem contra ius constitutionis profertur, ac subinde in rem iudicatam transit, ius facit & retractari nequit, *cap. cùm inter, de re iudic.* nam quicquid velit gloss. *d. verbo opponi*, respondetur fatendo totum, quoniam licèt sententia extraordinario restitutionis beneficio retractari possit, non ideo minus valet, nec in rem iudicatam transire, & ius facere desinit, imo ist hæc omnia supponit restitutio, & satis non posse retractari via ordinaria, provt contingit in proposito, *& in tit. C. si aduersus rem iudic.* §

Cap. Olim. VII.

Honor. III.

IVdex post appellationem datam, si causa propter 1
quam fuit appellatum probatur vera, v.g. quia iudex cognoscit causam trahendo reum vltra duas dietas à sua diœcesi, declarabit appellationem esse legitimam, sed supersedere debet super causa principali, vel negotio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Boich, Anchar. Butr. Bald. Dec. Panormit. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 243.* Aagona *in compend. iuris Canon. pag. 205. & tom. 4 repet. super iure Canonico in secundum librum Decretal.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. part. 2.* & nouissimè Ioan de Valboa *vbi supr.*

De materia huius text. quatenus agit de dietis dixi 2
latè *ad cap. nonnulli 28. de rescriptis.*

Cap. Dilecti. VIII.

EXcommunicati & periuri, v.g. Canonici possunt 1
opponere exceptionem excommunicationis, & periurij contra aliquem in defensionem suæ Ecclesiæ,

&

& ille non potest explicare exceptionem excommunicationis & periurij contra Canonicos ne excipiant contra ipsos, & quicquid factum erit post appellationem, irritatur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Henric. Boich, Dec. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 243. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 305. *& tom.* 4. *repet. in iure Canon. ad secundum lib. Decret.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. nouissimè Io. de Valboa *vbi suprà.*

Cap. Apostolicæ. IX.

Gregor. IX.

1 QVando quis agit pro ordinatione Ecclesiæ, & excipitur contra ipsum quòd sit suspensus, & amotus à beneficio, & agens vult probare hanc sententiam esse falsam, est ad cautelam absoluendus ne retardetur ordinatio Ecclesiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Henric. Boich, Butr. Bald. Panor. Dec. Felin. Martin. Vran. Alex. de Neuo, Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 244. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 305. *& tom.* 4. *repet. in iure Canonico ad secundum lib. Decret. lib.* 3. Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. nouissime de Valboa *vbi sup.*

Relaxauimus ad cautelam.] De absolutione ad cautelam à quo dari possit, & quibus concurrentibus, & an aliqua ex causa impediri valeat, latè Anton.
2 Riccinl. *de iure person. lib.* 4. *c.* 66. *per totum*, Quarant. *in summa bullarij, verbo, Archiepiscopi auctoritas, auct.* 18. *vers. ad autem, n.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis exceptione non obstante valet rescriptum impetratum in causa appellationis, non facta excommunicationis mentione,* & n. 2.
3 *Excommunicatus ad sui defensionem omnes, & quascunque exceptiones proponere potest.*

Cap. Dilectæ. X.

1 REscriptum impetratum à Sede Apost. in quo fit mentio de excommunicatione lata post legitimam appellationem, valet, & si quid contra ipsum de excommunicatione excipiatur, non repellitur ab executione appellationis Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 244. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 306. *& tom.* 4. *repet. super in iure Canonico ad lib.* 2. *Decret.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2 & nouissimè Ioan de Valboa *vbi suprà.*

2 Probat hic text. excommunicationis exceptione non obstante valere rescriptum impetratum in causa appellationis non facta excommunicationis mentione, nam cùm excommunicatus possit appellare, *c. cùm inter, suprà hoc tit.* & super appellatione rescriptum valeat impetrare, *cap. vlt. infrà hoc tit.* meritò & hoc facere poterit, siue fiat mentio excommunicationis, siue non, generale enim est in omnibus casibus ex quibus excommunicatus potest impetrare in illis valere rescripta, non facta mentione excommunicationis, ita Felin. *in d. cap vlt. sub n.* 9. *vers. & adde, quod, & in cap. dilectus* 27. *sub n.* 12. *vers. item adde, de rescriptis.* Socin. *in cap. sacris, n.* 178. *de sententia excom.* quos refert, & sequitur Ant. Ricc. *de iure person. c.* 38. *n.* 29.

Et cuilibet excommunicato defensionis, &c.] Ergo ex- 3
communicatus ad sui defensionem omnes, & quascunque exceptiones proponere potest, vt per Surd. *de alim. tit.* 8. *priuil* 83. *n.* 6. Peregrin. *de iure fisci, lib.* 3. *tit.* 11. *n.* 19. Carol. de Graff *in tract. de except. except.* 4. *n.* 51 plures per Ricc. *d. c.* 38 *n.* 32. vbi *n.* 3. ampliat procedere in except. reali, quæ defendit conuentum in eo, super quo conuenitur, & *n.* 35. etiam ampliat in exceptionibus, quæ percutiunt iudicis personam, & *n.* 35. in exceptionibus fori declinatoriis, & competentibus ratione temporis.

Cap. Significauerunt. XI.

QVilibet etiã principalis actor non debet excludi à prosequutione appellationis, etiamsi ei opponatur excommunicatio, quia excommunicato conceditur omnis legitima defensio in iudicio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Butr. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag* 245. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 306. *& tom.* 4. *repet. super iure Canonico in secundum librum Decret* Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 4. & nouissimè Ioan. de Valboa *vbi sup.* 1

Quod prætextu excommunicationis, &c.] Notatur 2
ad hoc quòd excommunicatus potest appellare, vt per Anton. Ricc. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib.* 4. *c.* 38. *n.* 39 vbi *n.* 30 ampliat etiamsi excommunicatus esset actor originarius, & *n.* 31. cum Franch. *in c.* 1. *sub n.* 3. *hoc tit. lib.* 6. declarat procedere in appellatione interposita ab actu facto per iudicem iudicialiter, vel extraiudicialiter, secus in appellatione interposita ab actu partis extraiudicialiter facto, puta in electione vel alio simili casu, quia tunc excommunicatus appellando, & appellationem prosequendo non audiretur, & rescriptum impetratum cum processu desuper facto non valeret.

SVMMARIVM.

1 *Reus in quacunque parte litis excommunicationem contra actorem obiiciens auditur, & si malitiosè distulerit, in expensis condemnatur, & dato quòd non excipiat, ipse iudex publicè excommunicatum repellet.*
2 *Excommunicationis exceptio in quacunque iudicij parte opponi potest.*
3 *Excommunicatus iudicare non potest.*
4 *Excommunicatio suum habet effectum in agente interdicto recuperandæ adhuc in causa spolij.*
5 *Excommunicationis exceptio non solum à parte, sed etiam à iudice opponi potest.*

Cap. Exceptionem. XII.

EXcommunicationis exceptionem potest oppo- 1
nere reus in dilatoriis proponendis, & in qualibet parte litis, & si malitiosè hanc omisit, vt defati-

get

get actorem sumptibus, & laboribus condemnabitur ad expensas legitimas; si verò actor erat publicus excommunicatus, debet eum iudex repellere, etiamsi reus non excipiat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Henric. Boich, Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Mart. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 245. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 306. *& tom.* 4. *repet. super iure Canonico ad secundum Decretalium librum*; Petr. Paul. Paris. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. & nouissimè Ioan. de Valboa *vbi supra.*

2 Collige ex text. excommunicationis exceptionem in quacumque iudicij parte opponi posse, vt per Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 5. *n.* 57. Peregr. *de iure fisci, lib.* 3. *tit.* 11. *n.* 14. Bernard. Muscatel. *in praxi aurea Ciuili Neapol. p.* 3. *gloss. similes, n.* 2. Anton. Ricciul. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib.* 4. *cap.* 31. *n.* 24. Ordinatio Regia Lusitan. *lib.* 2. *tit.* 49. § 2 *in fin.* etiam post conclusum in causa, Surd. *de alim. titul.* 8. *privil.* 83. *n.* 4. Amat. Roder. *in practic. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.* 5 *n.* 72. Ant. Ricc. *d. num.* 24.

Ne quisquam in periculum, &c.] Notatur ad hoc 3 quòd excommunicatus iudicare non potest, vt per Vgol. *tab. de censur. cap.* 11. §. 3. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *num.* 31. *vers* 7. ampliantes siue iudex Ecclesiasticus sit, siue laicus, siue ordinarius, siue delegatus, siue publicus, siue priuatus, aut subdelegatus.

Notatur etiam ad hoc quòd in agente interdicto 4 recuperandæ adhuc in causa spolij excommunicatio suum habet effectum, gloss. *verbo, aud entia, in cap. in nomine Domini* 23. *dist.* Felin. *in cap. dilectus, n.* 11. *de rescript.* Menoch. *remed.* 1. *recup. n.* 350. Vezin. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 8. *tit.* 3. *num.* 4. *pag.* 136. Anton. Gabr. *tom.* 3 *tit. de restit. spoliat. n.* 54 *pag.* 281. Surd. *d. privil.* 83. *num.* 2.

Nihilominus est offi. io iudicis revellendus.] Notatur 5 ad hoc quòd exceptio excommunicationis opponi potest non solùm à parte, sed etiam à iudice ex officio, Socin. *in cap. sacris, num.* 337. *de sententia excommunic.* Peregr. *d. tit.* 11. *num* 16. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disput.* 22. *num.* 36. Anton. Ricciul. *dict. cap.* 31. *num.* 29.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei iudicatæ non competit reo absoluto, quia non possidebat.*

2 *Exceptio rei iudicatæ non competit, quando cessaret causa sententiæ, quamvis sit idem corpus, eadem causa petendi, & eadem personæ.*

3 *Dicens reus se non possidere ad hoc vt absoluatur cum tempore litis contestatæ possideret, præsumitur contra ipsum quòd dolo desisset possidere.*

4 *Iudicatæ rei exceptio vt obstet quæ concurrere debeant, ostenditur.*

Cap. Aduersario. XIII.

1 SI tempore litis motæ aduersarius desinebat sine dolo rem possidere, & ita absoluitur à iudice, si deinde eam possideat, iterum exceptio rei iudicatæ illi petenti non nocet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Henric. Boich, Anchar. Butr. Felin. Bald. Panorm. Mart. n. Vran. Alexand. de Neuo, Cujac. Viu. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 246. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 307. *& tom.* 4. *repet. in iure Canonico ad secundum librum Decretalium*, Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1.

Collige ex text. exceptionem rei iudicatæ non 2 competere, quando cessaret causa sententiæ quamvis sit idem corpus, eadem causa petendi, & eædem personæ, vt per Rebuff. *in tract. huius tit. n.* 513. Nam vt hæc exceptio cursum causæ impedire possit, tunc in ea debent concurrere identitas rei, identitas personarum, identitas causæ agendæ, & actionis, de quo vide Burg. de Pace *cons.* 40 *num.* 22. D. Barbos. *in l. diuortio, §. fin. p.* 2. *n.* 62. *ff. solut. matrim.*

Non obstat.] Collige ex text. quòd si ille, à quo res per rei vendicationem petebatur, fuerit absolutus, quia illam tempore latæ sententiæ non possidebat, potest iterum super eadem conueniri, si modo illam possideat, nec agenti obstabit exceptio rei iudicatæ, ac subinde si res semel iudicata non parit exceptionem in eodem tribunali, à fortiori non pariet in diuerso foro contra *c.* 2. *de except. lib.* 6. Dicendum igitur est, quòd ille, qui intentat rei vendicationem petendo rem suam, quo tenetur probare, dominium scilicet ex parte sua, & possessionem ex parte rei conuenti, siue propriam, siue impropriam, iuxta *l. officium* 9. *l. in rem* 24. *ff. de rei vendicat.* vt si vtrumque simul non probauerit, reus absoluetur, illa tamen differentia constituta quòd si reus absoluatur non ex eo quòd actor dominium non probauit; sed quia rem tempore sententiæ non possidebat, nec dolo desierat possidere, si modo illam possideat, poterit iterum super illa conueniri; nec agenti obstabit exceptio rei iudicatæ; & ita illis tribus requisitis necessariis ad hoc vt rei iudicatæ exceptio locum habeat de quibus *in l. cùm quæritur, cum duabus seqq. ff. de except. rei iud.* quartum etiam requisitum est addendum, vt videlicet reus absolutus tempore sententiæ possideat, aliàs enim exceptio non obstabit iuxta hunc text. licèt sit eadem causa petendi, idem corpus, seu quantitas, & eadem conditio personarum: at verò si reus absoluatur non ex defectu possessionis in eo, sed quia actor nihil probauit, iuxta reg. *cap. vlt.* § *vlt.* vbi gl. *verbo probatione*, iura similia citat, *de iureiur.* tunc actori iterum agenti obstabit exceptio rei iudicatæ, iuxta reg. *d. cap.* 2. *cum similibus hoc tit. lib.* 6. Ratio differentiæ est, quia priori casu cùm sententia absolutoria nitatur in defectu possessionis in reo, non autem quia actor dominus non erat, rectè sequitur quòd si rem modò possideat, eam possit dominus ab eo iterum vendicare, sicut ab alio quoquo possessore, vt est de natura rei vendicationis, iuxta notata *in* §. *omnium, Instit. de action.* at posteriori casu cum reus absoluatur, & sententia fundetur in defectu probationis domini ex parte actoris, qui nihil probauit, nunquam amplius eadem petere poterit per actionem rei vendicationis, cùm in illo dominium deficiat, etsi illud iterum probare voluerit, exceptione rei iudicatæ submouebitur, quam concluf. colliges ex gl. recepta per Bart. & alios, *ibi, in l. si quis exhibendum, ff. de except. rei iudic.* sequuntur Imol. & Abb. *n.* 10. Felin. *n.* 4. *in præsenti*, gl. *verbo admitti in d. c. hoc tit. lib.* 6. Alex. *in l. properandum* § *& siquidem, n.* 14. *C. de iud.*

In gloss. *Sine dolo*, in fin. Notatur ad hoc quòd 3 quando tempore litis contestatæ reus possidebat, & dicat se non possidere, ad hoc vt absoluatur, præsumitur contra ipsum quod dolo desierit possidere, secus autem non constabat, quòd tempore litis contestatæ possideret, nam tunc dicenti eum dolo desisse

possidere

possidere probandi onus incumbet, ita Mascard. *de probat. concl.* 1293. *n.* 7.

4 In ead. gl. ibi, *Oportet ad minus, quod tria concurrant*, &c. Tria ergo copulatiuè cõcurrere debent, vt alicui obstet exceptio rei iudicatæ, nempe identitas rei, identitas personarũ, identitas causæ agendæ, & actionis, de quo vide Burg. de Pace *cons.* 40. *n.* 22. Vezin. *tom.* 2. *comm. opin. lib* 8. *tit.* 20. *n.* 21. Surd. *cons.* 312. *n.* 1 *& de alimentis, tit.* 1. *q.* 126 *n.* 2. Bernard. Muscatel. *in praxi aurea Ciuili Neapol. p.* 4. *gloss indicatæ*, optimè Barbos. *in l. diuortio, §. fin. p.* 2. *n* 62. *ff. solut. matrim.* Abb. *cons.* 50. *n.* 2. *vol.* 1 Dec. *cons* 96. *col.* 1 *in fin.* Rot. *decis.* 100. *n* 3. *p.* 4. *diuers.* Fab. de Anna *cons.* 17. *vol.* 1 Honded. *d cons.* 30. *n.* 50 *volum.* 1. Surd. *cons.* 114. *n.* 21. *& cons.* 165. *n.* 11. Menoch. *cons.* 828. *n.* 2 Intrigl. *sing.* 56. *n.* 1. & sufficiunt interpretatiuè saltem concurrere, gl. & Bart. *in l. & an ead. ff. de except. rei ind.* Socin. *cons.* 18. *n.* 44. *vol.* 1. Surd. *d. cons.* 312. *n.* 26. Lau. *cons.* 65. *n.* 5. à Ponte *cons* 49. *n.* 4. Fab. de Anna *cons.* 53. *n* 27. Cornaz *decis.* 70. *n* 8.

Cap. Venerabilem. XIV. & vlt.

1 EXcommunicatus super appellatione potest impetrare rescriptum siue facta excommunicationis mentione, siue non. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Bellam. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Butr. Bald. Felin. Panorm. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viu. *in rat. 2. libri iuris Pont. pag.* 246. Alagon. *in comp. iuris Canon. pag.* 307. *& tom.* 4. *repet. in iure Canon. ad 2. libr. Decret.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Ant. Ricc. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. l.* 4. *c.* 38. *n* 29. vbi etiam dicit hoc ipsum esse generale in omnibus casibus, in quibus excommunicatus potest impetrare, quia in illis valent rescripta, non facta mentione excommunicationis, & citat Felin. *in præsenti, n.* 9. *vers. & adde quod*, ac post alios Soc. *in c. sacris, n.* 178. *de sent. excom.* quod quidem verum est, etiamsi excommunicatus esset actor originarius, nam nihilominus si succumbat, & appellet, poterit super appellatione impetrare rescriptum, vt post Ioan. Andr. & Gemin. *in c. 1. de rescriptis, lib.* 6. resoluit Ant. Ricciul. *d. c.* 38. *n* 30. vbi *n.* 31. intelligit procedere in appellatione interposita ab actu facto per iudicem iudicialiter, vel extraiudicialiter; secus in appellatione interposita ab actu partis extraiudicialiter facto, putà in electione, vel alio simili casu, quia tunc excommunicatus appellando, & appellationem prosequendo non auditur, & rescriptum impetratum simul cum processu desuper facto non valeret.

De Præscriptionibus.

Tit. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*
2 *Præscriptionum materiam qui Doctores tractent, citantur.*
3 *Præscribere, id est, prius, siue ante scribere.*
4 *Præscribo pro præfinio, siue determino aliquando accipitur.*
5 *Præscribo pro excipio interdum accipitur.*
6 *Præscribere pro acquirere per possessionem, & ita pro vsucapere frequentius accipitur.*
7 *Præscriptio, seu vsucapio definitur vt sit acquisitio dominij per continuã possessionẽ temporis legẽ definiti.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. *l.* 1 Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchar. Alex. de Neuo, Panorm. Mar. Soc. Bald. Bero. Pet. de Rauen. *in compend. iuris Can.* Ioan. de Londr. *in breuiario sanctorum Canonum fol* 171. Mart. Mesnart. *in epitome Decret. fol* 80. *verso*, Dan. Venat. *in analysi method. iuris Pontif. à pag.* 296. Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad* 5. *lib. Decr. sub hoc tit. & tom.* 2 *repet. super iure Canon ad* 2. *Decret. librum* Petr. Paul. Paris. Barthol. Carthag. *in expos. tit. iur. Canonic.* & Zypæ. *in analytica postremi iur. Eccles. enarrat.* Ioan. Honor. *lib.* 2 *sum. in Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. latè Kirchou. Viu. Soar. & alij 2 *tom.* 2. *comm. opin. lib.* 7. *tit.* 2. & Ant. Gabr. *tom.* 2. *sub hoc tit.* Conan. *lib* 3. *comm. c.* 11. Perez *tit.* 13. *l. b.* 3. *Ord. pag.* 705. Parlad. *rerum quotidianarum lib.* 1. *c.* 1. Pacin. *controu. l.* 1. *c.* 64. *cum seq.* Mench. *illustr. c.* 3. Rendin. *in prõptuario recept. sent tom.* 1. *tit.* 79 Sayr. *n claui Regia, l.* 9. *c.* 12 Molin. *de iustit. tr.* 2. *d.* 56. 60. *cum seq.* Less. *eod. tr. lib.* 2. *c.* 6. Et de præscriptionibus peculiares tractatus ediderunt Balb. Con. Tiraq Nic. Cisner. Ioan. Baptista, Petr. Gilchen. & nouissimè D. Petr. Barbosa.

Præscriptionibus] Verbum *præscribo*, à quo præscriptio dicitur, multipliciter accipiunt Cic. & boni Auctores, vt constat ex Thesaur. Calep. & aliis Conan. *l.* 3. *comment. c.* 12. *ex n* 2. Paris. *in hac rub. n.* 13. secundùm quos aliquando iuxta etymologiam, & verbi compositionem dicitur præscribo, idest priùs, siue ante scribo, accipi videtur *in l. qui sub conditione, ff. de condit. & demonst.* quicquid aliter gloss. & quia inscriptiones, seu tituli priùs scribuntur, meritò præscribere accipitur pro intitulare, vel scribere, sicut & præscriptio pro titulo, vel inscriptione, vt ex Cicer. ostendunt prædicti, probat text. sic intelligendus iuxta materiam, & rub. *in l* 1. *in fin. C. vt nemo priuatus.* 3

Rursus accipitur verbum *præscribo* pro præfinio, 4 seu determino, *l. intra* 10 ibi, *præscriptum ff. de diuers. & tempor. l. maritus* 21 *in fin. C. de procurat.* sicut & præscriptio accipitur pro præfinitione, vel termino, in quo sensu accipi potest *l. præses* 5. *in fin. C. de pignorib.* Sane quia præcipiens, vel mandans aliquid satis idipsum præfinit, & determinat, meritò præscribere dicitur, sicut & præscriptio, vel præscriptum capitur pro præcepto, vel mandato, secundum præcitatos, in quo etiam sensu accipi potest *d. l. maritus.*

Frequentiùs tamen Iurecons. accipiunt verbum 5 *præscribo* pro excipio, *l. vlt. ff. de suspect. tutor. l. pen. ff. de re ind.* quemadmodum & præscriptio pro exceptione, *l. qui agnitis* 11. *ff. de except. l. quinque*, vbi gl. *ff. finium regund.* & suadetur ex *rub ff. de except. præscript.* & *c. & C. de except. seu præscr.* quorum argumento communiter receptum est præscriptionem, & exceptionem nõ differre, sed pro eodem accipi, vt intendit text. *in l. creditor, ff. de diuers. & tempor.* Fab. & Angel. *in princ. Instit. de except.* vbi nouiores Dec. *num* 2. Paris. *ex n.* 9. *in dict. rub.* Cou. *in reg. possessor, in princ. n.* 3. *& 4. vers. sextò*, & plerique alij. Sed hac in re mihi verius videtur præscriptionẽ, strictè & propriè loquendo, accipi pro exceptione illa, quæ in principio litis proponenda est, & tractata ante probatam intentionem actoris ad effectum vt processus differatur, vel vt actio perimatur, & agens omnino excludatur à iudicio, cuiusmodi sunt exceptiones dilatoriæ, *l. pen. & vlt. C. de except.* & nonnullæ peremptoriæ, quæ in principio ante litẽ contestatam proponi possunt in vim dilatoriarum concludentes actorem omnino excludendum, de quibus *in c.* 1. *versic. nisi, de litis contestat. lib.* 6. Quæ quidem explicatio satis colligitur ex *l. si marius* 15. *§. vlt. versic. præscriptiones, ff. de adulter.* & ex Quintil.

lib.7.c.6. & ex Fortunat. *lib.1. Rethoric.* quorum verba referunt Alciat.*in d.l.quinque pedum, n.6* 8.Cou.*d.loco, n.1* Rainard. *de præiudic.* ex *cap.*8. Et suadetur, quia si aduertas, omnia ferè iura, quæ præscriptionem pro exceptione accipiunt,vel agunt de exceptionibus dilatoriis, vt *in d.l.pen.& vlt.d.l.pen.C.de pactis*, vel de peremptoriis illis, quæ initio proponi possunt, & actorem remouent, *d.l.pen.ff. de re iudic.* Accedit, quia propriè loquendo,his tantùm exceptionibus accommodatur nomen *præscriptionis*, siquidem qui has proponit,præscribit,ideſt,priùs, siue ante scribit, & ita per analogiam, prius proponit, & probat antequam actor de iure suo doceat. Rursus præscribit, ideſt, præfinit,terminat,& modum ponit actioni,& actori, quem omnino excludit,iuxta quem sensum frequenter *in tit ff.de excep. & præscript. & de diuers. & temp.* frequentissimè *in C. Iustiniani* accipitur præscriptio pro exceptione illa, quæ ex vsucapione, vel longi temporis possessione nascitur,quippe cum ea in principio proposita lis finiatur, & agens omnino excludatur *l vlt.*vbi Bart. *ff. præsu, cap.ad aures 6.vers.omnes prorsus, hoc tit.*

6 Denique apud nostros Pontifices,& vtriusque iuris interpretes passim accipitur præscribere pro acquirere per possessionem, & ita pro vsucapere,*c.causam quæ, in fin.c.vlt.hoc tit.reg. possessor.de reg iuris.l.6.* sicut & præscriptio capitur pro acquisitione, quæ fit per possessionem, & ita pro vsucapione, *d.cap.vlt. reg.sine possessione.de regul.iuris in 6.* licèt autem isthæc acceptio non sit ita frequens in libris Digestorum, nihilominus non est ita impropria barbara, Iureconsultis, aut Imperatoribus incognita, vt opinantur Alciat. *vbi sup. n.72.* Corras. & plerique ex nouioribus relati à Cou.*vbi sup. n.vlt.* Deinde accipitur præscribere pro præfinire,sicut & præscriptio pro præfinitione;quia igitur is, qui rem per vsum,& possessionem acquirit, inscribit eam sibi, & insuper præfinit dominium, seu ius alterius, meritò præscribere dicitur, & ipsa acquisitio dicitur præscriptio quasi intitulatio, & præfinitio, iuuat *l.vlt.§ sin autem, vers. vt nec, C.communia de legat.l.quemadmodum, in fin.C.de agricol.*in quibus longi temporis præscriptio accipitur pro acquisitione, sicut etiam accepisse videtur Iustinian. *in rubr. Instit. de vsuc.& longi temp. præscript.* vt habent vulgati Codices, licèt Cujac. & Hotom. legant, *& longi temporis possess.* si aduertas sub eod.tit. nullum esse verbum de præscriptione,ideſt,exceptione longi temporis, sed de acquisitione, quæ fit per longi temporis possessionem, *in princ.vers.& ideo, & in §.quod autem*, quam acquisitionem Iustin. *in rubr.* præscriptionem dixisse videtur. Quibus consequens est in hac rubr.non accipi præscriptionem pro exceptione,vt intendunt gloss.Alciat.*n.1.*Paris.*hic in princip.*Dec.*vbi sup. n.2. ad fin.* sed pro acquisitione, quæ fit pro possessione, iuxta supradicta.

7 Definitur præscriptio,seu vsucapio vt sit acquisitio dominij per continuam possessionem temporis lege definiti,secundùm Iureconsl.*in l.3.ff.de vsuc.* vbi Ferret.*n.15.* Cujac.& alij, Abb.*n.3.*Alciat.15.Bero.& nonnulli *in hac rubr* tangit gl. *verbo quod autem præscriptionem, in sum.16.q.3.* Conrad.*de contract.quæst.15. concl.3.*Mench.*illustr.c.51. n.7.* quæ quidem definitio videtur admittenda, licèt aliter præscriptionem definiat,gloss.*d.verbo quod autem præscriptionem*, quam in effectu sequuntur Alciat.*hic n.4.* & Ferret.*n.84.in d. l.3.*Cou.*in d.reg.possessor, p.1 §.1.n.4.* Contra quam Iurisconsulti definitionem non obstat quod acquisitio dominij est effectus vsucapionis, sed non ipsa vsucapio,quæ à suo effectu distingui debet,ac subinde definitio,per quam res per effectum definitur, non est absoluta,vt per Bart.communiter receptum *in l.1.ff.de appellat.* præsertim quia Iureconsl. definit vsucapionem,provt est in actu acquirendi,non verò provt est ius quæsitum, quia tunc non est acquisitio, quia respondetur vsucapionem *hic* definiri per id, quod est substantiale,& intrinsecum illius,nam cùm vsucapio propriè significet acquisitionem, quæ fit per possessionem ducta etymologia à dict. *vsus*,quæ possessionē significat,*l.q.115. ff.de verbor. signif.* & à dict.*capionis*, quæ acquisitionem importat *l.aliud, 79.ff.illo tit.* meritò vsucapio non potest aliter melius definiri quàm per acquisitionem,quam intrinsecè,& substantialiter denotat. Si sanè vt aduertunt Ferret.*d.n.15.*& Cujac. *in d. l.3.* falsum est dicere vsucapionem esse causam acquisitionis dominij, siquidem causa acquisitionis est continuata possessio,vsucapio verò est ipsa acquisitio,& ideo Iureconsl. *in d. l.3.* definit vsucapionem provt est in fieri,seu in actu acquirendi, non autem ius,seu vsucapionem perfectam, quia vsucapio ex se dicit aliquid quod est in fieri, sicut & vsucapiens dicitur esse in actu acquirendi,secundum Imol.& *supr.* citatos. Nec etiā obstat quod hæc Iurisconsl.definitio non reuertitur cum suo definito, quia non competit illis vsucapionibus per quas non acquiritur dominium,sed actio personis, vel in rem,aut etiam exceptio,seu iuris retinendi,de quibus *in l.omnes, l.sicut,l. si quis emptionis,§.1.C.de præscript.* 30. quia omissa responsione Alciat.*in d.l.quinque,n.61.*& Paris.*n.11* Bero. *n 14.in hac rub.*respondetur dominium *hic* non accipi strictissimè provt reperitur in rebus corporalibus,sed latiùs provt comprehendit res incorporales,actiones reales, & personales, & iura quæcunque in quibus etiā dominium datur,ideſt,ius disponendi de illis,vt in vsufructu probat *l. qui vsumfruct 3.in fin ff.si vsufr. pet.* per quam post alios refert Pinel. *in l.1.C.de bonis mat.p 2.n.18.col.2.* & consequenter Iureconsl.*in d.l.3.* non excludit, imo includit vsucapiones, per quas actio, vel exceptio,& ita dominium, seu ius earundē acquiritur;nec nouum est verba definitionis generaliter accipi, vt patet in definitione actionis *in princ. Instit.de actionib.* iuncta glos.*verbo quod debetur*,nec denique obstat,quod hæc definitio videtur nō satis explicare substantiam vsucapionis,ad quam non tantum requiritur continuatio possessionis, sed etiam iustus titulus,& bona fides *l.4 in princ.l. Celsus 27.ff.hoc tit. l.4.C.de præscript.longi temp. princ.Instit.hoc tit.*quia respondetur cū Alciat. *in hac.rub n.29.& in d.l.quinque, n.62.*Ferret.*in d.l.3.n.18* titulum, & bonam fidem licèt multoties requirantur ad vsucapionem, veluti qualitates quædam intrinsecæ, sine quibus vsucapio effectū non habebit,nihilominus quoad substantiam vsucapionis, non pertinent, quippe quod aliquando absque titulo procedit,vt *in d.l.omnes, c. hoc tit.lib.6.* & aliquando absque bona fide fuit admissa *d.l.si quis, §. 1.* ideò meritò Iureconsl. substantiam vsucapionis explicaturus,titulum & bonam fidem omisit, de sola continuatione possessionis agens, sine qua vsucapio consistere,aut considerari non potest, provt similiter obseruatur in definitione stipulationis, de qua *in l.5. § stipulatio, ff.de verb.oblig.*& in definitione matrimonij, de qua *in c.illud, de præsumpt.*& in aliis in quibus sola essentia & natura definiti explicatur, omittuntur autem qualitates, & accidentia sine quibus non habentur iuris effectus.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus contra Episcopum locum per se conuersum ad fidem præscribit triennio, sed cum vacat Ecclesia,vel est in schismate,nō præsumitur contra ipsā.*

2 *Epi-*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2 *Episcopus contra Episcopum locum per se conuersum ad fidem triennio præscribit.*

3 *Concordatur text. in præsenti cum c. placuit il. 2. 16. quæst. 3.*

4 *Ecclesia vacante cessat præscriptio contra illam.*

Cap. Placuit. I.

Ex Conc. Afric.

1 EPiscopus conuertens aliquem locum ad fidem, vel vnitatem Catholicam, qui spectaret ad alium Episcopum Catholicum, si per triennium illum retinet, nemine repetente, vlteriùs ab eo repeti non potest; si verò vacabat Ecclesia, vel erat in schismate, non currit præscriptio, nisi postquam fuerit creatus Episcopus, vel conuersus, quia ex tunc incipit triennium, & currit præscriptio. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Imol. Ioan. Andr. Anan. Host. Henric. Anch. Butr. Bellam. Bald. Panorm. Dec. Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viu. *in rationali secundi libri iuris Pont. pag.* 251. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 309. *& tom.* 4 *repet. super iure Canon. ad secundum lib. Decret.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. desumitur ex Conc. Africano *c.* 86. sub Bonifac. I. & habetur *tom.* 1 *Concil. pag.* 516. vt in Latinis libris est. At in Græcis ex Concil. Carthag. *c.* 119. secundùm veterem librum apud alios *c.* 120. 121. *&* 123. Fuit autem hoc Concilium constitutum Honorio XII. & Theodosio VIII. Augustis consulibus Kalendis Maij Carthagine, secreta in Basilicæ Fausti Aurelio Episcopo in vniuersali eius prouinciæ Concilio præsidente, vt apparet ex iis, quæ scripta sunt ante *c.* 77. *eiusdem Concilij Africani*, sine *c.* 76. *in corpore Can.* & hic text. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 19. *c.* 1. nouissimè Io. de Valboa *in annuis Acad. prælect. Salmant. tom.* 1.

2 Probat hic text. Episcopum contra Episcopum locum per se conuersum ad fidem triennio præscribere, cuius quidem decisio procedit in fidei Catholicæ fauorem, ita vt Episcopus proprius diligens fiat ne intra tam breue temporis spatium amittat locum, & partem diœcesis, quæ à fide defecit, & alius sperans acquirere intra illud maiori cum diligentia procuret vt locus ille, vel pars diœcesis ad fidei, & Ecclesiæ vnitatem reuertatur: ita *glos.* 1 *in fin.* Abb. & communis *in præsenti glos.* 4. & omnes *in c. placuit*; *il.* 2. 16. *q.* 3. *glos. vlt. in reg possessor, de reg. iuris, l.* 6. Balb. *de præscript.* 1. *quarta, q.* 1. *in fin.* Couar. *in reg. possessor, p.* 2 §. 11. *n.* 8. Mench. *illustr. c.* 72. *n.* 6. Ludou. Gom. *in reg. de triennali q.* 42. & probant alij existimantes ex auctoritate legis Canonicæ procedere præscriptionem cum mala fide, idque post Rip. agnoscit Auend. *de exequendis mand. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 21. *col.* 3. Sic etiam propter publicum fauorem tributorum soluendorum limitatur reg. *l.* 1. *C. de vsucap. transfor.* & biennio præscribuntur prædia tri-
3 butaria deserta *l qui agros, C. de omni agro des.* Ego vero text. *in præsenti* procedere intelligo, quando nulla præcessit monitio contra proprium Episcopum negligentem, tunc enim contra illum requiritur lapsus triennij, intra quem si locum affinem ab alio conuersum non repetat, ampliùs repetere non poterit, text. verò *in d. cap. placuit*, ideo sex menses requirit, quia præcessit monitio, ibi enim proprius Episcopus monitus fuit ab aliis, qui illum negligentem aduerterunt, populumque ad fidem conuerterunt, vnde si intra illud breue spatium à die monitionis proprius Episcopus non repetat, ampliùs repetere non poterit, & locus conuertentis efficitur, quem intellectum præstat etiam Anast. Germon. *animaduers. lib.* 1. *c.* 20.

Verùm contra hunc communem intellectum primò obstat text. *in cap. vlt. hoc tit.* & generalia eiusdem verba, ibi, *nulla valeat*, &c. insuper & ratio illic addita, quæ in fauorem fidei Catholicæ negligenda non fuit, imò eo magis admittenda, quod fides Catholica magis abhorret peccata, & magis aliena est ab omni iniustitia, & legis naturalis, seu diuinæ violatione, neque par credere est maximos Ecclesiæ Pōtifices inter Ecclesiasticos, & præsertim Episcopos admittere præscriptionem cum mala fide, quam *in cap. vigilanti, & in d. cap. vlt. infr. hoc tit.* inter sæculares, & in foro sæculari absolutè improbarunt, arg. text. *in l. in arenam, C. de inoffic. test.* Secundò obstat quod tempore huius text. & Concilij Africani circa annum 425. non apparet lege aliqua, quæ contra Ecclesias, & Episcopos quadragenariam præscriptionem requirat, vnde semoto fidei fauore fortasse eo tempore minor sufficiebat, ac subinde non limitatur per hunc text. *c. de quarta, & c. illud, infr. hoc tit.* quæ multo postea emanarunt. Tertiò vrget *cap. placuit, il.* 2. 16. *q.* 3. quod habetur *in Concil. Mileuitano*, sub Innoc. I. *c.* 24. vt constat *tom.* 1. *Conc. p.* 484 *col.* 2. & rursus refertur *in d Conc. Africano c.* 88. & habetur *d. c.* 516. vbi in eadem specie de qua hic agitur in fidei fauorem, procedit præscriptio per sex tantummodo menses, nec requiritur triennium.

Sed retento communi intellectu non obstant, quæ contra illum adduximus, nam ad primum ex mente communis aduertendum est, & fatendum videtur fauorem fidei in proposito attendi, & ex auctoritate legis Pontificiæ maximè operari, primò circa possessionem, quam lex hic & iustificat, & tribuit Episcopo conuertenti, vt ex iuris auctoritate iustus sit possessor, arg. *l. iustè possidet, ff. de acquir. poss.* quam possessionem neque iustificat, neque tribuit regulariter in aliis casibus, sanè Episcopus conuertens, de quo *hic*, quamvis sciret plebem, & partem diœcesis, quam conuertebat, esse alienam, & ad alium Episcopum pertinere in actu practico, non habebat conscientiam rei alienæ, vel peccatum iniustæ retentionis, quippe qui ex legis auctoritate iustè, & absque peccato possidebat, *d. l. iustè*, & consequenter non malæ, sed bonæ fidei possessor erat, vt intendunt Angel. *in l.* 1 *n.* 63. *C. de iudic.* Couarru. *vbi sup.* Secundò circa tempus, quia sufficit in proposito triennium cum aliàs attento iure spatium 40. annorum sit necessarium, *cap. de quarta, cum simil. inf. hoc tit.* Denique circa titulum, qui omnino requirebatur in hac præscriptione, in qua Episcopus intra alienam diœcesim contra ius commune præscribebat, *cap. si diligenti, ad fin.* ibi, *iustus titulus, infr. hoc tit. c.* 1 *eod. tit lib.* 6. & tamen *in præsenti* suppletur à lege in fauorem fidei Catholicæ, qui exceptis his tribus, & circa malam fidem nihil operatur.

Ad secundum responderi poterit quòd licèt tempore Conc. Africani, à quo is text. desumitur, non requireretur quadragenaria præscriptio contra Ecclesias, vel Episcopos, nihilominus tamen quo tempore Gregor. IX. hunc text. collocauit *sup. hoc tit.* iam erat receptissima huiusmodi præscriptio, vnde ex mente illius text. hic videtur hoc in loco adiectus, vt in fauorem fidei limitetur reg. *d. cap. de quarta, & d. cap. illud, cum similibus.*

Ad tertium communis concordia est quod text. *in præsenti* suppleri debeat per *d. cap. placuit*, & è conuerso, ita quod sex menses, de quibus *in d. c. placuit*, à tempore monitionis computandi, non tribuant ius loci conuersi quasi Episcopus conuertens per illos præscribat, sed requirantur vt Episcopus proprius monitus constituatur in mora, & negligentia, qua in-

teruenientе fit facultas alij Episcopo conuertendi, & si post conuersionem proprius Episcopus per triennium non recuperat, inducitur præscriptio loci conuersi, *glos. 1. & communis in præsenti, glos. in d.c.placuit, glos. in d.reg.possessor, de regulis iuris in 6.* communis ex Panorm. *hic n.* 8. probat ex multis Cou. *vbi sup.* expendens quòd in prædicto originali huius text. sic legitur, *Placuit vt quicunque post leges locum ad Catholicam*, &c. quæ verba, *post leges*, licèt à Gregor. huius libri compilatore omissa fuerint, satis significant necessariam esse monitionem, & sex menses post illam decursos, intelliguntur enim post leges, scilicet de monitione præmittenda; & sex mensibus expectandis. Sed hæc communis concordia non satisfacit, tum quia diuinat ad vtrumque text. hic enim nulla fit mentio monitionis, aut sex mensium, sicut nec *in d.c. placuit*, vllum est verbum de triennio; tum etiam, quia sex menses, de quibus *in d.c.placuit*, non præfiniuntur tantùm vt Episcopus proprius moram incurrat, sed etiam, vt illis elapsis alius conuertens statim locum acquirat, ita quòd vlterior expectatio triennij non requiratur, provt significat verbum, *pertineat*, de quo *in eo text.* præsertim si adiũgantur verba illa, quæ præcedunt, ibi, *ad suam Cathedram pertinentia*, quæ important plenum ius competens Episcopo proprio negligenti, quod idem post sex menses acquiritur conuertenti; nec aliquid probant verba illa, *post leges*, quia vt constat ex eod. Concil. Africano *cap.* 88. & passim alibi, intelliguntur, id est, post leges latas de Donatistis hæreticis, vel contra eosdem hæreticos, & propterea omissa sunt à Gregor. qui per hunc text. voluit constituere legem generalem, non habito respectu ad Donatistas, vel leges eorundem, de quibus Concil. Africanum loquebatur, aliàs enim si verba prædicta referrentur ad leges monitionis necessariæ, vt Couarru. credit, planè Gregor. non omisisset, vel omittens apertè significaret non esse necessariam monitionem, nec illam posse à nobis suppleri, quàm cùm antea esset integrè Pont. Gregor. resecauit.

4 *Non præiudicetur Matrici Ecclesiæ*, &c.] Notatur ad hoc quòd vacante Ecclesia cessat præscriptio contra illam, vt per Felin. *in cap. cùm deputati, n.* 7. *de iudic.* Aymon. *de antiquit. tempor. p.* 4. *cap. materia, n.* 68. Bald. *de præscript.* 2. *part. sextæ principalis, n.* 7. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 78. *num.* 7. Bart. *in l. naturaliter, n.* 24. *ff. de vsucap.* Arnulph. *de commendis q.* 9. Guid. Papæ *decis.* 152. quicquid controuertat, & confundat Annib. *in d.l. naturaliter, n.* 298. Idem probat *cap. de quarta, vers. visi, cap. auditis, vers. quod si hoc tit.* & iuuat ratio, nam Ecclesia dum vacat vtpote carens legitimo defensore, iure agere prohibetur, *cap. vlt. ne sede vacante*, ac subinde contra huiusmodi Ecclesiam iure impeditam dormit ipso iure præscriptio, quantumcunque adsint omnia illa ad illam necessaria, iuxta reg. *l.* 1. *§. vlt. C. de annali excepr.* Ita similiter dormit dum viuit Prælatus ille, qui rem Ecclesiæ temerè alienauit, vel aliquid aliud contra sacros Canones, & in Ecclesiæ præiudicium fecit, quia scilicet dum is viuit est (quoad hoc) ac si Ecclesia non haberet Prælatum cùm habeat ad hoc inutilem, quem lex verosimiliter non creditur venturum contra id, quod temerè facit, vt colligitur ex text. *in cap si Sacerdotes 16. quæst.* 3. ibi, *ex quo talia moriendo*, quem notant gl. *verbo causa in cap.* 1. *de in integr. restit. num.* 6. Roman. *cons.* 267. vbi addit Rebuff. *in compend. alien. num* 37. Bald. *de rescript. 1. p. 5. n.* 8. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo in tra legitimum, n.* 4. Provt cessat etiam durante pupillari ætate, quia illo tempore dormit, *l. sicut, C. de præscript.* 30. Surd. *decis.* 4. *num.* 1. Rot. apud Farinac. *decis.* 419. *num.* 4 *part* 2. *recent.* intellige supradicta procedere vbi Ecclesia quasi vacet, vt quia licèt Prælatum habeat, is tamen quoad iuris effectus, & res Ecclesiæ, vt oportet, tuendas, inutilis est, vtpote hæreticus, schismaticus, vel detentus, seu captiuus, probat text. *in præsenti, versic item si*, iuncto *cap. pen. de suppl. neglig. Prælat. lib.* 6. resoluunt *glos. vlt. m.* & communis *in præsenti*, Bald. *de præscript. part.* 2 *à num* 7. iuuat reg. *cap.* 2. *de trãslat. Episcop. vers. sicut*, iuncta *glos. vlt.* per text. *ibi in l. vlt. C. ad legem Flau.* recepta communiter ex Couarru. *pract. cap* 7 *n.* 27. Tiraquel. *ad leg. connub. part* 6. *num.* 12. Sic idem est vbi Prælatus excommunicatus existit, quia cùm iure agere prohibeatur, *c. intelleximus, de iudic.* & ideo tam contra Ecclesiam, quàm contra ipsum etiam in rebus propriis præscriptio dormit, iuxta *cap. quia diuersitatem, de concess. præb.* glos. Magna *in cap. prima actione* 1. *q.* 3. communis vt per Abb. *n.* 7. Paris. 18. *cum seqq in præsenti*, Balb. 1. *part.* 6. *n.* 24. id ipsum admittentes quantumcunque excommunicatio iusta sit.

Intellige secundò Ecclesiam in proposito vacare vbi caret proprio, & immediato Prælato, qui pro rebus Ecclesiæ iure agere debuit, qualis est Episcopus respectu Cathedralis, Abbas respectu Abbatialis Ecclesiæ, quantumcumque non desint alij Prælati superiores, & mediati, vt satis probat text. ibi, *fuerit Episcopus*, & ibi, *acceperit Episcopum*, docet Innoc. *in cap. olim* 1. *de restit. spoliat.* Abb. *n* 2. & alij, vt per Felin. *n.* 5. *in præsenti.* Non obstat quòd contra hæreditatem iacentem non dormit præscriptio, quinimo procedit non solùm, quæ antea fuerat inchoata, verùm etiam noua, argum. *l. vlt. ff de vsucap. l. sed si conditione*, §. *seruus alienus, ff. de hæred instit.* resoluunt post alios Crot. *in l. si is qui, n.* 35 *ff. de vsuc.* Annibal. *vbi sup. n.* 303. tradunt Abb. *in d.c. de quarta, n.* 8. & *ibi* Felin. *n* 18. quia respondetur (vltra Abbatem *d.n.* 8. qui difficultati succumbens verius putat contra hæreditatem iacentem non progredi, sed dormire præscriptionem, argum. huius text. cum similibus) longè diuersam esse rationem in Ecclesia vacante, & in hæreditate iacente, in hac enim si aliquis sit hæres, qui adire possit, succedit, reg. *l. qui potest fac. de reg. iur. lib.* 6. vel poterit institutus bonorum possessionem agnoscere & administrare, iuxta *l. si quis* 23. *in princip ff de hæred. instit.* tradit Gomez *tom* 1. *variar. c.* 2. *n.* 13. quod si hæres non appareat, dabitur curator, qui administrare, & agere possit iuxta reg. *l* 1. *ff. de curat. bonis*, tradit Menoch. *de arbitr. cas* 150. *à princ.* Quòd si nullus extat, qui succedere possit, & dicta hæreditas verè vacat, defertur fisco, cuius procurator administrat, *l.* 1. §. *qui bona ff. de iure fisci*, Menoch. *vbi supr.* Vnde meritò stantibus iis, & aliis, qui de iacente, vel vacante hæreditate agere possit, non dat in ea impedimentum iuris agendi facultate priuans provt datur in Ecclesia, quæ dum vacat regulariter ius impedit ne quis iterum agat, *cap. vlt. & per tot. ne sede vacante.*

Intellige tertiò prædictam regul. procedere non tantùm in rebus ad Ecclesiam, vel mensam Prælati pertinentibus, verùm etiam in iis, quæ Ecclesiæ, vel Prælato insimul cum Capitulo, & Clericis communes sunt, ex Abb. *n.* 4. Felin. 5. *in fin.* & aliis *in præsenti*, Balb. *d n.* 9. Iason. *in l. si emancipati, n.* 18. *C. de collat.*

In glos. *Si autem*, vltra *ibi, ipsius œconomus*, &c. Hæc fuit opinio Laurentij, vt refert glos. *in cap. vlt. ne sede vacante*, sed communiter probatur, *hic*, & *ibi.* Nec obstant *cap. vobis, & cap. Vulterana, de elect.* quia non

agunt

agunt de œconomo, sed de legitimo administratore, Goffr. & omnes *in præsenti*, licèt autem Ecclesia vocans œconomum habeat, qui aliquando agere possit, non ideò minus procedit hic text. vt probat Abb. *n. 1. in fine n. 2.* receptus communiter ex Paris. *n. 11.* adhuc enim vacat Ecclesia, & œconomus eiusdem non est Episcopus, de quo text. agit, qui iura Ecclesiæ, vt oportet, tueatur: sic contra pupillum, quamvis tutorem habeat, dormit præscriptio, de qua *in l. sicut, versic. sed pupillari, C. de præscript 30.* vt patet *ibi*, quamvis sub tutoris defensione consistat.

SVMMARIVM.

1 *Prælati taciturnitas non nocet Ecclesiæ donec sit præscriptum.*
2 *Doctores referuntur de scandali materia agentes.*
3 *Prælatus ob sedandum scandalum iustè omittit repetitionem rerum Ecclesiasticarum, quæ ab illis contra iustitiam vsurpantur.*
4 *Declaratur text. in præsenti*, & n. 5.
6 *Viris perfectis an liceat, vel expediat in iudicio contendere pro rebus spiritualibus, ostenditur.*
7 *Præscriptionem interrumpit monitio, & protestatio Papæ.*

CAP. Nihil. II. *Gregor.*

1 PAtientia & taciturnitas Prælati, v. g. ad vitanda scandala, & strepitum foralem, pro re Ecclesiastica recuperanda, non præiudicat successoribus, quin res pauperum, id est, bona Ecclesiæ recuperent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Host. Anchar. Butr. Dec. Felin. Panorm. Bald. Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 252.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 309. & tom. 4. repet. super iure Canonico ad secundum librum Decret.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* & nouissimè Ioan. de Valboa *vbi sup.* desumitur ex D. Gregor. *lib. 1. cap. 96. epist. 57 registri*, refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decret. lib 2. tit. 18. cap. 3.*

2 *Nihil cum scandalo.*] De materia scandali aliqua dixi *ad c. qui scandalizauerit, infrà de reg. iuris*, vbi vide, & interim D. Thom. *2. 2. q. 43. per totam*, S. Anton. *p. 2. tit. 7. c. 4. à princ.* Theol. *in 4. dist. 38.* vbi latè Mich. de Palatio *disp. vlt.* Albertin. *de secreto, col. 88. cum seqq.* Adrian. *quodlib. 2.* Couar. *in reg. peccatum, p. 1. in initio, à num. 3.* Nauar. *in man. cap. 6. num. 19. & c 4. à num. 28. & in c. considerit, §. aduertere, à princ. de pœnit. d. 1. 5.*

3 Collige ex text. Prælatum ob sedandum scandalum iustè omittere repetitionem rerum Ecclesiasticarum, quæ ab illis contra iustitiam vsurpantur, vt hic notant omnes, Couar. *vbi sup. n. 6.* quemadmodum etiam propter scandalum omittuntur multa aliàs licita, & excluditur quis à iure suo, *cap. nisi §. pro graui, de renuntiat. cap. cùm teneamur, de præbend.* docet Paul. *ad Corinth. 8.* refertur *in princ. 23. quæst. 1.* resoluit gloss. *in cap. ad petitionem, de accusat. gloss. 1. in c. in primis 2. quæst. 1.* communiter recepta, vt per Menoch. *remed. 1. recup. num. 319.* prosequitur plura adducens similia Felin. *hic à n 2.* Sed obstat maximè, quod Prælati Ecclesiarum tenentur sub reatu mortalis culpæ, quatenus in se est, repetere & recuperare res Ecclesiæ contra iustitiam vsurpatas, *cap. in canonibus, ante fin.* ibi, *iniquum enim, 16. q. 1. gloss. pen. in c. 3. de offic. Archid.* obseruant Abb. *n. 4.* Paris. *6.* & alij *in præsenti.* Igitur non excusantur, etiamsi ex repetitione insurgat scandalum, quippe quod vitandum non est, sed magis negligendum in iis quæ sunt de necessitate salutis, pertinent ad veritatem vitæ, & sine peccato omitti non possunt, *reg. qui scandalizauerit, de reg. iuris*, obseruat D. Thom. *d. loco artic. 3.* Accedit quòd scandalum acceptum ex eo quòd repetuntur res Ecclesiarum iniustè retentæ, non est pusillorum ex fragilitate, aut ignorantia, sed potiùs Pharisæorum ex malitia procedens, ac subinde omnino negligendum fuit, iuxta illud Matth. 15. *Sinite illos, cæci sunt*, refertur *in cap. inter verba, 11. q. 3.* Iuuat quod S. ille Thomas Cantuarien sis, de quo *in cap. sicut dignum, de homicid.* sanctissimè egit de repetendis, & recuperandis rebus Ecclesiæ iniustè vsurparis, etiam cum grauissimo scandalo Regis, & suorum, qui propterea & virum sanctum interfecerunt, & grauissima crimina commiserunt. Igitur & reliqui Prælati id ipsum imitantes, neglecto scandalo, tenebuntur Ecclesiarum res repetere, si ab aliis iniustè detineantur, vt in specie docet D. Thom. *vbi sup. art. 8. & in opusc. 19. c. 15. ad fin.* sequuntur Syluest. *verbo, scandalum, num. 4.* & passim alij.

Quare D. Thom. *d. art. 4. & d. cap. 15. ad fin.* quem 4
omnes sequuntur, tenet hunc text. agere de Summo Pont. qui cum supremam, & liberam habeat rerum Ecclesiæ administrationem, arg. *c. 2. in princ. de præbend. lib. 6. & Clem. 1. in fin. vt lite pend.* vtique potuit propter scandalum omittere, vel differre repetitionem rerum Ecclesiæ, quæ contra iustitiam vsurpantur, quemadmodum priuati suarum rerum dominio tenentur ob vitandum scandalum pusillorum aliquando omittere, vel differre repetitionem illarum, quæ iniustè ab aliis detinentur. Sed hic intellectus non satisfacit, refellitur enim, quia quantumcunque Pont. Max. in rebus Ecclesiæ habeat supremam, plenariam, & principalem potestatem, nihilominus tamen illa est dispensatiua tantùm, vt prudenter, & fideliter dispenset huiusmodi res sibi commissas, non verò dominica, quasi de propriis distribuat adinstar priuatorum, vt latè ostendi *in collect. ad d. cap. 2. de præbend.* Nec placet Pontificem *in præsenti* non scripsisse se non posse, sed nihil velle cum scandalo, quasi si voluerit, possit, nam cùm iuxta prædicta teneatur redimere res Ecclesiæ contra iustitiam vsurpatas, etiam stante scandalo, non potest nolle, sed tenetur velle cum illo repetere, arg. *l. 3. ff. de reg. iuris.*

Ex mente igitur Abb. *n. 4.* & aliorum *in præsenti*, 5
& S. Anton. *vbi supr. §. 6. ad fin.* Caiet. *d. art. 8 versic. in eadem*, & Couarru. *vbi supr. vers. 9.* Palat. *d. loco, pag. 902.* dicendum puto text. hunc procedere, vbi Pontifex ex conditione patritiæ res Ecclesiæ iniustè vsurpantis, populi, & subditorum, illius qualitate, & valore rerum vsurpatarum, tempore, loco, & omnibus aliis circumstantiis secundùm prudentiam pensatis, intellexit expedire potius & vtilius Ecclesiæ esse scandalo eminenti defore, & aliquandiu pati, & tacere dum meliora tempora sperantur, quàm statim de repetitione agere cum graui scandalo, ex quo maiora mala verosimiliter timebat, quam esset bonum ex repetitione prætensum, præsertim quia cùm patritia de qua hic, esset Princeps, neminem in temporalibus recognoscens ex Gloss. magna, & DD. communiter hic, Pontifex illam restituere nolentem cogere non poterat, nisi (vt solent supremi Principes) armis, & bello indicto, quo medio summè periculoso scandalis pleno expediebat pro tunc non vti magis, quàm cum illo res iniquè vsurpatas recuperare,

arg. *cap. suscepimus, verſ. verum, de homicid.* Ex quibus iam colliges obiectiones *ſuprà* relatas nobiſcum non pugnare, quibus tamen ſigillatim non reſpondeo, ne præter intentum longior fiam.

6 *Nihil cum forali ſtrepitu.*] An liceat, vel expediat viris perfectis in iudicio contendere pro rebus temporalibus, vide gloſſ. & ſanctos Patres ſuper illud 1. ad Cor. 6. *Iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quòd iudicia habetis inter vos*, & *Matth.* 5 circa verba illa, *ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tollere, dimitte ei & pallium*, refertur *in princ.* 14. *q.* 1. vbi text. opt. *in c.* 1. explicant Abb. *n.* 4. & DD. *in præſenti*, D. Th. 2. 2. *q.* 43. *art. vlt. ad* 4. & latè ad vtramque partem *opuſc.* 19. *c.* 15 vbi affirmatiuam, quæ communis eſt, probat, reſpondens prædictis auctoritatibus, & aliis, quæ in oppoſitum adducuntur. Nec aduerſatur is text. nam vltra intellectum Innoc. *hic*, & aliorum, ſecundùm quos Pontifex loquitur ex ſuperabundanti iuſtitia, quia potuit & quidem iuſtè cum forali ſtrepitu contra patritiam agere de repetitione rerum Eccleſiæ, reſponderi poteſt ex mente Abb. *n.* 4. & aliorum, Cou. *in reg. peccatum, p.* 1. *in initio, n.* 6. *verſ.* 9. textum procedere vbi Pontifex intellexit res Eccleſiæ, de quibus *hic* futuris temporibus ſine lite, vel ſtrepitu iudiciorum poſſe recuperari, nam in hoc caſu iuſtè facit qui tempus redimit, & in futurum differt, nec ſtatim in iudicio cum contentione recuperat.

Sed illud vos ſcire credimus, &c.] Notatur ad hoc quòd monitio Romani Pontif. & proteſtatio interrumpit præſcriptionem, vt per Couar. *in reg. poſſeſſ. p.* 2. §. 12. *n.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſi bona fide, & pacificè poſſideat poſſeſſiones per triginta annos abſque interruptione proclamationis ſynodalis, præſcriptio tenet.*
2 *Concordantur text. in præſenti, & in cap. de quarta infr. hoc tit.*
3 *Fides bona ſi conſurgat ex facti ignorantia præſumitur in dubio.*

CAP. Sanctorum. III.

1 ECcleſia ſi bona fide, & pacificè poſſideat poſſeſſiones per triginta annos abſque interruptione proclamationis ſynodalis, præſcriptio tenet, & bona fiunt Eccleſiæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Anchar. Bald. Dec. Panorm. Felin. Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali ſecundi libri iuris Pontificij, pag.* 252. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 209. *& tom.* 4 *repet. ſi per iure Canonico ad ſecundum librum Decretal.* Petr. Paul. Pariſ. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 2. & nouiſſimè Ioan. de Valboa *vbi ſup.* refertur ab Sint. Aug. *collect.* 1. *Decret lib.* 2. *tit.* 18. *c.* 4. & eſt poſt Concil. Lateran ſub Alex. III. *p.* 38. *c.* 7.

2 Probare videtur hic text. præſcriptionem triginta annorum ſufficere ad præſcribendas res Eccleſiæ contra text. *in cap. de quarta, infr. hoc tit.* requirentem quadraginta annorum præſcriptionem. Quare gloſſ. *in cap.* 116. *quæſt.* 4. intelligit hunc text. non agere de rebus Eccleſiarum, ſed de rebus Epiſcoporum, vel Clericorum patrimonialibus præſcribendis, quam gloſſæ ſententiam ſequuntur DD. communiter, vt per Abb. & Felin. *hic in fine*, Roman. *ſing.* 457. Cou. *lib.* 1. *variar. cap.* 4. *num.* 4. Tiraquell. *de præſcript.* §. 1. *gloſſ.* 10. *in fine*, Perez *l.* 8. *gloſſ.* 1. *tit.* 2. *lib.* 1. *Ordinam.* Nec etiam diſplicet alius intellectus, quem tangit idem Couar. *in reg. poſſeſſor, part* 2. §. 2. *num.* 2. quòd ſcilicet procedat attento tempore antiquorum Canonum antequam eſſet inuenta quadragenaria præſcriptio contra Eccleſias. Non obſtat, quia in ſuperſcriptione text. iſte tribuitur Gregorio, cuius tempore conſtat cognitam, & probatam fuiſſe quadragenariam præſcriptionem contra Eccleſiam, *cap volumus, 16. quæſt.* 1. *cap. quia indicante, infr. hoc tit.* quia reſp. probabilius videri text. hunc non eſſe Gregorij, ſed Gelaſij, quia verba, quæ habentur *tom.* 2. *Concil. inter decreta Alex. III. ſub hoc tit. cap.* 7. *pag.* 911. (vbi is text. refertur abſque nomine Pontificis) apertè dicunt hanc conſtitutionem in Concilio editam fuiſſe, & per illam confirmari leges humanas, quæ contra Eccleſias triennalem præſcriptionem ſtatuerunt, id quod nullatenus poteſt accommodari Gregorio, tum quia in Conciliis ſub illo celebratis, quæ habentur *lib.* 4. *epiſt. cap.* 88. & iterum *lib.* 12. *in fin.* non refertur hæc conſtitutio, immò nec verbum vllum ea de re habetur, quia tempore Gregorij conſtat leges humanas, quales erant leges Iuſtiniani Imperat. non triennalem, ſed quadragenariam præſcriptionem agnouiſſe, & tamen tempore Gelaſij non tantùm ſacri Canones ex Conc. Calcedonen. ſed etiam leges humanæ, quæ hodie non habentur in Codice Iuſtiniani, tricennalem præſcriptionem admittebant contra Eccleſiam, *cap. Præſulum, verſ. illud* 16. *q.* 7. *d. cap.* 13. *quæſt.* 2. Nec mirum videri debet ſuperſcriptionem huius cap. vitiatam eſſe, ſiquidem & text. *in cap. vigilanti, infr. hoc tit.* in vulgatis codicibus tribuitur Alexandro cum ſit Clementis Martyris, vt habetur *in d. pag.* 912. *cap.* 5. & inſuper *cap. quia indicante, infr. hoc tit.* cum ſit Gregorij adſcribitur Alexandro. Nec etiam obſtat quòd ſi Decretalis hæc correcta eſt iuxta prædictum intellectum, omnino ſuperfluit, nec debuit à Gregor. IX. redigi in hoc volumine, imò reſecari iuxta proœmium huius libri, ibi, *reſecatis ſuperfluis*, quia reſp. fatendo hunc text. reſpectu triginta annorum hodie eſſe correctum, nihilominus tamen adhuc vim habere, & non ſuperfluere, quatenus in principio probat neceſſariam eſſe poſſeſſionem quietam, & ſynceram, hoc eſt, bona fide, & continuam abſque interruptione; & rurſus dum probat præſcriptionem longiſſimi temporis, qualis eſt triginta, ſed quadraginta annorum, interrumpi per clamationem ſynodalem ſicut per citationem, iuxta *l. ſicut C. de præſcript.* 30. aduertunt Imol. Pariſ. *num.* 4. & DD. communis *hic*, & ad hunc effectum retulit Greg. IX. hanc Decretalem.

In gloſſ. *Sincere*, ibi, *quod præſumitur*, &c. Notatur ad 3 hoc quòd ſi bona fides inſurgat ex facti ignorantia, præſumitur vtique in dubio, vt per Cou. *in reg. poſſeſſor, p.* 2. §. 8. *n.* 2. Tiraq. *de præſcript. p.* 1 *gloſſ.* 2. *fol.* 87. Mench. *illuſtr. c.* 70. *n.* 2. Sanch. *in præcepta Decalogi, lib.* 2. *c.* 23. *n.* 43.

SVMMARIVM.

1 *Quarta decimarum, & funeralium præſcribitur contra Epiſcopum, ſi quadraginta annorum ſpatio non ſoluatur, & Cathedralis Eccleſia interim nõ vacauit.*
2 *Epiſcopo contingit quarta pars prouentuum, & emolumentorum, ac decimarum.*
3 *Obligatio defunctorum quarta mortuariorum, vel funeralium appellatur.*
4 *Præſcriptio legitima in rebus Eccleſiaſticis eſt quadragenaria.*

CAP.

Cap. De quarta. IV.

Alex. III.

1 CLericus contra Episcopum per spatium quadraginta annorum potest præscribere de quarta decimæ, vel oblationis defunctorum, quæ pertinebant ad Episcopum, dummodo Cathedralis Ecclesia interim non vacet Episcopo qui causam defendat. Item Ecclesia Romana non admittit contra Ecclesiam præscriptionem triginta annorum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Butr. Bald. Panorm. Dec. Bero. Felin. Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag.* 252. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 310. *& tom.* 4. *repet. super iure Canon. ad secundum librum Decret.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. nouissimè Ioan. de Valboa *vbi sup.* refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 18. *c.* 6. & est post Conc. Later. sub Alex. III. *p.* 48. *c.* 1.

2 *Quarta decima.*] Notatur ad hoc quòd Episcopo contingit quarta pars conuentuum, & emolumentorum, nec non decimarum Parochialium sui Episcopatus sine vllo onere fabricæ, vt per Franc. Leo. *in thesauro fori Eccles. p.* 2. *c.* 14. *n.* 28. quem refero ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p.* 3. *alleg.* 86. *n.* 34. *in med.* Prax. Episc. *p.* 1. *verbo, decimæ*, §. 10. Soar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 1. *de diuino cultu, c.* 8. *n.* 9 quæ quidem quarta decima inter iura Episcopalia numeratur, Abb. *in c.* 1. *n.* 3. *& in c. cùm contingat, n.* 3 *hoc tit.* Couar. *in cap. officij, in princ. de testam.* Non obstat quòd plerique canones 10. *q.* 1. *&* 10. *q.* 3. videntur concedere Episcopis tertiam partem, siquidem procedunt attento iure antiquo, secundum quod tertia decimarum dabatur Episcopis cum onere fabricæ, & reparationis Ecclesiarum, quam quia multi negligebant, quarta absque illo onere videtur instituta, quæ præscriptione, vel consuetudine immutari, minui, & augeri potest, secundum omnes *hic & in cap. conquerente, de officio Ordin.* & ita hodie in plerisque locis habent Episcopi tertias decimarum cum onere fabricæ, in aliis verò eadem tertia pars soluitur Ecclesiæ Cathedrali, vel alicui dignitati, id quod constitutum videtur per compositionem in bonorum, & reddituum separatione, vel per consuetudinem.

3 *Oblationis defunctorum*, &c.] quæ etiam quarta mortuariorum, vt funeralium appellatur, *cap. conquerente, de officio Ordinarij*, Concil. Trident. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 13. notat Couar. *in d. cap. officij, in princ.* In qua sicut præscriptio valet per hunc text. ita & consuetudo attenditur, *cap. constitutus*, vbi gloss. *verbo tertia, de relig. domib.* Est alia quarta Episcopalis, scilicet quarta relictorum debita Episcopo ex illis omnibus, quæ Ecclesiis causa pietatis relinquuntur, exceptis nonnullis iure expressis, *c. officij*, vbi Couar. *cap requisisti, & cap. vlt. de test.* tradunt Lap. *de canon. portione à princ.* Petr. de Vbaldis *eod. tract. cap.* 1. *cum seqq.* Bertachin. *de Episcopo lib.* 4. *p.* 4. *à num.* 51. Hæc autem quarta sicut præscriptione, ita & consuetudine tollitur & immutatur, *d. cap. requisisti.*

4 *Quadragenaria præscriptione*, &c.] Notatur ad hoc quòd Canonica portio Episcopo, vel Ecclesiæ Parochiali debita quadragenaria præscriptione tolli potest, vt per Fr. Lud. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *quæst.* 48. *art.* 5. *concl.* 2. quem refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, p.* 2. *alleg.* 86 *num.* 39. Notatur etiam ad hoc quòd præscriptio legitima in rebus Ecclesiasticis est quadragenaria, vt per Couar. *in reg. possess. p.* 2. § 2. *n* 3. *versimo*, Padil. *l* 2 *à n.* 45. *C. de seruitut.* Bernard. *reg.* 220 *&* 221. Moneta *de decimis, q.* 9. *n.* 154. Molin. *de Iustit. tract.* 2. *disp.* 72. *à n.* 1 Less. *eod. tract. lib.* 2. *c.* 6. *dub* 8. *n.* 251. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 2. *lib.* 1. *c.* 12. Quod procedit in rebus Hospitalium, & priorum locorum, qui instituuntur in pauperum vsus, Tiraq *de pia causa, priuil.* 129. Couar. *in reg. possessor, p.* 2. § 2. *n.* 3. Valasc. *cons.* 105 *n.* 4. Molin. *d. disp.* 72. *n.* 3. & etiam contra priuatum, qui cum Ecclesia communem habet rem aliquam indiuisibilem, Bald. *de præscript* 1. *p.* 5. *n.* 35. Ioan. Andr. *in c.* 1. *de iurepatron. lib* 6. communis, vt per Abb. *n.* 19. Paris. 17. *in præsenti*, per text. *in l. si communem, ff. quemadmodum seruit. & gl. vlt.* receptam *in d. c.* 1. Et etiam in præscribendo fundo in dotem Ecclesiæ, iuxta *cap. sicut*, vbi gloss. *de consecrat. Eccles.* id quod satis probat *c. ad aures, inf. hoc tit.* ibi, *omnem prorsus*, vbi in specie notat Felin. & Paris. *in princ.* post Nouellum Balb. *de præscript. 1. p. 5. n.* 11. Paris. *cons.* 27. *n.* 19. *lib.* 1. Id ipsum tandem procedit in Ecclesia, quæ successit priuato, cuius res immobilis præscribi cœperat, siquidem respectu temporis residui, quod deficit ad præscriptionem complendam, potitur Ecclesia pro rata suo priuilegio 40. annorum, ex Bart. Bald Iaf. *n.* 36. & communi *in auth. quas actiones C. de sacr. Eccles.* Abb. *cons.* 114. *n.* 2. *lib.* 2. *& in præsenti n.* 20. vbi etiam Paris. *n.* 18. Balb. *vbi sup. n.* 33. per text. quem prædicti expendunt, *in auth. quod si, C. de long. temp. præscript. & reg. l. fisc.* 6 *ff. de iure fisci*, contra gloss. magnam *in fine, in d. auth. quas actiones*, communiter reprobatam, ex Iason. licèt sequatur Mench. *de succes. creat.* §. 10. *n.* 41. *ad med.*

In gloss. *Quadragenaria*, ibi, *hodie verò iure communi sola 40. annorum præscriptio currit contra Ecclesiam, nulla distinctione facta inter Ecclesias, & Monasteria.* Recepta est secundum Couar. *in d. reg. possessor, p.* 2. §. 2. *n.* 3. 5

SVMMARIVM.

1 *Possessor malæ fidei non præscribit.*
2 *Insignis dicitur à Couar. text. in præsenti.*
3 *Præscriptio an contra ignorantem currat.*
4 *Præscriptio iuxta leges humanas perfecta, etiam in animæ iudicio præscribentem defendit, quamvis ipse post completam præscriptionem habeat scientiam rei alienæ.*

Cap. Vigilanti. V.

POssessor malæ fidei nunquam præscribit de iure Canonico, & præscriptio fuit introducta contra desides, & contemptores. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Henric. Dec. Felin. Guid. Papæ, Mantua, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cened. *collect.* 50. Cujac. Viuian. *in rationali* 2. *libri iuris Pontif. pag.* 263. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 310. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 18. *c.* 7. & est post Conc. Lateranens. sub Alex. III. *p.* 36. *c.* 5. 1

Hanc eandem concluf. ex hoc text. desumunt Balb. *de præscript* 2. *p.* 5. *princ. q.* 1. *&* 2. *q.* 13. *num.* 99. *&* 2
p. 38. *c.* 13. *ex num.* 2. Couar. *in reg. possess. part.* 2. §. 2. *num.* 3.

vbi de materia huius text. & §. 11. *ex n.* 3. & alij citati ad *cap. vltim. hoc tit.& ad regul. possessor, de regul. iuris, lib.6.*

3 *Tam in rebus cognitis, quàm latentibus*, &c.] Ergo præscriptio contra ignorantem currit, de quo, & an restitutio ei sit concedenda, vide Tiraq.*de retract.tit.* §.35.*glos.*4.*n* 36.

4 In glos. *Nouerit*, 2.ibi, *sed pone, quòd post completam præscriptionem*, &c. Nota, quòd præscriptio iuxta leges humanas perfecta etiam in animæ iudicio præscribentem defendit, quamvis ipse post completam præscriptionem habeat scientiam rei alienæ, de quo vide Couar.*in d.reg. possessor, p.*3.§.2.*à princ.* Tiraq.*de præscript.*§.1. *glos.*2. *n.*13.*& in tract. cessante causa, limit.*12.*à n.*19.Petr. Magdalen.*de numero testium in testam. p.*3.*c.*3.*n.*134. Steph. Gaëta *in rep.c.ad limina* 30. *q.*1.§.5.*n.*411. *in princ.* Mench. *illustr. lib* 2. *c.*74. Sot. *lib.*4.*de Iustit.q.*5 *art.*4 Boër. *decis.*211. *ex n.*12. Sarmien.*lib.*2 *select.c.*10. Menoch. *remed.*16. *recup.n.*17. Mexia *in tract. tassæ panis concl.* 1. *n.* 133. *vers. quo fit.* Spin.*in speculo testam.glos.*13.*principali, n.*70.Guttier. *pract.lib.*2.*quæst.*1.*à n.*24. Perez *tit.*2. *lib.*5. *Ordinam. pag* 140. *& lib.* 8. *pag.* 303. super plures quos citat Cened.*ad Decret.collect.*50.*n.*3.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia vna in parochia alterius quadraginta annorum spatio decimas præscribit*, & n.2.
3 *Ecclesia contra Ecclesiam præscribit annis* 40.
4 *Officium iudicis an sit implorandum ad restitutionem, ostenditur.*

Cap. Ad aures. VI.

1 ECclesia vna si possidet decimas in alterius Parochia per quadraginta annos, iam præscripsit, & melior est conditio possidentis, & excludit omnem actionem alterius Ecclesiæ.Colligunt ex Ordin.Abb. antiq.Innoc.Collect.Zabar.Bellam. Ioan. Andr.Imol. Anan. Bald. Panorm. Henric.Butr. Host.Guid. Papæ, Felin. Dec.Anchar.Mantua, Martin. Vran. Alex. de Neu, Cujac. Viu.*in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 254. Alagona *in compend.iuris Canon. pag.* 610.*& tom.*4.*repet. in iure Canonico ad librum secundum Decretalium*, Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen.*in concord. part.*1.*&* 2 & nouissimè Ioan. de Valboa *vbi suprà* refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.*18.*c.*9.

2 Hanc eandem concluſ. ex hoc text. desumunt, Rebuff.*in tract.de decimis, q.*13.*n.*6.Abb.*cons.*94.*n.*2. *vol.*1. Couar. *lib* 1.*variar. c.*17.*n.*7. Moneta *de decimis cap.*5.*n.*105.

3 *Quas vna earum in alterius*, &c.] Ergo Ecclesia contra Ecclesiam præscribit annis 40. vt per DD. *in auth. quas actiones*, vbi glos. *Cod. de sacros. Eccles.* Balb.*de præscript.*1 *p.*5. *num.*4. Couar. *in reg. possessor, part.*2.§.2. *num.*3. Tiraq.*de pia causa, priuileg.*26.*vers. contrarium*, Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.*61. *num.*13. Mascard.*de probat.concl.*1213. *num.*4. Pute.*decis.*252. *num.* 3.*lib.* 3. Rota apud Farin.*decis.*208.*num.*1.*p.*1. *recent.& num* 6.quòd in præscriptione contra Ecclesiam requiritur bona fides, siue priuatus, siue alia Ecclesia præscribat, & citat Balb.*de præscript.* 2.*p.*3. *princ.*§.6.*quæro, n.*9. Non obstat quòd Ecclesia contra quam præscribitur, non potest vti priuilegio quadragenariæ præscriptionis contra Ecclesiam præscribentem æquè priuilegiatam, imo conquassato hinc inde priuilegio standum videtur iuri communi, de quo *in l.*1. *ff.de vsucap transf.* iuxta reg.*l.assiduis vers. duabus, C.qui pot.in pign.l.sed & milites, ff.de excus.tut.* cum aliis, de quibus per Tiraq.*de pia causa priuil.*26. *vers.sed quod primo*, resp.enim secundùm communem reg. *d. vers. duabus*, procedere tantùm vbi vterque priuilegiatus in specie concurrit in actu & exercitio sui priuilegij; in proposito autem non datur huiusmodi concursus, sed sola Ecclesia contra quam præscribitur, priuilegiata est, & in specie agit de vsu & exercitio sui priuilegij circa quadragenariam præscriptionem, Ecclesia verò præscribens, licèt aliàs in genere priuilegiata existat, vt nonnisi quadragenariam præscriptionem patiatur, nihilominus tamen dummodo contra alium præscribat,non exercet suum priuilegium, nec vllum iure concessum est Ecclesiæ præscribenti, sed ei soli contra quam præscribitur, ac subinde meritò hæc contra illam priuilegio vti potest, quia, propriè loquendo, cùm non concurrant priuilegia in specie, non concurrunt duo priuilegiati, sed ille solus priuilegiatus dicitur, qui priuilegium ad actum reducit, iuxta *l.vlt.ff.ex quibus causis maior.l.verum* 12 §.*vlt. ff.de minorib. cap. auditis, de in integr. restit.* Bart. *n.*3. & omnes *in d. auth.quas actiones*, Abb. *n.*3. & alij *in præsenti*, communis, vt per Felin. *num* 29. Paris. *num.* 114. *in cap.in præsentia de probat.*Tiraq.*vbi sup.vers contrarium.* Quamvis contradicant Dec. *in d. cap. in præsentia à num.* 41. *& in auth qui rem n.*21.*ad med. C.de sacros. Eccles.*Gom.*in* §. *rursus,n.*27 *Instit.de actionib* per text.quem expendunt *in auth de sanctiss. Episcop.*§. *sed hoc præsenti, ad fin.*retenta communi multipliciter respondent Paris.*n.*114. & *ibi* Beroi.*n.*456. Couar.*d.n.*4 Costa *in cap. si pater, p.*1.*verbo, si absque n.*2.

Prorsus excludit.] Ergo ipso iure iuxta resoluta per Tiraq.*in l.si vnquam, verbo, reuertatur, n.*71. & per Boër. *decis.* 344. *num.*4. & ita probat hic text. actiones per longi temporis præscriptionem extingui ipso iure, vt voluerunt multi quos referunt Fulgos. Bald. & Angel. *num.*5.& sequitur Bart.*in l.omnes, C. de præscript.* 30 idem Bart.*in l.vlt* §. *vlt. ff. rem ratam hab.* & satis intendunt plures relati à Padil. *in l. cum quis num.*19 *C.de iuris & facti ignor.* resoluentes obligationem, vel actionem ciuilem prorsus tolli per præscriptionem.An autem ad restitutionem officium iudicis sit implorandum, vide eundem Tiraquel. *de retract.tit.*1.§.35.*gl.*4.*n.*40. Balb.*de præscript.q.*1.*principali, q.*6.*n.*25.

In alterius parochia.] Ideſt, in tertia extranea, & diuersa à litigantibus,iuxta quem sensum admittitur hic præscriptio absque titulo, quia ius commune contrarium Ecclesiæ præscribenti decimas in aliena parochia non erat pro Ecclesia aduersaria cum qua lis agebatur, in cuius parochia decimæ non existebant, & ita expenditur is text. pro opinione gloss. magnæ *vers. interdum ius commune vetat, in cap.* 1. *hoc tit.lib* 1. Sed retinenda est opposita sententia, quam tenent Abb. *in cap. si diligent. num.* 35. vbi Henric. *num.*10.*ad fin.* Felin. *num* 2.*vers.amplia secundò, hoc tit.* Franc.*in d.cap.*1.*num.*7. dicit communem Cou. *lib.*1. *variar. cap.*17. *n.* 6. Non obstat text.*in præsenti*, nam reiecta opinione illorum, qui putant hunc text. procedere iure antiquo ante *d. cap.*1. vt intendunt *gl.*2. *in præsenti, glos. vltim. in fine, & in d. cap. si diligenti, & cap dudum, & decim.* longè verius est (quicquid contra sentiat *glos.* 1. *in fine in reg. possessor.*) in specie huius text.Pontificem,licèt nullum verbum de titulo adiecerit,sicut neque de bona fide,quia non de his,sed de solo tempore dubitabatur, nihilominus supposuisset tam titulum,quam bonam fidem secundùm

dùm iuris regulas necessariam, & ita cùm dicit *quadragenariam præscriptionem*, &c. intellexit legitimam & secundùm ius, in qua nihil deficit de necessariis, cuiusmodi sunt bona fides indistinctè, *cap. vlt. eod. hoc tit.* & titulum iuxta *cap. diligenti*, & *d. c.* 1. vbi ius commune contrarium est præscribenti, provt erat hîc, atque ita intellexit Host. quem sequitur Bellam. *hic*, referens ita placere Ioan. Andr. & Lignano, probat Rebuff. *de decimis*, *q.* 13. *n.* 81. Pro quibus facit, quia longè verius est text. hunc agere de decimis, quæ non in tertia, sed in alterius ex duabus litigantibus parochia consistebant, vt significant verba text. qui non dicit, quos vna earum in alia, sed *quos vna earum in parochia alterius*, scilicet ex illis duabus, vt est de natura dictionis, *alterius*, quæ propriùs & frequentius dicitur de duobus, ac subinde cum in commune contrarium præscribenti esset pro aduersario, proculdubio necessarius fuit titulus etiam iuxta opinionem dictæ glossæ magnæ. Nec itidem aduersatur *cap. ad decimas, vers. quia, & vers. vltim de restit. spoliat. lib. 6.* vbi non tantum expenditur ius commune esse contrarium Canonicis spoliatis restitutionem petentibus, verum etiam facere pro spoliante, in cuius parochia decimæ consistebant, & ita duo illa copulatiuè requiruntur, vt intellexit gloss. magna *in d. c. 1. gloss. 3. in d. c. ad decimas*, & est communis intellectus, vt per Couar. *var. lib. 1. c. 17. n. 7* post Nauar. *in cap. accepta, oppos. 10 n. 21. de rescript.* Rebuff. *d. q. 13. n. 83.* Mench. *illustr. c. 86. n. 18. vers. quartus decimus.* Quo retento communi intellectu resp. in proposito longam esse differentiam inter restitutionem, de qua *in d. c. ad decimas*, & præscriptionem, de qua *in d. cap. 1.* nam cum illic agatur de restitutione spoliati, quæ secundùm iuris communis regulas ante omnia facienda est in fauorem spoliati, & in odium spoliatoris, *c. 1. de restit. spoliat.* cum vulgaribus, meritò vt contra huiusmodi regulas denegetur, vel saltem retardetur restitutio, attenditur, & requiritur quòd ius commune contrarium spoliato sit pro spoliatore, quia cum sic & illius fauor, & istius odium maximè minuitur, reg. *d. c. 1.* iustissimè temperatur; contra verò in præscriptione de qua *in d. c. 1.* non agitur de fauore aduersarij, sed de onere, & grauamine præscribentis, & tota ratio ob quam titulus necessarius est, fundatur in eo quòd ius commune & præsumptio sit contra præscribentem, vt habet *d. c. 1.* ac subinde cum ius illud, vel præsumptio non sit pro aduersario, titulus meritò requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Laici cum non possint spiritualia possidere vt decimas; ergo & per consequens non præscribere.*
2 *Laicus præscriptione nulla etiam immemorabili potest ius acquirere percipiendi decimas, & procedit in omnibus decimis quocunque titulo etiam temporali à laico percipiendis, vt n. 3.*
3 *Ratio decisionis assignatur.*
4 *Laicus ex allegatione priuilegij Summi Pont. si in illius probatione ostendat possessionem temporis immemorabilis cum fama priuilegij habiti à summo Pontifice, vel ab inferioribus Prælatis ante Concil. Lateran. potest acquirere ius percipiendi decimas.*
5 *Decimas, quæ iustè, & ex legitima concessione à laicis obtinentur, an possit laicus contra laicum præscribere, ostenditur.*
6 *Laicus spoliatus iure percipiendi decimas an sit ante omnia restituendus, ostenditur.*
7 *Præscriptio non datur sine possessione.*
8 *Laicus an possit præscribere iuspatronatus, ostenditur, & n. 9.*

CAP. Causam, quæ. VII.

LAici cum non possint spiritualia possidere, vt decimas, nec possunt illas præscribere, aut ab Episcopo eis concedi. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Henric. Bald. Panorm. Felin. Dec. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 254. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 310. *& tom.* 4. *repet. in iure Canonico ad secundum Decret. librum*, Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 18 *c.* 10. 1

Collige ex text. nulla præscriptione etiam immemorabili posse laicum ius acquirere percipiendi decimas, vt per Cassan. *in consuet. Burgundiæ, rub.* 1. *§.* 2. *fol.* 26. Balb. *de præscript.* 1. *p.* 4. *principalis, q.* 7. *n.* 5. *&* 1. *p.* 5 *à n.* 56. Couar. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 5. *vers. quarto*, Rebuff. *de decimis q.* 13. *à n.* 67. Peregr. *cons.* 74. *vol.* 1 Ioseph. Ludou. *Perusina decis.* 106. *n.* 8. *&* 9. Anastas. Germon. *de sacrorum immunitatibus, lib.* 3. *c.* 19. *à n.* 50. Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 15. *à n.* 2. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 36. *q.* 11. Gilchen. *de præscript. p.* 2. *c.* 8 *à n.* 16. Soar. *de Relig. lib.* 1. *de decimis, c.* 27. *n.* 3 Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 19 *à n.* 40 *& cons.* 20. *cent.* 1. Monet. *de decimis, c.* 5. *à n.* 114. Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 17. *num.* 15. Peregrin. *de iure fisci, lib.* 6. *titul.* 8. *num.* 18. 2

Ratio decisionis ea communiter solet assignari, quia ius decimandi est spirituale dependens à Sacramentorum administratione, cuius laici omnino etiam ex Summi Pontif. dispensatione sunt incapaces. Verum huiusmodi ratio, licèt rectè concludat in iure decimandi spirituali dependente ab administratione Sacramentorum, adæquata tamen non est, nec applicari potest decisioni huius text. qui in sua generalitate comprehendit etiam decimas titulo temporali percipiendas; imò de his præcipuè agere videtur, quia credibile non est nobilem virum, de quo *hic*, cum esset laicus, prætendere voluisse ius spirituale percipiendi decimas, cuius ex ipsa lege diuina incapax esse noscitur, nec Pontificiam legem casum decidere adeò indubitabilem, contra reg. text. *in l. quod Labeo, iuncta gloss.* 1. *ff. de Carbonian. edicto*, cum similibus, de quibus addocti ab Alph. *collect.* 8. Ex quibus hæc videtur communis resolutio, quòd procedat text. hic in omnibus decimis quocunque titulo etiam temporali à laico percipiendis, vt multis argumentis ex professo comprobant Bero. *cons.* 21. *à n.* 18. Couar. & alij, quos refert Guttier. *pract. lib.* 1. *q.* 16. *in princ.* & omnes alij, quos plenè adducit Gilchen. *d. c.* 8. *n.* 17. & ita omnes sentire affirmat, & sequitur Soar. *d. cap.* 17. *num.* 1. ex ratione confirmantes quia Lateranen. Concil. iuxta communem sententiam simpliciter, & directè prohibet, ne decimæ laicis quocunque titulo concedantur à Prælatis inferioribus in feudum, vel alio titulo temporali: vbi autem lex simpliciter aliquid alienare, vel acquirere prohibet, prohibita etiam præscriptio censetur, iuxta vulgarem allegationem text. *in l. vbi lex. ff. de vsucap.* quę licèt parum probet, quia non de prohibitione alienationis, sed de prohibitione vsucapionis loquitur, vt ex litera constat, & bene considerat Pinel. *in auth. nisi, n.* 28. *C. de bonis maternis*, efficaciter 3

citer tamen probatur ex text. *in l. si fundus, ff. de fundo dotali*, & ex text. capituli *in l. alienationis*, 28. *in prine. ff. verbor. signif.* cum multis aliis congestis à Gabriele *lib. 5. commun. tit. de præscript. concl. 13. à princ.* & Balb. 5. *p. 5. q. 4. n. 33.* D. Barbos. *in l. 1. p. 5. n. 83. ff. solut. matrim.* & hanc fuisse mentem Doctorum communiter, quòd reg. huius text. quæ dum negat laicos decimas præscribere posse, procedat etiam in decimis titulo temporali percipiendis, & ex eo manifestiùs ostenditur, quia eam regulam limitant, vt non procedat quoad decimas; quas verè, vel præsumptiuè constat obtentas esse ante Lateran. vel si agatur de præscribente contra Laicum, qui ante Lateran. acquisiuerat, vt ex aliis resoluit Couar. *d. n. 5. vers. sed si dubitetur*, latè Guttier. *d. c. 16. vers. hic tamen non obstantibus*, & multis adductis Gilchen. *num. 19.* Soar. *n. 4.* proximè *citatis locis*, quia cùm eo tempore à Prælatis inferioribus in feudum laicis dari potuisse constituant, cessat prohibitio legis, ex qua possessio, vel præscriptio ipsa potuit impediri, nihilque repugnat quod ea, quæ ab inferioribus Prælatis in feudum obtineri potuerunt, præscriptione etiam acquiri valeant, iuxta vulgarem æquiparationem præscriptionis, & priuilegij, de qua *in cap super quibusdam, vers. præterea, de verbor. significat.* cum aliis, de quibus Balb. 1. *part. 5. principalis, n. 53.* & plenè Gabr. *d. tit. de præscript. concl. 1.*

4 Intellige principalem conclusionem, dum habet laicos nulla præscriptione, etiam immemoriali, decimas acquirere posse vt procedat si præscriptio allegetur, vt talis propter defectum possessionis, quæ debet esse ciuilis, ideſt, iusta & probata à lege, quoad omnes ciuiles effectus, & in materia, de qua agimus, non est legibus simpliciter approbata, sed potiùs damnata, vt colligitur ex hoc text. Verùm si priuilegium Summi Pontif. allegetur, quod solum in hac materia sufficit, & ad eius probationem tempus immemoriale fuerit ostensum, tunc præsumptione iuris probato immemoriali tempore, probatur titulus priuilegij allegatus, cùm enim decimæ titulo temporali ex concessione Pont. laico acquiri possint, iustissime præsumendum est quòd si tot annorum interuallo nemo ipsi quæstionem mouit, iustum initium habuit possessio, vt per text. *in d. cap. super quibusdam, & l. 3. §. ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana*, multáque alia, explicant Gabriel. *d. concl. 1. à n. 44.* late Mascard. *de probat. concl. 137. à n. 17.* Card. Tusch. *tom. 6. lit. F. concl. 550 à n. 4.* Ex quibus ad nostrum casum de laico decimas præscribente, vt succumbere debeat, si immemoriale tempus in vim præscriptionis allegauerit, & tamen tuendus, si in sua possessione priuilegium Romani Pontif. alleget, & in probationem ostendat possessionem temporis immemorialis, docent post alios à se relatos Couar. *d. vers. sed si dubitetur.* Menoch. *de præsumpt. 86. num. 4.* Guttier. *d. c. 14. n. 2.* Mench. *illustrium, cap. 39. num. 7.* Gilchen. *d. cap. 8. num. 23.* Mascard. *d. concl 1377. num. 32.* Soar. *d. cap. 27. num 4.* In quo tamen aduerte, quòd communiter requiritur vltra tempus immemoriale, quòd probetur fama priuilegij habiti à Romano Pont. vel inferioribus Prælatis ante Concil. Lateranens. ex Bero. *cons. 21. num 15.* & Rebuff. *d. quæst. 13. n. 69.* Menoch. *d. præsumpt. 86. num. 5* quamvis ab illis recedant Cou. Gilchen. & Soar. proxime *citatis locis.* Vnde accedente fama priuilegij, seu feudi obtenti ante Conc. Lateranen. immemoriali præscriptione allegata laicum tutum esse tenuit Rota *Pampilonen. decima, n 8. Martij. 1613.* coram Reuerend. D. meo Coccino, & *in Toletana decimarum, 4. Decemb. 1615. coram bonæ memor.* Dunozetto, cum aliis relatis *in addit. ad Monetam de decimis, c. 5. n. 118. in noua edit.* vbi ex *eadem Toletana decimarum*, & alia *Valentina decimarum 21. Iunij 1613.* coram Card. Caualerio, tenet solam immemorabilem præscriptionem suffragari personæ Ecclesiasticæ ad acquirendum ius decimandi.

An autem decimas, quæ iustè, & ex legitima con- 5
cessione à laicis obtinentur, possit laicus contra laicum præscribere, quæstio est non contemnenda, in qua affirmatiua pars vera est, quia per illam legitimam concessionem laici patrimonium, & quodammodo profanæ, & laicales efficiuntur, ex generali reg. text. *in l. Paulus*, aliàs *per procuratorem, ff. de acquirenda hæreditate, c. 1. §. verum, de iurepatron. in 6.* cum similibus, quibus probatur mutata personæ possidentis conditione, mutari etiam ipsorum bonorum conditionem; quare ita tenent Felin. *hic num. 4.* & post Cassan. Balb. & alios, Mench. *d. cap. 89. num. 3.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 17. num. 15.* & esse communem testatur, & sequitur Gutier. *d. cap. 15. num. 7.* qui omnes post Felin. intelligunt procedere in decimis, quæ titulo perpetuo feudi, vel simili sunt penes laicos; non ita si ad tempus ei fuerint concessæ, atque ita respectu solius iuris ad laicos spectantis, non verò, vt aliquo modo cedat in Ecclesiæ præiudicium.

Quæstio tamen est difficilis, an laicus spoliatus 6
iure percipiendi decimas, sit ante omnia restituendus? in qua DD. communiter sub distinctionis fœdere sic decidere solent, aut enim laicus restitutionem petit aduersùs Ecclesiam Parochialem, ad quam de iure communi tales decimæ pertinent, iuxta reg. *cap. vltimo de parochiis*, aut aduersùs laicum, vel Ecclesiam, ad quam de iure communi non pertinent: in primo casu resoluunt denegandam esse restitutionem laico spoliato ab Ecclesia Parochiali iure decimandi, si non probauerit Summi Pont. concessionem: in secundo verò casu resoluunt laicum spoliatum ante omnia restitui debere; pro ratione differentiæ considerantes, quia in priori casu ius commune, & eius præsumptio est contra laicum spoliatum, & assistit Ecclesiæ spoliantis, & consequenter denegari debet restitutio, iuxta reg. text. *in cap. ad decimas, de restitut. spoliat. lib. 6.* in secundo verò, cùm spolianti non assistat, quamvis spoliato resistat, applicari non potest reg. illius text. sed reducimur ad rigorem iuris, de quo *in c. in literis, de restit. spoliat.* atque ita post Butr. & alios distinguunt Couar. *lib. 1. variar. cap. 17. num. 6.* Monet. *de decimis, cap. 5. n. 82.* Mench. *d. cap 89. num. 4.* Guttier. *canonic. lib. 1. cap. 21. n. 74. cum seqq.* latè disputans *à n. 72.* vltra ea quæ tradunt Corral. *lib. 2. miscellaneorum, cap. 2 à num. 4.* Couar. *de sponsal. part. 2. cap. 7. §. 5. num. 10.* Menoch. *remed. 1. recuper. n. 366.* ex quibus constat communem esse resolutionem, & intellectum text. *in dict. cap. ad decimas*, quòd procedat duobus illis concurrentibus copulatiuè, quòd scilicet ius commune assistat spolianti, & insimul spoliato resistat.

Detineri non possint.] Vulgò notatur ad hoc quòd 7
qui non potest rem aliquam possidere, nequit eandem præscribere, & sine possessione non datur præscriptio, vt *in l. sine possessione, ff. de vsucapion. reg. sine possessione, de reg. iuris, lib 6.* & ratio est, quia possessio est de substantia cuiuscumque præscriptionis, quippe quæ sine illa nec sustineri, nec considerari, nec definiri, aut dominari possit præscriptio, vt patet ex *l. 3. ff. de vsucap.* & obseruant Alciat. *in l. quisque, num. 62. C. finium regund. & in rub. hoc tit. n. 19.* Ferret. *d. l. 3. num. 18.* sic meritò sine possessione præscriptionem contingere non posse dicit Iureconsl. *in d. l. sine possessione*, vt ita significaret nec incipere, nec progredi,

gredi, nec perfici posse, isthæc enim omnia includuntur sub verbo, *detinere*, adiecta negatione, idem intendit Pontifex *in d. reg. & in cap. 3. in fine, de probat.*

8 *Quia cùm laici*, &c.] Arg. huius text. putat Archid. *in cap hortamur, 71. dist.* laicos non posse præscribere iuspatronatus, quia cùm annexum sit spiritualibus antecedenter, dum ex auctoritate Ecclesiæ erigitur in ordine ad constituendos ministros spiritualis officij, *cap. quanto, de iudic. c. de iure, de iurepatr.* resoluit D. Thom. 2.2. q. 100. *art.* 4. vtique sicut propter illam annexionem non venditur sine crimine simoniæ, *d. cap. de iure*, nec à laico iudice discutitur, *d. c. quanta*, sic nec à laico possideri, aut præscribi potest, quemadmodum in decimis probat is text. & in iure eligendi, quod ad similitudinem iurispatronatus spiritualibus annexum est, probat *cap. Messana, & c. sacrosancta, de elect.* sequitur eandem sententiam Abb. *hic n. 4. & in c querelam, n. 7. de electione*, & alij, vt per Felin. *in præsenti, n. 7.* & per Roch. *de iurepatr. verbo ipse, vel is, à num. 81.* & per Bald. *de præscript. 1. p. 5. n. 71. in princ.*

9 Contrariam nihilominus sententiam, imo iuspatronatus, sicut à laicis possidetur, *cap. consultationibus, de iurepatron.* ita ab eisdem præscribi posse latè defendit Ioan. Andr. *in d. reg. quæ alicui gratiosè, de reg. iuris lib 6.* vbi expendit *d. cap querelam, & cap. generali 13. de elect. in sexto*, ibi, *fundatione, vel antiqua consuetudine*, & testatur Nicolaum Quartum Pont. Max. ita iudicasse, sequuntur DD. communiter, & praxis obseruat, vt per Abb. *in d. c. querelam*, & alios relatos à Felin Rocho, & Balb. *dictis locis*, Couar. *in reg. possessor, part. 2. §. 10. à num. 2.* Roland. *cons. 47. num. 32. lib. 1.* quæ quidem sententia satis defenditur, & magis recepta est, quia cùm laici mero iure possidere valeant iuspatronatus, ne vlla lege prohibeantur præscribere, vtique si reliqua concurrant verè præscribent. Nec aduersatur fundamentum Archid. & sequacium, non enim sequitur, iuspatronatus vti annexum spiritualibus absque simonia non venditur, & causa iurispatronatus non sæculari sed Ecclesiastico tantùm iudicio definitur; ergo laici sunt incapaces possidendi iuspatronatus; etenim matrimonium, & reliqua Ecclesiæ Sacramenta sunt spiritualia, quæ absque simonia vendi non possunt, & iudicio tantùm Ecclesiastico definiuntur, & tamen laici capaces sunt possidendi, licèt iudicare nequeant, quia iudicare est de iis, quæ reseruantur potestati, & personis Ecclesiasticis reseruantur *in d. cap. 2. & d. cap. quanto*, cum vulgaribus. Sic sanè nihil concludit similitudo iuris decimandi, & iuris eligendi, quia ius decimandi officio spirituali administrandi Sacramenta, eligendi verò personis Ecclesiasticis in Collegio degentibus reseruatur, *d. cap. Messana.*

10 *Nobilem virum.*] Licèt in proposito is nobilis reus, & laicus conueniatur apud iudicem Ecclesiasticum, non inde sequitur agi de iure decimandi spirituali, vt communis hic existimat: tum quia causa decimarum (etiam extra ius decimandi) in plerisque articulis contra laicos pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, iuxta gloss. *in summa 11. q. 3. gloss. 3. in cap. ex tenore, de foro competen.* DD. per text. *ibi, cap. peruenit*, & passim *in tit. de decimis, & in Clem. 1. de iudic.* Rebuff. *de decim. q. 10.* Couar. *pract cap. 35. num 2.* tum etiam, quia, vt patet ex superscriptione huius text. causa hæc contra laicum agitabatur in ciuitate Parmensi, quæ tunc temporis subiecta in temporalibus erat, & de patrimonio Ecclesiæ, & ex iis, quæ tradunt DD. vbi Felin. *in cap. si diligenti, in princ hoc tit.* ac subinde etiam contra laicum competens esset Pontifex Max. vt causam merè temporalem per se, vel per alium decidere possit.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio sola quadraginta annorum admittitur contra Ecclesiam, & si contra talem præscriptionem opponatur interruptio, vterque probabit, & n. 2.*
3 *Ecclesia vt contra aliam Ecclesiam præscribat requiritur tempus 40. annorum.*
4 *Subiectio Ecclesiæ Parochialis non inducitur minori spatio 40. annorum.*
5 *Canones de quibus loquitur hic text. qui sint, refertur, & n. 6. & 7.*
8 *Præscriptio quadragenaria requiritur in rebus, quæ principaliter, non in his, quæ secundariò pertinent ad Ecclesiam; & in his quæ sunt Ecclesiæ quoad verum & proprium dominium, vt n. 9. & in rebus immobilibus, vt n. 10.*
11 *Præscriptio quadragenaria non requiritur in rebus Ecclesiæ mobilibus.*
12 *Interruptio non datur in præscriptione immemoriali.*
13 *Interruptio quibus modis fiat, ostenditur.*

CAP. Illud. VIII.

PRæscriptio sola quadraginta annorum admittitur 1
contra Ecclesiam, & si contra talem præscriptionem opponatur interruptio, ab vtraque parte testes sunt recipiendi; & si probabitur interruptio, præscriptio non tenebit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Butr. Felin Bald. Panorm. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 255.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 310. & tom. 4. repet. super iure Canonico ad secundum librum, Decretalium*, Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* & nouissimè Ioan. de Valboa *vbi suprà*, refertur ab Anton. Augustin. *collect. 2. Decretal. lib. 2. tit. 17. cap. 1.*

Probat hic text. quadragenariam præscriptionem 2
in rebus Ecclesiasticis hodie necessariam esse, de quo vide DD. relatos *ad cap. de quarta, num. 4. sup. hoc tit.* Vnde ad hoc, vt Ecclesia contra aliam Ecclesiam 3
præscribat, requiritur tempus quadraginta annorum, Pute. *decis 252. num. 3. lib. 3.* Rot. *in una Lucana bonorum, 11. Decembr. 1609.* coram Card. de Marquemont, relata per Farin. *decis. 208. n. 1. p. 1. recent.* vbi *n. 6.* quòd præscriptio contra Ecclesiam requirit bonam fidem, & quòd non sufficit quem non esse bonæ, nec malæ fidei. Et quòd subiectio Ecclesiæ Parochialis alteri Ecclesiæ Parochiali non inducitur minori 4
spatio 40. annorum, ead. Rot. apud eund. *decis. 39. p. 2. recent.*

Quidam Canones.] Verba hæc ex omnium sententia referuntur ad Canones, de quibus *in cap. 1. & 2. & cap. sicut cum seqq. & c. si Sacerdotes 16. q. 3. c. 1. n. 13. q. 2.* & ita probat hic text. Canones illos, qui olim contra Ecclesias triennalem præscriptionem admittebant, iam hodie non procedere, sed abrogari iure nouiori, quo sola quadragenaria præscriptio admittitur, id quod passim recipiunt omnes tam *in dictis Canon.* quàm *hic, & in cap. 3.* vbi Paris. *num. 2. & in cap. de quarta*, vbi Paris. *num. 3. hoc tit.* gloss. & communis *in c. 1 n. 16. q. 4.* Couar. *in reg. possessor. p. 2. §. 1. n. 1. & 2.* vbi reponit veram literam, & intelligentiã *d. c. sicut, cum seq.* quæ in vulgatis Codicib. corruptè leguntur.

Verùm

6 Verùm hæc communis explicatio, quamvis bene conueniat, *cap. 1. & 12. c. placuit 16. q. 3. & cap. 1. n. 13. q. 2.* quæ olim antiquissimis temporibus emanarunt à Concil. Chalcedonen. celebrato prope annum Domini 460. & à Gelasio I. qui vixit propè annum 500. vt constat ex historiis, & colligitur ex *post quingentos, 16. q. 3.* nihilominus tamen non conuenit textui *in cap. sicut, & in d. cap. seqq. editis in Conc. Toletan.* nec etiam *d. cap si Sacerdotes, in Toletano IX.* Constat enim ex chronicis, & historiis Conc. Toletanum IV. fuisse celebratum sub Honorio I. circa annum Domini 630. & Toletanum IX. sub Martino I. circa annum 650. quo tempore iam erat cognita, & sola contra Ecclesiam recepta præscriptio 40. annorum, quam *in dicta authent. hæc constitutio, & in auth. Ecclesiastici tit. §. pro temporalib.* nouè induxerat Iustin. qui imperauit prope annum 330. Et eandem præceperat S. Greg. I. qui præfuit Ecclesiæ circa annum 590. *in c. volumus, 16. q. 4.* quo desumitur ex eod. S. Greg. *lib. 1. epist. 9. & in cap. quia indicante, hoc tit.* quod falsò tribuitur Alexand. III. cùm verè & Gregorij I. vt refertur *tom. 2. Conciliorum, pag. 912. cap. 6.* & constat ex eod. D. Greg. *lib. 6 epist. 36.* vbi verba illius cap. originaliter referuntur.

7 Retenta tamen communi explicatione difficultas resolui potest fatendo huiusmodi præscriptionem quadragenariam in reb. Ecclesiarum multò ante prædicta Concilia Toletana inuentam à Iustiniano *in dictis auth.* sed quia huiusmodi constitutiones solam quadragenariam admittentes, non reperiebantur receptæ iure Canonico, imo repugnabant Concilij Chalcedonensis antiquissimi, & notissimi, & insuper plerisque Gelasij I. decretis, quibus tricennalis præscriptio contra Ecclesiam indistinctè admittebatur, meritò Patres in vtroque Toletano congregati illius decretis adhærentes tricennalem præscriptionem contra Ecclesiam præceperunt, quadragenariam verò à Iustin. inuentam, sed Canonibus contrariam reiecerunt. Nec ad rem facit quod iam tempore illorum Conciliorum S. Gregor. quadragenariam admiserat, vt patet ex *præcitatis capitulis*, siquidem cum Epistolæ, ex quibus illa capita desumuntur, ad certa quædam loca, & illorum Episcopos directæ fuerint, & in volumen iuris redactæ non essent vel probabiliter ignorabantur, vel dubium erat an per illa Gregorius absolutè, & generaliter voluerit recedere à sanctissimis decretis Concilij Chalcedonensis, & Gelasij, quem intellectum satis iuuant verba huius text. ibi, *volumus te scire*, &c. quasi antea id satis scitum & cognitum non esset, nec indistinctè teneretur, & nulla inter Canones antiquos esset certa, & expressa ex Canonica, quæ abrogatis Chalcedonensis Concilij, & Gelasij decretis solùm quadragenariam præscriptionem admitteret. Iis consequens est quòd licèt Iustinian. olim in aliquibus casibus contra Ecclesias centum annorum præscriptionem concesserit *in d. vlt. C. de sacros. Eccles.* quam postea generaliter & indistinctè in omnibus seruare voluit, *in auth. & Ecclesia Romana*, & tandem vtramque constitutionem reuocauit, *in auth. hæc constitutio innouat*, nihilominus tamen quamvis ille non reuocasset, neutra in rebus Ecclesiæ erat obseruanda, quia vtraque aduersabatur sacris Canonibus tam antiquis Concil. Chalcedonen. & Gelasij, qui tricennalem, quàm aliis qui postea iure nouiori quadragenariam præscriptionem contra Ecclesiam indistinctè receperunt.

8 *Quam quadraginta annorum Romana Ecclesia non admittit.* Limita primò hanc regulam procedere tantùm in rebus, quæ principaliter, non in his, quæ secundariò pertinent ad Ecclesiam, vt addidi *ad gloss. verbo principaliter in cap. ad audientiam, infr. hoc tit.*

Secundò limita tantummodo locum habere in iis, 9
quæ sunt Ecclesiæ quoad verum & proprium dominium, pro quibus competit rei vendicatio, secus verò si sint illius, ratione quasi dominij, pro quibus publiciana conceditur, sufficeret enim in iis tempus ordinarium, ex Bald. *in l. siue autem, §. si duobus, ff. de publiciana.* Angel. Imol. & aliis *in vsucapionem, ff. de vsucap.* probat communis ex Ias. *in l. vlt. num. 13. & in auth. quas, n. 3. C. de sacros. Eccles.* Balb. post Corn. & alios *de præscript. 1. p. 5. n. 14.*

Tertiò limita obtineri tantùm in rebus immobi- 10
libus, & in iis, quæ iuris censura tales intelliguntur, in quibus contra priuatos requiritur præscriptio decem, vel plurium annorum, siquidem in his etiam requiritur quadragenaria contra Ecclesiam, & de iis tantummodo agunt text. *in præsenti, cap. ad aures, & cap. de quarta, hoc tit.* cum aliis. His consequens est 11
quadragenariam præscriptionem non requiri in rebus Ecclesiæ mobilibus, quamvis aliqui contrarium teneant, quorum sententiam falsò dicit communem post Lignanum Bellam. *hic num. 2.* vel fortasse erat communis suo tempore, sed non hodie. Consequens itidem est actiones temporales, quæ à lege ad certum breue tempus tantummodo sunt institutæ, & contra priuatos ante decennium finiuntur, vt est actio redhibitoria, quanto minoris, prætoria, cum similibus, de quibus *in tit. de ædilit. edicto, & l. 2. C. de ædilit. action. & in princip. Iustit. de perpet. & temporalib.* contra Ecclesiam eodem breui tempore finiri, nec requiri annos 40. vt intendit text. *in d. auth. hæc constitutio, ante fin.* ibi, *nihil penitus*, glossæ *verbo, durantibus, in d. auth. quas actiones*, vbi post alios Ias. *num. 4.* obseruant Abb. *num. 9.* vbi Burg. *n. 57. in c. cùm causam, de empt.* dicentes id maximè notandum ad limitationem toties ferè huius tit. Felin. *in cap. de quarta, in fine*, Corset. *in sing. præscriptio 2.* Balb. *de præscript. 1. p. 5. à n. 12.*

Interruptionem.] Aduerte in præscriptione imme- 12
moriali non dari interruptionem, provt subtiliter resoluunt Oldrad. *cons. 224.* Corn. & alij, quos refert & sequitur Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 47.* Ioan. Garc. *de expensis, cap. 10. num. 35.* expendens legem Hispaniæ, quæ satis id intendit. Valde autem controuersum est an superueniens tituli defectus interrumpat præscriptionem cum illo antea inchoatam? de quo agunt Bart. *in l. naturaliter, n. 6. ff. de vsucap.* vbi Paul. Roman. Claud. & alij, Annib. *à num. 48.* Ferret. *in l. 3. à num. 45. ff. de vsucapion.* Abb. *num. 10.* Paris. 15. cum aliis *in præsenti*, Salicet. *in l. cùm notissimi, n. 18. C. de præscript. 30.* post alios Balb. *de præscript. 3. p. 6. n. 32.*

In gloss. *Interruptio*, ibi, *nota quòd interruptio fit plu-* 13
ribus modis, &c. de quibus vide Balb. *de præscript. 3. part. 6. principalis à princ.* Boër. *decis. 331. n. 2.* Monetam *de decimis, cap. 5. num. 112. vers. hæc præscriptio, in noua editione*, vbi ex Rotæ decis. probat præscriptionem interrumpi per protestationes extraiudiciales, si sunt aptæ inducere malam fidem, & per litem introductam coram iudice laico, etiamsi nulla sit, quia reus constituitur in mala fide, etiam coram iudice incompetente. Et quòd præscriptio dicatur incorrupta per motionem litis, Rota apud Farin. *decis. 208. num. 4. part. 1. recent.* si fuerit iam perfecta, non interrumpitur per litem postea motam, ead. Rota *decis. 445. n. 9. & 10. d. part. 1.* nec etiam interrumpitur per litem terminatam ad fauorem possessoris, ead. Rot. *dec. 285. num. 1. part. 2. recentiorum*, quando enim litem intentans succubuit, per eam præscriptio non interrumpitur, ead. Rot. *decis. 726. num. 8. d. part. 2. recent.* vbi etiam quòd nec interrumpitur per oppositionem

factam per viam oppositionis, per executionem tamen monitorij censetur interrupta, ead. Rot. *decis.* 9. *n.* 3. *d. p.* 2. *recent.* vide *ad c.* 2. *de ordine cogn.*

Cap. Quia indicante. IX.

1 FInes prædiorum Ecclesiasticorum præscribuntur spatio quadraginta annorum, & quæstio de finibus est terminanda in præsentia iudicum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Anchar. Butr. Bald. Panormit. Guid. Papæ, Henric. Felin. Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 255. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 311. *& tom.* 4. *repet. super iure Canon. ad librum secundum Decretal.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 17. *c.* 2. Text. hic non est Alexandri III. cuius sunt capita præcedentia, sed Gregorij I. ad Syracusanum Episcopum, vt constat ex originali *tom.* 2. *Concil. pag.* 912. inter acta eiusdem Alex. *tit. de præscript. c.* 6.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Sylu. *verbo, præscriptio* 2. *q.* 6. Balb. *de præscript.* 1. *p.* 6 *n.* 8. *vers. decimò.* Molina *de iustitia, tract.* 2. *disp.* 79. Menoch. *cons.* 21. *n.* 21. *& cons.* 147. *n.* 44. Valent. *tom.* 3. *disput.* 5. *q.* 6. *punct.* 5. *dub.* 3. Sayr. *in claui Regia, lib.* 9. *c.* 12. *n.* 7. Quod verò text. hic agat de finibus prædiorum, suadetur tum ex verbo *agrimensorem*, quod propriè ad prædia refertur, iuxta *t.t. ff. si mensor. falsi.* tum etiã, quia text. agit de Abbatibus, nec proponit eosdem habuisse diœcesim, aut parochiam, de cuius finibus quæstio mota videatur; & tandem quia in originali suprà relato statim in initio proponit text. contentionem hanc fuisse super rebus temporalibus. Igitur non de finibus prouinciæ, diœcesis, seu parochiæ, sed prædiorum ad Ecclesias spectantium agebatur. Non obstat quod in finibus prouinciarum, seu parochiarum non admittitur præscriptio, *cap super eo, penult. de parochis*, ac proinde nec in finibus prædiorum admittenda videbatur, refellitur enim ex additis ad *d. cap. super eo.*

SVMMARIVM.

1 *Hostilitatis tempore non currit præscriptio*, & numero 5.
2 *Matrix Ecclesia quæ dicatur, remissiuè.*
3 *Præscriptio dormit hostilitatis, schismatis, & pestis tempore.*
4 *Præscriptio quomodo dicatur ipso iure currere contra eos, qui non iure, sed facto aliquo impediuntur.*
5 *Præscriptio non currit cuilibet impedito.*

Cap. Ex transmissa. X.

Luc. III.

1 HOstilitatis tempore non currit præscriptio, & sic decimæ interim acceptæ sunt restituendæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Henric. Felin. Dec. Mantua, Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Vinian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 256. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 311. *& tom.* 4. *repet. super iure Canonico ad secundum librum Decretalium*, Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. *&* nouissimè Ioan. de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decret. lib.* 3. *sub tit. de capellis Monachorum, cap* 1.

Matrici Ecclesiæ.] Quæ dicatur, dixi *ad cap. ex parte, p* 12 *n.* 5. *suprà de rescriptis.* 2

Non currente.] Igitur interim dormit ipso iure præscriptio, idem probat *cap. prima actione*, 16. *q* 3. *cum cap sequenti*, & id ipsum de tempore schismatis probat *cap. cùm nobis, hoc tit.* Gratian. *in cap. si Sacerdotes, versic. item* 16 *q* 3. tradunt multis explicantes Abb. & communis *hic* Barthol. *n.* 23. *&* 26. *in l. naturaliter, ff. de vsucap.* Balb. *de præscript.* 2 *p.* 6. *à n.* 3. Paris. *cons.* 104. *à n.* 143. *lib.* 1. post alios Rebuff. *de pacificis possessor. à n.* 501. Ripa *de peste* 2. *part. principali à n.* 121. Roland *consil.* 79. *n.* 30. *& consil.* 81. *num.* 16. *cum sequentibus, lib.* 1. idem resoluentes circa tempus pestis, quasi tunc sit bellum inter Deum & homines, exilij, captiuitatis, & similium, tradit *decis. Pedemont.* 177. *num.* 5. vbi idem concludit in tempore, quo per treugam, & inducias bellum hinc inde remittitur. Sed obstat maximè quod impedimentum proueniens ex bello, schismate, & prædictis similibus non est impedimentum iuris, sed facti, quia non lex, sed factum impedit tunc in iudicio agere, & lites exercere, ac subinde præscriptionem iure currere debet, quamvis contra illam ex iusta causa detur restitutio, iuxta *l. & Attilicinus, ff. de seruitutibus rusticorum cum similibus*, ita in specie obseruat Annib. *in d. l. naturaliter, num.* 294. *&* 303. intelligens text. *in præsenti, & in d. cap. cum nobis*, procedere impetrata priùs restitutione contra præscriptionis cursum. Verùm huic intellectui refragantur verba huius text. ibi, *non currere, & in d. cap. cum à nobis*, ibi, *cursum præscriptionis impediunt*, in quibus apertè dicitur præscriptionem in his terminis ipso iure, & ita secluso omni restitutionis beneficio non currere. Nec item satisfacit resolutio communis Bart. *vbi suprà*, & omnium *ibi, & in locis præcitatis*, secundùm quos hic text. & similes procedunt vbi tempore belli, & schismatis grassantis non redditur ius partibus, & cessant omnino iudicia, ita quod iuris potius, quàm facti impedimentum subsistat. Nec etiam placet aliorum intellectus, quos refert Pinel. *in auth. nisi, num.* 47. qui putant distinctionem & differentiam illam impedimenti iuris & facti tantùm procedere attento iure Ciuili, non autem attento iure Pontificio, quo inspecto præscriptio non procedit ipso iure, sed dormit interim dum vel etiam impedimentum facti perdurat, & ita intelligunt text. *in præsenti, & d. cap. cum à nobis.* Nec denique difficultates absoluit quod aliis videtur, & satis intendunt Abb. *hic, num.* 13. *ad finem*, Felin. *n.* 8. Boër. *decis.* 40. *num.* 3. Pinel. *vbi suprà, num.* 43. *ampliat.* 2. *& num.* 47. *col.* 2. scilicet in specie huius text. & *d. cap. cum nobis*, impedimentum facti æquiparari impedimento iuris, & illud sicut hoc stante præscriptione dormire, quia iure cautum reperitur vt in iis casibus speciatim iure expressis limitetur prædicta differentia communis collecta ex *d. l. & Attilicinus*, cum aliis.

Vnde probabiliter dici potest communem illam traditionem, quæ docet præscriptionem ipso iure currere contra eos, qui non iure, sed facto aliquo impediuntur, locum non habere vbi huiusmodi facti impedimentum commune, seu generale est, & vti tale notorium omnibus, tunc enim perinde ac si esset impedimentum, iuris præscriptio impeditur ipso 4

iure nec est necessaria restitutio, & in his terminis procedere text. *in præsenti*, & *d. cap. cum à nobis*, cum similibus. Licèt namque differant impedimentum iuris, & facti, vbi hoc particulare est contra aliquem, & à probatione pendet, nihilominus tamen generale, seu commune, & insimul notorium quod omnibus proponitur, perinde ac iuris impedimentum iudicabitur, & lex ipsa per se occurrens, absque aliqua restitutione præscriptionem impediet, & iuxta hunc sensum intelligi potest opinio Abb. *d. n.* 13. & aliorum quos *suprà proximè* citauit, vt scilicet impedimentum facti & iuris æquiparentur in specie huius text. *d. cap. tua nobis*, quia in iis iuribus facti impedimentum ex bello & schismate proueniens generale est, & notorium omnibus. Vnde ij pares termini proponantur, idem dicendum est in quovis alio simili, putà pestis, in reliquis autem impedimentis facti, quæ neque generalia, neque notoria sunt, procedit communis differentia, quæ norabis ad ea, quæ prædicti Doctores resoluunt circa præscriptionem contra eos, qui in captiuitate, exilio, vel carcere detenti sunt.

5 *Præscriptione hostilitatis tempore*. &c.] Notatur ad hoc quòd hostilitatis tempore durante non currit præscriptio, vt per Cosm. *in pragmaticis sanctionum, tit. de pacificis possessor. fol. 66. vers. hostilitatis*, Menoch. *cons. 26. n. 22* bene Rebuff. *de pacificis possess. n. 301* vbi etiam extendit, siue vna die durauerit hostilitas, siue pluribus annis, & *n. 302.* etiam ampliat, ne dum tempore durante belli, sed etiam post, quia contra populum hostilitate destructum & bello non currit præscriptio, provt etiam cuilibet alij impedito non currit, vt docent Pinel. *in auth. inst., n. 41. & 42. C. de bonis matern.* Flamin. *de resign. benef. lib. 11. q. 13. n. 11.* Sic etiam pestis impedit præscriptionem, Roland. *cons. 81. n. 38. vol. 1.* Rebuff. *d. tract. de pacificis possessor. n. 303.* Mascard. *de probat. concl. 7. n. 11. cum seqq.* Flamin. *d. q. 13. n. 66.*

SVMMARIVM.

1 *Procurationes quæ debentur Legatis, & Nuntiis Apost. Sedis præscribi non possunt*, & n. 2.

3 *Priuilegium & præscriptio an, & quando æquiparentur ostenditur.*

4 *Canonici Ecclesiæ maioris in aliquibus partibus dicuntur ordinarij.*

5 *Præscriptio, per quam vna pars Cleri in præiudicium alterius eximitur ab onere procurationis, non valet.*

6 *Immunitate alicui concessa à Principe onus exempti accrescit aliis, præcipuè quando fuit concessa ob publicam vtilitatem.*

CAP. Accedentes. XI.

Innoc. III.

1 PRocurationes quæ debentur Legatis, & Nuntiis Sedis Apost. non possunt præscribi, possunt tamen remitti ex priuilegio speciali. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Butr. Bald. Dec. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Vivian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 256.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 311. & tom. 4. repet. super iure Canonico ad secundum librum Decret.* Petr. Paul. Parif. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 17. c. 1.*

Probat hic text. Legatis, seu Nuntiis, Visitatoribus Apost. qui mittuntur ad visitandas alienas parochias esse prouidendum de procuratione, quæ nullo vnquam tempore præscribi potest, vt per Abb. *cons. 26.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de clerico debitore*, §. 11. *num. 12. & 14.* vide dicta *ad cap. cum ex officij, infr. hoc tit.* & ita colligitur ex hoc text. aduersùs procurationem, quæ Legatis Apostolicis iure debetur, non admitti præscriptionem, similis text. *in cap. cum instantia, de censibus*, vtrobique notant Doctores, gloss. *verbo exemptione in Clement. I. illo tit.* & passim alibi. Ratio est, quia in legationibus Sedis Apost. vertitur vtilitas publica omnium Ecclesiarum, & agitur de recognitione subiectionis, & de compensatione, sollicitudinis, quam omnes Ecclesiæ debent Apostolicæ Sedi, quæ aliunde non potest commodè suos Legatos sustentare, ac subinde ne legationes impediantur, meritò ab omnibus Ecclesiis procurationes persoluuntur, vt intendit hic text. ibi, *quod omnibus imminet*, &c. nec potest aliquis excusari præscriptione, quæ in iis terminis prohibetur in præiudicium Sedis Apost. quam rationem satis expressit Pontifex *in d. cap. cum instantia, in fine principij*, obseruant Abb. *num. 5.* Guid. & alij *in præsenti*, Felin. *p. 6.* 2 Non obstat 3 quod priuilegium & præscriptio æquiparantur ita vt ea quæ possint priuilegio acquiri, acquirantur etiam præscriptione *cap. super quibusdam, vers. præterea, de verb. signif.* sed priuilegio quis valet eximi à procuratione, vt text. *in præsenti* habet & *d. cap. cum instantia*, ergo à præscriptione, quia reiecta responsione Butr. Abb. *num. 3.* & aliorum *hic* Paris. *num. 6. & 13. ad med.* & eiusdem Abb. *d. cons. 94. n. 2. lib. 1.* dicentium præscriptionem æquiparari priuilegio, vbi præscribitur cum scientia Principis, qui priuilegium potuit concedere, arg. *l. alienationis 28. vers. vix enim, ff. de verb signif.* æquiparationem tamen non habere locum vbi præscribitur ignorante Principe, sed admitti priuilegiũ, licèt præscriptio improbetur, & procedere text. *in præsenti*, resp. ex mente aliorum dici posse præscriptionem, & priuilegium æquiparari in iis, in quibus præscriptio speciatim non reperitur prohibita, & ita procedere *d. vers. præterea*, & iura similia; vbi verò præscriptio speciatim prohibita est, vt *hic*, admitteretur priuilegium, quia est actus emanans à superiore cum causæ cognitione, in quo prohibitio locum non habet, non tamen admittetur præscriptio, quippe quæ contrà prohibitionem non subsistit, iuxta, *l. non dubium, C. de legib.*

Ordinarij.] Idest, Canonici Ecclesiæ maioris, 4 qui in locis, de quibus *hic* agitur, sic appellantur, sicut & alij Cardinales dicuntur, vt per Abb. *num. 2.* & omnes *in præsenti*, gloss. *verbo Romanæ*, & Doctores *in Clement. 2. de celebrat. Miss.* Nec obstat quòd onus soluendi procurationem Legatis Apost. incumbit tantùm Ecclesiis, *d. cap. cum instantia*, & constat Canonicos non habere Ecclesias, argument. *cap. vlt. de præbendis*, cum aliis, quia respondetur, vt per Abb. *num. 4.* Felin. *num. 6. ad finem*, Paris. *num. 10. in præsenti.* Vel planiùs dici potest *in d. cap. cum instantia*, per Ecclesias intelligi non tantum Prælatos, qui eàdem obtinent, sed etiam omnes beneficiarios, qui cum Prælatis, veluti membra cum suo capite corpus, seu collegium constituunt, *cap. relatum 12. de testam.* cum aliis.

Subsidium impartiri.] Petebant ergo Clerici, vt Ca- 5 nonici pro parte contribuerent in procuratione Legatorum, à qua contributione contendebant Canonici se præscriptione exemptos, & ita non erat quæ-

stio

stio inter Legatos, & Canonicos, sed inter Canonicos, & Clerum, & nihilominus Pontifex in iis terminis præscriptionem improbat; vnde aperte probat hic text. non valere præscriptionem per quam vna pars Cleri in præiudicium alterius eximitur ab onere procurationis, de quo *hic*, itavt pars reliqua ad integram procurationem, teneatur, vt obseruant Felin. *num.6 ante finem*, post Zabar. *in præsenti*, & Doctores *in d. cap. cùm instantia*, quæ sententia suadetur ex verbis huius text. ibi, *omnibus imminet ab omnibus*, &c. *d. cap. cum instantia*, ibi, *nullam habere volumus excusatam*, quamvis contradicat Ioan. de Lign. & alij *hic*, vt per Felin. *d. num.6 verfic. cæterum*, Abb. *consil.94. num.2. lib.1 & consil.27. num.5. lib.2.* Felin. *in cap. cum ex officij, num.11. hoc t.t.* Marian. *de visitat. n.50.* Bern. *reg.604 limit.2.*

6 *Per speciale priuilegium*, &c.] Notatur ad hoc quòd immunitate alicui concessa à principe onus exempti accrescit aliis, præcipuè quando fuit concessa ob publicam vtilitatem, vt per Surd. *de aliment tit.8. priuil. 18. n.13* vtrùm autem ea, quæ consistunt in mera voluntate præscribi possint, vide per Couar. *lib.1. var. c.9. n.1. & 2.* Tiraq. *de retractu tit.2. §.1. gloss.2. n.21.* Menoch. *de arbitrariis casu 44. à n.6 & consil.147. n.3.* Mench. *controuers. frequent. c.4. n.9.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q.15. n.42.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloss.5. §.6. n.16.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.88. n.15. & c.1. c.89. à n.13.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.5. collect. 1293.* Card. Tusch. *lit. O. concl.537.* Moneta *de optione canon. c.8. n.21.*

SVMMARIVM.

1 *Subditus non præscribit obedientiam contra Prælatum.*
3 *Priuatus nunquam præscribit aduersus Principem in his, quæ concernunt obedientiam, superioritatem, & subiectionem.*
4 *Membra regulantur à capite.*
5 *Edictum de rebus præscriptibilibus est prohibitorium.*

CAP. Cùm non liceat. XII.

1 SVbditus non præscribit obedientiam cõtra Prælatum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Hentic. Anch. Butr. Bald. Panorm. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali 2. libri iuris Pontif. pag.256.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.311. & tom.4. repet. super iure Canon. ad libr. secundum Decret.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect.3. Decretal. lib.2. tit.17. cap.2.*

2 In superscript. text. ibi, *Idem de Costa, & de sancto Donato Prioribus.* Imo dicendum est, *Idem de Costa, & de sancto Torquato*, &c. duo hæc monasteria in diœcesi Bracharen. sunt prope Vimaranum oppidum patriam meam, illud hodie tenet Congregatio Religiosissimæ familiæ D. Hieronymi in Hispaniarum partibus communiter nuncupata, hoc verò de S. Torquato est annexum Capitulo insignis Collegiatæ Vimaranensis.

3 Probat hic text. quod in his, quæ concernunt obedientiam; superioritatem, præeminentiam, & subiectionem, priuatus nunquam præscribit aduersùs Principem suum, vt per Peregr. *de iure fisci, lib.6. tit.8. num.9.* nullus enim superioritatis ius contra Principem præscribere potest, vt per Kirch. *tom.1. comment. opinion. lib.7. tit.2. num.132. pag.231.* Flores de Mena *var. lib.2. q.21. n.135.* qui suprema Principis potestas est impræscriptibilis, Matien. *lib.1. gloss.10. n.10. tit.10. lib.5. noua recop.* Cabed. *Lusit. decis.40. n.8. p.2.* Verùm contra Principem temporalem potest Dux præscribere, ne in superiorem eum recognoscat, de quo vide Couar. *in reg. possessor. p.2. §.2. n.8. vers. ex hu*, quem refert Henriq. *in sum. lib.7. c.24. §.6. in comment. lit. Q.*

Vnde ex hoc text. expresè colligitur obedientiã & reuerentiam Episcopis, & Prælatis, ac aliis quibuscunque superioribus legitimis debitam præscribi non esse, vt per *gloss. vlt. in præsenti, gloss.4. in cap. auditis in fin. hoc tit. gloss. vlt. in c. cùm inter, de consuet. verbo consuetudine in c.2. de pœn. dist.6.* Aretin. Alex. & Ias. *in l. is, qui putat, n.9. de acquir. hæred.* latè Balb. *de præscript. 1. p.5. à n.91.* Iuuat efficax ratio, nam omnis illa præscriptio prohibetur, quæ iuri publico nocet, & confusionem, ac inordinationem continet, iuxta *l. vlt. ff. de vsucap. l. viam publicam, ff. de via publ. l. præscriptio, C. de operib. publ. c. lect, in princ.* ibi, *confusio nasceretur*, 16. *q.3.* constat autem præscriptionem prædictam obedientiã extinguentem nocere iuri, & bono publico quod in subditorũ obedientia consistit, *c. vlt. vers. obedientia 8 q.1.* insuper continere confusionem dum membrum suo capiti non obtẽperat, igitur meritò in hoc text. talis præscriptio prohibetur. Non obstat quod iura episcopalia possunt præscribi, iuxta *cap. cum olim, c. auditi, inf. hoc tit.* inter quæ connumeratur obedientia, *cap. conquerente, de offic. ordin.* Resp. enim verum quidem esse iura Episcopalia vt plurimũ præscribi posse, non tamẽ omnia quia excipiũtur nõnulla speciatim iure prohibita, in quibus specialiter bonum publicum & grauissimum Reip. præiudicium ita suadet: vnde licet subditi præscribere possint exemptionem à nonnullis oneribus, in quibus Episcopo subiiciuntur, iuxta *d. c. olim, & d. cap. audita*, nihilominus tamen non possunt præscribere exemptionem ab obedientia ex rationibus, de quibus *supr.* Nec etiã obstat *c. cum olim ad fin. vers. quia verò*, ibi, *alias etiam cessantibus, de priuileg.* vbi probatur cessantibus priuilegiis omnibus Sedis Apost. potuisse monasterium, de quo *ibi* præscribere exemptionem, & obedientiam Episcopo debitam, quia resp. illum text. procedere, & intelligi debere de illa præscriptione per quam obedientia ab Episcopo transfertur ad Romanam Ecclesiam, cui se monasterium subiecerat; at verò text. *in præsenti* agere de præscriptione, per quam obedientia debita Episcopo in totum extinguitur, & ad alium non transfertur. Ratio huius concordãtiæ est, quia vbi obedientia in totũ per præscriptionẽ extinguitur, verũ est subditum manere acephalum, idest, sine capite, contra *cap. nulla 93. dist.* & in eo verificãtur verba huius text. *in princ.* at verò quando obediẽtia alij acquiritur, propriè loquendo subditus non præscribit obedientiã, quàm non extinguit, sed alius in subditis illam præscribit contra Episcopum, ac subinde non manet acephalus, nec absolutè recedit à capite, quia recognoscit aliud loco Episcopi.

4 *Non liceat à capite membra discedere.*] Membra enim regulantur à capite, & eius natura esse præsumuntur, cuius est caput, Menoch. *consil.148. num.12.* & membra mystica debent diligere, & obsequi capiti & ab eo non discedere, Rebuff. *in praxi beneficiali tit. de constitut. in gloss. capiti, pag.522.* Caput enim est pars dominans corpori, & ideo qui caput gubernat, debet esse cæteris, qui corpora regunt, excellentior, Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, part.5. consider.16.* Iacob. Valdes. *in dignitate Regum Hispaniæ, cap.4. n.1.* Vnde Felin. *in præsenti num.2.* firmat quod dum Capitulum Ecclesiæ maioris inuitatur ad aliquas functiones,

præcedere debet alios Canonicos, & prælatos inferiores, etiam in propris Ecclesiis, sequuntur Henric. Bott. *de synodo*, *p.3. n.27.* Boër. *in tract. magni consilij n.79.* Gonzal. Mendez de Vasconcellos *diuers. iuris arg. lib. 1. c. 1. n. 3. vers. quibus consequens*, Gratian. *discept. forens. c. 111. n. 11.*

5 In gloss. *Non obstante.* Dum hæc gloss. & similis *in cap. clerici 16. q. 3.* enumerant quasdam res in quibus præscriptio prohibetur, satis significant edictum de rebus præscriptibilibus esse prohibitorium quarundam rerum, itavt omnes, quæ sunt in commercio præscribi possint, nisi iure aliquo prohibitæ reperiantur, attendunt text. *in l. vsucapionem 9. ff. de vsucap. l. omnes, l. sicut C. de præscript. 30.* obseruant in specie Socin. *cons. 47. n. 15. lib. 3.* Tiraq. *de iure primog. q. 30. in princip.* & ante illos gloss. 4. *in fin. l. vlt. C. de feudis limitroph. lib. 11.* sic similiter edictum de personis præscribentibus, hoc est, de iis, quæ præscribere possunt, prohibitorium est, vt omnes admittantur, qui non reperiuntur iure prohibiti, vt probat *l. 4. versic. vsucapere, ff. de vsucap.* resoluunt Host. *in sum. huius tit. versic. possit vsucapere*, & passim Summistæ, intendunt gloss. hæc *versic. item quædam*, & *d. cap. clerici, in princip.* quæ tamen non aduertunt personas, de quibus agunt, non præscribere ex defectu possessionis necessariæ, non verò ex aliqua iuris prohibitione. Sic tandem edictum de iis contra quos præscribitur, prohibitorium est, itavt contra omnes præscribi possit exceptis iure prohibitis, vt deducitur ex *d. l. omnes, versic. nullum*, ibi, *quacunque causa, vel persona*, & ex reg. *in l. fraudem 16. in fin. ff. de militari testam.* insequuntur gloss. *hîc*, & *in d. cap. clerici*, dum speciatim agunt de pupillo, & aliis, contra quos præscriptio iure prohibetur.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio centenaria sola currit in iuribus ad Romanam Ecclesiam spectantibus.*
2 *Libri censuales Ecclesiæ, vel alterius loci probant canonis præstationem, & possessionem, & an probent dominium, ostenditur.*
3 *Instrumentum, vel scriptura ex archiuio publico prolata testimonium publicum habet.*
4 *Præsumptio pro notariis in dubio stat.*
5 *Aduersus Romanam Ecclesiam non præscribitur minore tempore quàm centum annorum.*
6 *Emphyteusis Ecclesiastica, aut feudum Ecclesiasticum præscribitur aduersus priuatum emphyteutam, aut feudatarium spatio ordinario.*
7 *Regalia iura quamvis aduersus Regem præscribi non possint præscribi tamen possunt per vnum donatarium aduersus alterum.*

CAP. Ad audientiam. XIII.

1 PRæscriptio centenaria sola currit in iuribus ad Romanam Ecclesiam spectantibus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Henric. Butr. Bald. Anchar. Panormitan. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 257.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 312. & tom. 4. repet. super iure Canon. ad librum secundum Decretal.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* nouissimè Ioan. de Valboa *vbi sup.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 17. c. 3.*

Librum censualem, &c.] Libri enim censuales Ecclesiæ, vel alterius loci probant canonis præstationem, possessionem, & consequenter dominium rerum ad Ecclesiam, vel alium locum pertinentium, vide Roman. *consil. 127. in princ. versic. ad hoc autem respondetur*, Boër. *decis. 155. num. 11.* Rot. *decis. 195. n. 2. part. 1. recent.* & fuit dictum *in Leodien. modiorum spoltæ 22. Maij 1628.* coram R. P. D. Vbaldo iun. Bellac. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 9. n. 186. pag. 48.* vbi Fichard. *num. 187.* dicit quod liber censualis alicuius Monasterij, vel Ecclesiæ non probat, nec possessionem, nec dominium eius rei, quæ in tali libro dicitur reddituaria, non potest fieri condemnatio virtute d. libri, ac redditum in eo memoratum, vide tamen Bonacos. *d. tom. 1. lib. 1. tit. 1. num 43. pag. 152.* Mascard. *de probat. concl. 543.* vbi quod dominium Ecclesiæ probatur per librum censualem si pro publico, & authentico, vel din tanquam talis habitus est, vel si agatur de paruo præiudicio, vel si consuetudo, vt ipsi fides habeatur, de quo Auendan. *de exequendis mandatis, part. 1. cap. 21. num. 12.* Curia Philip. *part. 2. cap. 8. num. 12.* vbi etiam resoluit, quod per libros archiuij publici probantur census, redditus, & præstationes; scripturæ enim repertæ in archiuio publico, licèt non habeant solemnitates, plenè probant, vt per Ozasc. *Pedem. decis. 69. à num. 2.* Farinac. *cons. 189. num. 11.* Sebast. Guaz. *in tract. de pace, q. 21. num. 16. part. 1.* & alios plures, quos notè refert Hieron. Buccaron. *de differentiis inter iudicia ciuilia, & criminalia, differ. 84. num. 2.* Nicol. Gen. *in tractat. de scripturis priuatis, lib. 5. quæst. 3. in dub. 2. & lib. 6. in princip.* notè Octau. Glorit. *resp. 10. num. 67.* Quòd autem libri Ecclesiæ antiqui propter eorum antiquitatem probent pro ipsa Ecclesia, docent Mascard. *conclus. 973. numero 57.* Guttier. *cons. 6. num. 6.* Et quod libri capitulares cùm sint tenti & rogati per secretarium Capituli, qui est notarius, probant ac fidem faciunt, Rot. *in Burgen. quindecimorum 8. Martij 1589.* coram Ritta, & *in Burgen. expensarum 31. Ianuarij* coram R. P. D. Merlino. 2

De Camera B. Petri susceperit.] Scriptura enim, vel instrumentum, quod ex archiuio publico profertur testimonium publicum habet, vt latè docet Pur. *p. 2. decis. 440. & 451.* Ioseph. Ludouic. *Perusina decis. 115. à num. 119.* Ranchin. *part. 4. conclus. 274.* Vezin. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 11. n. 104.* vbi Bellacomb. *num. 299.* & Soar. *num. 308.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 6. n. 26. vers. rursus*, Mascard. *de probat. concl. 111. n. 9. & 30. & conclus. 711. n. 61. & concl. 973. num. 50.* Alciat. *de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 13.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, instrumentum, n. 7.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, minoribus, n. 38. & de empt. c. 21. n. 19. & 12.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 3. cap. 582.* Alex. Trentacinq. *variar. resolut. lib 2. tit. de fide instrumentorum resolut.* Quarant. *in summa Bullarij, verbo, archiuus.* 3

Nec credentes ipsum scriniarium, &c.] Notatur ad hoc quòd in dubio præsumitur pro notariis, vt per Flamin. *de resign. lib. 8. quæst. vltim. num. 50. & lib. 9. quæst. 21. num. 8.* vbi *num. 9* quòd præsumptio pro illis est rectè agere, quæ suo incumbit muneri, & officio, de quo etiam Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 76. n. 1.* 4

Vnde si testis examinatus à notario neget se deposuisse sicut notarius scripsit, magis creditur notatio, quàm testi, vt per Boss. *in pract. crimin. tit. de falsis, num. 16.* Clar. *§. falsum, num. 11. versic. posset testis, & §. fin. quæst. 59. vers. quintus est casus*, Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præs. 79. num. 14. vers. intenditur tertiò* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 47. num. 56.* Mascard. *eod. pract.*

*tract.concl.*194. *sub n.*7. & 8. Farin. *de falsit. & simulat. quæst.* 158. *num.*187. quos refert, & sequitur Buccar. *de different. inter iudicia ciuil. & crimin. different.* 69. *num.*1. vbi intelligit in ciuilibus. Si verò quæratur an testis ob dictum notarij, vel è contra notarius ob contradictionem testis, possit de falso puniri? & tunc neutri fidem adhibendam esse voluerunt Gramm. *decis.*30. *num.*11. Clar. §. *fin. quæst.*53. *vers. quintus est casus.* Mascard. *de probat. concl.*1098. *num.*7. Anton. Scap. *de iure non scripto tit. de confess. reor. multip. c.*126. *num.*8. Farin. *d. quæst.*128. *n.*100. & 104. Buccaron. *d. different.*69. *num.*2. & *different* 70. quærit quibus potiùs credendum sit, an testibus instrumentariis contradicentibus instrumento, vel notario contrarium asseueranti.

5 *Contra quam non nisi contraria*, &c.] Notatur ad hoc quòd aduersùs Romanam Ecclesiam non præscribitur minore tempore, quam 100. annorum, *l.*29. *tit.*26. *part.*3. Boër. *decis.*164. *num.*24. & 25 Couarr. *in reg. possessor*, *part.*2. §.2. *num.*3. Pinel. *in authentica, nisi, num.*57. *C. de bonis matern.* Balb. *de præscript.*1. *p.*5. *à num.*16. Molin. *de iustit. tract.*2. *d.*5*p.*72. *versic. secunda*, *n.*4. Quid autem in fisco Ecclesiæ Romanæ, vide Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.*521. *num.*5. *cum seqq.* Pereg. *de iure fisci*, *lib.*6. *tit.*8. *n* 42. vbi *num.*45. quid in mobilibus. Igitur in iis, in quibus contra Ecclesias inferiores procedit, quadraginta annorum præscriptio requiritur centenaria contra Romanam Ecclesiam; idem probat text. *in cap. cum nobis, in princip. & in cap. si diligenti*, *hoc tit. cap. vltim.* 16. *quæst.*3. *cap.*2. *hoc tit. in*6. tradunt latè Farin. *hic*, *à n.*22. Balb. Couar. Pinel. & alij citati, ex quorum mente sit conclusio. Res immobiles, & quæ tales esse intelliguntur, ad Romanam Ecclesiam principaliter, & directè pertinentes, in quibus suprema & generalis illa prælatio non consistit, nonnisi centum annis præscribuntur, exceptis hæreticorum bonis, quæ à Catholicis ipsorum hæredibus legitimè possidentur: suadetur conclusio quoad singulas particulas sigillatim ex *cap. cum dilecta*, *de confirm. vtili*, ibi, *possessiones, & iura*, &c. & ex text. *in præsenti*, ibi, *principaliter*, & ex *d. cap. vlt. in princ.* & ex *d. c.*2. *in* 2. *parte.* Et iuuat ratio, quia conueniens fuit huiusmodi res Ecclesiæ Romanæ, quæ caput est, & mater omnium Ecclesiarum, & fidelium, speciali gaudere priuilegio, per quod diutiùs conseruentur, & ita nonnisi longissimo omnium spatio præscribantur, vt intendit Imper. *in auth. vt Ecclesia Romana.*

6 *Non tanquam tibi*, &c.] Notatur ad hoc quòd emphyteusis Ecclesiastica, aut feudum Ecclesiasticum, hoc est, rei, cuius dominium directum ad Ecclesiam pertinet, præscribitur aduersùs priuatum emphyteutam, aut feudatarium spatio ordinario, vt per Couar. *in reg. possessor*, *p.*2. §.2. *n.*6. Valasc. *de iure emphyteutico*, *q.*17. *à n.*13. Gama *Iusit decis.*149. *n.*5. D. Barbos. *in l. si alienam*, *n.*60. *ff. soluto matrim.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. q.*11. *n.*2. Valasc. *cons.*132. *n.*33. Molina *d. tract.*2. *disp.*70. *n.*3. Azor. *instit. moral. p.*3. *lib.*1. *c.*23. *quæst.*3.

In gloss. *Principaliter*, ibi, *posset tamen iste Castellanus*, &c.] Notatur ad hoc quòd iura Regalia, quamvis aduersùs Regem præscribi non possint, præscribi tamen possunt per vnum donatarium aduersùs alium, vt per Cabed. *decis.*41. *n.*6. & *decis.*75. *num.*10. *part.*2.

SVMMARIVM.

1 *Schismatum tempora deducuntur de centenaria præscriptione, quæ solum currit contra Romanam Ecclesiam.*
2 *Præscriptio centenaria contra Romanam Ecclesiam per leges ciuiles introducta & recepta est.*
3 *Præscriptio centenaria sola contra Romanam Ecclesiam currit.*
4 *Præscriptio triennalis sufficit in rebus mobilibus, & se mouentibus Ecclesiæ Romanæ.*
5 *Præscriptio centenaria potior est quàm immemorialis.*
6 *Probatio immemorialis præscriptionis non sufficit ad concludendam, & probandam centenariam.*
7 *Testis potest deponere de iis, quæ ante pubertatem doli capax, id est, circa annum decimum cum dimidio vidit & apprehendit.*

CAP. Cùm vobis. XIV.

IN præscriptione centum annorum, quæ sola currit contra Ecclesiam Romanam in vtroque iure non sunt numeranda tempora schismatum, quæ intercedunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Henric. Felin. Dec. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.*257. Alagona *in compendio iuris Canonici*, *pag.*312. & *tom.*4. *repet. super iure Canonico ad secundum librum Decretalium*, Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.*3. *Decret. lib.*2. *tit.*17. *c.*4.

1

Legali.] Igitur centenaria præscriptio contra Romanam Ecclesiam per leges ciuiles introducta, & recepta est, idem probat *cap. vltim. in fin.*16. *quæst.*3. *auth. quas actiones*, *in fine*, *C. de sacrosc. Eccles.* iuncto *auth. vt Ecclesia Romana*, ex quibus hìc passim colligunt Doctores communiter, immo ex constitut. Iustiniani id iuris statutum fuit ad fauorem omnium Ecclesiarum, vt nouissimè detectum fuit ex arcana historia Procopij apud Alemannum *pag.*123. *versic. Piscus quidam apud Emessenos.* Sed obstat tum quia text. *in d. auth. vt Ecclesia*, ad quam Pontifex hic respexisse videtur, vt patet ex verbis sequentibus, ibi, *vt contra Romanam Ecclesiam*, &c. non tantùm agit de præscriptione contra Romanam Ecclesiam, sed etiam contra inferiores Ecclesias illi subiectas, tum etiam, quia in omnibus abrogatur per Iustinian. *in auth. hæc constitutio innouat*, ac subinde nulla iam datur lex Ciuilis, quæ contra Romanam Ecclesiam speciali priuilegio centum annorum exigat præscriptionem, vt intendunt Ioan. & Azor. relati à gloss. *in d. auth. vt Ecclesia, verbo annorum, gloss. vlt. in d. auth. quas actiones*, aduertens vltima verba text. *ibidem* hodie non esse vera attento iure Ciuili sed tantummodo attento iure Canonico, de quo *in cap. præced. & in cap. cum dilecta, de confirmatione vtili*, cum aliis, idem probat Pinel. *in auth. nisi*, *n.*17. *vers. ex quibus, & versic. infertur tertio*, *C. de bonis maternis*, post Salicet. *in d. auth. quas actiones*, & quamplures in eadem opinione existere refert Cujac. *lib.* 5. *obseruat. c.*5. voluit Balduin. *in prolog.* vt refert Cou. *in reg. possessor*, *p.*2 §.2 *n.*6. *in fin.* Sed hæc sententia confunditur expresè ex hoc text. ibi, *legali*, & ex *d. c. vlt.* vbi habetur Imperatorum leges contra Ecclesiã Romanam non admittere præscriptionem minorem centenaria, quæ verba omnino corrunt, & falsa sunt, si

2

nulla est lex Ciuilis hodie vigens, quæ centum annorum præscriptionem exigat contra Romanam Ecclesiam, id quod temerè supponunt Pinel. & Cujac. *vbi sup.* Vnde Hirner. quem refert, & sequitur gloss. *d. verbe annorum*, Cou. *vbi sup.* & est de mente aliorum, intelligit per generalia verba *d. auth. hæc constitutio*, reuocari priuilegium centenariæ præscriptionis concessum Ecclesiis inferioribus, non verò Romanæ, de qua specialiter agere debuit Imper. arg. *l. item apud, §. ait prætor, vers. ea enim, ff. de iniur.* & iuxta doctrinam *gloss. vlt in l. ſciendum, in princ. ff. qui satisd. cog.* receptam communiter ex Ias. *in l. Marcellus, num. 56. ff. ad Trebell.* Tiraquel. *de retractu lig. §. 1. gloss. 14. num. 93.* Sed non satisfacit, quia *d. auth. hæc constitutio*, absolutè reuocat constitutionem illam, quæ centenariam præscriptionem concesserat Romanæ, & aliis Ecclesiis, & ita per relationem ad constitutionem prædictam, *vt Ecclesia Romana*, videtur reuocasse quoad Romanam & cæteras Ecclesias, de quibus constitutio illa loquebatur, arg. *l. ait prætor, §. 1. ff. de re iudic.* Deinde gloss. *in d. l. sciendum*, procedit vbi lex prior specialiter disponebat, lex verò posterior generaliter loquitur, in proposito autem nulla datur specialis agens de Romana Ecclesia, sed generalis, quæ illi, & omnibus aliis centenariam præscriptionem concesserat *in d. auth. vt Ecclesia.* Vnde tentari potest priuilegium illic concessum Romanæ, & aliis Ecclesiis non subditis Imperatoribus nunquam potuisse reuocari à Iustiniano, iuxta doctrinam Innocent. *num. 6. in cap. nouit, de iudic.* receptam communiter ex Felin. *num. 9.* Dec. *13. ibid.* Felin. *num. 2. in cap. 1. de probat.* sentiunt Bart. & plures alij relati à Gabr. *communium tit. de iure quæsito, concluſ. 7. à num. 10.* Meritò igitur non obstante reuocatione, de qua *in d. auth. hæc constitutio*, durat priuilegium respectu Ecclesiæ Romanæ, non vero quoad alias Ecclesias inferiores, quia respectu illarum valuit, vtpote contrarium Canonibus, de quibus *in cap. 1. & sequentibus, 16. quæst. 3* Vel rursus dici potest ex sententia glossæ *in rubrica d. auth. hæc constitutio*, quod text. ille reuocat priuilegium, de quo *in l. 1. vltim. C. de sacroſ. Eccleſ.* concessum Ecclesiis orientalibus, vt refert Cujac. *vbi supra, & de diuersis præscriptionibus, cap. 31.* non autem reuocat priuilegium de quo *in d. auth. vt Ecclesia*, concessum Ecclesiæ occidentali, idest, Romanæ, quæ caput est, & omnibus Ecclesiis inferioribus eidem subiectis, id quod fatentur omnes ex Cujac. *d. cap. 1.* quæ sententia suadetur tam ex rubrica, quàm ex verbis *d. auth. hæc constitutio*, quæ conueniunt *d. l. vltim.* in qua specialim agitur de monasteriis, xenodochiis, venerabilibus locis, non verò conueniunt *d. auth. vt Ecclesia*, in qua nulla illorum expressa mentio habetur.

Nonnisi centum annorum præscriptio, &c.] Notatur ad hoc quòd sola centenaria præscriptio contra Romanam Ecclesiam currit, de quo retuli DD. *in cap. antecedenti.* Ordo etiam D. Benedicti habet priuilegium, vt contra eum non currat præscriptio, nisi centenaria, vt *in vol. priuilegiorum, pag. 80.* quod referunt Cald. Pereira *de potestate eligendi, in responſo pro Monaſterio de Oſtera, ad finem*, Fr Emman. *quæst. regul. tom. 1. q. 36. art. 3.* Reg. supradicta generaliter, & indistinctè proposita videtur comprehendere etiam res mobiles, & se mouentes Ecclesiæ Romanæ, vt etiam hæc non triennio, sed centum annis præscribantur, idem suadent generalia verba *cap. præced. ad finem, & auth. vt Ecclesia Romana*, quorum argumento ita obseruant Doctores communiter; vt per Abb. *num. 12.* Dec. *in cap. cùm dilecta, de confirmat. vtili.* Balb. *de præscriptionibus part. 1, quintæ, num. 25.* Sed verius est triennalem vsucapionem in iis rebus locum habere, iuxta *reg. l. 1. ff. de vsucap. transf.* quæ in proposito limitatur, non reperitur, vt obseruat Ang. *in d. auth. vt Ecclesia, num. 2.* Nec obstat text. *hic*, & similes, quia priuilegium concessum Ecclesiæ Romanæ circa centum annorum præscriptionem tantummodo locum habet vbi aliàs contra prinatos longi, vel longissimi temporis, & contra Ecclesias inferiores quadraginta annorum præscriptio procedit, patet ex *d. auth. in princip. vers. cùm enim*, & ex *d. auth. quas actiones, C. de sacroſ. Eccleſiis*; vnde licèt text. *in præsenti*, & similes *in cap. præcedenti, & in cap. vltim. 16. quæst. 3.* generaliter loquantur, nihilominus tamen quia huiusmodi priuilegium, de quo agitur, emanauit & incipit à lege Ciuili, ad quam lex Canonica se refert, vt patet ex hoc text. ibi, *tam Ciuilis*, &c. & ex *d. cap. vltim.* meritò declaratur, & intelligitur secundùm eandem legem, & ita non comprehendit res mobiles, quas prædicta lex non comprehendebat, argum. *l. ſed & poſteriores, ff. de legibus, & l. ait Prætor, §. 1. ff. de re iudic.* Sic sanè corruit sententia Salic. *in d. l. 1 num. 4.* & Felin. *in cap. præcedenti, num. 16.* in quam inclinat Balb. *vbi supra*, dum existimat huiusmodi res nobiles Romanæ Ecclesiæ nullo tempore præscribi, ad exemplum rerum fiscalium, iuxta reg. *§. res fiſci, Inſtit. de vſucapion.* quæ sanè reg. in proposito nihil concludit, quia vltra tradita per Bubr. *in cap. 1. num. 121. de in integrum reſtitut.* procedit tantùm in fisco Imperiali, & non omnem, nec in omnibus rebus præscriptionem excludit.

In gloss. *Centum annorum.*] Notatur ad hoc quòd 5
præscriptio centenaria potior est, quàm immemorialis, ideóque vbi lex requirit probationem centum annorum, non sufficit quod immemorialis probetur, vt per Molin. *de primog. lib. 2. cap. 6. num. 44. cum ſeqq.* quicquid tempus centum annorum immemoriali tempori adæquari teneant Bald. *de præſcript. 2. part. 3 principalis, q. 6. col. 6. vers. quod autem dicatur*, Cou. *in reg. poſſeſſor, p. 2. §. 3. n. 7.* Burg. de Pace *conſ. 25. num. 19.*

In eadem gloss. vers. *Sed non est recedendum*, &c. 6
Vlt. gloss. quod licèt præscriptio immemorialis probetur per testes deponentes sub forma de qua *supra hac ead. gloss. verſic. vel quod teſtes*, & per *gloss. verbo memoria in cap hoc tit. lib. 6.* communiter receptam, vt per Gabriel. *communium ſub hoc tit de præſcript. concluſ. 1. num. 74.* Molin. *de primog. lib 2. cap. 6. à num. 31.* nihilominus tamen adhuc huiusmodi probatio immemorialis præscriptionis non sufficit ad concludendam, & probandam centenariam, de qua *in hoc text.* sequuntur Doctores communiter *hic* & alibi, vt per Couarr. *in reg. poſſeſſor, part. 2. §. 3. num. 7.* & Molin. *d. loco, num. 44.* quamvis ipsi multis contendant oppositum longè verius. Aduerten- 7
dum tamen est verum non esse id, quod hæc gloss. supposuit *in verſic. per teſtes*, scilicet testes non posse deponere de iis, quæ ante pubertatem viderunt, & apprehenderunt, siquidem constat post pubertatem posse quem deponere de iis, quæ ante illam doli capax, idest, circa annum decimum cum dimidio vidit & apprehendit, gloss. *verbo impubes in l. 3. verſic. lege Iulia, ff. de teſtibus, gloſs. vltim. in cap. relatum 37. diſt. & in §. teſtes, Inſtit. de teſtament.* cum similibus, per multa, quæ citant, communis ex Felin. Panorm. *num. 10.* & aliis *in præsenti*, Couar. multis confirmans *vbi supra num. 8.* Molin. *d. loco, num. 42.* Clar. *§. fin. quæſt. 24. num. 17.* intelligentes text. *in d. vers. lege*, & similes tantum prohibere, ne quis impubes depo-

nat,

nat, & testimonium ferat; text.verò *in d.§.testes,cum similibus*, procedere in testamento, in quo lex iustis de causis speciatim requirit pubertatem tempore, quo testamentum fit, nec sat impuberem testem interesse, licèt postea deponat factus pubes. Sic eodem modo satis deprehenditur verum non esse quod hæc gloss. *in d.verf.per testes*, dicit,scilicet quòd testes huiusmodi ad probandam centenariam præscriptionem deponant de visu omnium centum annorum,quia secundùm mentem communem ex supracitatis est quòd deponant de iis, quæ viderunt, vel apprehenderunt per quadraginta annos retro, & ita debent esse saltem ætatis quinquaginta annorum cum dimidio. Couar. *n.*7. Molin. *n.*40. *dictis locis*; de reliquis verò anterioribus deponant communem opinionem sic extitisse, vel famam; quæ in iis antiquis, & à nostra memoria remotis probationem efficit, iuxta gl. *d. verbo memoria*, & gloss.*verbo committat in l. aliqui*, 20. §.*cum me ff.de negotiis gestis*, receptam communiter ex multis de quibus per Duen. *reg.*299. *verf. limitat.*7. Gam.*decif.*290.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus inferior potest præscribere in certis Ecclesiis suæ diœcesis totum in Episcopale.*
2 *Præscriptum tantum censetur quantum possessum.*
3 *Identitas probanda est ab illo qui illam allegat.*
4 *Episcopus potest ius authorizandi sine Consensu Capituli præscribere.*
5 *Præscribens iurisdictionem dicitur acquirere priuatiuè respectu eius, cui antea iure communi competebat.*
6 *Abbas cognoscere potest de causis matrimonialibus, & beneficialibus.*

Cap. Auditis. XV.

1 PRælatus inferior vt Abbas potest præscribere ius Episcopale in Ecclesiis illius diœcesis,si per quadraginta annos sine interruptione, vel sede Episcopali non vacante præscripserit,siue ex priuilegio particulari.Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch.Butr.Bald.Panorm. Guid. Papæ Henric. Felin. Martin. Vran. Dec.Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali 2. libri iuris Pontif pag.*258. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*312. *& tom.*4. *repet. super iure Canonico ad librum secundùm Decretalium*, Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug.*collect.*3. *Decretal.lib.* 2. *tit.*17. *cap.*5.

Probat hic text.iurisdictionem ? & iura Episcopalia posse præscribi ab inferioribus, vt notant *gloss.*4. & DD.communiter *in præsenti, gloss.*2.*in c.quicunque* 16. *q.*3.& passim alibi, Calderin. *cons.*2. *sub hoc tit.* Balb. *de præscript.*1.*p.*5 *à n.*83.Boër.*dec.*1333.*n.*10.Couar.*in c.alma p.*1 §.1. *n.*3 idem probant *c. cùm olim* 18. *verf. quia,c.de quarta,hoc tit.c.vltim.de offic. Archid.* & satis deducitur si aduertas iurisdictionem, & iura omnia Episcopalia saltem à Pont. Maxim. posse priuilegio concedi aliis, quàm Episcopis, *c. cum contingat, de foro compet.c. accedentibus* 12.*de excess. Prælat. cap. Abbate* 43.*de priuileg.lib.*6.

Amplia procedere etiam in iuribus episcopalibus arduis, & quæ solis Episcopis, & ipsorum dignitati reseruantur, vt colliges ex *d. cap. cùm olim,verf. quia*, & constat quia cognitio causarum matrimonialium est de arduis, quæ soli Episcopo reseruantur, & ex stylo Curiæ committuntur, *d.c.accedentibus*, Concil. Trid.*sess.*24.*de reform.c.*20. *verf.ad hæc*, resolvit Cou. *de spons.p* 2.*cap.*8.§.12.*in princ.*& tamen text.hic probat huiusmodi cognitionem legitima præscriptione posse inferioribus acquiri, vt *hic* notant omnes, vt per Paris.*num.*3.*gloss.*2.*& vltim.* per text. *ibi in d. c. accedentibus*, *gl.*1.*in cap. literas*, *de rest. spoliat.* communis ex Palat.*in repet. cap. per vestras*, *de donat. inter virum*, *notab.*2. §.1. *num.*35 Balb. *num.*85. Couar. *vbi proximè*, contra Host.*in d.cap.literas*, quem sequitur Ias.*in l. more*, *num.*49.*ff. de iurisd.omnium iudic.* Non fauet *cap. quanto*, *de consuetud.* vbi ius conferendi Sacramentum Confirmationis vti res ardua, & Episcopis reseruata, vt text.habet, non potest præscribi ab inferioribus non Episcopis,nam vltra multa, quæ ad illius materiam & intellectum traduntur per Doctores *ibi*, & per S. Thom. vbi Caiet. 4. *p. q.* 1. *art.*11. & post alios Cou. *lib.*1. *variar. cap.*10. Ledesm.14. *q.* 3.*art.*11. resp. regulæ huius text. & ampliationem prædictam procedere in iis, quæ reseruantur dignitati, & iurisdictioni Episcopali, non autem in reseruatis Ordini, de quibus agit *cap.quamvis* 68.*dist.* planè collatio Sacramenti Confirmationis ex Apostolorum traditione reseruata est Ordini Episcopali, vt probat text *in d.cap. quanto*, *cap.*1.*cum sequentib. de consecr. distinct.*1. Concil. Trid.*sess.*7. *de Confirmat.c.*3. *& sess.*23.*de Sacram Ordinis cap* 7. Non obstat *cap. peruenit* 95. *dist.* nam vltra ea, quæ ad illius intellectum tradunt DD. vt per Couar *d. cap.*10. *à num.*7. *&* 11. Ledesm.*vbi suprà*,satisfit vt per eundem Couar.*n.*14. & per relatos à Gabr. *commun.sub tit. de præscr.concl.* 1. *à n.*16.

Tanto tempore probantur, &c.] Ergo tantum censetur præscriptum,quantum possessum,Honded.*cons.*89. *n.*47.*lib.*1.Boër.*dec.*158.*n.*6.Anton. Monach. *Lucens. decis.*14 *n.*56.nam præscriptio est stricti iuris, Molin. *de primogen.lib.*2.*c.*6. *n.*11. Anton. Gabriel. *lib.*1.*communi.tit.de præscript.concl.*2.*à n.*22.Ioan.Garc.*de expens. c.*9 *n.*38.& edictum de præscriptionibus est prohibitorium, Surd. *dec.*3. *n.*3. & præceptionis exceptio rigorosa, Menoch.*cons.*361.*n.*22. Ioseph. Sesse *Aragoniæ dec.*127. *n.*16. & ideo illam alleganti incumbit onus probandi, Menoch. *de præsumpt. lib.*6. *præsumpt.*23. 2

Sit ille locus, &c.] Identitas enim probanda est ab illo qui illam allegat, vt per Surd. *dec.*55. *n.*11. Menoch. *cons.*21. *n.*32. Vnde agens ad furtum debet probare identitatem rei furatæ, & quòd tempore furti facti, bona, quæ nunc petuntur, fuerint in loco, in quo asseritur commissum furtum, vt per Mascard. *de probat. concl.*819. *n.*4. Sic etiam ad probandum, quum sibi commodatum mortuum fuisse naturaliter, & non culpa cómodatarij, non sufficit ostendere corium,sed opus est,quòd probet illum esse mortuum,nec satis est,probare visum fuisse in domo sua mortuum, nisi etiam probetur illum fuisse ei datum per dominum,aut socium,ita docent Mascard. *de probat.concl.*635 *& concl.*1174.*n.*17. Seraphin. *de priuilegiis iuram.priuil.*17 *à n.*15. Cottam *in memorab. verbo, scholaris*, *pag.*747. Viuian.*tom.*1.*commun opinion. lib.*4. *tit.*43.*n.*58. *pag.*576. Menoch. *de præsumpt. lib.*6. *præsumpt.*15.*n.*27. 3

Legitimè præscripsisse, &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopus potest ius auctorizandi sine consensu Capituli præscribere,vt per Capram *tom.*1.*commun.opin. lib.*1.*tit.*2.*n.*77.*pag.*159. 4

Notatur etiam ad hoc quòd præscribens iurisdictionem dicitur acquirere priuatiuè, respectu eius, cui antea iure communi competebat,vt per D. Barb. 5

in l. 1. ff. de iudic. art. 4. num. 139. Vnde colliges ex hoc text. quatenus in eo excluditur Episcopus à iurisdictione, & aliis iuribus præscriptis per Abbatem, in illis verbis, ibi, *silentium imponentes*, iura sic præscripta non competere præscribenti accumulatiuè cum Episcopo, quasi ille cum hoc simul accumulentur, vt vterque vtatur, & locus sit præuentioni, sed potius priuatiuè respectu Episcopi, itavt solus Abbas præscribens vtatur. Episcopus verò priuetur, & excludatur, nec amplius vti valeat, idque obseruant Abb. *n. 7.* Felin. *9.* Panorm. *7. hic*, idem Abb. & Imol. *in cap. cùm olim, sup. hoc tit.* Abb. *num. 7.* Felin. *5. in cap. pastoralis, in princ. de offic. Ordin.* vbi post Ioan. id ipsum intendit *gloss. 1.* Bald. *cons. 201. lib. 1.* Marian. *num. 8. in cap. cùm contingat, de foro compet.* Balb. *de præscript. 1. part. 5. num. 88.* refert alios Couarru. *in cap. alma Mater, p. 1 § 12. num. 3.* ex quibus iam hodie hæc videtur recepta opinio. Contrariam verò sententiam, imo quod iurisdictio, & iura episcopalia, vel similia non priuatiuè, sed accumulatiuè ad Episcopum præscribantur, probarunt Ioan. Andr. Host. Butr. Imola, & alij *in d. cap. pastoralis*, & satis Roland. *cons. 80. à num. 22. lib. 2.* quam & praxi seruandam, & communem (antiquorum fortassis) testatur Couar. *vbi sup.* Pro concordia dici potest priorem opinionem procedere, vbi per integrum præscriptionis tempus præscribens solus vsus est iurisdictione, & iuribus præscriptis, posteriorem verò procedere, vbi etiam is, contra quem præscriptio compleatur, intra tempus illius exercuit iurisdictionem, vel iura, aliaque similiter alius præscribens quasi possidens exercuit, tunc enim quia is non solus, sed accumulatiuè cum illo quasi possedit, & vsus est non solus, nec priuatiuè, sed accumulatiuè cum illo præscribit, & acquirit, vt videmus contigisse in plerisque causis mixti fori.

6 *Causarum matrimonialium*, &c.] Ergo potest Abbas cognoscere de causis matrimonialibus, criminalibus, & beneficialibus, cùm hæc omnia ad iurisdictionem pertineant, quæranturque cum præscriptione territorij, de quo vide Couar. *de sponsal. p. 2. c. 8. §. 12. n. 1.* Soar. de Pace *in pract. tom. 2. prælud 1. n. 8* Flores de Mena *var. resol. lib. 5. q. 24. n. 25.*

7 In gloss. *Interruptionem.* Notatur ad hoc quòd præscriptio in vno capitulo, & in vno prædio non extenditur ad aliud, vt per Rebuff. *de decimis, q. 14. num. 9.* Existens enim in possessione per vsum partis non conseruat ius totius, Girond. *de priuil. seu exempt. explicat. num. 1304.* quia tantum dicitur præscriptum, quantum possessum, Mascard. *de probat. concluſ. 14. num. 23.*

SVMMARIVM.

1 *Subditus non potest præscribere contra procurationem quæ ratione visitationis debetur, quamvis alius in personam alterius præscribere possit vtramque.*
2 *Procuratio, seu visitatio præscribi non potest.*
3 *Præscriptio quæ tollit omnino visitationem iure communi iniunctam meritò prohibetur, quamvis admittatur, quæ illam transfert, vel alij cumulat.*
4 *Præscriptio prohibetur contra procurationem ratione visitationis iure communi debitam manente visitandi onere.*
5 *Intellige siue præscribatur procuratio tota siue pars, veluti cùm minuitur quantitas aliàs soluenda.*
6 *Præscriptionem vbi lex prohibet, an admittatur illa, quæ est longissimi temporis 30. vel 40. annorum, aut saltem centum annorum, seu immemorialis, an per contrarium omnis sublata.*
8 *Archiepiscopatus an possit animaduertere in subditos suffraganeorum procurationem denegantes, ostenditur.*
9 *Procurationes an possint recipere Episcopi habentes alias redditus pingues ex quibus sustentari valeant.*
11 *Episcopus non potest expresse remittere procurationem pro annis futuris ratione visitationis soluendum.*

CAP. Cùm ex officij. XVI.

SVbditus non potest præscribere contra procura- 1
tionem, quæ ratione visitationis debetur, nec contra ipsam visitationem, quamvis alius in personam alterius præscribere possit vtramque. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bald. Panorm. Henric. Butr. Hostiens. Guid. Papæ, Felin. Dec. Anchar. Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 259.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 312. & tom. 4 super iure Canonico ad librum secundum Decretalium*, Petr. Paul. Parisi. & Petr. de Vbaldis, remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 1.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretalium lib. 2. tit. 17. cap. 7.*

Collige ex text. procurationom, seu visitationem 2
præscribi non posse, vt per Prax. Episcop. *p. 1. verbo, visitatio. §. 6. dub. 8.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 2. c. 42. q. 3.* Bernard. *reg. 396. incip. procuratio, & reg. 604.* Concil. Bracaren. *4. act. 2. c. 9. de visit.* Piasec. *in praxi Episcop. p. 2. c. 5. in fine*, Purpurat. *cons. 129. n. 5. vol. 1.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de clerico debitore, §. 11. n. 14. & §. 12. n. 13.* Pauin. *de visit. p. 1. q. 4. n. 22. & 24.* Molin. *de Iustit. tract 2. disp. 85. in fine, & disp. 79. vers. obedientia.* Erasm. à Cochier *de iurisd. Ordinarii in exemptos. p. 1. q. 1. n. 4. in princ.* Attenta noua dispositione Conc. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 3. vers. in his verò locis*, præscribi potest procuratio itavt peti non valeat, vbi illam non dandi viget consuetudo, vt per Piasec. *dict. cap. 3. num. 65.* faciunt quæ Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 57. num. 19.*

Circa visitationis præscriptionem sequens for- 3
manda est conclusio. Præscriptio quæ tollit omnino visitationem iure communi iniunctam, meritò prohibetur, quamvis admittatur quæ illam transfert, vel alij accumulat, sicut etiam admittitur quæ omnino tollit præscriptionem iure speciali competentem. Hanc conclusionem recipiunt in effectos omnes *in præsenti*, Hostiens. *in summ. de officio Archid. num. 5.* Marian. *de visitat. à n. 19.* Bernard. *d. reg. 604.* Probatur quoad primam partem, nam merito prohibetur præscriptio impediens morum correctionem, & Ecclesiarum reformationem, argum. *cap. cùm inter, & cap. ex parte, de consuetud.* cum aliis, quippe quæ cedit in damnum publicum, & ex eo proueniunt multò maiora mala in Repub. quàm sit bonum vitandi lites, & seruitutem dominorum, pro quibus bono publico introducta fuit præscriptio *l. 1. ff. de vsucap.* sed præscriptio omnino tollens visitationem iniunctam iure communi, impedit morum correctionem, & reformationem Ecclesiarum, & ita obuiat bono publico, quod per visitationem prætenditur, iuxta addita *ad cap. accedentes, sup. hoc tit.* Igitur, &c. Iuuat *cap. irrefragabili, in princip. vers. vt autem, de officio Ordin. cap. ad nostram, 3. de appellat.* Posterior verò pars suadetur, quia præscriptio illa admittenda est, quæ nullo iure prohibetur, nec impe-

dit

de morum, aut Ecclesiarum reformationem, nec aliàs obuiat bono publico, *d. l.* 1. sed præscriptio, quæ transfert visitationem, vel alij accumulat sicut etiam omnino tolles illam, quæ competit iure speciali, nullo iure prohibetur, morum & Ecclesiarum reformationem non impedit, nec bonum publicum offendit, cùm adhuc maneat visitatio facienda ab eo, in quem transfertur, vel accumulatur, vel etiam ab ipso cui iure iniungitur, penes quam etiam sublata visitatione iure speciali competenti remanet visitatio iuris communis, per quam bonum publicum reputatur; ergo, &c. Et satis eandem concluſ. probat hic text. qui agit de visitatione iure communi competenti, qualis est illa, quam Archiepiscopus exercet in prouincia, & dicit contra visitationem hanc præscribi non posse quæ verba intelliguntur de præscriptione, quæ ex diametro opponitur, & omnino tollit visitationem, hæc enim præscriptio, propriè, & absolutè loquendo, dicitur visitatio; cùm verò Pontifex subiungit, *quamvis alius contra eundem præscribere possit*, apertè significat admitti præscriptionem, per quam transfertur, vel accumulatur visitatio quia talis præscriptio, absolutè loquendo, non est contra visitationem, quam non tollit, sed contra Prælatum, cui præiudicat, iuxta quem sensum verba illa text. *aliquo modo*, non sunt intelligenda de modo per quem præscribitur transferendo, vel accumulando, sed de modo per quem præscribitur contra visitationem, scilicet tollendo, & extinguendo illam, nam quoad hoc nullus modus præscriptionis admittitur. Non obstat quòd iura Episcopalia possunt præscribi, *cap. uanditis, c. cùm olim, hoc tit.* de quibus iuribus Episcopalibus est visitatio, *cap. conquerente, de officio Ordin.* resp. enim quòd quamvis iura Episcopalia præscribi non prohibeantur, quia per illorum præscriptionem non ita præiudicatur bono publico, sed magis Episcopo, contra quem præscribitur, nihilominus tamen visitatio iure communi competens præscribi prohibetur ob grauissimum Reip. detrimentum, quod illa sublata sequeretur.

4 Circa verò procurationis præscriptionem sequens formanda est concluſio. Contra procurationem ratione visitationis iure communi debitam manente visitandi onere prohibetur omnis præscriptio, ita Felin. *hic num.* 15. Marian. *de visit. num.* 54. Bernard. *reg.* 604. *vers. sexto.* Probatur, nam omnis præscriptio tollens visitationem iure communi inductam meritò prohibetur, vt *in hoc text.* ibi, *nec contra visitationem*, &c. at præscriptio contra procurationem ratione visitationis iure communi debitam saltem iuris præsumptione tollit in effectu visitationem ipsam, qua ordinarij præsumuntur negligere, & omittere, admissa præscriptione contra procurationem, quæ ad visitationem peragendam iure instituitur. Igitur, &c. & ita hanc rationem satis præsensit Pontifex *in præsenti*, dum dicit contra procurationem ratione visitationis debitam præscribi non posse, quemadmodum nec contra visitationem ipsam, eandem rationem probant omnes *hic in dictis locis*, aduertentes procurationem esse annexam visitationi, ac subinde de illa, & de ista circa præscriptionem idem esse iudicium, arg. *c. super eo, de paroch.*

5 *Contra procurationem*, &c.] Intellige siue totam, siue partem, veluti cùm minuitur quantitas aliàs soluenda, iuxta *cap. cùm Apostolus, de censib. Extrauag. 1. illo tit. inter communes*, idque intendit gloss. *in c. relata 10. quæst.* 1. Abb. *num.* 13. & alij, vt per Felin. *num.* 16. & Paris. 10. *in præsenti*, quæ sententia suadetur ex hoc text. ibi, *quæ ratione visitationis debetur*, siquidem procuratio, quæ debetur ratione visitationis, est illa integra, de qua *in d. c. cum Apostolus*, & rursus ex eod. text. ibi, *nec aliquo modo*, &c. nam aliquo modo contra procuratorem præscribitur, si quoad aliquam eius partem admittatur præscriptio. Quamvis Doctores *hic* & alibi, vt per eundem Abb. & Felin. *d. num.* 16. *in princip. & d. num.* 13. Marian. *de visitat. num.* 47. *&* 55. contradicant, quorum opinio non probatur hodie per *d. Extrauag. vers. nostræ*, vt existimant Felin. & Paris. *vbi sup.* quia text. ille non approbat præscriptiones minuentes procurationem de qua *ibi*, sed consuetudines, in quibus longè diuersa videtur ratio. Vide Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 3. *vers. in his verò.* Aduertendum in proposito est præscriptionem non prohiberi respectu modi, vt scilicet procuratio potius in fructibus his, vel illis, quàm in pecunia, vel è conuerso, seu iuxta alium quemvis modum diuersum præstetur, vt obseruant Doctores communiter, *hic*, ex Felin. *à num.* 10. Marian. *vbi sup. num.* 49. Bernard. *d. reg.* 604. *vers.* 1. Concil. Trident. *vbi supra vers. sit tamen in opinione.* Similiter aduertere oportet prohiberi *hic* præscriptionem contra procurationem futuram, ne scilicet in futurum eximatur quis à solutione illius, admittitur tamen præscriptio contra procurationem præteritam, idest, annorum præteritorum, secundùm omnes *in præsenti*, quia cessat ratio de qua *suprà*, cùm nullum vertatur præiudicium visitationis, quæ iam pro illis annis præcessit sed solius Ordinarij, cui quantitas soluenda est, & contra quem præscribi posse apertè docet Pontifex ibi, quamvis alius contra eundem.

Non meminerunt:] Valde controuersum est an vbi 6
lex præscriptionem prohibet, admittitur illa, quæ est longissimi temporis 30. vel 40. annorum, aut saltem centum annorum, seu immemorialis, an per contrarium omnis sublata censeatur, in quo tres principales reperiuntur opiniones, quas ad nostrum institutum adducere non oportet, sed quod attinet ad materiam text. ex *suprà* citatis verbis colliges quòd cùm Abbas & Prior, de quibus *hic*, allegassent præscriptionem immemorialem, ipsamque allegationem Pontifex reiecisset, vt patet ex litera, ibi, *nulla penitus*, &c. apertè text. significat in proposito non admitti præscriptionem etiam temporis excedentis hominum memoriam, vt obseruant Vic. & antiq. Abb. *num* 4. Paris. 3. Felin. *in princ.* & alij *in præsenti*, Ioan. Andr. & alij *in cap. cum instantia, de censib.* Felin. *in cap. accedentes, num.* 6. *vers. fallit tertiò, cum seqq. sup. hoc tit.* vbi Paris. *num.* 13. Duen. *reg.* 144. *ampl.* 3 pro quibus etiam vrget hic text. ibi, *aliquo modo*, &c. nam si admittitur præscriptio temporis excedentis hominum memoriam, vtique aliquo modo præscribitur, quicquid contradicunt Abb. sibi contrarius *cons.* 26. *n.* 4. *lib.* 1. Marian. *n.* 52. *vbi sup.* quos refert Bernard. *reg.* 604. *vers.* 4.

Alius.] Idest, non subditi ipsi eximentes se, sed 7
alius in eisdem, siue sit Prælatus aliquis non subditus Archiepiscopi, contra quem visitatio, & procuratio in reliquis subditis præscribi potest, obseruata post alios Abb. *n.* 6. Felin. 12. Bernard. *d. reg.* 604. *vers.* 2. & ad hoc reducenda est gloss. 2. *in cap. venerabili, de censib. & verbo procurationes, in Extrauag. execrabilis in fine, de præb. Ioan. XXII.*

Tulit Archiepiscopus, &c.] Butr. Imol. & quidam 8
alij putant Archiepiscopum attento iure communi non potuisse proferre sententiam hanc, vel animaduertere in subditos suffraganeorum procurationem denegantes, tum quia casus hic iure expressus non reperitur, & ita succedit reg. *cap. pastoralis, in principio de officio ordin.* tum etiam, quia Pontifex expendit sententiam hanc fuisse prolatam de antiqua Metropolis consuetu-

consuetudine, quasi non de iure communi. Sed probabilius videtur Archiepiscopum attento iure communi propter denegatam visitationis procurationem potuisse animaduertere in hos subditos sui suffraganei, vt notant gloss. *verbo exceptis in fine in d. cap. pastoralis, gloss. penult.* & alij, vt per Abb. *num.* 11. Felin 7. Paris. 19. & 20. *ibi*, expendentes regulam *cap. 1. de pœnis, lib. 6.* Non obstat *d. c. pastoralis*, quia iuxta prædicta casus hic satis iure expressus est: nec item obstant verba illa, *de antiqua consuetudine*, quia vltra intellectum Abb. *d. num.* 11. & Paris. 20. consuetudo hæc non contraria, sed conformis iuri potuit expendi ad maiorem iustitiam sententiæ, vt *in cap. sopitæ*, vbi *gloss. pen. de censib.* vel consuetudo non refertur ad potestatem animaduertendi, sed ad modum, & circunstantias, secundum quas Archiepiscopus sententiam tulit.

9 *Qui spiritualia seminat*, &c.] Cùm ergo procuratio non in pretium visitationis, sed in stipendium laboris concedatur, cessat omnino simoniæ vitium, ex D. Thom. 2. 2. *q.* 100. *art.* 3. *ad* 3. sequitur Sot. *de Iustit. lib.* 9. *q.* 6. *art.* 2. *vers. addit. autem.* qui tamen putat Episcopis habentibus aliàs redditus pingues, ex quibus sustentari valeant, non esse satis tutum accipere procurationem huiusmodi; sed hæc sententia non probatur iure, imò refragari videntur verba text. ibi, *& plerique similes*, dum absolutè loquuntur, nec distinguunt inter Episcopos tenues, & inter eos, qui pingues redditus habent, & rursus dum constituunt procurationem in stipendium laboris, quod tuta conscientia accipitur etiam ab iis, qui aliàs opulentos habent redditus, iuxta illud, *dignus est operarius*, &c. relatum *in cap. cùm secundùm Apostolum, de præbend.*

10 In gloss. *Allegantes*, ibi, *argum. contra, C. de agricolis, & cons. lib.* 11. *l. litibus.* Licèt hæc gloss. non respondeat, tamen, vt bene aduertunt Abb. *n.* 11. *in fine.* Imol. *n.* 6. text. ille non agit de re impræscribili, vel quæ simpliciter præscribi prohibeatur, & ita cessat argumentum, quia text. hic procedit data huiusmodi simplici prohibitione.

11 In gloss. *Penitus*, ibi, *sed non est verum*, & Intendit gloss. Episcopum non posse expressè remittere procurationem pro annis futuris ratione visitationis soluendam, argum. *c. cùm venerabilis, de censibus*, quam concl. latè explicant Abb. *à n.* 12. *&* 14. Imol. *colum.* 1. post alios Felin. *à n.* 17. Paris. *n.* 13. Marian. *de visit. à n.* 57. multipliciter declarantes.

12 In gloss. *Visitationem.* Hæc gloss. dum existimat visitationem continere obedientiam quæ Prælatis debetur, ac subinde præscribi non posse, iuxta *cap. cùm non liceat, hoc tit.* refellitur, tum quia obedientia, & subiectio huiusmodi non magis cernitur in visitatione, quàm in coërctione debitorum, in institutionibus, & reliquis iuribus Episcopalibus, quæ præscribuntur, vt satis deducitur *ex cap. 2. in princ.* ibi, *in sententiis, & subiectione, de capell. monach.* iuncto *d. cap. auditis, vers. quia*, tum etiam quoniam Abbatiæ, de quibus *hic*, licèt ab Archiepiscopis non visitarentur in reliquis tamen omnibus cognoscebant, & non subtrahebant obedientiam Metropolitano debitam: & tandem quia *d. c. cùm non liceat* agit de præscriptione, per quam directè, & absolutè tollitur obedientia, non verò de illa obedientia, quæ per indirectum cernitur in hoc vel illo actu particulari, alioquin nullum ius Episcopale posset præscribi, cùm in omnibus obedientia, & subiectio per indirectum considerari valeat.

SVMMARIVM.

1 *Possidens alieno nomine non præscribit, quia non ille, sed possidet is, cuius nomine possidetur.*
2 *Sardiniæ, & Corsicæ Insulæ fuerunt in patrimonio B. Petri.*
3 *Calaritana ciuitas prima, & principalis est in Insula Sardiniæ.*
4 *Primatia Sardiniæ quòd sit in Calaritana Ecclesia referuntur fundamenta aliquorum, & n. 5. alia pro Pisana, & n. 6. respondetur.*
7 *Alieno nomine possidens non præscribit.*
8 *Colonus per longissimum tempus pensiones non soluens non potest præscribere contra dominum vt priuetur possessione rei locatæ.*
9 *Colonus longissimo tempore soluens vniformem pensionem præscribit ius coloni perpetui ne iam amplius à domino expelli possit.*
10 *Confessio Prælati an & quando præiudicet Ecclesiæ, ostenditur, & n. 11.*
12 *Bona fides præsumitur in dubio, si consurgat ex facti ignorantia.*
13 *Præscriptio 40. annorum cum titulo immemoriali præscriptioni æqualis est.*

CAP. Si diligenti. XVII.

QVi alieno nomine possidet, non præscribit, quia non ille, sed possidet is, cuius nomine possidetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Dec. Felin. Panorm. Bald. Martin. Vran. Alexand. de Neuo, Guid. Papæ, Cuiac. Vinian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 259. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 312. *& tom.* 4. *repet. super iure Canonico ad secundum librum Decret.* Petr. Paul. Paris. & Petr. de Vbald. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. & nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 17. *cap.* 7. 1

Ad ius & proprietatem B. Petri pertineat, &c. Dubitandum non est Insulas Sardiniam, & Corsicam in patrimonio B. Petri fuisse iam inde à Caroli Magni Imper. tempore, à quo fuerunt eidem Ecclesiæ Romanæ datæ, vt cóstat ex constit. Ludouici Pij Imper. filij ipsius Caroli, quæ extat in monumentis Vaticanis, in qua confirmat donationem factam à patre Carolo, & ano Pipino Pontifici Maxim. Sed cùm Saraceni anno 720. Sardiniam suo Imperio subiecissent, Ioannes IX. Pont anno 1004. concessit vt qui eas insulas recuperarent, sibi haberent, dummodo Christianos sæuo Saracenorum Imperio liberarent, quo edicto inuitati Pisani, & Genuenses Corsicam inuaserunt, & Sardiniam & ex vtraque sequentibus annis Saracenos eiecerunt: & cùm Pisani, & Genuenses grauissimo inter se bello de Sardiniæ iure possidendo diutissimè pugnassent, non sine magno Insulæ detrimento Bonifac. VIII. Iacobum II. Aragoniæ Regem filium Petri III. Aragoniorum Regis Romam vocauit, & eum Pontificio diplomate, quod postea Clemens V. confirmauit, Sardiniæ Regem creauit, & ita Sardinia ad Reges Aragoniæ peruenit, & proinde ad Ferdinandum cognomento Catholicum, ad Carolum V. Imperat. ad Philippum II. eius filium, & ad Philippum III. & Philippum IV. qui nunc feliciter in Hispania regnat, ita narrat Mar. Alter. *de censuris, tom.* 1. *lib.* 5. *disp.* 21. *c.* 2. *vers. de Insulis Sardiniæ.* 2

Sicut

3 *Sicut tota Sardinia,* &c.] In Sardiniæ insula ciuitas Calaritana,de qua text.meminit, prima, & principalis est, vulgo à Scriptoribus appellata Ciuitas antiquissima,nobilissima, opulentissima, fidelissima, cæteris Insulæ Sardiniæ dignior, ditior, atque insignior, Metropolis Insulæ, caput Regni per quam cætera loca, cinitatésque Sardiniæ nobilitantur, & decorantur, nam in ea residet Prorex, & suprema iudiciaria potestas cum magno numero Baronum, & Nobilium,in eáque fiunt comitia generalia, seu parlamenta pro bono totius Regni, cuditur moneta aurea, & argentea, sunt scholæ publicæ, domus deputationis,& procurator Regius, in ea denique decretantur omnia, quæ ad commune bonum,& regimen optimum totius Regni spectant, de qua totiúsque Insulæ descriptione agunt Pompon. Mela *de situ Orbis,cap.* 5. Cornel. *de Iudæis in Europæ tabula, cap. de Sardinia*, Curita *in indicibus rerum Aragoniæ*, Zacharias Lilius *in suo breuiario Orbis, cap.de Sardinia*, Marius Niger *comment.* 8. *suæ Geographiæ*, Abrahamus Ortelius *de situ Orbis*, *l.*2. Mostenis *in sua Cosmographia, cap. de Regno Sardiniæ*, Petrus Galesinus *in annotationibus ad historiam Sulpitij Seueri*, Miræus *de notitia Episcopatuum Orbis,& in sua Geographia, & politica Ecclesiastica,verbo,Calaris*,Plinius *lib. 3. Historiæ. c.*7. Mombritius *in vita sancti Saturnini*, Lucius Florus *in epitome rerum Romanarum*, Onufrius Panuinus *de vitis Pontificum*, Bergomensis *in supplemento Chronicorum*, Ferrarius *in Typographia Martyrum Christi*, *verbo, Sardinia, & Calaris*, Scamertus *de situ Orbis, cap. vlt.m.* Ambrosius Calepinus, qui præstò tyronibus esse solet,*verbo, Sardinia*, Adrianus *in Theatro Ciuitatum Orbis*, *cap. de Sardinia.* Anania *in mundi fabrica*, Ioan.Ondius *in sua Cosmographia*,Leand.Albert.*cap.de Sardinia*, Carrill. *in relationibus ad Philipp. III.* Franc. Engelber. *de plantis ciuitatum illustrium totius Orbis*, Archeman.Scadel.*in chronica mundi,ætate quinta*,Diodor.Sicul.*lib.5. suæ historiæ*,Franc.Coriolan.*in suo breuiario chronologico*, Ioan.Eutrop. *in itinerario Caroli V.* Andræ. Caius *de Sanctis Sardiniæ*. Non obstat quòd in Breuiario Romano sub editione Pij V. in lectione S. Pontiani sub die 19. Nouembris sic legitur. Pontianus Romanus præfuit Ecclesiæ Alexandro Imper. qui S.Pontificem propter Christianæ Fidei confessionem in Sardiniam pestilentem Insulam cum Philippo Presbytero releganit, &c. quia sub noua editione felicis mem.Clement.VIII. instante D.Ioanne Caio Calaritanæ Ecclesiæ Canonico meritissimo, ac patritij honoris acerrimo defensore deletum fuit verbum illud, *pestilentem*, multis comprobante huiusmodi Sardiniæ Insulam pestilentem non esse, imo potiùs fertilem, & saluberrimam, & multis Sanctorum corporibus condecoratam, vt constat ex relatione eius opera, & diligentia in lucem edita inuentionis Sanctorum corporum in Basilica Constantiniana S. Saturnini, & Ecclesiis Sanctorum Luciferi, Ephisij, Restitutæ matris S.Eusebij, & Archiepiscoparu Calaritano ad S.D.Paulum V. transmissa, quam quidem, ac historiographos ibi citatos cùm attentè legerim non potui non mirari huius ciuitatis antiquitatem, & nobilitatem, semper enim Græcorum, Carthaginensium, & Romanorum temporibus eorum Præsides Consules, & Prætores Calari resederunt, vt videre est apud Scriptores illorum temporum, præcipuè tractantes bella Romanorum contra Carthaginenses, vbi licèt variæ fundatæ fuerint Romanorum coloniæ, putà Sulcitana, Turritana, Vsellensis, & Sellurensis, de nulla tamen illarum mentio fit per scribentes bellorum illorum temporum,quem de Calaritana, quæ Ciuium Romanorum fuit optimum ac supremum præmium dari solitum à Romanis vrbibus magis confœderatis, vt benè notat Sigon. *de Regno Italiæ.*

Propter quæ non defuerunt, qui impugnarent 4 opinionem,quam ex scripturis mihi ostensis tenui *de officio,& potestate Episcopi,part.* 1. *tit.*3. *cap.*7. *num.*10. Archiepiscopum scilicet Pisanum super Sardiniam Insulam, ac etiam Calaritanam Prouinciam primatum obtinere, asserentes iuris communis assistentiam, & diutinam obseruantiam pro Calaritano Archiepiscopo adesse, quamcunque pro Pisano allegatam negantes: tum ex antiqua Calaritanæ Ecclesiæ ædificatione, in qua asserunt à B. Petro ordinatum fuisse S. Bonifacium Christi Domini Discipulum, tum etiam ex variis actibus, in quibus olim Calaritanos Episcopos pro tempore existentes Primatiæ ius retinere visum est,ordinabant enim omnes Ecclesias Sardiniæ,vt constat ex Gregor. *epist.* 26. qui actus ad Primatem pertinet,ex Concil. Taurinaten.*cap.*1. ibi, *Istius Prouinciæ honorem Primatus obtineat.* Deinde conuocabant Episcopos ad Concilia Gregor. *epist.*9. Denique absque eorum licentia Episcopi Insulæ mare non exibant. S. Gregor. *in registro lib.*2 *epist.*8. vbi cùm aliqui illicentiati exirent, reprehendit Episcopos Innocentium, Marinianum, (qui Turritanus asseritur Episcopus) Libertinum, Agathonem, & Victorem Episcopum Phausaniæ,& ista præeminentia etiam est de ratione Primatus Concil. Carthaginens.III. *cap.*28. Adducunt etiam pro hac parte inuentum fuisse ad tumulum S.Luciferi in eius Ecclesia his nostris temporibus literis satis antiquis præfatum Sanctum Sardinæ, & Corsicæ fuisse Primatem, addunt denique ob id Calaritanos Archiepiscopos se Primates Regnorum Sardiniæ, & Corsicæ nominasse, præcipuè Petrum de anno 1164. 9.Maij, Antonium 1403.13.Martij,& 1410.6.Decemb.Ludouic. 1468.Petr.Pilares 1507. & plures alios, & sic Summos Pontif. appellasse illos Primates, Victor. III. de anno 1087. 4.Septemb. Calixtum III. de anno 1456. 15.Kalend.Octobr. Alexand. VI. anno 1496. 4 Kalend.Martij, & alios modernos, videlicet Gregor. XIII. Pium V. Sixt. V. & sequentes vsque ad hæc tempora.

Verùm adhuc pro Pisano stare videntur per me 5 adducta *d. tract. de officio, & potestate Episcop. part.* 1. *tit* 3. *cap.*7. *num.* 10. dum *ibi*,ex scripturis mihi tunc ostensis dixi Turritanum Archiepiscopum de anno 646. obtinuisse exemptionem ab Archiepiscopo Calaritano, sibi datum fuisse in Primatem Archiepiscopum Pisanum ex indultis Innocent. II. & III. & Eugen.III. Adriani IV. & aliorum,& postea ad Arboren. & Calaritanum extensionem fecisse Lucium III. de anno 1181. Vrbanum III. de anno 1186.& Cœlest. III. ac Honor. III. de anno 1217. & ideo agendum de priuilegio à Sede Apost.Pisanæ Ecclesiæ concesso,non verò de illo,quod iure communi Calaritanæ Ecclesiæ competebat. Secundò constat Pisanos Archiepiscopos appellarisse Primates à Turritanis, vt fecisse asseritur Albertum Archiepiscopum Turritanum S. Benedicti de monte Cassino Monachum, vnà cum iudice Turritano, & Archipresbytero de anno 1116. & Alphonsum de Lorca etiam Archiepiscopum Turritanum de anno 1592. circiter, & nouissimè de anno 1606. Archipresbyterum Turritanum. Tertiò facit quòd Iulius Rosius *in suo tractatu,de triumpho Martyrum, circa finem*, asserit Archiepiscopum Pisanum tanquam Sardiniæ Primatem interfuisse de anno 517. consecrationi Ecclesiæ *S.* Gauini, necnon eius canonizationi. Quartò facit auctoritas Rofredi Beneuentani;quem retuli *d. n.*10.

Replicant

6 Replicant Calaritani ad primum copias indultorum super concessione Primatus in Turritanum à Pisanis productas non esse in forma probanti, alias verò extensiuas Primatus ad Calaritanum, & Arboren. non solùm pariter non esse in forma probanti, verùm etiam minimè esse indulta concessiua, sed confirmationes propter verbum, *datum*, & *confirmamus*, quæ verè important confirmationem præsuppositæ concessionis, non autem originariam concessionem, vt fuit resolutum in Rota *in Albanen. Prioratus 26. Nouemb. 59.* coram D. Orano; vnde cùm constaret de prioribus indultis confirmatis restrictis ad solum Turritanum verbum, *datum*, non stat demonstratiuè, sed conditionaliter, restrictiuè, & limitatiuè, Paul. de Castro *cons. 17. lib. 2.* Dec. *cons. 93. num. 6. vers. nec obstat*, Ruin. *cons. 25. num. 11. lib. 1.* Alexand. *cons. 8. num. 2. vol. 6.* Matta *de clausulis, part. 2. claus. 51.* nec clausula, *& de nouo concedimus*, in confirmationibus Apost. inducit nouam concessionem, nisi confirmatio esset de certa scientia, Bart. *in Extrauag. ad reprimendum, verbo, prout, num. 2. vers. secus in confirmatione*, Cassad. *decis. 1. de confirm. vtili*, Soar. *de legib. lib. 8. cap. 18. num. 45. & 12.* Rot. *decis. 192. part. 1. recent.* & *hic* dari non videtur certa scientia indulti confirmati, cùm illud aliter se habeat, & sit limitatum ad Turritanum, ex text. *in cap. cum venerabilis, de confirm. vtili, & in cap. si Apost. 22. vers. nosque postmodum, de prebend. in 6.* Rot. *decis. 666. num. 7. & 9. part. 1. recent.* & sic negant indultum Lucij III. quod pro originaria extensionis ad Calaritanum concessione ex aduerso allegabatur, non esse concessiuum per verba, *concedimus*, sed extensiuum ex anteriori verbo, *datum*, quod omissum fuisse asseritur; eodem modo dicunt non esse verosimile quòd existat aliud Alexand. III. sub 3. Idus Aprilis 1167. vbi ex verbo, *datum*, ex aduerso colligitur simplicem concessionem, & non confirmationem, quia idemmet Alexand. III. de anno 116. & sic per sex annos ante aliud concesserat indultum super simplici confirmatione Primatus super Turritanum, de quo necessario in secundo prætenso, & nouiter allegato indulto mentionem fecisset, quia aliàs secundum non valeret, ex reg. quòd *secunda gratia non faciens mentionem de prima limitata est subreptitia, & nulla*, Doct. *in cap. veniens, hoc tit.* vbi plures allegati. Ad secundum respondent Turritanes in odium Calaritanorum Pisanos Archiepiscopos Primates appellasse, vt sic saltem indirectè se eximerent ab Archiepiscopis Calaritanis, provt ego ponderaui in causa inter Archiepiscopos Bracharen. & Toletanum *d. tit. 3. cap. 8.* Ad tertium respondent Iulium Rosium apertè carpi, quia illo tempore non solùm Primas, sed nec etiam Archiepiscopus erat Pisanus, nec fuit vsque ad annum 1132. sub Innocent. II. qui Pisanam Ecclesiam in Metropolim erexit, ex Card. Baron. *tom 12. anno 3. dicti Innocentij.* Denique respondent verba Rofredi Beneuentani, quæ retuli *d. num. 10.* nihil aliud concludere, nisi quòd Pisanus Archiepiscopus illo tempore se dicebat Primatem, & quòd fuit Aduocatus pro eo coram Domino Gregorio, non tamen dicit quòd in causa pro illo fuerit pronuntiatum contra Calaritanum, aliquid aliud iudicatum, provt etiam eodem loco asserit se fuisse Aduocatum pro Compostellano contra Toletanum, &c. & pro Bituricensi contra Burdegalensem, non tamen dicit quòd fuerit pronuntiatum contra Toletanum, aut Burdegalensem.

Ego verò cùm hoc hodie sciam controuersiam de hoc Primatu inter Pisanam, & Calaritanum Sacræ Rotæ commissam esse, & vtrobique agitatam, eiusdem Rotæ iudicio determinandam relinquo, quam cùm fel. record. Paul. V. multis annis in Rota pendere intellexisset, agnoscens ex illa odia, seditiones, & iurgia inter partes vt plurimum oriri, cupiens eam debito fine terminare, maturo iudicio Reuerendiss. D. meo Marco Aurelio Maraldo eius Datario dignissimo commisit, vt partibus auditis referret ad effectum extinguendi litem, qui auditis sæpe in contradictorio, & seorsum partibus, Pisani instantissimè petierunt causam remitti ad Rotam, ea causa quòd nouas scripturas compulsare vellent, & sic causa remissa literas compulsoriales obtinuerunt 25. Septembris 1619. Postea per Pisanos nullis compulsatis scripturis idem D. Paulus V. pro faciliori expeditione de nouo causam commisit Illustrissimis DD. Cardinalibus Millino, Verallo, & Cobellutio, qui auditis partibus, earúmque informationibus in scriptis receptis, referrent postea omnia quæ conducere viderentur ad præfatæ litis extinctionem, sed eius morte, quæ illico accidit, omnia in suspenso remanserunt, & in eodem statu hodie reperiuntur, provt mihi nuntiatum fuit à quodam viro integræ fidei, & opinionis.

Et is etiam possidere dicatur.] Notatur ad hoc quòd 7 qui alieno nomine possidet non præscribit, veluti commodatarius, simplex colonus, & similes, qui licèt habeant licitam rei detensionem, etiam cum titulo, non tamen habent possessionem, quia rem non apprehendunt opinione domini, nec vt sua, sed magis vt aliena vtuntur, *l. officium 9. ad fin. ff. de rei vendic. l. rei commodatæ 8 ff. commodati, §. possidere, vers. per eo, Instit. de interdictis*, resoluunt gloss. magna *in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess.* cum aliis, de quibus per Ant. Gomez *l. 45. Tauri, à n. 7.* Menoch. *remed. 1. recuper. à num. 62.* Balb. *de præscript. 4. p. 4. n. 34 & 1. p. 6. num. 91.* Perez *ad l. 2. tit. 13. lib. 3. Ordin.* De conductore, vide *l. pretia, ff. communia de vsucap. l. & habet, §. eum, qui, ff. de precario*, Surd. *decis. 52. n. 8.* De colono, seu inquilino, & illo, qui habet rem pignoratam, vide Steph. Gratian. *discept. forens. c. 124. n. 18. cum seq.* De vsufructuario, vide Menoch. *cons. 139. n. 1.* Valasc. *consult. 66. num. 18.*

Amplia idipsum procedere in iuribus incorporalibus, quæ quasi possidetis, cuius nomine quasi possidentur, secundùm communis *in l. quod meo, ff. de acquir. possess.* latè Tiraq. *de constituto, ampl. 34.* intendit text. hic, qui de his incorporalibus agit. Amplia etiam quamvis præscriptio longissima, vel etiam immemorialis proponatur, quia nec per illam præscribet is, qui alieno nomine possidet, cùm non possideat ipse, ac subinde deficiat subsistantia præscriptionis respectu illius, resoluunt Bald. Paul. & alij *in l. nec, C. de vsufructu*, Ias. *in l. 2. C. de iure emphyt. n. 157.* Bald. *n. 37.* Tiraq. *vbi sup. limit. 21. n. 7.* & satis colligitur ex hoc text. in quo spatium centum annorum, quod aliàs sufficit, & requiritur in præscriptione contra Romanam Ecclesiam, *c. de quarta, sup. hoc tit.* non prodest ei, qui non suo, sed alieno nomine possidebat, quicquid contrarium intendat gloss. *in d. c. cum non liceat, hoc tit.*

Amplia, etiamsi colonus per longissimum tempus 8 pensiones domino non soluerit, licèt enim contra illum non soluentem dominus quasi spoliatus suo iure, & quasi possessione recipiendi pensiones, agere possit vtili interdicto, vnde vi, argum. *cap. querelam, de elect. litibus, C. de agricol. lib. 11.* resoluunt Gom. *l. 45. Tauri, n. 172.* Valasc. *de iure emphyt. q. 18. num. 10.* nihilominus tamen nisi colonus requisitus soluere denegauerit, non priuatur dominus possessione rei locatæ, imo adhuc colono non soluente, retinet

per

per eundem, qui propterea præscribere non potest, gloss. per text. *ibi verbo debeat in l. 2. C. de præscript. 30.* vbi Cyn. Bart. & communis, resoluunt. Bald. per text. *ibi in l. Pomponius 1. & 2 lect. ff. quibus modis vsufruct.* Alex. *in l. quamvis*, § 1. *n. 2. ff. de acquir. possess.* Socin.
9 *cons. 106. n. 3 lib. 3.* Tiraq. *d. loco*, *num. 6.* Limitabis tamen procedere in præscriptione respectu iuris colonarij, quia colonus longissimo tempore soluens vniformem pensionem præscribit ius coloni perpetui, ne iam amplius à domino expelli, aut pensio augeri possit, Balb. *num. 7.* Angel. Alex. & Bart. & alij *in d. l. 2.* communis, vt per Valasc. *vbi supr. q. 20. n. 12.* vbi testatur ita iudicatum; idem sequitur, & asseuerat Gam. *decis. 26. col. 2. in princ. & decis. 244. n. 10.* Limita rursus prædicta non procedere vbi colonus, vel similes alieno nomine possidentes interuertunt possessionem illorum, quorum nomine possident; iuxta *gloss. 4 d. l. 2. C. de præscript. 30.* vide Ias. *n. 157. in l. 2 C. de iure emphyt.* Abb. *n. 12. & ibi* Paris. *à n. 37. in d. cap. cùm non liceat, hoc tit.* Bald. *1. p. 6. n. 51.* Cassan. *in consuet. Burg. rubr. 11. §. 2 gloss. 1. n. 34.*

10 *Confessionem tuam*, &c.] Valet ergo, & præiudicat Ecclesiæ confessio solius Prælati, vt notant omnes *hic*; sed obstat, quòd licet hoc verum sit, vbi Prælatus solus est, nec habet sub se collegium, seu Conuentum, iuxta doctrinam *gloss. pen. vers. etsi vnus, in cap. potuit, de lect.* communiter recepta ex Paris. *hic n. 7. & in cap. vlt. infr. hoc tit. n. 54. vers. tertia*, Felin. *in cap. edoceri, n. 9. vers. etiam in aliis, de rescript.* & in specie post alios resolvit Paris. *d. vers. tertia.* Nihilominus tamen vbi Prælatus collegium habet, vel Conuentum (vt hic habebat Archiepiscopus) confessio eiusdem solius absque consensu, vel mandato Collegij, vel Conuentus non præiudicat Ecclesiæ, *gloss. pen. verbo nescio in cap. de Constantinopolitana, 12. dist.* communiter recepta ex Gam. *decis. 268. n. 4.* gloss. *verbo de veritate dicenda in cap. dudum, il. 2. de elect. gloss. vlt. in fin. d. cap. vlt.* Reiecto igitur intellectu *gloss. 2. in princ.* ac etiam communi multorum, præcipuè Abb. *num. 4. in præsenti*, Curt. *de feudis 1. p. q. 8. n. 16.* Aym. *de antiq. p 1. cap. propositum à n. 73.* & aliorum asserentium confessionem solius Archiepiscopi in proposito attendi, ac præiudicare Ecclesiæ, quia cùm liquido constaret iudicatum Calaritanum, & totam Sardiniam ad Romanæ Ecclesiæ patrimonium immediatè pertinere, vt text. habet *in princ.* vtique iuris præsumptio erat pro confessione Archiepiscopi, ac subinde illa tanquam iuri, & præsumptioni conformis apparebat, & ita admittenda fuit absque alio Capituli consensu, etiam in eiusdem præiudicium. Securiùs videtur supponere terminos habiles, & ita quod confessio secundùm iuris regulas valuit etiam in Ecclesiæ præiudicium, nam siue dicas (vt ex litera colligi videtur) quod Archiepiscopus in iudicio apud Pont. Max. agebat, vel defendebat causam suam, vel saltem communem, siue cum Ecclesia Pisana, in qua specie solus agere, & conueniri potuit, iuxta communem *in d. cap. edoceri*, vbi latè Felin. *à num. 2.* meritò confessio Archiepiscoei ex necessitate iudicij procedens præiudicat etiam Ecclesiæ, sicut in simili confessio procuratoris, tutoris, vel similium in iudicio absque alio mandato nocent domino, pupillo, & similibus, *cap. suborta*, vbi *gloss. 1. de re iudicata, c. 2.* vbi *gloss. verbo, sponte, de capell. monach. l. quoties, 10. § sicut, ff. de administrat. tut.* communis ex Bart. *in l. certum, §. sed hanc ff. de confessis*, Hippol. *singulari 290.* Capel. *decis. 392.* Sarmien. post alios *l. 3. select. c. 11. n. 5.* Si verò dicas confessionem hic fuisse factam per viam voluntariæ iurisdictionis, & absque necessitate iudicij, quia tunc vt Ecclesiæ, vel Capitulo præiudicetur, necessariò requiritur consensus, vel mandatũ speciale, nec sufficit generale, *dict. § sed an*, vbi Bart. *n. 2* Abb. *d. cap. vlt. n. 44. & ibi* Paris. *d. vers. 1.* communis vt per Sarmien. *vbi suprà*, in qua specie intelligenda videtur sententia glossæ *in dicto cap. de Constantinop.* tunc supponendi sunt termini habiles, id est, quod interuenerint omnia necessaria, & ita consensus Capituli, seu Ecclesiæ, argumento *c. 1.* iuncta gloss. *verbo ab omnibus, de constitut. gloss. 1. in l. 1. C. de sacrosanct. Ecclesiis.*

Rerum Ecclesiasticarum, &c.] Intellige in quibus 11
in commune, vel præsumptio est contra præscribentem, provt contigit in proposito, tum quia secundùm ius commune tota Sardinia nonnisi ad Romanam Ecclesiam in totum spectabat, vt habet is text. *in princ.* ac subinde ipsum ius commune in proposito erat contrarium Archiepiscopo Pisano, & eius Ecclesiæ, respectu iudicatus, & iuramenti, de quibus *hic* vt intendit Abb. *in præsenti*, *num. 34. vers. item potest*, tum etiam & eo maximè, quia, vt probat text. *in præsenti*, ex confessione Archiepiscopi insurgebat vehemens præsumptio contra illum, scilicet quod iudicatus & fidelitatis iuramentum non ad ipsum, aut eius Ecclesiam, sed ad Romanam tantummodo pertinerent, & consequenter necessarius erat titulus, qui causam præscribendi tribueret, iuxta text. *in cap. 1. hoc tit. lib. 6.* provt intelligunt antiquiores *hic*, Abb. *d. num 34* Paris. *46.* gloss. magna *versic. pone exemplum*, vbi omnes *in d. cap. 1. gloss. vlt. in cap. dilectio 16. q. 3.* communis ex Couar. *in reg. possessor, part. 2. §. 3. n. 6. versic. prima*; sic etiam *in cap. dudum 31. de decimis* requiritur titulus, quia secundùm communem *ibi*, & *in dictis locis* ius commune erat contra Hospitalarios præscribentes decimas, quas ius commune Ecclesiis parochialibus concesserat *cap. cùm contingat, de decimis*; eodem etiam modo procedit text. *in cap. cùm personæ, vers. quod si, de priuilegiis in 6.*

Nec obstat *cap. de quarta, supra hoc tit.* vbi quarta decimarum & oblationum, quæ iure communi Episcopis debetur, per quadraginta annos absque vllo titulo præscribitur à Clericis, contra quos ius commune existit, quia vltra *gloss. penult.* & Doctores *ibi*, ac *gloss. 1. in reg. possessor*, & alios, respondetur cum Bellamer. *num. 11.* text. illum intelligendum esse, suppositis terminis habilibus, scilicet interueniente quadragenaria præscriptione legitima, in qua vltra bonam fidem titulus necessariò concurrat iuxta hunc text. & *d. cap. 1.* idque suadetur, quia cùm illic circa tempus tota fuerit dubitatio, & quæstio, quam Pontifex decidit vtique circa reliqua de quibus non dubitatur, scilicet titulum, & bonam fidem, (quamvis text. non exprimat) termini habiles supponendi sunt, quasi dicat text. Clericos posse se tueri quadragenaria præscriptione concurrentibus aliis necessariis, id est, si nihil aliud obstet, argum. *l. qui testamento, in princ.* ibi, *si aliud eos nihil impediat, ff. de testam.* Nec item aduersatur *cap. 1. sup. hoc tit. cap. placuit, il. 2. 16. quæst. 3.* vbi aderat ius commune contrarium Episcopo alienam plebem, vel partem alienæ diœcesis conuertenti, & præscribenti, & tamen non proponitur titulus aliquis, refellitur namque si aduertas illic auctoritate legis in fidei fauorem possessionem iustificantis iustum titulum induci, argum. *l. iustè possidet ff. de acquirenda possessione*, & consequenter ex speciali concursu, & auctoritate legis procedere præscriptionem illam, sicuti ex eadem dominium, & ius plenum potuit statim acquiri, iuxta tit. *C. de seruis, qui pro præmio.*

In gl. *Bona fides*, ibi, *& hæc bona fides semper præsumi-* 12
tur. Notatur ad hoc quòd bona fides præsumitur in

dubio si contingat ex facti ignorantia, vt per Tiraq. *de præscript.* §.1 *gloss.*2.*verbo, bona,* Mench.*illustr.c.*79. *n.*15. Mascard. *de probat. concl.*231. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*1.*lib.*2.*c.*23.*n.*43. Rota apud Farin.*dec.*91.*n.*2.*p.*1.*recent & dec.*280 *n.*2. Sed bona fides, & titulus non præsumitur in præscriptione, Rota *dec.*610. *n.*2. *ead. p.*1. *recent.* An & quando ex possessione triginta annorum præsumatur præscriptio, quando constat de antiquiori possessione, vide eandem Rot.*dec.*4.*n.*2.*& 3.d p.*1. Bona fides deducta ex iuris errore an sufficiat ad præscriptionem, vide eandem Rot.*dec.*320.*p.*2. *recent. n.*3.*cum seqq. & n.*6. tenet quod error iuris dicitur quando quis credidit actum, qui fieri debebat cum solemnitatibus, esse validum absque solemnitatibus.

13 In gloss. *Iustus titulus.* Notatur ad hoc quòd præscriptio quadraginta annorum cum titulo, immemoriali præscriptioni æqualis est, vt per Molin. *de primog.lib.*2.*c.*6.*n.*52.

SVMMARIVM.

1 *Abbas in capellis præscribere potest iura Episcopalia, obtinet tamen in iis solis, quæ præscripsit.*
2 *Compromissi à forma non est recedendum.*
3 *Excommunicandi potestate præscripta, non est præscripta potestas absoluendi, nec è contra.*
4 *Excommunicandi potestatem qui acquisiuit consuetudine, vel præscriptione, non potest alias censuras ferre.*
6 *Conuentio quando inita est cum aliquo, si postea impetratur priuilegium, in eo de ipsa conuentione facienda est mentio.*

CAP. Cùm olim. XVIII.

1 ABbas potest præscribere sibi aliqua, vel omnia iura Episcopalia alicuius capellæ, vel Ecclesiæ, non tamen obedientiæ, licèt quidam Abbas illa amiserit per arbitrum, quem ignorabat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Dec. Felin. Panorm. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viu. *in ration. 2 libri iuris Pontif. pag.* 260. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 313. *& tom.*4. *repet. super iure Canon. in secundum librum Decret.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Ximen. *in concord. p.*2. refertur ab Ant. August. *collect.*3. *Decretal. lib.*2. *tit.*17. *cap.*8.

2 *Iuxta tenorem arbitrij.*] Notatur ad hoc quòd à forma compromissi non est recedendum, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, libertis, n.*11. *C. de reuocand. donat.*

3 *In excommunicando.*] Ergo præscripta potestate excommunicandi, non est præscripta potestas absoluendi, vel è contra, de quo vide Palat. *in repetit. c. per vestras, de donat. inter virum, & vxor. notab.*4.*n.*35.*&* 36.

4 Vnde illum, qui consuetudine, vel præscriptione acquisiit potestatem excommunicandi, non posse alias censuras ferre, notarunt Abb. *hic n.*7. & Felin. *in cap. auditis, n.*11. *hoc tit.* Vgol. *de censur. tabula* 1.*c.*2. §.11. *à n.*3. Soar. *tom.*2. *disp.*2. *sect.*2 *à n.*13.

5 *Super iam dictis articulis.*] Non verò super aliis, vt per Tiraq. *de iure primog.q.*39. *à n.*1.

6 *Ad tua Episcopale,* &c.] Notatur ad hoc quòd quando conuentio inita est cum aliquo, si postea impetratur priuilegium in eo, de ipsa conuentione facienda est mentio, vt per Xuar. *alleg.*28. *n.*22. Menoch. *cons.*36.*n.*57.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptione completa qui priuilegium contrarium impetrat, & vtitur illo præscriptioni renuntiat; si præscriptio non erat completa, malam fidem habet, & ideo non præscribit.*
2 *Exempti subiiciuntur Episcopo in illis omnibus, quæ sunt Ordinis Episcopalis.*
3 *Priuilegium secundum vbicunque non facit mentionem de primo alteri concesso, non operatur derogationem.*
4 *Gratia ampla secunda non faciens mentionem de prima limitata, est subreptitia.*

CAP. Veniens XIX.

QVi post completam præscriptioné impetrat priuilegium contrarium præscriptioni, & illo vtitur, dicitur renuntiasse præscriptioni & sic eam amittit: si inter præscribendum illud impetrat, tunc cessat bona fides, nec potest amplius præscribere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panor. Henric. Boich, Dec. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 260. Alagona *in compend. iur. Canon. pag.* 313. *& tom.*4. *super iure Canon. ad librum secundum Decret.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Ant. Aug. *collect.*4. *Decret. lib.*1. *sub tit. de priuilegiis, c.*2. 1

Chrisma verò, &c.] Notatur ad hoc quòd exempti subiiciuntur Episcopo in eis omnibus, quæ sunt Ordinis Episcopalis, nempe in petitione Chrismatis, consecrationis Ecclesiarum, susceptionis Ordinum & similium, eáque ab Episcopo postulare tenentur, vt Abb. *hic notab.*2. & glos. *in c. Abbatibus* 17.*q.*2. Franch. *in c.*1.*n.*7. *vers. in glossa, de priuil. in* 6. Balb. *de præscript. in* 1.*p. quintæ partis, q.*12. *in fin.* Erasm. à Cochier, *de iurisdict. Ordinarij in exemptos, p.*2.*q.*45.*n.*16.*& part.*1. *q.*6.*num.*17. 2

Non obstante priuilegio, &c.] Notatur ad hoc quòd vbicunque secundum priuilegium non facit mentionem de primo alteri concesso, non operatur derogationem, nec per secundum priuilegium videtur primum reuocatum, vt per Xuar. *alleg.*9.*n.*8.*& alleg.*28. *n.*9.10.*&* 13. Menoch. *de præsumpt. lib.*6. *præs.*40 *n.*2. *cum seqq.* Sanch. *de matr. lib.*8. *disp.*22. *n.*2. Sic etiam secunda gratia ampla non faciens mentionem de prima limitata, est subreptitia, & nulla, vt per Butr. *hic n.*2. & Abb. *n.*14. Guttier. *canon. lib.*2.*c.*15.*n.*92. Menoch. *de arbitr. casu* 203.*n.*32. Veral. *decis.*218. *p.*2. Put. *decis.*246.*n.*8. *lib.*1. *& decis.*91. *lib.*3. *p.*3. 3 4

Notatur etiam ad hoc quod ea, quæ sunt in termino ad quem fit relatio, intelliguntur specificata in termino referente, vt per Tiraq. *de iure mariti, glos.*7.*n.*182. 5

Sed erat in præscribendo, &c.] Ergo si rem alienam possidens semper habuerit bonam fidem, præterquam in vltima die præscriptionis, nullo modo præscribit propter malam fidem momentanei temporis, vt per Tiraq. *de iudic. in rebus exiguis, pag.*90. *vers.*48. 6

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio cum mala fide nec in foro Canonico, nec in Ciuili valet.*
2 *Fides quibus modis accipiatur, ostenditur.*
3 *Bona fides necessaria est in præscriptione.*
4 *Possessor malæ fidei nullo tempore præscribit.*
5 *Præscriptio cum mala fide in foro Ecclesiastico, & temporali prohibita est.*

6 *Præscriptio immemorialis cum mala fide prohibetur.*
7 *Mala fides impedit præscriptionem in actionibus temporalibus.*
8 *Statutum disponens vt debitum certo aliquo tempore præscribatur, non valet stante mala fide.*
9 *Bona fides requiritur in pacto retrouendendi cum clausula, quandocunque, &c.*
10 *Hæres non potest præscriptionem continuare, quando defunctus fuit in mala fide.*
12 *Contrahens cum minore decreto non interposito censetur in mala fide, & nunquam potest præscribere.*
13 *Hæres scienter præscribit legatum contra legatarium, qui per 30. annos illud non petit.*
14 *Bona fides in dubio est præsumenda.*
15 *Possessor bonæ fidei adhuc dicitur ille, qui dubitat an res sit sua, & habet iustam causam dubitationis.*

Cap. Quoniam. XX. & vlt.

1 PRæscriptio cum mala fide nec iure Canonico, nec Ciuili valet, quia derogandum est omni consuetudini, vel constitutioni, quæ sine peccato seruari non potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Boich, Butr. Bald. Dec. Felin. Guid. Papæ, Martin. Vran. Alex. de Neuo, Matth. Coler. Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 261. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 314. *& tom.* 4. *repet. super iure Canon. ad secundum librum Decret.* Petr. Paul. Paris. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. desumitur ex Concil. generali Lateran. sub Innoc. III. *c.* 41. & refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decret. lib.* 2. *tit.* 10. *cap.* 3.

2 *Omne quod non est ex fide peccatum est.*] Vide quæ circa hanc auctoritatem dixi *suprà ad rubr. de summa Trinit. n.* 2. Licèt fides multipliciter dicatur, vt per gloss. & DD. *in rubr. de summa Trinit.* in proposito, sicut apud Paulũ *ad Roman.* 14. *in fin.* ex quo verba hæc desumuntur, fides accipitur pro conscientia, vt illic explicant gloss. & sacri Doctores, intendit apertè Pontifex *hic*, vt patet ex *vers. sequentibus. & in cap. literas col.* 2. *de restit. spoliat. cap. quærat* 6. *vers. etsi fides, de pœnit. dist.* 3. *cap. omne*, §. *illud* 28 *q.* 1. post alios Nau. *in cap. si quis autem, n.* 135. *de pœnit. dist.* 7. Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 1. *in princ.* licèt aliter locum illum accipere videatur D. Ambros. *in cap. non sanat.* 1 *q.* 1. vt tradit S. Thom. 2. 2. *q.* 10. *art.* 4. Dicitur autem conscientia fides, vel quia est credulitas quædam circa proprios actus, vel quia sicut fides includit iudicium, quo aliquid iudicantes credimus, ita conscientia, quæ est applicatio scientiæ ad ea, quæ agimus ex S. Thom. 1. 2. *q.* 19. *art.* 4. *&* 5. *& quodlib.* 3. *art.* 16. importat iudicium, quo de nostris actibus bonis, vel malis practicè iudicamus, secundum Couar. *vbi supr.* Castr. *de lege pœnali, lib.* 2. *cap.* 11. *pag. parua* 251. Iuxta hunc ergo sensum ex auctoritate Pauli probat hic text. omnẽ id, quod non est ex conscientia vel secundum conscientiam, & ita contra illam, esse peccatum, non tantum vbi conscientia recta est, veráque, sed etiamsi falsa sit, & erronea, vel denique dubia, vt declarat Pont. *in d. cap. literas, & in cap. per tuas* 36. *de simon.* S. Thom. *d. art.* 5. *&* 6. *& d. quodlib.* 3. *art.* 27. vbi argumentis contrariæ partis respondit, *& quodlib.* 8 *art.* 14. Syluest. *verbo, conscientia, n.* 1. Nau. *in man. c.* 27. *n.* 280.

3 *Vt nulla valeat absque bona fide præscriptio.*] Notatur ad hoc quòd bona fides necessaria est in præscriptione, vt per Bald. *de præscript.* 2. *p.* 3. *q.* 3. *à n* 21. *& q.* 6. *à princ.* Couar. *in reg. possessor, p.* 2. §. 7. Menoch. *illustrium, c.* 70. Escobar. *de variociniis, c.* 4. *n.* 26. Seraphin. *decis.* 629. *n.* 2. Surd. *cons.* 296. *n.* 29. Cardos. *in praxi iudicum, verbo, præscriptio, n.* 5. Molin. *de iustit. tr.* 2. *disp.* 63. *& seqq.* Buratt. *dec* 505. *n.* 6. Cened. *ad Decr. collect.* 50. & ideo possessor malæ fidei nullo tẽpore præscribit, 4
Balb. *p.* 3. *q.* 13. *d. n.* 2. Bern. *reg.* 578. Cou. *lib.* 1. *var. c.* 9. *n.* 5. Natt. *cons.* 172. *n.* 35. Gabr. *comm. l.* 5. *tit. de præscript. concl.* 1 *à n.* 55. *& concl.* 3. Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 67. Honded. *cons.* 7. *n.* 84. *lib.* 1. Mexia *tr. tassæ panis, cons.* 1. *à n.* 114. *cum seqq.* Bonacos. *commun. crimin. p.* 2. *verbo, præscriptio, fol.* 62. Seraph. *dec.* 614. *n.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 999. *n.* 1. *& concl* 1313. *n.* 20. Quamvis circa rationem varient scribẽtes tam *hic*, quàm *in reg. possessor, lib.* 6. vbi Ioan. Andr. *in mercurialib. q.* 3. Dyn. Monach. & alij Mench. *illust. c.* 22. *n.* 8. tamen ex mente communi & Soti *lib.* 4. *de iustit. q.* 5. *art.* 8. & aliorum præsertim ex *hac eod text. & c. vigilanti, supr. hoc tit.* dici potest rationem in hoc esse, quia nullus delinquens per suum peccatum, & eius continuationem ex legis auctoritate acquirit præmium, vel commodum aliquod, vt colligitur tum ex *reg. cap intelleximus, de iud. cap. ex tenore, de rescript.* cum aliis, tum etiam, quia absurdum & omnino iniustum est præmia, quæ virtutis tantùm propria sunt, & secundùm omnem iustitiam constitui debent, vt boni, vel meliores efficiantur *l.* 1. *ff. de iustitia*, ex legis auctoritate deferãtur iniquis, qui supplicia promerentur, & ita quod lex sit nutritiua peccatorum, quibus fauet, & ad quæ inuitat subditos, quibus pro suppliciis præmia, pro incommodis, quæ promerebantur, contra iustitiam commoda defert contra reg. *cap. erit autem lex* 4. *dist. c. quæ contra mores* 8 *dist. cap. ex parte, de consuet.* Constat autem quod si malæ fidei possessor vllo tempore præscribat, iam delinquens ipse per suam malitiam, nequitiam, & peccatum, etiam continuatum, contra omnem iustitiam retinens alienam rem, præmium, & commodum acquirit, scilicet dominium eiusdem rei, vel ius alienum, quod præscribit, *l.* 2 *ff. de vsucap.* igitur, &c.

Amplia primò non solùm in foro Ecclesiastico, sed 5
etiam in foro temporali, vt per Balb. *de præscr. p.* 3. *principalis, q.* 13. quem refert Menoch. *cons.* 143. *n.* 11. Iniustæ igitur sunt, & vt tales meritò abrogantur leges Ciuiles præscriptionem cum mala fide admittentes, ita quod etiam in foro ciuili vim non habeant, idque apertè probat is text. ibi, *nulla valet*, & ibi, *tam Canonica, quam Ciuilis*, text. *in cap. vigilanti, & in c. pen. hoc tit.* resoluunt *gl.* 3. & alij *hic*, Cou. *in reg. possess. p.* 2. §. 11. *n.* 3. pulchrè Fortun. *de vltimo fin. illat.* 2. *à princ.* Tiraq. *de præscript gl.* 2. *à princ.* Padil. *in l.* 2. *n.* 78. *C. de seruitutibus*, Perez *ad rubr. tit.* 14 *lib.* 3. *Ord.* Auend. *de exequendis mand. l.* 2. *c.* 11. *col.* 2. Mar. Cutel. *de donat. p.* 1. *discept.* 1. *p.* 6. *n.* 115. Quamvis contrariam sententiam, imò quod huiusmodi leges in suo foro possint & debeant obseruari, licèt in Canonico non recipiãtur, teneant Ioan. Andr. *in reg. possessor, q.* 3. vbi Anch. *col.* 1. *&* 2. Adrian. *quodlib.* 6. *art.* 3. *vers. quoad rationes, & in* 4. *tit. de restit.* §. *hoc super, in fin.* Pract. Ferrar. *in forma responsionis rei conuenti*, § *præscriptionis, n.* 28.

Secundò amplia in præscriptione immemoriali, 6
hæc etiam cum mala fide prohibitur, Cou. *in d. reg. possess. p.* 2. §. 8. *n.* 4. Pinel. *in auth. nisi, à n.* 14. *C. de bonis maternis*, Mench. *illustrium, c.* 81. *n.* 10. Menoch. *de arbitr. casu* 225. *à princ.* Valasc. *consult.* 8. *n.* 21. Benedict. Ægid. *in comm. ad l. ex hoc iure, p.* 1. *c.* 3. *n.* 24 *ff. de iustitia, & iure* Gabr. *commun. sub hoc tit. concl.* 1. *n.* 55. *vers. contrarium*, Valasc. *de iur. emphyt. q.* 8. *n.* 25. Molin. *de primog. l.* 2. *c.* 6 *n.* 67. & suadetur, quia ratio, quam *sup.* addidimus, ob quã præscriptio cum mala fide prohibetur, multo magis in præscriptione immemoriali viget, in qua peccatũ malæ fidei possessoris eo grauius est,

quo ille diutius alienum retinens commoratur, *c. vlt. in princ. de consuetud.* quamvis contradicant Salicet. *in l. 2. n. 8. C. de seruitut.* & alij relati à Cou. Molin. & Mench. *vbi suprà.*

7 Tertiò amplia in actionibus personalibus, in quibus etiam mala fides impedit præscriptionem, vt per Bellacomb. *tom. 2. commun. opin. lib 7. tit 2. num. 13. pag. 224.* Couar. *in d reg. possessor, part. 2. §. 11. num. 3. vers. verùm aduertas*, Tiraq. *de retract. conuent. tit. 2. §. 1. gloss. 2. n. 20. & 21.* Menoch. *de succes. creat. p. 1. §. 10. num. 26. & illustrium, cap. 76.* Perez *l. 1. tit. 2. lib 1. Ordin. pag. 17.* Surd. *decis. 158.* Gabr. Pereira *decis. 36. num. 2.* Marta *de iurisdiction. part. 4. casu 48. num. 35.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 52. num. 2.* ex antiquioribus Duen. *reg. 6.* Padil. *in l. 2. num. 42. C. de seruitut.* Gabr. *commun. sub hoc tit. concl. 1. & 4. addit.* ad Bernard. *reg. 578.* Pro quibus faciunt generalia verba huius text. ibi, *nulla valeat*, &c. quæ omnem præscriptionem excludunt. Denique verba vltima text. ibi, *conscientiam rei alienæ*, quæ satis verificari videntur in debitore, qui dum scit se debere, & retinet inuito creditore, habet conscientiam rei, id est, iuris alieni, *l. rei appellatione 23. ff. de verb. significatione* Accedit & ratio in qua text. iste absolutè fundatur, scilicet peccatum, quod committit is, qui mala fide præscribens per suũ scelus ex legis auctoritate præmium consequitur, quæ ratio apertè viget in quovis debitore mala fide, & cum peccato debitum retinente. Quamuis contrariam sententiam, imo quod text. hic, & similes locum non habeant in præscriptione actionum personalium, quæ etiam cum mala fide procedere possunt, teneant Host. *in sum. tit. de præscript. rerum immob. §. quæres, num. 4.* Bart. *in l. sequitur, §. si vera, ff de vsucap. & in l. nemo potest, n. 22 ff. de legat. 1.* & multis aliis in locis, de quibus per Ferret. *in l. 3. num. 86 ff. de vsucap.* & plures relati per suprà citatos.

8 Quartò amplia in statuto, seu constitutione disponente, vt debitum certo aliquo tempore præscribatur, quod non valet stante mala fide, vt per Cou. *de stat. verbo, præscript. gloss. 1. num. 34.* Hieron. Gabr. *consil. 8. lib. 2.* Stephan. Gratian. *d. cap. 52. à num. 9.* Exemplum potest poni in Bulla Pij V. *33. in Bullario*, quam refert Stephan. Gratian. *Marchia decis 53.* relatus ab Aloys. Ricc. *collect. 285. in med.* qua attenta hic Romæ famuli salarium præscribitur biennio; & triẽnio apud nostros Lusitanos per Ordin. Regiam *lib. 4. tit. 32.* de qua, & simili in Regno Castellæ agunt Cou. *in reg. possessor, p. 2. §. 11. num. 2.* Padil. *in l. 1 C de seruitut. à num. 43.* Auendan. *de exequendis mand. lib. 2. cap. 30. à num. 11.* Mench. *succes. creat. § 10. num 33. & illustr. cap 89. num. 59.* Molin. *de iustit. tract 2. disp. 67.* Gonzal. *ad reg. 18. Cancel. gloss. 56. num. 83.* Matien. *l. 8. gloss. 9. num. 4. tit. 11 lib. 5. nouæ recop.* Guttier. *in l. nemo potest, à num. 200 ff. de legatis 1.* Gam. *decis. 333.* Flores de Mena *var. lib. 1. quæst. 8. § 2. num. 41.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verb. sua facilitate, n. 77.* Valasc. *cons. 125.* Rebell. *de obligat. iustit p. 2. lib. 14. quæst. 13. n. 10. cum sequentibus*, apud quos receptum est legem illam Lusitanam, & similes non procedere vbi dominus est in mala fide, sed bonam omnino esse necessariam, veluti si dominus non per se, sed per œconomum, aut procuratorem cum famulo contraxit, & per eundem salarium soluere solebat, vel agitur de hærede, aut successore, qui iustam habet ignorantiæ causam.

9 Quintò amplia in pacto retrouendendi cum clausulis, *quandocunque semper*, &c. quia in eo bona fides requiritur, & non erit tutus emptor etiam spatio 30. annorum, quasi sciat rem subiectam restitutioni ad luitionem pretij per venditorem oblati, vel offerendi, vt per Cald. Pereira *in l. si curatorem, verba sua facilitate, num. 72. vers. neque video*, Matth. Coler. *in hoc cap. vlt. num. 34. in fin.* Bernard. Græuæ, *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 18. in coronide, num. 2.* Licet contrarium tueantur Menoch. *cons. 143. à num. 39.* Surd. *decis. 25. num. 4. & 25. & de aliment. tit. 9. q. 6. num. 20.* Mench. *illustrium cap. 55. num. 25.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 4. num. 15. & discept. forens. cap. 2. à num. 28.* Dec. *in l. petens, num. 7. C. de patris*, Couar. *lib. 1. var. cap. 9. à num. 1.* Gabr. *commun. sub hoc tit. concil. 6.* Baptista *de vsuris comment. 2. à n. 98.* quorum sententia non est improbabilis, & bona nititur ratione, videlicet quia quamvis emptor sciat ius illud competere venditori, nihilominus tamen dum pretium non offertur, iustè & sine peccato retinet, ac subinde non habet conscientiam, licèt habeat scientiam rei, id est, iuris alieni.

Sextò amplia in hærede, qui non potest præscri- 10
ptionem continuare, quando defunctus fuit in mala fide, per *l. cùm hæres. ff. de diuersis, & tempor præscript.* Molin. *de primog. lib. 2. cap. 6. num. 70. cum seqq.* & mala fides actoris nocet eius hæredi, qui non potest præscribere non solùm vtendo accessione temporis eiusdem sui actoris, sed nec ex eius persona illam à se ipso inchoando, latè Balb. *de præscript. 2. p. 3. princ. quæst. 12 num. 12.* Honded. *cons. 17 num. 85. & cons. 82. num. 46. & seq. lib. 1.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 203. n. 15.* Rot. *in Romana canonum 25. Aprilis 1622.* coram bonæ mem. Vbaldo, & *in Romana Palatij 28. Aprilis 1623.* coram bonæ mem. Patriarcha Manzanedo, & *in eadem causa 31. Ianuarij 1624.* coram bonæ mem. Remboldo, quod procedit, nedum in hærede immediato, sed etiam in hærede hæredis, Honded. *d. cons. 17. num. 81. & d cons. 82. num. 4.* Rota *in d. Romana canonum.* coram Vbaldo, quod procedit etiam in præscriptione longissimi temporis, quia non potest à se ipso incipere præscriptio, vt tenent Anton. de Butr. & Panorm. *in cap. si diligenti, num. 30. vers. sed circa praedicta, suprà hoc tit.* Alex. *in l. Pomponius, §. cùm quis, num. 21.* & Ias. *col. pen. ff. de acquir poss.* vbi magis communem dicit eandem opinionem tenet in multis consiliis Alex. vt refert Balb. *de præscript. 2. p 3. princ. q. 12. n. 12.* vbi tenet hoc procedere etiam stante hæredis iusta ignorantiæ causa, & præsumpta bona fide, quod hæc opinio debet seruari in vtroque foro, & ab ea non sit recedendum in consulendo, & iudicando, dicit Cou. *in reg. possessor. 2. p §. 9 n. 1.* Et hoc de plano procedit quando hæres sciuit malam fidem defuncti, quia tunc cùm habeat malam fidem formalem, nullo tempore purgatur, vt per addit. ad Bart. *in l. fin. n. 7. C. unde vi*, Aret. *cons. 153.* Mascard. *de probat. concl. 225. n. 10.* Valasc. in simili *cons. 95. n. 8. & vlt. in fin.* Sed his non obstantibus hæres illius, qui habuit malam fidem, (quando fumus in possessione 30. vel 40. annorum) poterit præscribere, si à se ipso incipiat, & non vtatur accessione actoris, secus in præscriptione 10. vel 20. annorum, nam tunc possessor debet vti accessione prædecessoris, cùm ex persona propria non possit præscribere, ita Mench. *controuers. lib. 2 cap. 73.* optimè Stephan. Gratian. *discept. forens cap. 52. n. 25.* Aduertas tamen, quod populum nunquam præscribit, quia semper censetur esse idem, vt per Surd. *cons. 454. n. 43.*

Septimò amplia in præscribẽte contra Fiscum, qui 11
licèt post 20. annos non possit exigere pœnas condemnatorum in re, vel pecunia indictas nec requiritur bona fides in præscribente illas, inspecto hoc iure Canonico, vt per Boer. *decis. 264. n. 23.* Bald. *in l. data opera 11. col. antepen. in vltim. not. num. 58. vers. sed*

sed qu'd de bannito in pecunia, C. de iis, qui accusare non possunt, Salicet. *in l. 1. n. 2. C. de quadrien. præscript.* Quamvis secundum Peregrin. *de priuilegiis fisci, lib. 6. tit. vlt. n. 35.* verior sit opinio, quod indistinctè perimatur ius fisci spatio dicti temporis, etiamsi adesset mala fides, sequitur Stephan. Gratian. *d. c. 52. n. 2.* Vnde secundùm hanc vltimam opinionem rectè infertur pœnam legalem etiam ipso iure incursam præscribi posse ab hæretico, vel quocunque alio, cuius bona ipso iure ad fiscum pertinent, iuxta reg. *cap. cùm secundum, de hæret. lib. 6.* licèt enim huiusmodi delinquens habeat scientiam rei alienæ, id est, dominij ad fiscum pertinentis, *d. cap. cum secundum*, non tamen habet conscientiam rei alienæ, & ita neque peccatum iniustæ retentionis, quinimo tuta conscientia retinet huiusmodi bona, quæ licèt exactius teneatur erogare, & pati executionem, ante illam tamen reddere non tenetur in conscientia, *gloss. 3.* recepta *in cap. fraternitas 12. q. 2.* S. Thom. vbi Caiet. *2. 2. q. 62. art. 3.* communis vt per Couar. *de sponsal. p. 2. c. 6. §. 8. n. 10.* Nauar. *in man. c. 13 n. 66.* & relatos à Gabr. *commun. sub tit. de criminalib. concl. 34.* Simanch. *de Catholicis, c. 9 à n. 29.*

12 Octauò amplia in contrahente cum minore decreto non interposito, censetur enim in mala fide, & nunquam potest præscribere, Menoch. *remed. 15. recup. n. 87.*

13 Limita in hærede scienter præscribente legatum contra legatarium, qui per annos 30. illud non petiit, eo enim tempore vel repudiare, vel donatum hæredi velle videtur, vt resoluunt Mench. *illustr. c. 55. n. 26.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 2 n. 29.* Cald. Pereira *d. verbo, sua facilitate, n. 75.* Hyppol. *in princ. Instit. per quas personas, à n 26.* Cou. *var. lib. 1. c. 9. n. 5.* Costa *in repet §. cum in bello, verbo bona à n. 7.*

14 In gloss. *Bona fide.* Notatur ad hoc quod bona fides in dubio est præsumenda, vt per Couar. *in d. reg. possessor, p. 2 §. 8. n. 2.* Mench. *d. c. 70.* Coccin. *decis. 295. n. 3.* Masçard. *de probat. concl. 224. cum seqq. & concl. 231. & concl. 1003. à n. 19.* Intellige primò bonam fidem præsumi etiamsi illam non alleget is, qui præscriptionem proponit, secundùm plures relatos per Mench. *illustr. c. 70. n. 15.* de quo tamen vide Deci. *cons. 267. n. 5.* Tiraq. *de præscript. gloss. 2. vers. sed quæstionis.* Intellige secundò præsumptionem hanc esse iuris tantùm, itavt mala fides ex aduerso legitimis modis, vel etiam indiciis probari possit, iuxta gloss. *verbo bona, in cap. si diligenti, sup. hoc tit.* Gam. *Lusit. decis. 290. n. 2.* latè Menoch. *de arbitr. casu 225. à princ.* qui varios refert modos per quos mala fides probari potest, vltra quos notabilis est ille, qui colligitur ex Bald. per text. *ibi in l. non est ferendus, ff. de transact.* Balb. 4. *p. 4. q. 29 n. 8.* Grammat. *decis. 103. à n. 31.* Intellige tandem sententiam huius glossæ procedere in dubio, vbi contra possidentem nulla apparet malæ fidei præsumptio, secus si appareat, vt in specie *l. vlt. C. vnde vi, & in reg. qui contra iura, de reg. iuris lib. 6.* tradit gloss. *d. verbo bona*, tunc etenim ad eã præsumptionẽ purgandam necessaria' est ex aduerso probatio bonæ fidei, vel præsumptio contraria fortior, quam inducit spatium longissimi temporis, quo & mala fides præsumpta purgatur, & bona præsumitur, quandiu aliter contrarium non ostenditur, ex Bart. *n. 17.* per text. *ibi in d. l vlt.* sequitur communis ex Cou. *in reg possess. p. 2. §. 8. n. 3.* Mench. *illustr. c. 81 à num. 2.* Menoch. *remed. 13. recup. n 70.* Molin. *de primog. lib 2. c. 7. n. 68.* contra nonnullos relatos à Couar. quorum fundamentis ipse respondere nititur.

15 In gloss. *Nulla*, fin. ibi, *item quod si dubitat an res sit sua, & habet iustam causam dubitationis, adhuc dicitur bona fidei possessor.* Vide Balb. *de præscript. 2. p. 3. principalis, q. 2. & 3. p. 6 princip. num. 17.* Menoch. *de arbitr. casu 125. n. 17.* Mench. *illustrium, cap. 77.* Huius gloss. opinionem sequuntur DD communiter, vt per Abb. *num. 40.* Paris. *à num 48.* post alios *in præsenti*, Ias. *in l. 2. §. genera, num. 17 ff. de acquir. possess.* Balb. *2. p. 3. q. 2.* Nauar. *in cap. si quis autem, num. 89. de pœnit. dist. 7.* Sarmien. *select. cap 10. à num. 5.* Menoch. & Mench. *citatis locis.* Contrariam sententiam, imò quod huiusmodi dubius non bonæ, sed malæ fidei possessor sit, tuentur Butr. *n. 12.* Imol. *36. hic*, Paris. *num. 13. in cap. illud sup. hoc tit* Cuman. *num. 4. in l. naturaliter, ff. de vsucap.* & post Adrian. Sot. & Ledesm. intendit Ioseph. Angles *in floribus Theolog. in quæst. de præscript. art 2. diffic. 2. vers. qua ita.* Sed has contrarias opiniones fœdere distinctionis componendas esse iudicio, vt scilicet opinio huius gloss. & sequacium in dubio iusto & speculatiuo rectè procedat, si consideres bonam fidem provt iure Canonico intelligitur; altera verò Butr. & sequacium procedat in dubio iniusto, & culpabili, vel etiam in dubio practico. In dubio æquali possidens bona fide non est obligatus ad restitutionem, vt resoluunt Sayr. *in clavi Regia, lib. 10. tract. 2. cap. 3. num. 29.* Barthol. à S. Fausto *in specula confess. disp. 4. quæst. 260.* si verò dubitet inæqualiter, & magis inclinet in eam partem vt res sit aliena, tenetur iuxta inclinationem & propensionem restituere, secundùm Salon. *in 2. 2. q. 62. art. 6. controu. 2. concl. 4.* Bañes 2. 2. *ante q. 62. in præamb. ad illam dub. vlt. concl. 1.* Petr. Ledesma *de matrim. q. 45. art. 1. ad 3.* Sanch. *eod. tract. lib. 2. disp. 41. num. 10.* Verùm contraria opinio mihi probabilior videtur, quia licèt pro altero, qui non possidet rem, fortiores videantur rationes, & coniecturæ circa res proprietatis, tamen si non sunt vsque adeò efficaces, vt generare possent assensum illius partis, sed rem adhuc dubiam relinquant, non debet censeri maius, & potius ius proprietatis vnius quam alterius, cùm adhuc in dubio res maneat, dubia enim res æquè videtur vtramque partem respicere: quare hanc partem: tenent Vasq. *in p. 2 tom. 1. disp. 66. art. 7. num. 42.* Salas *in p. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnica, sect. 23. n. 231.* Bonacin. *de restit. disp. 1. q. 2. puncto 2. n. 6.* Sanch. qui se retractauit in præcepta Decalogi, *tom. 1. lib. 1. cap. 10. n 9. & lib. 2. cap. 23. n. 179.* An mala fides probetur per coniecturas, vide Menoch. *d. casu 225. & de præsumpt. lib. 3. præs. 130.*

De Sententia, & re iudicata.

TIT. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*
2 *Sententia multis modis sumitur.*
3 *Sententia strictè sumpta importat assensionem iudicis ad quem tendunt, & ordinantur lites ac processus iudiciorum.*
4 *Sententia alia dicitur diffinitiua, alia interlocutoria.*
5 *Sententia diffinitiua illa dicitur, quæ terminat causam principalem.*
6 *Sententia interlocutoria appellatur illa, quæ terminat aliquem articulum causæ principalis.*
7 *Sententia propriè sumpta definitur vt sit pronuntiatio iudicis litigantium controuersias determinans.*

8 *Res iudicata accipitur pro negotio, causa, vel lite, quæ inter litigantes coram iudice ventilantur.*

9 *Res iudicata dupliciter consideratur, aliquando à tempore, quo iudex profert sententiam, aliquando post illud tempus, & constituitur differentia inter vtrumque modum,* n. 10.

11 *Sententia post decennium statim habet auctoritatem rei iudicatæ.*

12 *Sententia per transitum in rem iudicatam pro veritate reputatur, ius inter partes constituit, ex ea actio iudicati competit, executioni mandatur, & habet auctoritatem iuris.*

13 *Res iudicata definitur vt sit res, quæ finem controuersiarum iudicis pronuntiatione accipit.*

14 *Rei iudicatæ appellatione quæ contineantur, ostenditur.*

1 SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchar. Felin. Panorm. Alex. de Neuo, Guid. Papæ, Guillelm. Durand. *in breuiario iuris Canonic.* Ioan. de Londr. *in breuiario sanctorum Canon fol. 171. verso*, Petr. de Rauen. *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitom. Decret. fol. 82.* Dan. Venat. *in analysi method. iuris Pontif. à pag. 305.* Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad 5. libros Decretal.* Barth. Carthag. *in exposit. titulorum iuris Canon.* Lancel. *in instit. Canon.* Canis. *in summ. iuris Canon.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris*, Zypæ. *in analytica postremi iur. Eccles. enarrat.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 2. summ. in Decretal.* omnes *sub hac rubr.* de hoc titulo nouissimè tractatum edidit Sigism. Scacc. quem sub prælo vidi.

2 *Sententia.*] Multis modis sumitur apud Doctores, inter quos aliquando accipitur pro aliquo prudenter, & aptè dicto, breuitérque collecto, iuxta quam acceptionem sententiosum hominem appellamus illum, qui aliquod breuiter collectum, ac prudenter dictum profert. Aliquando etiam accipitur pro opinione, vt importet actum intellectus inclinantis in vnam partem contradictionis cum formidine alterius, vt tradit D. Thom. *in 3. dist. 23. quæst. 2. artic. 2. & 2. 2. quæst. 1. art. 4. in corpore*, iuxta quam explicatur text. *in cap. veniam 35. quæst. 9.* Aliquando verò pro assensione, & iudicio cuiusque de re aliqua sententis, provt importat determinatam acceptionem alterius partis contradictionis cum credulitate, tradit S. Thom. *dictis locis*, iuxta quam acceptionem plerumque dicimus rogare sententiam, dicere sententiam. Interdum denique strictè sumitur hoc verbum *sententia*, & importat assensionem, iudicis ad quem tendunt & ordinantur lites, & processus iudiciorum, iuxta quam acceptionem sumitur verbum *sententia in hoc tit. & in tit. C. de sent. interl.* éstque inuentum iuris ciuilis, sicut iudicium, vt probat text. *in l. 2. §. post originem, ff de orig. iuris*, aduertit Barth. *in l. ex hoc iure, num. ff. de iustit. & iure*, Cabed. *Lusit. decis. 12. n. 3. p. 1.* Et dicitur sententia, quia iudex per illam dicit quod sentit in declarandis dubiis motis inter litigantes, iuxta text *in l sicut, §. sed quæri, ff. si seruit. vend.* Hæc autem assensio iudicis dupliciter potest considerari, vel enim accipitur provt dicit actionem indicandi, vel sententiandi; vel provt dicit decisam, seu resolutam causam, seu dubium, de quo in iudicio agebatur, meminère huius diuisionis Abb. *hic num. 2.* & Bart. *in d. l. 1 num. 1.* Inter vtrumque modum illa est differentia quod in priori casu propriè sententia est, de qua agimus, & appellatur à Doctoribus res iudicans, & decidens, habens se per modum agentis, iuxta text. *in cap. forus*, iuncta gloss. *de verb. signif.* In posteriori verò res iudicata dicitur habens se per modum patientis, dum iudicis assensionem, seu resolutionem accipit, provt in specie docet Inreconst. *in d. l. 1. ff. de re iudic.* ibi, *pronuntiatione iudicis finem accipit*, iuncto text. *in l. diuus, ff. de in integr. restit.*

Licèt sententia à Doctoribus multipliciter diuidatur, vt per gloss. *in summ. 2. quæst. 1.* Abb. *num. 4.* Felin. *num. 31.* & alij *in præsenti rubr.* Alexand. *in rubr. ff. de re iudic. à num. 6.* vbi Rip. ex *num. 16.* nihilominus tamen secundùm meliorem sententiam dupliciter consideratur: alia enim dicitur diffinitiua, alia verò interlocutoria appellatur, meminit huius diuisionis gloss. *verbo diffinitiua, in cap ei qui, § definitiua 2. quæst. 6. gloss. vlt. in l. qui restituere, ff de rei vend. & verbo diffinitiua, in Clem. vnica, de sequest. possess.* Marant. qui alios refert, *de ordine iudic. 6. p. cap. de sententia à num. 23.* Lancel. *lib. 3 Instit. iuris Canon. tit. de sentent. in princip.* Sententia diffinitiua illa dicitur, quæ terminat causam principalem, vt colligitur ex text. *in cap. 2. ad fin.* ibi, *principali negotio*, &c. *vt lite non contest.* & eidem causæ finis totaliter imponitur, ideóque diffinitiua dicitur, quia finit, seu definit non solùm litem, sed etiam controuersiam principalem, & licèt ab illa appelletur, adhuc quoad ipsum iudicem dicitur talis finis impositus, cum ab eodem, vel ab alio æquali iudice alia sententia proferenda non sit, tradit *gloss. 2.* communiter recepta *in Clem. fin. de appellat.* Interlocutoria verò appellatur illa, quæ terminat aliquem articulum eiusdem causæ, & quamvis interlocutoria appellari possit diffinitiua respectu articuli quem finit, seu *definit*, secundùm gloss. *in l generaliter, C. de reb. credit.* non tamen potest dici diffinitiua simpliciter & propriè, sed secundùm quid, qua de causa ex interlocutoria diffinitiua sententia fieri nequit, vt aduertit Bald. *in l. ante, C. quorum appellat. non recip.* sic verò appellatur interlocutoria, quia iudex per illam interim loquitur, dum principalem causam non definit, sentit text. *in l. dicere 19.* aliàs *l. qualem, § dicere*, ibi, *præparationem causæ, de arbitr.*

Sententia autem de qua in hoc text. quomodo definiatur non bene constat inter Doctores, vt videre est per Marchesan. *in tractat. de sententiarum speciebus, cap. 2. cum pluribus seqq.* Aliqui namque definire solent vt sit definitio iudicialis finem controuersiæ imponens, secundùm Abb. *hic num. 4.* Rip. *num. 11.* & alij *in rubr. ff. de re iudic.* Alberic. *num. 1. in rubr. C. si de moment. possess.* Rebuff. *ad leges Galliæ, tom. 1. tit. de sentent. execut. num. 2.* per text. *in cap. 2. hoc tit.* ibi, *sententia terminare, & in l. 1. ff. de re iudic.* ibi, *finem accipit.* Nonnulli prædictæ diffinitioni verba aliqua adiiciunt, & reputant sententiam rectè definiri, vt sit iudicialis definitio controuersiæ finem imponens, per absolutionem, vel condemnationem, ita Iason. *num. 6.* Paul. *n. 2. in rubr. ff. de re indic.* Alexand. *in l. 1. num. 1. ff. illo tit.* Mench. *vsufructq. cap. 35. num 2.* Marant. *de ordine iudic. part. 6. cap. de sentent. num. 1.* Marchesan. *d. cap. 2. num. 1.* per text. *in l. præses 3 C. de sentent. & interl.* vbi Imperator non reputat sententiam, quæ vel condemnatione, vel absolutione caret, idem probat text. *in cap. ei qui, vers. diffinitiua 2. q. 6.* Alij, provt sunt S. Thom. *in 4. sentent. dist. 35. art. 1. & 2. quæst. 96. art. 1.* & Sylvest. *in summ. verbo sententia, in princ.* definiunt vt sententia sit explicatio iuris ad particulare factum. Sed his omnibus definitionibus omissis nonnulli viri doctissimi, & præceptores mei colendissimi definiunt sententiã de qua *in hoc tit.* vt sit sententia iudicis per quam

quam tota causa principalis, vel aliquis eius articulus terminatur. Ego verò sententiam propriè sumptam, de qua in hoc tit. agitur, aliter definiri posse sentio, vt sit pronuntiatio iudicis litigantium controuersias determinans: quæ definitio colligitur ex text. *in c. 2. infr. hoc tit.* ibi, *iurgantium controuersias terminare*, & eleganter ex text. *in l. 1. ff. de re iudic.* ibi, *pronuntiatione iudicis*, & ibi, *finem accipit*, quibus verbis aperte dicit Iureconsl. rem, quæ iudicatur accipere finem ex pronuntiatione iudicis, sic significans ipsam pronuntiationem iudicis esse sententiam, & insuper rei iudicatæ finem dare. Neque refragatur dicere quòd retenta prædicta definitione sententia definitur per actionem, id enim importat pronuntiatio, respondetur enim potissimum in hoc tit. tractari de sententia provt in actione iudicis consistit, quinimo nullum esse inconueniens per actionem aliquid definiri, sicut & per effectum, quando eo modo magis natura definiti explicatur, provt videre est in definitione matrimonij, de qua *in princ. Instit. de patria potestat. & in cap. ius naturale, 1. distinct. & in cap. illud, de præsumpt.* sicut in definitione præscriptionis, de qua *in l. 3. ff. de vsucap.* ibi, *dominij Acquisitio*, & passim alibi.

8 *Re iudicata.*] Quamvis particula *res* multa soleat importare, & comprehendere, iuxta text. *in l. rei appellatione, 23. & in l. rei appellatio, ff. de verbor. significat.* & dixi quæ *in tract. de appellatiua verbor. vtriusque iuris significa. verbo res.* Si tamen cum eadem particula coniungatur alia, videlicet *iudicata*, non tam latè sumitur, sed accipitur pro negotio, causa, vel lite, quæ inter litigantes coram iudice ventilantur, provt in specie significare videtur Iureconsl. *in l. Diuus, penult. in princ.* ibi, *rem amiserat, & ad fin.* ibi, *restituere litem, ff. de in integr. restit.* text. melior *in l. is apud quem 2. C. de edendo*, vnde res iudicata importat negotium finitum, litem, vel causam iudicatam, & decisam, iuxta
9 illud Cicer. *ad Herenn.* Iudicatum est, de quo sententia lata est. Quæ quidem res iudicata sic accepta dupliciter consideratur, aliquando enim consideratur à tempore quo iudex profert sententiam, hoc est rem iudicantem vsque ad decendium, sic explicabis text. *in l. & post rem iudic. 7. & in l. post rem iudicatam 11. ff. de transact. & in l. eleganter, in princ. ff. de cond. indeb. & in l. fraternitatis, de testib.* Aliquando verò post illud tempus, si explicabis text. *in l. post rem iudicatam 56. ff. de re iudic.*

10 Inter vtrumque modum illa est differentia, quia in priori talis res iudicata denotat tantummodo factum, seu rem simpliciter, & absolutè talem per pronuntiationem iudicis definitam, eo quòd in illo tempore nullus iuris effectus eidem communicatur, sic sanè propter appellationem, quæ interponi potest, iuxta text. *in auth. hodie, C. de appellat.* talis res iudicata dicitur esse in pendenti, nullúmque ius inter partes interim constituit, vt probat optimè text. *in cap. non solum*, ibi, *sed etiam omnia, de appellat. lib. 6.* qua de causa in illa intelligitur text. *in d. l. & post rem iudicatam*, statim *in princ. & in d. l. post rem iudicatam, ff. de transact.* In posteriori verò casu ita importat rem per eiusdem iudicis pronuntiationem definitam, vt dicatur res pronuntiata, & illa sententia data eidem rei plures iuris effectus communicentur, ad quod alludere videtur rub. sic intelligenda, *de re iudicata & effectu sententiarum*, quæ quidem non solùm intelligenda sunt de re iudicata per sententiam definitiuam, sed etiam de re iudicata per interlocutoriam, respectu tamen solummodo litigantium, vt *in cap. cùm dilectus, de elect.* non verò respectu iudicis qui reuocare potest, etiamsi transeat in rem iudicatam, iuxta text. sic intelligendum *in cap. cùm cessante, de appellat.* aduertit in specie Paul. *in d. l. 1. num. 3. ff. de re iudic.*

Inter effectus autem, qui rei iudicatæ posteriori 11
modo consideratæ communicantur, præcipuus est, vt statim habeat auctoritatem rei indicatæ, vt probat text. *in l. post sententiam 9.* ibi, *auctoritatem*, &c. *C. de sentent. & interlocut. & in c. quod ad consultationem*, ibi, *auctoritatem rei iudicatæ, inf. hoc tit.* hoc est, vigorem rei iudicatæ, vt dicit text. *in l. pen. C. de except. rei iudic.* iuxta quam auctoritatem quæ accrescit, & subsequitur, verum est dicere quòd res iudicata priori modo acceptata existens antea in illo priori statu, quem habebat tempore simplicis prolationis, dicitur transire in alium statum firmum, & irrenocabilem, provt in specie significat text. *in l. si fundus 16. §. si plures, ff. de pignorib.* dum dicit causam transire in condemnationem, scilicet firmam, & quæ habeat iuris effectus; iuxta quem sensum excusantur nostri Pontifices à calumnia nonnullorum Doctorum aliorumque impropriè fuisse loquutos dum de tali transitu faciunt mentionem, *in cap. cùm inter 13.* ibi, *in rem transit indicatam, hoc tit. & in cap. cùm dilectus 22. in fine*, ibi, *in rem transit iudicatam, de elect.* Sic sanè per talem tran- 12
situm, & propter talem auctoritatem pro veritate reputatur, ex text. *in l. res iudicata 207. ff. de regul. iur.* Ius inter partes constituit, iuxta *cap. cum inter*, ibi, *ius ex sententia factum fuit*, &c. Actio iudicati compe- *l. miles 6. §. fin. de re iudic. l. si prætor 75. in fine, ff. de iudic. l. 1. C. de arbitr.* Exceptio rei iudicatæ resultat iuxta *totum tit. ff. de except. rei iudic* executio mandatur, *in l. à diuo Pio, ff. de re iud. & tot. tit. de except. rei iudic.* Et denique habet auctoritatem iuris, parémque illius facere censetur, probat sic intelligendus text. *in l. nam Imp. 38. ff. de legib.* aduertit Cabed. *Lusit. dec. 212. n. 5. p. 1.*

Definitur autem res iudicata per Doctores multi- 13
pliciter, Host. enim *in summ. huius tit.* quem sequitur Rip. *in l. 3. num. 6 ff. de re iudic.* definit vt sit veritas in dubium versa; declarata per sententiam definitinam non rettractandam, nec suspensam. Alij verò communiter eam definire solent, vt sit lis iudicata, quæ nullo remedio nec appellationis, nec supplicationis, reuocari potest, ita Ias. *in d. l. 1. n 8.* vbi gloss. & in effectu Alexand. *num. 1.* Felin. *in præsenti rubr. num. 1.* Sed meliùs res iudicata in vtraque consideratione sumpta propriè definitur cum Iureconsl. *in l. 1. ff. de re iudic.* vt sit res, quæ finem controuersiarum iudicis pronuntiatione accipit, nam cùm verbum *accipit* ad vtramque rem iudicatam accommodatur vt sentit text. *in l. aliud 71.* ibi, *& si quis non accepit, vt habeat, ff. illo tit.* meritò vtramque definiri à Iureconsl. dicendum est, licèt plures velint intelligere de re iudicata posteriori modo sumpta, contra quos apertè facit, quia Iurisconsulti *in d. tit. ff. de re iudic.* agunt de vtraque re iudicata, vt manifestè patet ex *rub. illius tit.* vnde ineptè procedere dicendum erat, si in illo text. omissa vna, altera definiretur, quia illo si aliqua relinquenda esset, non prior, sed posterior, vtpotè quia in illa solus effectus prioris consideratur. Facit secundò, quia definitio illa de vtraque prædicatur, sicut enim res iudicata posteriori modo sumpta finem accipit, ita etiam de priori idem dicendum est tam ex parte iudicantis, si sententia definitiua sit, quàm ex parte rei definitæ, seu decisæ suæ natura consideratæ, licèt per accidens eius effectus suspendatur, & illa aliquando reuocetur, sic cessat difficultas de text. *in l. 1. §. fin. ff. ad Turpil.* ibi, *extinguitur*, quod quidem verbum est intelligendum, ideò, suspenditur, iuxta materiam subiectam, de qua

agit, provt intelligit Abb. *in præsenti, n. 3. & in cap. fin. de sequest. possess. n. 6.* Couar. *pract. c. 23. n. 1.* secundùm quos licèt extinguatur quoad præsentem statum, propter text. *in auth. si quis litigantium, C. de Episcop. and.* iunctis resolutis per Alber. *num. 4.* & Rip. *à n. 7. & 10. in d. l. 1. ff. de re iudic.* respectu tamen futuri euentus suspenditur, per text. *in cap. venientes, de iureiur.* ibi, *appellatione suspensas.*

14 Illud demum aduertere oportet facta simpliciter mentione rei iudicatæ in aliqua dispositione, illam esse intelligendam in vtraque re iudicata, si materia ad vtramque æquè accommodatur, & mens disponentis non repugnauerit, patet si expendas vtramque non differri nisi in effectibus, qui communicantur, & ita in accidentibus, ac proinde cùm in substantia conueniant, ad vtramque dispositio trahenda est; si verò prædicta detur repugnantia, ita vt ad alteram tantummodo referenda sit, intelligi debet. In dubio verò de posteriori tanquam de potiori, & firmiori intelligenda est dispositio, ex reg. text. *in cap. penult. de sent. excom.* iuxta quæ claus. in rescriptis contenta, *vt rei iudicatæ prius pareatur*, sine, *dummodo, pareant indicatis*, & similes, de posteriori re iudicata intelligendæ sunt, iuxta reg. text. *in cap. causam quæ 19. de rescript.* iuncta *l. 1. C. de execut. rei iudic.* provt in specie aduertit Roman. quem refert, & sequitur Ias. *in l. 1. n. 8. ff. de re iudic.* Felin. *hic n. 5.* siquidem prædicta clausula absque præiudicio, vel saltem cum minori iniuria contra quem impetratur, intelligenda est, iuxta reg. text. *in cap. super eo, de offic. deleg. & in l. 1. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico*, quod quidem præiudicium resultare dicitur. Sic sanè si Princeps causam committat, non obstante re iudicata, si aliud non colligatur, dispositio intelligenda est tantùm de priori re iudicata, quæ per appellationem reuocari potest, ne aliter maximum similiter præiudicium resultet illi, pro quo sententia lata est, quæ in rem iudicatam transiuit, & insuper contra mentem Principis ne lites iam sopitæ per ipsam rem iudicatam posteriorem iterum suscitentur, contra iura illa, quæ iubent vt eisdem litibus finis imponatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra leges vel Canones non tenet, nec ab ea opus est appellare.*
2 *Sententia continens expressum iuris errorem est nulla ipso iure, quando error in tenore illius expressus ponitur pro fundamento eiusdem.*
3 *Sententia in dubio præsumitur iustè lata.*
4 *Sententia expressè lata contra consuetudinem, stylum, vel aliam non valet.*
5 *Declaratur text. in præsenti.*
6 *Arbitri sententia contra leges prolata non valet.*
7 *Sententia lata contra quascumque leges etiam sæculares non tenet, intellige si sint illius fori in quo sententia profertur, vt* n. 8.
9 *Sententia lata contra quascumque constitutiones non tenet.*
10 *Sententia lata contra legem loquentem tantummodo in simili casu, diuerso tamen ab illo, de quo agitur, tenet.*
11 *Sententia potest allegari nulla vsque ad 30. annos.*
12 *Sententia contra leges, canonésve prolata est nulla ipso iure.*
13 *Iudex proferens sententiam ipso iure nullam, potest illam reuocare.*
14 *Sententia ex defectu iurisdictionis nulla est.*

CAP. Sententia. I. *Gregor.*

SEntentia contra leges, canonésve prolata non valet, licèt non fuerit, appellatum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Dec. Felin. Panorm. Bald. Henric. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Cuiac. Vinian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 264.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 315.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* & nouissimè Ioan. de Valboa *in annuis Academ. prælect. Salmant. tom. 1.* desumitur ex B. Greg. *lib. 2. epist. 6. c. 25. registri*, refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 19. cap. 2.* 1

Collige ex text. sententiam continentem expressum iuris errorem esse nullam ipso iure, vt per Tiraq. *de iure mariti, gloss. 7. n. 59.* Nicell. *concord. 6. gl. vers. 23.* Rebuff. *in præm. ad leges Galliæ, gl. 5. n. 133.* Menoch. *cons. 110. n. 66.* Sfort. Odd. *cons. 20. n. 55.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 103. n. 21.* Giurb. *decis. 69. n. 23.* Nam tunc demum sententia contra ius non valet, quando error in tenore illius expressus ponitur pro fundamento eiusdem sententiæ, *l. 1. ff. quæ sententiæ sine appell. l. 2. quando prouocare non est necesse.* Intellige procedere, quando sententia in tali errore sumpto pro fundamento ita fundatur, vt ab eo totaliter dependeat, & in illo principalis causæ definitio consistat, non verò quando vltra prædictum errorem expressum in eadem sententia, exprimitur aliud fundamentum legitimum & secundùm ius procedens, ex quo eadem sententia in illo consistere possit, siquidem interueniente tali fundamento, & in illo fundata prædicta sententia mero iure valida est, non obstante alio iuris errore in tenore ipsius sententiæ expresso, vt per Abb. *hic n. 7.* Vant. *d. tit. ex defectu processus, num. 123.* Hippol. *sing. 617.* Tiraq. *cessante causa limit. 22. n. 2. & 6.* Requiritur enim quòd error sit taliter expressus, vt oculo corporeo legi possit, & non sufficit quòd ex mente comprehendatur, seu quòd sententia ex mente reducatur ad erroneum intellectum, iuxta doctrinam Innoc. *in cap. P. & G. de offic. deleg.* Alexand. *cons. 79. n. 6. lib. 2.* Natt. *cons. 524. n. 18.* vbi subdit quòd dicitur expressus error in sententia, quando iudex pronuntiando refert se ad aliquam partem actorum, ostendendo quid sequutus sit in ferenda sententia, & ibi nihil, vel contrarium reperitur. In dubio enim præsumitur 3 iustè lata Cald. Pereira *de empt. & vendit. c. 34. n. 40.* Ludouic. Rodolph. *voto vnic. n. 9.* Sigism. Scacc. *de appellat. q. 17. n. 65.* Paris. *cons. 111. colum. 2. lib. 1.* Anchar. *cons. 180 colum. 2.* Menoch. *cons 110. n. 6.* iudicis namque sententia talis in dubio esse intelligitur, qualis de iure esse debuit, Cepol. *cons. 64. n. 4 tom. 1.* Borgnin. Caualc. *decis. 37. n. 53. & decis. 27. n. 74. p. 2.* Surd. *decis. 69. num. 8. & decis. 93. n. 26.* Seraph. *decis. 984. n. 3.* quia verba iudicis debent intelligi secundùm mentem iuris, Cranet. *cons. 74. n. 9.* Alex. *cons. 46. colum. 1. lib. 5.* Menoch. *d. cons. 110. ex num. 31.* Card. Tusch. *practic. concl. tom. 7 lit. S. concl. 126. n. 8. 12. 13. & 14.* Et ideo sententia debet interpretari vt non contineat iniustitiam, quia mens iudicis non præsumitur velle facere iniustitiam & contra iuris dispositionem, Cranet. *cons. 45. n. 5. & cons. 186. ex n. 14.* Mathes. *sing. 20.*

Contra leges canonésve, &c.] Notatur ad hoc quòd 4 sententia expressè contra leges, vel constitutiones lata non est valida, vt per gloss. *verbo contra leges*, Innoc. *in princ.* Abb. Felin. Bellam. omnes *n. 1.* Imol. & alij *in præsenti*, Bart. & DD. communiter *in l. cum prolatis*

prolatis, ff. de iudic. Dec. *in cap. quoniam contra à 15. C. de probat.* Afflict. *decis.* 280. Lancelot. *lib. 3. instit. iuris Canon. sub hoc tit. §. si tamen*, Vant. *de nullit. tit ex defectu processus à num.* 118. Marant. *de ordine iudic. p. 6. tit. de sentent. à num.* 117. Turzan. *opin.* 156. Gabr. *commun. lib. 2. tit. de sent. concl.* 7. *n.* 5. Galganet. *de iure publico, lib. 2 tit.* 48. *n* 57. Perez *l. 4. tit. 4. lib. 2. Ordin. pag.* 240. *vers. non obstat etiam*, Farin. *in praxi criminal. p. 4. cons.* 85. *num.* 18. D. Barbos. *in l. cùm prætor*, §. 1. *num.* 285 *cum seqq. ff. de iudic.* Idem si lata esset contra consuetudinem, vel ordinationem, Rebuff. *d. gloss.* 5. *n.* 133. vel contra stylum, vt per Ludouic. Rodolph. *de brachio Regio*, *n.* 32. vel contra aliam, vide *l. 1. C. quando prouocare non est necesse*, Sigism. Scacc. *d. tract. q.* 11. *à num* 194. *& q.* 15 *num* 203. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 52. *num.* 2. Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 1. *q.* 37. *num.* 2 Cardos. *in praxi iudicum*, *verbo, sententia n.* 46 intellige quando prima fuit valida ex D. Barbos.

5 *in rubr. ff. solut. matrim. p.* 3. *num.* 57. Circa verò huius text. intellectum variant DD. nam *gloss.* 2. *in præsenti* dicit text. esse intelligendum in illis sententiis, quæ à non competenti iudice proferuntur; alij indistinctè putant nullam esse quamcunque sententiam prolatam contra legem, canonémve contrarium disponentem ab illo, quod per eandem sententiam iudicatum est, si eadem sententia per relationem ad acta proferatur. Ego verò prædictis ac etiam aliis reiectis intellectibus dicendum puto text. hunc tantummodo intelligi in sententia, quæ in tenore ipsius aliquem errorem iuris continet, licèt enim aliæ sententiæ, quæ præcedente defectu iurisdictionis, seu personæ, vel simili nullus momenti sit, nihilominus tamen hunc per text. vt nobis videtur, solùm illa nulla est ipso iure, quæ in tenore ipsius aliquem expressum iuris errorem continet; nam cùm text. iste in sua proprietate intelligendus sit iuxta reg. text. *in l. non aliter, ff. de leg.* 3. & sententia contra leges proprie & stricte solummodo illa dicatur, quæ circa modum pronuntiationis iuris repugnantiam in se continet, qualis est illa in cuius tenore aliquis iuris error expressus reperitur, meritò effectum est vt tantummodo in illa text. iste intelligatur: confirmatur ex verbis huius text. ibi, *prolata*, quod quidem verbum importat, & respicit ipsam iudicis pronuntiationem habito respectu ad illud, quod definitur, non verò ad aliud, quod præcedit in ipsa prolatione, provt in specie considerauit Iurecons. *in l. si expressim* 18. *ff. de appellationibus*, ibi, *expressim*, & ibi, *fuerit prolata*, quibus verbis denotat Iureconsl. necessariam esse expressionem in eadem sententia, & insuper quòd ipsa expressio in illa proferatur, hoc est, in tenore ipsius.

6 Amplia primò text. *in præsenti* sic explicatum procedere in quacunque sententia arbitri, hanc etiam contra leges prolatam non valere resoluunt gl. verb. *siue iniquæ, in l. diem proferre* 27 *de recept. arb.* gl. *verbo, sapiatur*, secundùm veram illius literam, *in cap. pastoralis* 14. *in princ. de rescript.* & in effectu gloss. *verbo commissæ in l* 3 *ff de recept arb.* Imol. *in c.* 1. *n.* 15. *de constit.* Felin. *hic n.* 6. Gabr. *commun. sub hoc tit. concl.* 4. *n.* 7. vbi extendunt ad arbitros compromissarios, non tamen ad arbitratores.

7 Amplia secundò procedere in quibuscunque legibus sæcularibus, vt in effectu sentit gloss. *verbo contra leges*, Felin. *num.* 2 & apertius Abb. *num.* 2. *in præsenti* per hunc text. eo quòd dictio, *vt* de qua *hic*, sicut & dictio, *&*, diuersa solet coniungere, iuxta doctrinam gloss. receptæ *in rub. ff. de iuris & facti ignor.* ac subinde cùm Pontifex adiiciat verbum, *Canones*, necessariò dicendum est verbum, *leges*, præcedens, de ciuilibus, & sæcularibus legibus intelligendum esse; accedit quòd Pontifex *hic* agit de mora prolata à iudice Ecclesiastico, qui deficientibus canonibus secundùm leges indicare tenetur, tradunt gloss. *verb. secundum quod canones in c. 1. de officio ordin.* Dec. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, n.* 42. *de constit.* ac proinde cùm leges sæculares dicant sententiam contra illos prolatam nullius esse momenti, vtique dicendum est Pontificem *in præsenti* mentionem fecisse de prædictis legibus ciuilibus, vt instrueret hos iudices Ecclesiasticos circa nullitates ex eisdem prouenientes.

Amplia tertiò procedere etiam in legibus particularibus illius fori, in quo sententia profertur, contra quas si sententia proferatur, nullius est momenti, vt per Abb. *n.* 16. & alios *in præsenti*, Bald. *in l.* 2. *n.* 2. *C. quando procurare non est necesse*, Gabr. *commun. sub hoc tit. concl.* 7. *n.* 5. 8

Amplia quartò procedere in quibuscunque constitutionibus Ecclesiasticis, quæ etiam Canones vocantur, *cap. Nicæna, in princ.* 31. *dist.* Gratian. *in sum.* 3. *dist.* Abb. *hic not.* 1. Imol. *in d. cap.* 1. *de constit. in princ.* vbi Dec. *in* 1. *lect. num.* 1. factis scilicet tam à Concilio generali, quàm à Romano Pont. Cassad. *decis.* 7. *num.* 5. *& decis.* 12. *n.* 3. *super reg. Cancel.* & *ibi* Gom. *in proœm. quæst.* 2. etiamsi sint Episcopales quando non continent iuris Canonici repugnantiam; siquidem & hæ quoad hunc effectum Canones iudicantur, itavt contra illas prolata sententia nullius sit momenti. Abb. *in præsenti not.* 1. Dec. *in d. cap.* 1. *num.* 9

in 1. *lect.* licet contradicat Bald. *in cap. cùm venissent, de eo, qui mittitur in possess.* Vel dicta sanctorum Patrum, quæ quidem sub verbo, *Canones*, de quo *in hoc text.* contineri dicendum videtur, dummodo referatur, *in cap. fin.* 15. *dist. & in cap. de libellis* 20. *dist* eo quòd si concors sit illorum sententia, & lex Canonica deficiat, vim faciunt & auctoritatem legis Canon. censentur habere non solùm quoad Fidei dogmata, sed etiam quoad mores, de quibus secundùm illa inter Ecclasiasticos, & per iudices Ecclesiasticos iudicatur, vt probat text. *in d. cap. de libellis*, & ita in specie tradunt gloss. *verbo in istis in cap. noli meis, dist.* 9. recepta ex Felin. *à num.* 3. vbi Dec. *à num.* 4. *in cap. ne innitaris, de constit.* Cano *de locis Theolog. lib.* 7 *c.* 3. Albertin. *de agnoscendis q.* 15 *à n.* 7. *& q.* 40. *à n* 47. *& 55. & q.* 21. *à n.* 8. Couar. *lib.* 4. *var. c.* 16 *à n.* 1. Viuald. *in candel. aureo p.* 1. *in initio n.* 4. quicquid aliter intendat Castr. *aduersùs hæreses, lib.* 1. *cap.* 7. *& lib.* 2. *de lege pœnali, c.* 9 *vers.* 2.

Limita non procedere quando sententia profertur 10
contra legem loquentem tantummodo in simili casu, diuerso tamen ab illo, de quo agitur, vt per Felin. *hic n.* 15. *vers. limita* 9. Bald. *in l.* 2. *n.* 7. *C. quando prouocare non est necesse*, Gabr. *commun. sub hoc tit. concl.* 7. *n.* 21. Vel quando leges non claros & manifestos, sed varios, & obscuros habuerint intellectus, de quibus probabiliter dubitari possit, tunc enim sententia mero iure valet, licèt prolata sit iuxta aliquem intellectum non verum, & minus probabilem, vt per Bart. *n.* 1. *in fine*, Albert. *in princ.* Ialon. *n.* 12. Alex. *à n.* 8. & alij *in l. cum prolatis, ff. hoc tit.* Bald. *d. l.* 2. *n.* 6. Abb. *n.* 9. & Felin. *n.* 15. *in præsenti*, Anton. Gabr. *sub hoc tit. concl.* 7. *n.* 19.

Non potest tamen subsistere ipso iure.] Dummodo vs- 11
que ad 30. annos nulla allegetur, quia facultas agendi de nullitate sententiæ non durat nisi vsque ad illud tempus, gl. *in c. vnde quæritur* 35. 7. 9. Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 36. *gloss.* 2. *num.* 38. Perez *tit.* 15. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 738. Pinel. *in l.* 1. *C. de bon. mater. p.* 3. *num.* 50. *& in auth. nisi*, *num.* 21. *eod. tit.* Vinian. & Bellacomb. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 15. *num.* 131. *cum seqq.*

Rebuff.

Rebuff. *in tract. de appell. art.* 1 *gloss.* 2. *n* 29. *vers. quarto*, Vant. *de nullit. tit. quoties, & intra quod tempus, sub n* 8. *vers. si verò nullitas*, Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *act* 1. *princ. in verbo, & demum fertur sententia, n.* 113. Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 19. *rem.* 1. *concl.* 7. *n.* 1. vbi *n.* 2 limitat, vt non procedat in causis in quibus vertitur animæ periculum, quia ex eis perpetuò agi, dicique potest de nullitate, & *n.* 3. limitat etiam in nullitate notoria, quia illa perpetuò reddit actum nullum ipso iure, tum quia de nullitate ex defectu iurisdictionis, seu mandati potest agi vsque ad mille annos, & *n.* 4. pariter limitat in nullitate per modum excipiendi, quia de ea potest perpetuò opponi per viam exceptionis.

12 *Ipso iure.*] Ergo ad annullandam sententiam contra leges, Canonesve prolatam hominis ministerium non requiritur, & absque illo nullum habet effectum, ex eo quòd talis sententia ipso iure est nulla, vt per Bart. & DD. communiter *in d. l. prolatis*, Dec. *à num* 35. *in cap. quoniam contra, de probat.* Lancel. *lib.* 3. *Instit. iuris Canon. sub hoc tit.* §. 51. nam cùm hominis ministerium non requiratur vbi lex executor est ipsius nullitatis, quam inducit, & data nullitate ipso iure incursa dicatur lex esse executor illius, vt tradunt omnes *in cap. cùm secundum, de hæret. lib.* 6. vtique necessariò dicendum est annullandam sententiam contra leges Canonesve prolatam, de qua agit, hominis ministerium non desiderari, cùm talis sententia ipso iure nulla sit, vt patet ex hoc text. in ver-
13 bis proximè relatis. Illud tamen aduertendum est iudicem proferentem sententiam prædictam, sicut & aliam ipso iure nullam, posse illam reuocare, quod quidem in iudice ordinario citra controuersiam procedit propter text. expressum *in l.* 1. *in fine, C. de sent. & interloq. & in l. præses,* 6 *C. quomodo, & quando iudex.* In delegato verò communis est sententia non posse iterum proferre sententiam, tradunt *gloss.* 1 *in fine, in l. iudex posteaquam ff. hoc tit. gloss. vlt in l. si vt proponis,* 4. *C. quomodo, & quando iudex*, Abb. *in præsenti, n.* 25. & Bellam. 7. dicit communem Dec. *in cap. in literis, n.* 5. *de officio deleg.* Rip. *in l. quod iussit, n.* 63 *ff. hoc tit.* Capell. Tholos. & *ibi* addit. *decis.* 114. Menoch. *de arbit. q.* 67. *à n.* 2. Mayner. *in l. nemo potest, à n.* 13. *ff. de regulis iuris*, Vant. *de nullit. tit. coram quo à n.* 14. Cald. Pereira *in l. & curatorum, verbo implorandum, à num.* 21. quicquid dicat Bald. *hic à n.* 4. nisi eius opinionem intelligamus de delegato inferioris, qui non ad vniuersitatem causarum, sed simpliciter ad aliquam causam ab inferiore delegatur.

14 In gloss. *Contra leges*, ibi, *vbi est defectus in iurisdictione*, &c. Notatur ad hoc quòd sententia ex defectu iurisdictionis nulla est, vt ex pluribus DD. multipliciter declarauit parens meus *in comment. ad ordinat. Regiam Lusitanorum, lib.* 3. *titul.* 75. *in princip. num.* 9. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Lites debent celeriter terminari*, & n. 2.
3 *Iudices quoad possunt debent lites sopire.*
4 *Litibus inquietatur iudex, læditur Respub. vexantur partes expensis.*
5 *Declaratur text. in præsenti.*

CAP. Iurgantium. II.

1 LItes debent celeriter sententia terminari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Imol. Ioan. Andr. Anan. Host. Anchar. Butr. Bellam. Bald. Panorm. Dec. Felin. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 265. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 315. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. nouissimè Ioan. de Valboa *vbi sup.* desumitur ex D. Gregor. *lib.* 2. *ad Ioannem Episcopum Rauennaten. c.* 28. *eiusdem registri*, refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 19. *c.* 3.

Dicit hic text. lites celeriter debere terminari, vt 2
per Anton. Monach. *Lucens. decis.* 25. *n.* 94. & ideo iu- 3
dices quoad possunt, debent lites sopire, Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo, iudex, n.* 24. Cardos. *in praxi iudicum, verbo, iudex, n.* 32. & 33. Ant. Monach. *Bonomen decis.* 10. *n.* 33. faciunt dicta *ad cap. finem litibus, sup. de dolo. & contum.* & multa quæ parens meus *in comment. ad Ordin. Reg. Lusitan. lib.* 3. *tit.* 20. § 1. liti-
bus enim inquietatur iudex, læditur Resp. vexantur 4
partes expensis, Sigism. Scacc. *de appellat.* 15. *sub n.* 188. *vers. ratio.*

Sed obstat *l. properandum, in princ. C. de iud.* vbi text. 1
dicit à litis contestatione vsque ad diffinitiuam sententiam per spatium triennij processum iudicij durare posse. Deinde obstat *l.* 2. *C. de sentent. ex bren. recit.* vbi text. apertè prohibet repentinas, & cum celeritate prolatas sententias. Vnde nonnulli DD. quos refert Couar. *in cap quamvis, p.* 2. § 1. *n.* 4. existimant faciendam esse differentiam inter ius Ciuile, & Canonicum, itavt text. *in præsenti* cum similibus procedant attento iure Canonico, alia verò iura in contrarium adducta procedant de iure Ciuili. Alij autem putant text. *in præsenti* non solùm agere de ipsa sententia, sed etiam de tota instantia, & processu iudiciali, itavt sicut illa, iste item celeris sit, & sicut in vna, ita in alio celeriter procedatur. Ego verò ex mente Aret. *in l.* 1. §. 1. *n.* 12. *ff. de verbor. obligat.* & Felin. *hic n.* 6. meliùs dicendum pro text. *in præsenti* solùm agere de prolatione ipsius sententiæ postquam in causa conclusum est: pro quo intellectu facinnt verba huius text. ibi, *celeri sententia*, quibus verbis text. manifestè innuit celeritatem de qua *hic*, tantummodo esse necessariam in sententia, per quam idem text. iubet litigantium controuersias terminare, eo quòd text. apertè in illis verbis coniungit celeritatem cum ipsa sententia patet ibi, *celeri sententia*: vnde cùm non sit recedendum in dubio à verborum proprietate, iuxta reg. text. *d. l. non aliter, ff. de leg.* 3. necessariò videtur dicendum text. *in præsenti* tantummodo agere de prolatione ipsius sententiæ à iudice facienda postquam in causa conclusum est.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos sine iusta causa non est deponendus.*
2 *Clericus interueniente iusta causa ex magno seu graui crimine resultante potest deponi.*
3 *Text. iste an intelligatur in depositione verbali ostenditur.*
4 *Depositio sive verbalis degradatio quibus casibus fieri debeat, remissiuè.*

CAP. Non potest. III.

SEntentia Episcoporum debet esse concors, & ex 1
iusta causa ad Sacerdotem deponendum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Anchar. Butr. Henric. Boich, Bald. Panormit. Felin. Guid. Papæ, Dec. Alex. de Neuo, Cuiac. Viuian. *in ra-*
tion.

tionali secundi libri iuris Pontif. pag. 265. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 315. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. & nouissimè de Valboa *vbi sup.* desumitur ex D.Greg. *lib.*2.*cap.*47. *epist.*8. *registri*, & refertur ab Anton. August. *collect.*1. *Decret.lib.*2.*tit.*19. *cap.*4.

2 Dicit hic text. Sacerdotem sine iusta causa non esse deponendum: vnde interueniente iusta causa ex magno, seu graui crimine resultante posse clericum deponi, vltra text. *in præsenti*, probant etiam *cap. inuentum* 16.*q.*7. *cap. tua* 6.*de pœnis*, *cap. nouimus* 27.§. *fin. de verbor. signif. cap. at si clerici*, *in princ.& cap. cùm non ab homine*, *de iudic.* resoluunt Abb.*num.*1. Felin. *num.*5.*in præsenti*, gloss. *in summ.* 15 *q.*8.& alia *verbo & damnatione in cap.*1.81. *dist.* gloss. *verbo supplicauit*, *in cap. fin.*1. *q.*5. *gloss. vltim. in cap.*1. *de capell. monach. lib.*6. *& verbo grauissima*, *in cap. ad Apostolicæ*, *hoc tit. eod. lib.* Albertin. *in cap.*1. *q.*11. *de hæret. lib.* 6. *& de agnoscendis*, *q.*25. *num.*43. Duen. *reg.*101.Clar.§. *fin.*

3 *q.*74.*num.*2 Cabed.*decis.*83.*num.*4 *p.*2. Intellige text. in depositione verbali, nam cùm agat de imponenda depositione propter istas causas, quæ ex criminalibus resultare possunt non facta declaratione, quænam causæ sufficientes sint, propterea{que} arbitrio iudicantis relinquantur, iuxta text. *in l. aut facta* 16. *ff. de pœnis*, Albertin.*d.q.*11.Clar.*d.q.*74.*n.*2. Menoch. *de arbitr. casu* 415. *num.* 9. vtique necessariò videtur dicendum de verbali depositione intelligendum esse, in qua prædictum arbitrium attento iure cadere potest circa crimen pro quo talis depositio est facienda. Confirmatur eadem explicatio, quia text. iste agens de numero plurium Sacerdotum iudicantium tribuitur S. Gregorio, qui floruit ab anno 591. quo tempore numerus plurium Sacerdotum iudicantium iam requirebatur, provt constituerat circa annum 506. Concil. Agathense I.de quo *in cap. si quis tumidus* 15 *q.*7. quod quidem Concil. non solùm de depositione verbali in ordine ad actualem, sed etiam in illa, quæ terminum pœnæ constituit, loquutum fuit, patet ibi, *vel aliquam causam*, &c. idem etiam antea constituerat Concil. Carthaginense III. de quo *in cap. si autem*, *ead. caus. & quæst.* ibi, *ipsorum causas*, &c. Vnde dicendum est S. Gregorium huius Decretalis Auctorem, qui post multum tempus floruit, de eadem depositione etiam tractasse. Deinde confirmatur eadem explicatio ex *verbo*, *submouere*, de quo *hic*, iunctis verbis, ibi, *à sacerdotali gradu*, quæ verba verificantur non solùm in depositione in ordine ad actualem degradationem, per quam quis non solùm ab Ordinibus, sed etiam ab omni priuilegio clericali deponitur, vt Curiæ tradatur sæculari, verum etiam verificantur in depositione verbali, per quam quis ab officio perpetuò remouetur, constito termino pœnæ in eadem condemnatione, idque etiam patet ex verbo, *sententia* de quo *in hoc text.*

4 quod quidem magis propriè dicitur de verbali depositione provt terminum pœnæ constituit, quibus autem casibus depositio, siue verbalis degradatio fieri debeat, ostendit Bonac. *de cens. disp.*4. *punct.vnic.n.*6. & refero ego ipse *de offic.& potest. Episc. p.*3. *alleg.*1.

SVMMARIVM.

1 *Sententiam à Papa confirmari iustè quis petit si iustè & rationabiliter fuit lata*, & n.2.

3 *Text. in præsenti intelligitur tantùm in confirmatione iustitiæ, quæ mediante appellatione vel supplicatione à parte postulatur.*

4 *Confirmatio superioris confirmat omnia, & supplet omnem defectum ab ipso purgabilem.*

CAP. Ea quæ. IV.

Leo.

SEntentia iustè, & rationabiliter lata iustè petitur 1 à Papa confirmari. Colligunt ex Ordinar. Abb. aliq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Guid. Papæ, Felin. Dec. Alex. de Neuo, Vit. *in ration. secundi libri iuris Pontif pag.*266. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*316.remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. desumitur ex D. Leone I. *epist.*85.*in cipien. Cùm in ordinationibus*, & refertur ab Anton. August. *collect.*1. *Decret. lib.*2. *tit.*19.*c.*6.

Collige ex text. sententiam ab inferiori prolatam 2 confirmandam esse per Romanum Pont. idem probant text. *in cap. omnibus modis*, *cap. sicut ergo* 35. *q.*9. *& in cap.* 3. *de confirmat. vtili*, resoluunt gloss. *verbo roborentur*, Abb.*num.*4 Imol.& Bellam.*num.*1. Felin. & alij *in præsenti*, Bart. communiter receptus *in l. si expressim*, *n.*17 *ff. de appellat* congerit multa Tiraq. *in tract. le mort*, *p.*6.*declar* 2.*n.*8. Aliqui Doctores, provt sunt Barth.*d.n.*17. Alexand. *in l. de pupillo*, §. *qui opus*, *n.*3. *ff. de noui oper. nunt.* Ias. *in l.*2.*C. de edicto D. Andr. tol.n.*2. Dec. *in cap. num.*8. *de confirm. vtili*, intelligunt hunc text. in sententia iusta, & valida, postquam transiuit in rem iudicatam, itavt ille, qui eam obtinuit, possit petere ipsius confirmationem à Pontifice. Verùm hic intellectus ad literam text. nullo modo accommodari potest, quia secundùm illum otiosè Pontifex *hic* statuisset posse peti confirmationem à Sede Apost. ex gratia, quam ipsa sine lege dare potest, & cum lege non teneatur: tum quia text. hic videtur imponere præceptum per illa verba imperatiua roboretur.

Quare dicendum est text. *in præsenti* tantùm intel- 3 ligi in confirmatione iustitiæ, quæ mediante appellatione, vel supplicatione à parte postulatur: nam cùm data appellatione, vel supplicatione secundùm iuris ordinem Pontifex quatenus iudex est teneatur sententiam à qua appellatur confirmare, vel infirmare, & hæc confirmatio, vel infirmatio non aliter quàm exigente iustitia per suam sententiam facienda sit, meritò effectum est vt confirmatio de qua text. agit, sit confirmatio iustitiæ, & in illa debeat intelligi, qui quidem intellectus etiam confirmatur ex verbis huius text. ibi, *nostra quoque sententia*, quibus verbis text. apertè supponit in verbo *quoque*, aliam esse sententiam, circa quam partes habent controuersiam, & in verbo, *sententiam*, apertè denotat per modum *ordinarium* confirmationem esse faciendam si præcedat rationabilitas, qui quidem modus ordinarius dicitur iustitiæ, sicut dicitur gratiæ, quando modus extraordinarius est. Confirmatur etiam ex aliis verbis huius text. ibi, *iustè & rationaliter fuerit definita*, in quibus Pont. videtur profiteri quòd licèt supremam habeat potestatem, qua possit aliquando contra iuris regulas iudicando dispensare, vt colligitur ex text. *in cap. in causis*, *infrà hoc tit.* regulariter tamen si validè & iustè definitum sit ab inferiore, non potest ille talem definitionem reuocare, sed necessariò confirmare debet, provt etiam colligitur ex verbo, *roborentur*, quod quidem (vt suprà dictum est) præceptum imponere censetur, & ita obligationem inducere videtur, ac subinde de confirmatione iustitiæ necessariò text. est intelligendus.

Nostra quoque sententia roborentur.] Et ita confirma- 4

tio

tio superioris confirmat omnia, & supplet omnem defectum ab ipso purgabilem, vt per Hippol. *sing.* 79. & 196. *& in l. si quis ne quæstio, n.* 95. *& seq. & in l. vnius, § cogituram, n.* 49 *ff. de quæst.*

SVMMARIVM.

1 *Executor merus alicuius sententiæ non cognoscit de exceptionibus, quæ contra illam opponuntur, sed ad superiorem, qui iudicauit, transmittit, & n.* 2.
3 *Declaratur text. in l. si non cognitio, Cod. si contrarius.*
4 *Declaratur text. in c. pastoralis, §. quia verò, de offic. deleg. & in c.* 2. *de crim. falsi.*
5 *Executor merus cognoscere non potest de iustitia, vel iniustitia causæ, quia hoc non spectat ad eius officium, nisi solùm exequi.*
6 *Sententias executioni mandari interest Reipubl.*
7 *Executor abstinere potest ab executione quando sententia est notoriè nulla.*

CAP. De cætero. V.

Alex. III.

EXecutor merus alicuius sententiæ non cognoscit de exceptionibus quæ contra illam opponuntur, admittere tamen potest executionem fraudis, seu nullitatis, non ad effectum vt super ea pronuntiet, sed vt negotium ad superiorem, qui iudicauit, transmittat, si illam probabilem repererit. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Guid. Papæ, Panorm. Henric. Host. Felin. Dec. Anchar. Alex. de Neuo, Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 166. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 316. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. & nonissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 19. *c.* 7. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 49. *c.* 12.

2 Probat hic text. executorem alicuius sententiæ prolatæ non posse cognoscere de exceptionibus, quæ contra sententiam opponuntur, idem probat text. *in l. si prætor* 75 *in princ. & in §. Marcellus, ff. de iud.* text. opt. *in l. si vt proponis* 6. *C. de executione rei iudicatæ, & in cap. pastoralis §. quia verò, de officio delegati*, tradunt gloss. Innoc. *in princ.* Abb. *n.* 2. Felin. *n.* 4. Imol. & Bellam. vterque *n.* 1. & alij *in præsenti*, Bart. & omnes *in l. à diuo Pio, in princ. ff. hoc tit. & in l. si non cognitio, C. si contra ius.* Vant. *de nullitatibus tit. coram quo, n.* 22. Menoch. *de arbitrar. q.* 38. Roland. *cons.* 37. *n.* 15. *lib.* 1. Gom. *decis.* 207. *à n.* 6. Albert. *de cognoscendis q.* 22 *à n.* 8. Intellige in mero iuris executore, cui in auxilium iurisdictionis integra, & adhuc non discussa sententiæ executio committitur, nam cùm text. agat de executore, qui propter discussionem causæ principalis tantummodo cognoscere potest de exceptionibus sententiam infringentibus ad effectum vt remittat, non verò vt definiat, & id solùm sit merus iuris executor, cui in auxilium iurisdictionis integra, & adhuc non discussa sententiæ executio committitur, vtique necessariò text. iste intelligendus est in mero executore iuris, cui in auxilium iurisdictionis prædictæ executio sententiæ commissa est. Confirmatur etiam hic intellectus ex verbis huius text. ibi, *à nobis latam*, ex quibus aperte constat sententiam de cuius executione tractatur, esse prolatam à Romano Pontifice, cui quidem ad illam exequendam non deficit iurisdictio, ex reg. text. *in c. cuncta per mundum* 9. *q.* 3. ac proinde necessariò dicendum est executorem, de quo *in hoc text.* non in defectum, sed in auxilium iurisdictionis, & ita ad faciliorem expeditionem fuisse constitutum. Confirmatur deinde ex aliis verbis eiusdem text. ibi, *sententiam præcipimus per aliquem executioni mandari*, quibus verbis constat fuisse delegatam sententiæ executionem integram, & adhuc non ventilatam.

Non obstat text. *in d. l. & si non cognitio*, relata à Gratian. *in cap dicenti vers. et si non cognitio* 25. *q.* 2. quia procedit quando fraus contingit circa merita & iustitiam causæ principalis, & ita circa exceptionem peremptoriam aduersario competentem, tunc enim de toto negotio cognoscit executor delegatus, & in eo verificantur verba huius text. personaliter prolata, ibi, *de toto negotio cognoscatur.* 3

Nec etiam obstat *cap. pastoralis, §. quia verò, de offic. deleg.* quia procedit in mero iuris executore in auxilium iurisdictionis dato. Nec etiam obstat *c.* 2. *de crimine falsi*, quia agit pariter de mero iuris executore, cui in auxilium iurisdictionis committitur plena alicuius sententiæ executio, patet ex illo text. ibi, *sententiam*, iunctis aliis verbis, ibi, *sub nomine nostro*, quibus constat sententiam fuisse prolatam à Romano Pontif. qui quidem executor non fuit laudatus ab eodem Pontif. in eo quòd admisit exceptiones falsarum literarum, sed solùm in eo quòd talem sententiam executioni non mandauit, & sic supersedit in eadem executione, vt colligitur ex alio verbo illius text. ibi, *non obserues*, quod quidem facere tenebatur, ac proinde in aliis supponendi sunt termini habiles, hoc est quod idem executor exceptiones falsitatis oppositas remisit ad Pontific. delegantem, per quam remissionem Pontifex notitiam habuit fortasse de facto executoris, propter quod illum laudauit. 4

Non est facultas executori, &c.] Notatur ad hoc quòd merus executor cognoscere non potest de iustitia, vel iniustitia causæ, quia hoc non spectat ad eius officium, nisi solùm exequi, vt per Marant. *disp. incipien. plerumque n.* 12. Hippol. *sing.* 399. Quintil. Mandos. *in tract. de monitoriis, q.* 60. *a num.* 16. Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordinarij in exemptos, p.* 2. *q.* 44. & ideo non debet admittere aliquam exceptionem, Abb. *hic num.* 1. *& 3. vers. & certè*, Felin. *num.* 4. *vers. secunda conclusio, & in cap. pastoralis, §. quia verò, sub n.* 17. *vers. exequutor merus, de potest. iud. deleg.* Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit.* 10. *num.* 37. vbi numeris seqq. multa tradit ad hanc materiam conducentia, non enim habet iurisdictionem, nec cognitionem, Ioan. Garc. *reg.* 178. *num.* 3. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 38. *num.* 20. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 20. *sub n.* 47. Amat. Roderic. *in pract. de execut. cap.* 2. *n.* 39. Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p* 4. *c.* 3. *num.* 11. Oportet enim, & interest Reipubl. sententias executioni mandari, *l. seruo* 65. *§ cùm prætor, ff. ad Trebel.* Rebuff. *ad leges Galliæ, tit. de sentent. execut. in præfat. num.* 20. & parum prodest sententia, nisi executioni mandetur, *ex gloss. in rubr. ff. de except. rei iudicatæ*, Bapt. Azin. *in praxi Florent. §.* 31. *c.* 2. *n.* 1. Marant. *de ordine iudic. p* 6. *act.* 2. *n.* 1. Azeued. *ad tit.* 21. *in princ. lib.* 4. *nouæ recop.* Bobadil. *in sua politica, lib.* 1. *c.* 13. *n.* 31. Bernard. Græuæ. *ad practic. Camera Imperial. lib.* 1. *concl.* 113. *in princ.* 5

Sed deferri quæstiones, &c.] Ergo executor abstinere potest ab executione quando sententia est notorie nulla, vt per Nauar. *in d. cap. cùm contingat, de rescript. remed.* 4. Scacc. *d. limit.* 10 *numer.* 38. Surd. *cons.* 405. *num.* 26. *vers. quintò respondetur*, Stephan. Gratian. *discept.* 6 7

*discept.forens.cap.*147.*n.*10. *cum seqq.* aduertentes verbum, *oportere*, de quo *in hoc text.* non inducere necessitatem, quia Papa non cupit sua mandata executioni mandari, quando subest iusta causa ab eis supplicandi, Nau.*cons.*20.*n.*2.*de rescript.* tum quia magis oportet obedire Deo, quam homini iniquum præcipienti, vt post Ioan.Andr. & Felin. confirmauit Dec. *in d.cap.si quando, de rescript.* Nauar. *d.n.*2.*in fin.* Si tamen sententia stante iniqua iudex exequi illam velit, conuocatis amicis illi resisti posse tradit Menoch. *cons.*28.*n.*12.

SVMMARIVM.

1 *Reo damnato ad traditionem possessionis non sufficit tradere pignus pro ipsa possessione.*
2 *Condemnatus ad soluendum non intelligitur soluere dando pignora, vel fideiussores.*
3 *Promittens soluere aliquam pecuniarum summam tenetur soluere in pecunia numerata.*
4 *Declaratur text. in præsenti,* & n.7.
5 *Amplia textum procedere etiamsi victor, cui possessio adiudicatur, acceptet huiusmodi pignora, quæ ad cautionem, & securitatem præstantur, adhuc enim nisi aliàs facta sit nouatio, huiusmodi pignorum datio non sufficit, vt satisfiat sententiæ possessionem adiudicanti.*
6 *Pignora, vel fideiussores dans non satisfacit qui per sententiam soluere tenetur.*

CAP. Cùm aliquibus. VI.

1 POssessionem qui ex lata sententia dare debet, non sufficit dare pignus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq.Collect.Zabar.Bellam. Ioan.Andr. Imol.Anan. Host.Butr.Bald.Panorm.Felin. Dec.Guid.Papæ,Alex. de Neuo,Cujac. Vin.*in ration.secundi libri iuris Pontif. pag.* 266. Alagona *in compend.iur. Canon. pag.*216. remissiuè Ximen. *in concord. p.*2. nouissimè Valboa *vbi supr.* refertur ab Ant.Augustin. *collect.* 1 *Decret. lib.* 2. *tit.*19.*c.*8. & est post Concil.Lateran.sub Alex. III. *p.*36. *c.*2.

2 Notatur hic text. ad hoc quòd condemnatus ad soluendum non intelligitur soluere dando pignora, & fideiussores, de quo vide Specul. *in tit. de pignor.* Tiraquel. *de retract. tit.*1 §.3.*gloss.*3. *n.*15. Neguzant. 3 *de pign. part.* 5. *membr* 5. *num.* 4. Promittens enim soluere aliquam pecuniarum summam, tenetur soluere in pecunia numerata, *l.solutam*, cum *ibi* notatis, *in princ. ff. de solution.* Bertazol. *de clausulis instrum. clausf* 41.*gloss.*5.*num.*1. Intelligitur hic text. per Host. 4 Butr. Abb.& reliquos, vt procedat in pignore prætorio,de quo *in tit. C. de prætorio pignore, & in l.missio ff.pro emptore*, explicant Cujac. *lib.*5. *obseruat. cap* 30. *& lib.*9. *cap.*37. Mainus *lib.* 2. *actionum*, *cap.* 14. vel forsan, vt cùm aliquis à iudice causa custodiæ, vel rei seruandæ in possessionem mittitur, iuxta *tit. de eo, qui mittitur, & cap. quoniam,* §.*in aliis*, *vt lite non contest.* ita quod non sufficiat in his terminis dari pignora, sed oporteat corporalem possessionem tradi: qui quidem intellectus licèt in se verus sit, vt patet ex *l.non est, ff.de pignor.action.* non satisfacit huic text. tum quia restringit literam illius, & titulum sub quo collocatur, tum etiam quia verba illa, *adiudicata possessione*, propriè & simpliciter important possessionem absolutè, & in totum adiudicatam, id est, applicatam alicui per sententiam tanquam ipsius propriam iuxta *cap. Abbate*, *in princ.* ibi, *adiudicare*, *hoc tit. lib.*6. Vnde verius est text. iuxta verba, & titulum generaliter procedere vbicunque alicui per sententiam possessio adiudicatur, vt secundo loco intelligunt omnes *hic*, Tiraq. *de retractu lign.*§.1.*gloss.*3. *num.*15. Menoch. *remed* 15. *recup. n.*644. iuxta quem intellectum consonat text. *in l. qui restituere* 68. *in princ. ff. de rei vendic.* Et ratio est, quia is, qui per sententiam tenetur adiudicatam aliis possessionem tradere, vel restituere dando pignora, nec satisfacit verbis sententiæ, quæ propriè & præcisè intelligi debent,ex Bart.*in l. Iulianus,num.* 4. *ff.de condict. indeb.* recepto communiter ex Menoch. *de arbitr. quæst.*69. *num.*15. nec item satisfacit intentioni iudicis possessionem adiudicantis, qui litis controuersiam terminare intendit,*cap.*2.*sup.hoc tit l.*1 *ff.eodem*, non autem vt ex priori lite iam decisa lis alia super pignoribus suscitetur, *l.terminata,in fin.C.de fructibus, l.*4. §.1. *ff. hoc tit.* & denique non satisfacit victori, cui inuito pro possessione pignus, & ita aliud pro alio præstare nequit, ex *reg. l.*2. §.1.*in fin.ff. si certum pet. princip. Instit. quibus modis tollitur.* Sic sanè iuxta hunc intellectum ex mente omnium verba illa, *adiudicata possessio*, possunt intelligi, vel pro re ipsa,& proprietate, iuxta *l.interdum* 78. *ff de verb. signif. cap. possessiones,de rebus Ecclesiæ*, vel etiam pro vsu, & possessione rei, iuxta *tit. de acquirenda possess.* vt notant Tiraquel. & Menoch. *citatis locis.*

Amplia text. procedere etiamsi victor, cui possessio adiudicatur, acceptet huiusmodi pignora, quæ 5 ad cautionem, & securitatem præstantur, adhuc enim nisi aliàs facta sit nouatio, huiusmodi pignorum datio non sufficit vt satisfiat sententiæ possessionem adiudicanti,ac subinde nisi aliud obstet,de illius executione agi potest,*d.l.*4. §. *si ex conuentione, versic. sed etsi*, vbi omnes notant. Amplia rursus etiamsi condemnatus det pignora pro æstimatione rei adiudicatæ,vt ex illis satisfiat victori tam de valore,quàm de eo, quod interest, imò etiamsi pignora multò maioris valoris dentur pro re ipsa, vel possessione adiudicata,quia adhuc id non sufficit nisi victor consentiat nec liberatur victus à traditione, quippe cùm non satisfiat sententiæ, nec victori, cui inuito aliud quantumcunque in se vtilius præstari non potest, ex reg.*d.l.*2.§.1.iuncta *l.vlt ff.de vsu & habit.* & resolutis post alios per Sarmien. *select. lib* 1.*cap.*8.*n.*22. Caiet. 2.2.*q.*88.*art.*12 *in princ.* Nec huic ampl. obstat quod obligatio dandi rem est obligatio faciendi, *l. si rem* 28.*ff.de verb. oblig.* in qua secundùm communem nemo præcisè compellitur, sed liberatur præstando id quod interest, *l.si quis* 13. §.*vlt.ff. hoc tit.* nam omissis aliis communis illa, à qua nouiores non immeritò recedunt, limitatur communiter, vt non procedat in obligatione faciendi,quæ procedit ex sententia iudicis, vt *hic*, vel ex mandato superioris, qui potest, sicut & ad faciendum,præcisè cogere, probat *d.l.qui restituere*,communis ex Anton. Gom.*de contract.c.*10. *n.*22. *vers. quintus.* Nec item obstat quod *in tit. C. si in causa iudicati*, accipiuntur, & sufficiunt pignora,vt ex illorum æstimatione satisfiat victori, quia resp. dictum tit.& iura similia procedere vbi executio non in re certa,sed in quantitate facienda est, veluti cùm reus quantitatis debitor ad eandem persoluendam condemnatur, vel etiam vbi rem certam per actionem realem,vel personalem tradere,vel dare condemnatus est, & nihilominus quia res illa non existit, in eius defectum executio facienda est in æstimatione,iuxta *d.l.qui restituere*,his enim casibus pignora in causam iudicati capiuntur,& sufficiunt vt ex illis distractis per solutionem satisfiat victori, at verò text. *in præsenti*, procedit vbi certa res, vel possessio adiu-

dicatur tradenda, seu restituenda, & ea existat, itaque corporali eiusdem possessione victor lætari potest, vt text. habet.

6 *Non sufficit dari pignora.*] Sic similiter is, qui per sententiam soluere tenetur, non satisfacit dans pignora, vel fideiussores, *l.4.§.1.*vbi omnes, *ff hoc tit. l. promissor 21.§. vlt. ff. de constit. pecun.* Bald. *in præsenti*, communis, vt per Dec. & Cagnol. *n.3. in l. nemo dubitat, ff. de regulis iuris*, Neguzant. *de pignorib p.5. membr. 1 n.4.* Tiraquell. *de retractu tit. 1.§.3. gloss. 3 à num 14.* Rot. Bononien. *dec. 77. n.3.* Intellige vbi quis condemnatus est, vel tenetur soluere quantitatem liquidam, alioquin si talis non sit, sat erit pignorum, vel fideiussorum cautionem præstare, iuxta *l statuliber, l. si seruus 34. in fin. ff. de statu liber.* obseruant Angel. Ias. Rip. & communis *d.l.4.§.1.* multi vt per Tiraquel. *d. tit. 1.§.1. gloss. 19. num. 2.* Rot. Bononien. *vbi supra num. 2.*

7 *Corporali possessione.*] De corporali possessione agit text. *in præsenti*, ad excludenda pignora, non autem ad excludendam possessionem quibuscunque modis legitimis tradendam, & licèt de corporali possessione egerit, quia frequentiùs corpore, & actu traditur, & acquiritur, non tamen voluit excludere reliquos modos legitimos, & minus frequentes, iuxta gloss. *verbo præsidentes, in fine, in Clem. 1. de rescript.* cum similibus latè adductis per Tiraq. *de retractu tit. 1. §.20. n.4. & 6. cum seqq.* præsertim quia etiam per alios modos vera possessio acquiritur, arg. text. *l quod meo 18. §.2. in fin ff. de acquir. possess.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra matrimonium nunquam transit in rem iudicatam, vnde quandocunque reuocatur cùm constat de errore.*

2 *Sententia lata in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam. Intellige, vt n.3.*

4 *Sententia pronuntians non esse matrimonium, quod est legitimum, vel quæ iure prohibitum admittit, non ita transit in rem iudicatam quin veritate comperta possit omni tempore retractari, & n.5. & 9.*

6 *Intellige etiam post longissimum 40. annorum spatium, & etiamsi sententia separationis per secundam & tertiam confirmata sit, vt n.7.*

8 *Turpitudinem suam allegans quando audiatur, ostenditur.*

CAP. Lator. VII.

1 SEntentia lata ad matrimonium dissoluendum nunquam transit in iudicatum, nam si deinde constet Ecclesiam errore deceptam, sunt denuo coniungendi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panorm. Henric. Felin. Dec. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 267.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 316.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 19. c. 9.* & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.6 cap. 11.*

2 Collige ex text. sententiam latam in causa matrimoniali non transire in rem iudicatam, vt per Butr. *hic num. 8.* Imolam *num. 7. vers. item videtur*, Dec. *n.5. declar. 4.* & Alexand. de Neuo *num. 11.* Vezin. *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 14. num. 178. pag. 271.* Ioachim Beust. *tract. de matrim. cap. 39.* Couar. *de sponsal. p.2. cap. 8. §.11. num. 12.* Hieron. à Laurentiis *Auenionen. decis. 70. n.3.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 100.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Camer. Imper. lib. 1. concl 112.* Sigism. Scac. *de appell. q. 17 limit. 34. n.6.* Ioan. Valer. *de differentiis inter vtrumque forum, verbo, sententia, differ. 5. n.2.* bene Mar. Anton. *var. resol. lib. 1 resol. 93. n.7.*

3 Intellige conclusionem procedere, quando ex illius sententiæ obseruantia nutritur peccatum, nec consensu partis vtriusque potest cessare culpa, vt si lata sit contra legitimum matrimonium declarant id esse irritum, aut in fauorem matrimonij cum impedimento dirimenti initi. Transit tamen in rem iudicatam sententia in causa matrimoniali lata, quando consensu vtriusque potest cessare culpa, & matrimonium constare, vt si litigetur an aliquod fuerit legitimum matrimonium allegante altero metum, vel conditionem seruitutis alterius coniugis à se ignoratam, succubuit hic, & sententia pronuntiatum est valuisse coniugium, si non appellauit legitimo tempore, transit in rem iudicatam, itavt amplius ob eam rationem retractari nequeat, ita Henric. *hic n.3. &* 4. Ioan. Andr. *in fin.* Butr. *n.8* Balb. *n.3.* Panorm. *n.9.* Felin. *n.2. declarat. 1.* Alex. de Neuo *n.8.* Scacc. *d.n.6.* Petr. Calefat. *inter consil. matrimon. consil. 76. n.1.* Couar. *d. §.12. n.22. vers. ex quibus, & n.18. vers. tertiò*, Viuian. *tom. 2. commun. opin lib. 7. sit. 14. n.127.* Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, notab. 4 n.20. vers. & quod*, Mar. Anton. *d. resol. 93. n.8* dicens sententiam latam ad fauorem, & pro validitate matrimonij facere transitum in iudicatum, Alex. de Neuo *inter consilia, cons. 38. n.1.* Bernard. *reg. 24. limit. 5.* Sanch. *d. disp. 100. n.13.* sententia enim ratione peccati non transit in rem iudicatam, Abb. *in cap. nouit, n.21. de indic.* Mantua *lib. 3. dialogo 52. ad finem*, Bonacos. *communium crimin. p.1. verbo, sententia, fol. 250. verso*, Bern. *reg. 24. limit. 5.* Tiraq. *de retract. tit 2. §.1. gloss. 2. n.37.* Ioan. Valer. *d. verbo, sententia, diffinit. 5. n.2.* provt & in sententia in causa vsurarum lata tenent D. Barbos. *in l. Titia, n.54. ff. soluto matrim.* Valasc. *cons. 22.* Cæteras declarationes in hac materia vide per Sanch. *d. disp. 100.*

4 Ex quibus rectè infertur sententiam pronuntiantem non esse matrimonium, quod est legitimum, vel quæ iure prohibitum admittit, non ita transit in rem iudicatam, quin veritate comperta possit omni tempore retractari, quod quidem vltra fundamenta suprà relata ex eo probatur, quia sententia, quæ iniustitiam continet litigantium consensu irremissibilem, non ita transit in rem iudicatam quin possit veritate comperta retractari, gloss. *in sum. 35. q. 9. gloss. vlt. in cap. inter, hoc tit.* vbi omnes, resolunt Abb. *n.9.* Felin. *16. in cap. lator inf. hoc tit.* Marant. *de ordine iudic. 3. p.6. num. 147.* Tiraq. *de retractatu, til. 2. §.1. gloss. 2. n.37.* sed sententia pronuntians non esse matrimonium contractum, vel legitimum, cùm in rei veritate contractum & legitimum sit, continet iustitiam litigantium consensu irremissibilem, eo quòd remittere non possunt vitium, & iniustitiam illorum, quæ non sunt in ipsorum potestate, & ad superiorem spectant argum. text. *in Clem. 1. in princip. versic. vos inter, de elect. cap. vlt fine, de pactis*, & quia vterque litigans sciens sententiæ iniustitiam graviter peccat si obediat illi, cum potiùs necessariò teneatur oppositum facere, iuxta suprà dicta; ergo, &c. accedit, quia vt pungit Abb. *in cap. consanguinei, num. 8. infr. hoc tit.* sententia, quæ non tantùm contra ius priuati, verùm etiam contra ius Reip. promulgatur, potest veritate comperta retractari, *l Imperatores, 55 ff. hoc tit* notat gloss. *in c.1 15. q.9* planè sententia in terminis de quibus *supr.* non tantum contra

ius

ius litigantis, verùm etiam contra ius, & bonorum Reip. profertur, quia publicè interest matrimonia legitimè contrahi, & contracta ad publicam tranquillitatem perdurare, illegitima verò omnino euitari, id quod vt fiat quilibet de populo tanquam in causa publica agens admittitur, *cap. vlt. in princip.* vbi gloss. *verbo voluerit, de clandest. desponsat. cap. vlt. qui matrimon. accus. poss.* obseruat Abb. *num. 7. in d. cap. teneor.*

His consequens est rectè Pontificem in specie huius text. constituisse retractari posse sententiam, de qua hic, si veritas in contrarium appareat, siquidem pronuntiauerat matrimonium esse illegitimum, & non valuisse propter metum illatum fœminæ, & quia illa non erat nobilis ætatis, cùm tamen vtrumque esset falsum iuxta narrationem mariti, maximè attentis verbis, quæ sunt in originali, vbi refertur maritum proposuisse quod mulier hæc erat vidua tempore huiusce matrimonij, & insuper quod in facie Ecclesiæ contraxit, ac subinde cùm cessante omni impedimento legitimum fuerit matrimonium contra veritatem temerè dissoluebatur, & consequenter illa comperta retractari debet sententia, vt satis intendit text. *in fine*, ibi, *matrimonia canonicè contracta*, &c. idem intendit text. *in cap. consanguinei, infr. hoc tit.* vbi si vera est confessio mulieris (quæ per se non sufficit, vt, *ibi*, addam) sententia pronuntianit non esse matrimonium legitimum propter impedimentum compaternitatis, quod in rei veritate non suberat tempore contracti matrimonij.

Si verbis constiterit.] Intellige etiam post longissimum 40. annorum spatium, agi posse, & probata veritate sententiam, de qua *hic* retractari, ex Imol. *n. 10. in Clem. 1. hoc tit.* Marant. *de ordine iudic. p. 6. n. 154.* & satis intendit gloss. vlt. *hic in princ.* & suadetur, quia ratio peccati irremissibilis per partes in qua text. iste fundatur, iuxta supradicta per spatium illud non tollitur, quinimo augetur magis: argum. *cap. vlt. in princ. de consuetud.*

Non fuisse legitimè separatus.] Intellige etiamsi sententia separationis, de qua *hic*, per secundam, & tertiam confirmata sit, adhuc enim tertia veritate comperta retractabitur, ex Butr. *num. 32.* Præb. *num. 19. in cap. fraternitatis, de frigidis, & malef.* Imol. *n. 8.* Zabar. *4 in Clem. 1. hoc tit.* intendunt vt per alij Gabr. *commun. sub tit. de except. rei iudic. concl. 1. num. 21.* Nec obstat gloss. *verbo fornicatio, in fin. in d. cap. fraternitatis*, communiter recepta ex Abb. *num. 10. in fin.* Felin. *num. 5. in præsenti*, Cou. *de sponsal. p. 2. cap. vlt. §. vlt. n. 12.* Gabr. *vbi supr. n. 13.* Nam licèt glossam illam reprobent nonnulli, quasi velint non posse retractari sententiam in causa matrimoniali bis confirmatam, vt per Butr. & Præpos. *dictis locis*, Imol. *vbi suprà, n. 1.* nihilominus gloss. illa non negat sententiam non posse retractari, sed tantùm dicit tertiam appellationem in proposito non admitti, quia *lit. C. ne liceat tertiò prouocare*, cum similibus, procedit etiam in causa matrimoniali secundùm præcitatos, nec contrarium iure expressum reperit.

In gloss. *Insimulatione*, 1. ibi, *in quibus vertitur periculum animæ.* Vult. hæc gloss. maritum de quo *hic*, contra factum proprium & propriam turpitudinem allegantem audiri propter periculum animæ, peccatum, in quo persistebat matrimonio alias legitimo per fraudem illegitimè dissoluto, Doctores communiter sequuntur *hic gloss. verb. turpitudinem in c. inter dilectos, de donation. gloss. 2. in cap. tertio loco, de probat.* vbi Felin. *n. 6.* Mant. *dialog. 52.* Bern. *reg. 24 versic. quinto*, secundùm quos limitatur reg. *d. c. inter dilectos, & l. cùm profitearis, C. de reuocand. donat.* de qua latè Felin. *hic à princ. & vbi suprà.* Bernard. *d. loco.* Tiraq. *de retr. tit. 1. §. 1. gloss. 18. n. 20. & 24. cum seq.* Sarmien. *lib. 3. select. c. 13. n. 5. & 11.* qui ex aliorum mente rectè aduertit reg. illam procedere tantùm in materia, in qua turpitudinem allegans liberam habet potestatem, & potest de iure exponere, tum enim ne idem turpitudo patrocinetur, contra *cap. ex tenore 15. in fin. de rescript.* non auditur illam allegans, secus verò si liberam potestatem non habeat, provt contingit vbi principaliter in Reip. Ecclesiæ, tertij alicuius, vel etiam animæ bonũ propria turpitudo allegatur, ad quæ reducuntur omnes fere limitationes congestæ à Felin. & Bernard. *vbi supra.* Adde in proposito ex alio capite allegationem turpitudinis propriæ non obesse, quia agebatur contra participem eiusdem turpitudinis, vt patet ex text ibi, *vtriusque studio interuenient*, iuncta *l. de tutela, C. de in integrum restit. minor.* vbi Doctores communiter, vt per Bernard. *vbi suprà limitatione 1. cum seqq.* Felin. *hic n 1. & in dicto c. 3. loco, n. 7.*

In gloss. *Permanere*, vlt. ibi, *id est, cùm in gradu prohibito*, &c. Intendit hæc gloss. decisionem huius text. procedere siue sententia prolata sit contra matrimonium, vt quia pronuntiat non esse matrimonium, vel non esse legitimum quod in rei veritate legitimè contractum est; vt accidit in proposito huius text. siue pro matrimonio, veluti quia pronuntiat esse legitimum, vel admittit illud quod in veritate iure contrahi prohibetur, vtroque enim casu veritate comperta retractari debet sententia, quantumcunque in rem iudicatam transierit, vt docent Abb. Butr. & alij, vt per Felin. *hic n. 3.* communis *in cap. iuranit, de probat.* Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, notab. 1. in princ. num. 20.* Gabr. *lib. communium, tit. de testib. conclus. 25. num. 69.* Couar. *de sponsal. part. 2. cap. vltim. §. vlt. num. 19. vers. secundò*; quicquid gloss. contrarium intendat magna *in d. cap. iuranit, gloss. vlt. in cap. series 26. & in cap. cùm in tua. 44. de testib.*

9

SVMMARIVM.

1 *Sententia prætextu iniquæ consuetudinis lata contra Ecclesiam retractatur.*
2 *Consuetudo contra Canones non valet.*
3 *Consuetudo in præiudicium, & contra Ecclesiam introducta non valet.*
4 *Declaratur text. in præsenti.*
5 *Sententia referens se ad instrumentum nullum est nulla.*
6 *Iudex si in sententia referat se ad acta, & ex illis appareat de errore ipsius iudicis, vitiatur sententia.*
7 *Consuetudo remittens solemnitatem requisitam in alienatione bonorum Ecclesiæ non valet.*
8 *Solemnitas à Canonibus requisita in alienandis rebus Ecclesiarum non potest consuetudine remitti.*

CAP. Cùm causa. VIII.

SEntentia lata secundùm consuetudinem, sed contra Canones, retractatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anch. Butr. Felin. Bald. Panorm. Martin. Vran. Alex. de Neuo, Guid. Papæ, Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 267.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 316.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 2. tit. 19. cap. 10.*

2 *Spreta forma Canonum*, &c. Ergo consuetudo contra Canones non valet, vt per Abb. *in cap. Clerici, n. 6. & ibi* Dec. *n. 35. de iudic.* Cou. *pract. c. 31. n. 5.* Rebuff. *cons. 193. n. 7.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. c. 12. vers. sed dubitari posse*, Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore cleric. personali*, §. *3. n 5.*

3 *Nos autem*, &c.] Collige ex text. non valere consuetudinem in præiudicium, & contra Ecclesiam introductam, idem probat text. *in cap. omnia 12. dist. & in cap. 1. & in cap. cùm inter 5. & in cap. cùm venerabilis, 7. de consuet. & in cap. 1. de iis, quæ fiunt à maiori parte Capituli, & in cap. 3. de institionib. & in cap. Clerici*, 8. *de iudiciis*, tradunt glos. *verbo, promulgauit*, Innoc. Abb. *num.* 8. Felin. *num. 9. &* 12. Imol. *num. 4.* & alij, *in præsenti*, Ias. *in l. de quibus, num. 62. ff. de legibus, & cons. 88. in princ. vol. 3.* Doctores communiter, vbi Abb. *n. 6. in cap. nulli, de rebus Ecclesiæ*, refert plures Cou. dicens communem sententiam, *lib. 2. variar. cap. 17. num. 4.* Rebuff. *in comp. alienat. à num. 20.* Gam. *decis. 83. num. 1.* Ratio autem decisionis redditur diuersè à Doctoribus; nonnulli enim existimant consuetudinem in specie huius text. effectum non habuisse, nec auctoritatem, quia præscripta non erat. Alij verò dicunt propterea consuetudinem, de qua hic, non valuisse in præiudicium Ecclesiæ, quia non per Ecclesiasticos, sed per sæculares erat introducta, ac proinde licèt ipsi introducentes per illam ligarentur, nequaquam tamen Ecclesiæ ligabantur. Tertiò loco alij intelligunt text. in præsenti agere de consuetudine, qua cauebatur ne bona immobilia in Ecclesias transirent, vel ab iisdem retinerentur, quinimmò ab illis quæsita intra certum tempus in laicos transferrentur.

4 Verùm prædictis intellectibus omissis dicendum puto text. in præsenti procedere in consuetudine irrationabili, per quam remittebantur solemnitates, quæ in alienandis rebus Ecclesiæ requiruntur, provt intelligit glos. *d. verbo promulgauit*, Abb. *num. 6.* & Doctores communiter *in d. cap. nulli*, Rebuff. *d. compendio à num. 20.* pro quo intellectu facit ratio, quam reddit Pontifex *in d. vers. Nos autem*, quæ quidem verificatur in consuetudine irrationabili, tunc etiam quia in specie huius text. dupliciter fit mentio consuetudinis, patet ibi, Veronens. ciuitatis consuetudinem & ibi, secundùm eandem consuetudinem, secundùm quam indices duas protulerunt sententias, & non est dicendum, quod Pontifex in præsenti sæpè repetitam consuetudinem improbaret, si illa rationabilis proponeretur, ac subinde cùm reprobasset non obstantibus duabus sententiis, vtique necessario text. de irrationabili consuetudine intelligendus est. Tum denique per verbum: *vendita*, de quo hic, per quod constat alienationem de qua agitur, esse perpetuam, per quam totum ius Ecclesiæ ab eadem abdicatum censetur, quæ quidem sine notabili, & iusta causa geri nequit, ac subinde cùm in hoc text. de tali causa non constet, vt in dubio propter Ecclesiæ præiudicium præsumenda non sit, igitur videtur dicendum in hoc text. ideò improbari consuetudinem, quia irrationabilis erat. Quoad secundam partem intellectus facit verbum illud, ab Archipresbytero, de quo in hoc text. per quod apertè constare videtur illum solum alienasse, vnde videtur dicendum non fuisse obseruatas solemnitates, quas iura requirunt, & ita text. agere de consuetudine, per quam remittebantur prædictæ iuris solemnitates. Confirmatur denique ex aliis verbis text. ibi, *spreta forma Canonum*, quibus verbis constat secundum iudicem adiudicasse domum venditam laicis emptoribus, neglecta Canonum forma, quæ Canonum forma circa venditionem, de qua agebatur alia non est nisi illa, que continetur *in cap. sine exceptione, 12. q. 2.*

5 *Secundum Veronen. ciuitatis consuetudinem.*] Cum ergo consuetudo fuerit nulla, sententia referens se ad illam nulla etiam est, vt de sententia, quæ refert ad instrumentum nullum, dicit Menoch. *consil. 345. num. 8.* vbi *num. 9* resoluit quod si prima sententia est nulla propter errorem in ea expressum; erit etiam nulla secunda, quæ primam confirmat. Hinc etiamsi in- 6 dex in sententia referat se expressè ad acta, & ex illis appareat de errore ipsius iudicis, vitiatur sententia, & est nulla, vt per Turzan. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 8. n. 11. pag. 242.* Tiraq. *de iure mariti, glos. 7. n. 184.* Duen. *reg. 246.* Gam. *decis. 110. n. 42.* Menoch. *cons. 110. n. 67. & cons. 32. n. 32.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 103. à n. 18.*

7 Magna est controuersia inter Doctores, vtrùm consuetudo efficere possit vt minuantur solemnitates, quæ desiderantur circa res Ecclesiæ alienandas? In qua partem negatiuam tuentur glos. *verbo promulgauit in præsenti*, Abb. *in cap. nulli, n. 6. de rebus Eccles. non alien.* Bald. *n. 4. in auth. hoc ius, C. de sacros. Eccles.* Doctores communiter, vt per Abb. *n. 15.* Felin. *n. 11.* & alios *hic*, Sylu. *in sum. verbo, alienatio, n. 3.* Gam. *Lusit. decis. 83. n. 1.* Rebuff. *in compend. alienat. ex n. 20.* Cou. *lib. 2. var. c. 17. n. 4.* Roland. *cons. 15. n. 14.* Quaran. *in sum. Bullarij, verbo alienatio rerum Ecclesiæ, n. 30.* Pro quibus facit text. *in c. 1. de consuet.* dum habet non valere consuetudinem, neque operati posse, quæ grauosa, & præiudicialis est Ecclesiæ, qualis dicenda est illa per quam prædictæ solemnitates diminuuntur.

8 Contrariam tamen sententiam tenuit Bellam. *in præsenti, n 3.* glos. *verbo tractatus in c. 1. de rebus Eccles. non alien in 6.* Card. *n. 15 in Clem. 1 eod. tit.* Cassan. *in cons. Burgund rubr. 9. §. 9. n. 32.* Fortun. *de vlt. fin illat. 14.* Cald. Pereira *de renou. emphyt. p. 3. c. 15. n. 1.* Pro quibus facit text. *in c. 1 feud.* Facit rursus, quia idem efficere debet consuetudo, quod lex ipsa scripta iuxta text. *in cap fin. de consuet.* & non est negandum legem efficere posse, vt prædictæ solemnitates remittantur.

9 Quare aliqui distinguunt inter solemnitates introductas per text. *in d. auth. hoc ius*, & inter illas, quæ continentur *in c. sine exceptione 12. q. 2.* ita vt priores mediante cõsuetudine tolli possint, minimè verò posteriores, provt Ias. vult dicens communem in *l. de quibus, n. 62. ff. de legib.* Cassan. *d. §. 9. n. 32.* quæ quidem distinctio admittenda non est quod d. auth. antiquata est per text. *in d. cap. sine exceptione*, propter reg. *c. Ecclesia S. Mariæ, de constit. & c. fin. de rebus Eccles.*

10 Ego igitur distinguendum puto inter irrationabilem, & rationabilem consuetudinem, vt prior nihil efficiat circa tales solemnitates; contra verò dicendum est in posteriori, quæ potens est ad prædictas solemnitates auferendas; constat namque illas à lege canonica fuisse introductas, vt patet ex text. *in d. cap. sine exceptione*, & certum est consuetudinem rationabilem, & insuper legitime præscriptam talem legem abrogare posse, vt probat *cap. fin. de consuet.* dicitur autem irrationabilis illa, quæ induxerit, vt propria, & perpetua sine iusta causa fiat alienatio, per quam in totum vtile simul & directum dominium transfertur, aduertit eleganter Bald. *d. num. 4.* eo quod ad talem alienationem prædicta iusta causa & probata requiritur in dubio, quæ non præsumitur, ac proinde cùm in hac specie resultet notabile grauamen Ecclesiæ, vtique in ea consuetudo irrationabilis indicatur, sic procedit text. *in d. cap. 1. de consuetud.* quod quidem dicendum non est, si talis alienatio ad tempus facta fuerit cum causa aliqua, quæ præsumitur non

non quidem lenis, sed aliquo modo considerabilis, licet in totum iusta non proponatur, putà in datione ad emphyteusim, vel feudum, sic procedit text. *in d. c. 2. de feudis.*

11 Ex quibus iam patet intellectus ad textum *in præsenti*, vt procedat in consuetudine irrationabili, per quam remittebantur solemnitates, quæ in alienandis rebus Ecclesiæ requiruntur, provt intelligit glossa *d. verbo promulgauit*, Abb. *n. 6.* & Doctores communiter *in d. c. nulli*, Rebuff. *in d. compend ex n. 20.* Pro quo intellectu quòd primam partem facit primo ratio quam reddit Pontifex *hic vers. nos autem*, quæ quidem verificatur in consuetudine irrationabili. Facit secundò quia in specie huius text. dupliciter fit mentio consuetudinis, patet ibi, *Veronensis ciuitatis consuetudinem*, & ibi, *secundùm eandem consuetudinem*, secundùm quam duo iudices suas protulerunt sententias, & non est dicendum quod Pontifex *in præsenti* sæpè repetitam consuetudinem improbaret si illa rationabilis proponeretur, ac subinde cùm reprobasset non obstantibus duabus sententiis, vtique necessariò text. de irrationabili consuetudine intelligendus est. Facit tertiò verbum, *vendita*, de quo *hic*, per quod constat alienationem de qua agitur, esse perpetuam, per quam totum ius Ecclesiæ ab eadem abdicatum censetur, quæ quidem sine notabili & iusta causa fieri nequit iuxta supradicta: ac subinde cùm in hoc text. de tali causa non constet, & in dubio propter Ecclesiæ præiudicium præsumenda non sit, vtique videtur dicendum in hoc text. ideo improbari consuetudinem, quia irrationabilis erat. Facit quartò quoad secundam partem intellectus verbum illud, *ab Archipresbytero*, de quo *in hoc text.* per quod apertè constare videtur illum solum alienasse, vnde videtur dicendum non fuisse seruatas solemnitates, quas iura requirunt & ita text. agere de consuetudine per quam remittebantur prædictæ iuris solemnitates. Confirmatur denique ex aliis verbis text. ibi, *spreta forma Canonum*, quibus verbis constat secundùm iudicem adiudicasse domum venditam laicis emptoribus, neglecta Canonum forma quæ Canonum forma circa venditionem, de qua agebatur, alia non est, nisi illa, quæ in d. cap. sine exceptione, continetur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia iniqua retractatur per superiorem, licet causa fuerit appellatione remota commissa, si autem continet manifestam iniquitatem, est nulla.*
2 *Clausula*, appellatione remota, *non operatur vbi sententia euidenter est iniqua, vel vbi constat de notorio grauamine, vt n. 3.*
4 *Iniustitiæ notorietas reddit sententiam nullam.*

CAP. Inter cæteras. IX.

1 SEntentiæ, quæ continet iniquitatem manifestam, non est standum, sed vt iniqua retractanda, etiamsi causa fuerit commissa appellatione remota. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Bellam. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Butr. Bald. Felin. Panorm. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 268. Alagona *in compend. iuris Canon pag.* 316. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2 *sub tit. de appell. c.* 17.

2 *Cum aliqua causa appellatione remota*, &c.] Notatur ad hoc quòd clausula *appellatione remota*, non operatur vbi sententia euidenter est iniqua, Caputaq. *decis. 33. p.* 1. Ioan. Ferrar. *in tract. de appell. 2. c. 3. sub n.* 130. Felin. *in c. causam, quæ, sub n.* 3 *infr. hoc tit.* dicens quod clausula, *appellatione remota*, non operatur, vbi est iniustitia notoria, idem dicunt Lancellot. *de attent. p. 2. c. 12. de attent. appell. pend limit. 8. princ. n. 28.* Breder. *de appell. p. 1. tit. 11. col. 27. vers. fin. sub lit. D.* Card. Tusch. *tom. 1. lit. A concl. 400. n. 3.* Sigism. Scacc. *de appell. q. 16. limit. 1. n. 84.* vbi *n. 85. vers. extende secundo*, ampliat etiam eo casu, quo per rescriptum Principis de partium consensu esset sublata omnis appellatio, si appareat de euidenti iniquitate sententiæ, & *eod. n. in vers. tempera*, hoc limitat, si iniquitas sententiæ apparet in re minima, quia de minimis non habetur ratio, & sic remanet sub arbitrio recti iudicis. Sic etiam clausula illa, *appellatione remota*, non operatur si constat de notorio grauamine, Seraph. *de priuil. iuram. priu. l. 74. n. 46.* Marches. *de commiss. p. 1. n. 79 pag. 302. in 2 impres.* Stephan. Grat. *discept. forens. tom. 1. c. 41. n. 17. & tom. 3. c. 494. n. 2.* Card. Tusch. *d. concl. 400. à n. 5* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. § 1. n. 245.* Cened. *pract. & canon. quæst. lib. 1. q. 45. n. 44.* Sigism. Scacc. *d. n. 84.* quos refero *in remiss. de diction. & clausulis, claus. 7. n. 7.*

Nec ei debet stari si iniquitatem, &c.] Notatur ad hoc quod notorietas iniustitiæ reddit sententiam nullam, vt per Corset. *sing. sententia 7.* Hippol. *sing. 473 & sing. 592.* Anton. Mar. *tom. commun. opin. lib. 3. tit 12. n. 24. pag. 52.* Cotta *in memorab. verbo, sententia, pag. 757.* Cou. *pract. c. 25. n. 2. col. 1 & lib. 1. var. c. 19. n. 10* D. Barbos. *in l. maritum, n. 51. ff. soluto matrimon.* Intellige siue iniquitas deprehendatur ex sententia, siue per relationem, vide D. Barbos. *in l. si Prator, n. 24. cum seqq ff. de iudic.* 4

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra absentem non contumacem in causa matrimoniali non valet.*
2 *Declaratur text. in præsenti.*
4 *Subharrhatio annuli an, & quando sit sufficiens sponsaliorum, aut matrimonij indicium.*

CAP. Tenor. X. *Clem. III.*

SEntentia lata contra absentem non contumacem in causa matrimoniali non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 268. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 316. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 18 *c.* 5. 1

Ad te literas impetrauit, &c.] Ideo in hoc text. literæ Impetratæ ad alium iudicem non facta mentione processus facti coram primo, valuerunt, quia prætendebatur sententiam ex eo procedentem esse nullam, vt per Palat. *in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum, notab 4. n. 22. versic. limita quarto.* Cui intellectui consonant verba text. ad finem, ibi, *illicita absolutione*, & iuxta hunc sensum mulier de qua *hic*, non auditur contra sententiam ex priuilegio causæ matrimonialis, iuxta reg. *cap. lator, & cap. consanguinei, hoc tit.* sed via communi nullitatis, quia sententia in rem iudicatam transiuit, quamvis contradicant Abb. *n. 6.* Imol. *in princ.* Butr. *n. 5* & alij existimantes sententiam in proposito valuisse mero iure, quia mulier per contumaciam abfuit, id, quod nec text. dicit, nec in dubio præsumi debet. 2

Infirmitate pretensa.] Quæ non profuit, quia falsa, 3

vide quæ in simili tradit Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum, §. 45. ad finem.*

4 In gloss. *Subarrhasset.* An, & quando subarrhatio annuli sit sufficiens sponsaliorum, aut matrimonij indicium, vide Mascard. *de probat. concl.* 1024 *n.* 2. *&* 3. Barth. à Ledesma *dub.* 9. *de matrim.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 2. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 22 latè Franc. Molin. *de ritu nuptiarum, lib.* 2. *comp.* 11. *per totam.*

5 In gloss. vlt. ibi, *Sed cùm aliquis*, &c. Idem probant omnes *in præsenti*, vt Abb. *num.* 9. Felin. *in cap. lator, num.* 7. *supr. hoc tit.* Couar. *de sponsalib. p.* 2. *cap.* 8. §. 1. *num.* 8. resoluentes in proposito interdici vsum & possessionem matrimonij; quia contractum fuit lite pendente contra prohibitionem iuris, de qua *in tit. vt lite pend. & in cap. cum in Apostolica, de spons.* & ita contrahens, Roderic. *in præsenti* contra tit. *de litigiosis*, se ipsum temerè alienauit, & in alterius potestatem per matrimonium transtulit, iuxta illud Pauli relatum *in cap. non debet, de consang.* consonant *c.* 1. *& vlt. de matrim. contr.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia diuortij in causa matrimoniali ritè lata ad solam coniugis confessionem asserentis contrarium non reuocatur, sed interim ei statur, donec legitimè de contrario doceatur.*

2 *Sententia in coniugali causa lata non ita efficacem auctoritatem sortitur quin retractari possit quoties compertum fuerit eam errore quodam latam fuisse.*

3 *Sententia in causa matrimoniali contra veritatem prolata vitium continens irremissibile per partes veritate legitimè probata potest retractari, etiamsi post sententiam secundum matrimonium ab vtroque, vel altero coniuge contractum proponatur.*

4 *Declaratur text. in cap. sicut versic. super quo, de testibus.*

5 *Declaratur text. in cap. vlt.* 33. *q.* 1.

6 *Sententia in causa matrimoniali vt retractetur non sufficit quod is, pro quo lata fuit, confiteatur illius errorem, & veritatem esse in contrarium, nec vtriusque partis confessio.*

Cap. Consanguinei. XI.

1 SEntentia prolata ritè, & secundum ius ab Ecclesia contra matrimonium, v.g. si factum sit diuortium propter compaternitatem procedentem, non reuocatur per solam confessionem coniugis asserentis contrarium, sed ei statur donec illud contrarium legitimè probetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Cujac. Riu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 269. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 317. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 18. *cap.* 6.

2 *Nisi legitimè in contrarium probaretur.*] Ergo sententia in coniugali causa lata non ita efficacem auctoritatem sortitur quin retractari possit, quoties compertum fuerit eam errore quodam latam fuisse, vt resoluunt plures citati *ad cap. lator, supr. hoc tit.* & præcipuè Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disput.* 100. *à num.* 1. vbi *n.* 3. resoluit posse iudicem ex officio parte inaudita procedere ad retractandam huiusmodi sententiam, vbi de errore certior factus fuerit, & *num.* 8. aduertit vt hæc sententia rescindatur oportere condemnatum vti noua querela, nouóque libello, in quo petat eam causam coniugalem semel iam definitam iterum ad iudicium deduci, & sententiam reuocari ratione detecti erroris.

Ad secundas nuptias conuolauit.] Per hunc text. am- 3
pliatur decisio *cap. lator, supr. hoc tit.* ibi, *adducta*, vt scilicet sententia in causa matrimoniali contra veritatem prolata vitium continens irremissibile per partes veritate legitimè probata possit retractari, etiamsi post sententiam secundum matrimonium ab vtroque, vel altero coniuge contractum proponatur, vt notant omnes *in præsenti*, idem probant *c.* 1. vbi *gl. verbo retractare in cap. laudabilem, in fine, de frigidis*, obseruant *gloss. pen.* vbi omnes *in cap. sicut* 9. *de testib. gloss. in sum.* 35. *q.* 9. & vtrobique communis, & satis euincit ratio iniustitiæ irremissibilis, de qua addidi *ad d. cap. lator*, siquidem multò magis concludit vbi secundùm matrimonium contractum est, & manet cum peccato, si aliud in rei veritate legitimum existebat.

Nec contrarium probat *d. c. sicut, in vers. super quo,* 4
iuncto vers. sequenti, nam respondet *gloss. pen.* ibi supplendam esse particulam *maximè*, sequuntur DD. *ibid.* Sed non satisfacit, tum quia supplet, tum etiam quia non satis conuenit literæ, nec apparet quo in loco particula illa suppleri debeat; & eandem, quia text. *in vers. si verò*, iunct. præced. absque aliqua suppletione duo membra distinguit, dicens in priori subsequuto secundo matrimonio imponendam esse pœnitentiam testibus tam de periurio, quod iuxta ipsorum confessionem commissum est quàm de adulterio, cui iuxta eandem confessionem per falsum testimonium, quo sententia prolata, & matrimonium solutum est, causam dederunt, & de retractatione sententiæ verbum nullum, deinde aduersatiuè *in vers. si verò*, inquit, quod si res integra manet, & secundum matrimonium contractum non est, diligenter inquirendi sunt, &c. & sententia retractanda, quæ diligens inquisitio, & retractatio non fit, nec admittitur in priori membro, vbi secundum matrimonium contractum proponitur.

Vnde omissis aliis intellectibus, de quibus per Abb. *in d. cap. sicut, num.* 6. ex mente Ioan. Andr. Butr. Imol. Aretin. & aliorum *ibi*, Domin. *consil.* 27. dicendum videtur in specie illius text. sequuto secundo matrimonio non retractari sententiam, quia non constabat legitimè de veritate contra illam, prout requiritur hic, & in similibus, licèt enim testes asseruerint se corruptos falsum perhibuisse testimonium, illis tamen, vt text. habet, non creditur, & licet per alios, qui corruptioni præsentes fuerunt, eadem corruptio prohibetur, adhuc tamen non probatur veritas contra sententiam, id est, non subesse consanguinitatem, propter quam probatam diuortij sententia prolata fuit, fieri enim recte potuit, vt corrupti testes veritatem dixerint, ac subinde probatio corruptionis falsitatem testimonij non concludit, ex reg. *l.* 4. *C. vnde legit.* iuncto *cap. licet, versic. eidem, de probat.* & quamvis Pontifex huiusmodi probationis corruptionem velut legitimam admittat *in versic. si vero*, ad retractandam sententiam vbi res integra mansit, & secundum matrimonium subsequutum non est, in qua specie intelligenda est communis, de qua per Dec. *num.* 20. & Felin. *n.* 30. *in d. cap. licet*, nihilominus tamen quia in secundo matrimonio contracto agitur de grauissimo præiudicio, & eiusdem dissolutione, meritò Pontifex huiusmodi probationem non admisit ad retractandam sententiam, & dissoluendam posterius matrimonium, in quem sensum satis

satis defenditur intellectus gloss. *in d. summa*, & *gloss. vlt.* 35. *q.* 9. dum de facilitate, & difficultate agit.

5 Nec item obstat *cap. vlt.* 33. *p.* 1. ibi, *reconciliare nequibit*, nam vltra Gratian. *gloss. vltim.* & alios *ibid.* ex mente *gloss.* 3. *in d. c.* 1. *gloss. vlt. in d. cap. laudabilem*, *gl. verbo diuinam*, *in d. cap. fraternitatis*, *illo tit. de frigidis*, & *maleficiatis*, S. Thom. *ad* 3. *part. q.* 48. *art.* 2. communis *in* 4. *disp.* 34. vbi Sot. *q.* 1. *art.* 3. Capel. vbi latè addit. *decis.* 380. resp. text. illum speciatim agere de maleficio, quod cum sua natura probetur, & sit impedimentum respectu vnius tantùm, non verò quoad alios, & propterea iure concedatur impedito facultas contrahendi cum alia, meritò dum is contracto secundo matrimonio potens apparet, non dicitur constare de veritate contra sententiam, vel Ecclesiam deceptam esse, quippe quæ non iudicauit illum simpliciter, & absolutè impeditum respectu omnium, sed tantùm respectu illius, cum qua primò contraxerat, id quod secus est in impedimento frigiditatis, de quo *in d. c.* 1. & *in d. cap. laudabilem*, *in fine*, & *in d. cap. fraternitatis*, in hoc enim probata potentia constat de veritate contra sententiam, quæ absolutè quoad omnes coningem impotentem pronuntiauit, vt bene aduertit Abb. *in d. c.* 1. *in fine*, & est de mente omnium.

6 *Propter solam confessionem*, &c.] Ergo ad retractandam sententiam in causa matrimoniali prolatam non sufficit quòd is pro quo lata fuit, confiteatur illius errorem, & veritatem esse in contrarium, idem intendit *cap. lator*, *sub hoc tit.* immo nec satis est vt iusque partis confessio, quia supposita sententia pro qua ius præsumit, contra illos est præsumptio, & timor conclusionis, *gloss. in præsenti*, Abb. *n.* 5. *in cap. super*, *de eo*, *qui cogn. consang.* Couar. *de sponsalib. p.* 1. *c.* 4. §. 1. *num.* 4. Menoch. *de arbitr. casu* 103. *à princip.* Non obstat quòd in reliquis causis, in quibus sententia omnino transit in rem iudicatam, & irretractabilis est, sufficit ad retractationem confessio illius pro quo lata fuit, ex Innoc. *in cap. quia plerique*, *n.* 3. *de immun.* recepto, vt per Dec. *n.* 19. *in c. quoniam contra*, vbi Bero. *à n.* 237 *de probat.* Valasc. *de iure emphyt. q.* 7. *n.* 32. quia respondetur doctrinam illam Innoc. procedere tantùm vbi confessio fit circa ea quæ pendent à libera voluntate, & potestate confitentis, & ipsius tantùm respiciunt præiudicium, nec vllatenus iuri repugnat confessio, ac subinde verosimilis præsumitur; secus verò si confessio emanet super iis, quæ non sunt in potestate confitentis, alterius præiudicium continent, vel vbi confessio repugnat iuri communi, ita vt non verosimilis, sed per conclusionem facta præsumatur, vt *in d. cap. super*, *gloss. penult. in cap. pen. de raptorib.* communis ex Menoch. & Cou. *vbi sup. n.* 5. planè in proposito non tantùm aderat præiudicium alterius scilicet matrimonij secundo loco contracti, verum etiam præsumptio impedimenti prætextu cuius lata sententia pro qua præsumitur, ac subinde confessio tanquam non verosimilis iuri contraria, & tertio præiudicans non sufficit.

7 *Quod propter solam confessionem mulieris*, &c.] An & quando vnius vel amborum coniugum confessioni stetur pro, & contra matrimonium, & dum agitur de illius dissolutione propter impedimentum vide Menoch. *de arbitr. casu* 103. & *de præs. lib.* 3. *præs.* 1. latè Franc. Molin. *de ritu nuptiarum*, *lib.* 1. *comp.* 15. *per totam.*

SVMMARIVM.

1 *Papa si contra ordinationem suam confert beneficium hoc tacito subreptitia dicitur collatio, & non tenet.*
2 *Distributiones duplicatæ debentur ei, qui in eadem Ecclesia dignitatem, & canonicatum ex vi consuetudinis, vel dispensationis habet.*
3 *Citatio in notoriis non requiritur.*
4 *Papa an possit sine causa aliquem priuare beneficio suo, ostenditur.*
5 *Declaratur text. in præsenti.*

CAP. Cùm olim. XII.

Innoc. III.

QVando Papa confert beneficium contra ordinationem suam factam prius, nulla de illa habità mentione, subreptitia dicitur collatio, & quod subreptitium est, à Sede Apostol. est reuocandum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Henric. Butr. Bald. Panorm. Felin. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 278. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 307 remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 18. *c.* 2. 1

Nisi prius duplici sibi voce, &c.] Notatur ad hoc quòd distributiones duplicatæ debentur ei, qui in eadem Ecclesia dignitatem, & canonicatum ex vi consuetudinis, vel dispensationis habet, vide Cou. *lib.* 3. *var. c.* 13. *n.* 6. Azor. *in instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 7. *q.* 17. Nau. *in tract. de orat. miscel.* 61. *n.* 15. & quæ suprà dixi *ad cap. eam te* 7. *n.* 7. *de rescript.* Et ita communiter receptum est eum, qui in eadem Ecclesia ex legitimo titulo habet duas præbendas, vel præbendam & dignitatem, vbi cuilibet per se ius vocis, & distributionem competit, & duplicem vocem, & duplices distributiones habitarum; Ioan. Andr. Zabar. Abb. *n.* 6. Felin. 2. & alios *in præsenti*; communis vt per Couar. *lib.* 3. *var. c.* 13. *n.* 6. Hoied. *de incompatibil. benef. p.* 1. *c.* 12. *à n.* 15. Rebuff. *in praxi tit. de dispensat. ratione ætatis*, *vers. in Cathedralibus*; *ad fin.* Pro qua sententia inter alia, quæ à prædictis adducûtur viget maximè, quòd vbi munera, vel officia duo in vno, & eodem legitimè concurrunt, debet hic vnus sicut duorum iura habens, & vtriusque munere fungens duplici potiri emolumento, perinde ac duo potirentur arg. *l. tutores* 22. *vers. discreta*, *ff. de iis*, *quibus vt indign. c. cap. Raynutius*, *cap Raynaldus*, *de testament.* dum de duabus quartis loquuntur, & in duobus officiis vt vtrumque habens vtriusque salarium percipere debeat, probat text. *in auth. vt iudices*, § *illud*, vbi Angel. post alios Felin. *hic*, *n* 1. Pinel. *in l.* 1. *de bonis mat. p.* 3. *n.* 73. *col.* 3. quamvis in proposito quoad duplices distributiones contradicant Butr. *n.* 10. & Guid. *in præsenti*, Roch. & Gom. relati à Couar. *vbi sup.* Miles *in repertor. verbo distributiones*, addit. & Cosm. *in pragmat. tit. de collat.* §. *vltim. vers. dignitas*, Rebuff. *vbi suprà.* 2

In irritum reuocabimus.] Ergo non valet collatio beneficij à Pontif. facta contra sententiam ab ipso prolatam cuius in collatione mentio facta non fuit, vt notant omnes *in præsenti*, Bart. *in l. quod iussit num. vlt.* vbi Ias. *in fine*, & nouiores, *ff. hoc tit.* Xuar. *alleg.* 8. *num.* 26. & *alleg.* 9. *n.* 8. *cum seqq.* & *allegat.* 28. 3

num. 11. qui testatur hunc text. ab omnibus in id notari. His consequens est veram esse doctrinam Bart. *in d. l. quod iussit, num. vlt.* dum per hunc text. resoluit quòd etsi iudex possit suam interlocutoriam reuocare, *d. l. quod iussit, cap. cùm cessante de appellat.* nihilominus tamen in dubio si proferat secundam contrariam primæ, non censetur primam reuocare cuius in secunda mentionem non fecit, sicut in proposito huius text. non censetur Cœlestin. per collationem subsequutam contrariam pronuntiationi eandem pronuntiationem reuocare, & ita magis ignorantia, obliuio, vel circumuentio, quàm reuocatio præsumitur, probant Alex. *n.* 39. Ias. 51. Rip. 48. & alij *in d. l. quod iussit*, Abb. *num.* 13. Felin. 5. *vers. amplia tertiò, hic*, quamvis contradicat Bart. sibi contrarius, *in l. cùm procurator, §. vlt. n.* 6. *ff. de noui operis nunt.*

3 *Et licèt absenti*, &c.] Ergo in notoriis citatio non requiritur, de quo vide Menoch. *remed.* 15. *recuper. n.* 259. Nauar. *de spol. cleric.* §. 18. *n.* 1. Farinac. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 21. *n.* 66. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, cùm non absimilis, n.* 7. *vers. quid autem.* Verùm vt aduertit Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib.* 3. *c.* 1. *n.* 3. huiusmodi notabile ex hoc text. non probatur, &
4 ideo videndum est quare Summus Pontif. *in præsenti*, super Archidiaconatu contra absentem perpetuum silentium imposuit, eúmque sic inauditum iure, & beneficio priuauit. Prima facie occurrebat dicere hunc text. procedere in beneficialibus, in quibus Summo Pontif. plenissimam competere potestatem, vt ea, quibus voluerit liberè conferre, & alios obtentis sine causa aliqua liberè priuare valeat, notant Doctores communiter ex text. *in c.* 2. *in princ. de præbendis, lib.* 6. *& in Clement.* 1. *in fine, vt lite pendente*, & docet gloss. *verbo, ad nos, in cap. per principalem* 9. *q* 3. & esse receptissimam resolutionem ex Dominico, Bald. Panormit. & aliis comprobat, & de rigore iuris veram esse concludit Gabriel. *lib.* 3. *commun. opinion. tit. de iure quæsito non tollendo, concl.* 1. *n.* 9. & multis brocardicis confirmat, & sequitur Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellaria, §.* 1. *proœmiali, ex n.* 36. Vnde ex rationis similitudine inferunt multi ad officia sæcularia, quòd per Principem sine aliqua causa subditis auferri possint nulla præstita satisfactione, ita colligentes *ex Ordin. lib.* 1. *tit.* 98. *alias tit.* 78. *in antiquis*, & de iure communi resoluit Palat. *in repetit. rub. de donat. inter virum, in princip. n.* 8. Bald. Xuar. Afflict. Guillelm. Benedict. & plures alij, ex quibus communem fatetur Pinel. *d. cap.* 2. *num.* 31. Verùm hic intellectus minimè potest sustineri, quia verior longè est contraria sententia, quòd non possit Pontifex sine iusta causa quenquam priuare beneficio suo, nam libera illa, & plenissima Summi Pontif. potestas in beneficialibus, similiter semper intelligitur in ædificationem, & secundùm rectam rationem, iuxta D. Pauli auctoritatem 1. *ad Corinth.* 10. *Accipientes potestatem in ædificationem*, &c. & ita tenent Innoc. Abb. & alij magis communiter, vt post Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum, n.* 42. *cum seqq. de constitutionibus*, & post eum Gabriel. *vers. contrarium*, Borrell. *num.* 30. *vers. altera inspectio, citatis locis.* Faciliùs ergo responderi potest ideo Sum-
5 mum Pontificem contra absentem procedere potuisse iusta de causa, quam satis indicauit verbis, quæ adiecit in vim rationis, ibi, *cùm de subreptione liquidò constet*, considerat enim Pontif. subreptionis notorietatem, velut causam procedendi contra absentem, qui se indefensum conqueri non potest, quando notorium est nullam ei competere defensionem, quo casu posse Principem contra absentem sine vlla citatione procedere, notat *hic* Abb. *n.* 10. & Felin. *n.* 11. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 17. *n.* 15. Vant. *de nullit. tit. ex defectu citationis*, & aliis, de quibus Cened. *ad Decretales, collect.* 94. *n.* 4. & plures adducti à Farin. *in praxi crimin. q.* 21. *à n.* 70.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra ius litigatoris valet si ab ea infra decem dies non fuerit appellatum.*
2 *Legatum alterius scribens Prælatus suæ Ecclesia non incidit in pœnas, & relictum valet.*
3 *Archiepiscopus vbi consentiente Episcopo eximeret, tunc non tam ab eius auctoritate, quam ex consensu Episcopi exemptio vires, & robur assumeret.*
4 *Sententiam quæ transit in indicatum facit ius, & pro veritate habetur.*
5 *Sententia non præsumitur ritè lata, à qua fuit appellatum.*
6 *Episcopus potest in totum eximere à sententia pro exemptione legitimè lata non appellando.*
7 *Sententia lata non obstante priuilegio contra ius litigatoris mero iure tenet, si non appelletur.*
8 *Sententia rectè, ritéque lata præsumitur propter temporis diuturnitatem.*

CAP. Cùm inter. XIII.

SEntentia lata contra ius litigatoris, non tamen 1
contra ius commune, si non fuerit appellatum, transit in rem iudicatam & tenet, per quam sententiam vna Ecclesia potest subiici Prælato, qui sit inferior Episcopo, vel alij Ecclesiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar, Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Butr. Bald. Anchar. Panorm. Felin. Henric. Guid. Papæ, Alexand. de Neuo, Cujac. Viuian. *in vation. secundi libri iuris Pontif. pag.* 270. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 317. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 18. *cap.* 3.

Sua vice, &c.] Notatur ad hoc quòd legatum alte- 2
rius scribens Prælatus suæ Ecclesiæ non incidit in pœnas, & relictum valet, Tiraq. *de priuilegiis pia causa, priuil.* 93.

Quod sub testimonio, &c.] Notatur ad hoc quòd si 3
consentiente Episcopo Archiepiscopus eximeret, tunc non tam ab eius auctoritate, quàm ex consensu Episcopi exemptio vires, & robur assumeret, vt per Abb. *hic n.* 14. Eraso. à Cochier. *de iurisd. Ordinarij in exemptos, p.* 1. *q.* 3. *n.* 11.

Cùm nulla fuerit appellatione suspensa.] Notatur ad 4
hoc quòd sententia quæ transit in iudicatum facit ius, & habetur pro veritate, Rot. apud Farin. *dec.* 572. *n.* 2. *p.* 2. *recent.* habet enim pro se præsumptionem. Capyc. *decis.* 16. *in princ.* Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præs.* 67. *n.* 48. Rot. *decis.* 636 *n.* 1. *p.* 1. *diuers. & in Pistorien. Beneficij* 31. *Maij* 1617. coram bonæ memoriæ Buratto, inter eius impressas, *decis.* 251. *n.* 2. Ozasc. *decis.* 13. *n.* 4. illa enim à qua fuit appellatum, & adhuc non transiuit in iudicatum non præsumitur ritè lata, de quo vide Dec. *in cap quoniam contra, n.* 321. *supra de probat.* Couarru. *pract. cap.* 6. *num.* 6. *vers. secundum*, imo dicitur iniusta, Zaz. *in l.* 1. *ff. de re iudic.* Mynsing. *cons.* 41. *num.* 7. quia magis præsumitur pro appellatione, vtpote fauorabili, quàm pro sententia, Bapt. Ferrer. *cons.* 51. *n.* 23. *lib.* 1. Torreblanc. *in tract. de Magia, lib.* 3. *de criminis pun. c.* 25. *n.* 7. & 8. vide ad *cap. dilectus* 55. *num. vlt. de appellat.*

Postquam

6 *Post quam in rem transit iudicatam*, &c.]Notatur ad hoc quòd Episcopus potest in totum eximere,à sententia pro exemptione legitime lata non appellando, vt per Bertachin.*in tract.de Episcopo*, *in 4.part.quarti lib.q.7.n.22.* Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordinarij in exemptos*, *p.1.q.3.n.8.*

7 *Attendentes tamen*, &c.]Notatur ad hoc quòd sententia lata non obstante priuilegio contra ius litigatoris mero iure tenet, si non appelletur, vt per Abb. *hic n.1.* Marant.*de ordine iudic. p.4. dist.3.n.7.& n.39.* Erasm.à Cochier.*de iurisd.ordin.in exemptos*, *p.2.q.40. n.7.* Et si nec per restitutionem in integrum rescinditur, vt per Corset.*sing.sent.8.*

8 *Quæ præsumitur ritè*, &c.] Notatur ad hoc quòd sententia recte,ritéque lata præsumitur propter temporis diuturnitatem, vt per Tiraq. *de præscript. §. 1. gloss 4.vers.32.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata si nihil continet iniquum, licèt sit appellatum, si non probetur quòd iudex non seruauerit formam mandati, est confirmanda.*
2 *Iudici si commissum, & delegatum, sit vt si quis coram eo probet intentionem suam, ferat sentent. ani pro eo alium condemnando, nihil dictum sit de absolutione, si tamen intentio, vel causa commissa non est probata poterit eum condemnare, & aduersarium absoluere.*
3 *Appellatio fuit introducta principaliter, vt per eam iniquitas iudicantium, & imperitia corrigatur.*
4 *Appellatio appellatur theriaca contra iudicis venenum.*

CAP. Causam quæ. XIV.

1 SEntentia contra actorem lata nihil iniqui continens licet sit appellatum, si non probetur quòd iudex non seruauerit formam mandati, venit in causa appellationis confirmanda. Colligunt ex Ordin.Abb. antiq.Innoc.Collect.Zabar. Bellam. Ioan.Andr.Imol. Anan.Host.Anch.Butr. Felin. Bald. Panorm. Martin. Vran.Alex.de Neuo,Cujac. Viu.*in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 271. Alagona *in compend.iur. Canon. pag.*318 remissiuè Ximen.*in concord. p.2.*& nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Ant.August. *collect. 3. Decret.lib.2.tit.18. c.5.*

De consensu partium, &c.] Potest ergo appellari à iudice, cui causa communi vtriusque partis consensu commissa fuit, vt notant *gloss. vltim.* & omnes *in præsenti*, idem probat *cap. super quæstionum*, *§. verum*, vbi *gloss.vltim.de officio deleg.* & est ratio, quia partes per huiusmodi consensum approbant personam iudicis, de qua certi sunt, itavt non possint illum nisi ex noua causa recusare,*d.§ verum*, non autem sententiam,quã ignorant, provt in teste,& eius testimonio probat *l.si quis testib.C.de testib c.vlt.vers.si quis 2.q.6.* Non obstat quòd arbitri communi partium consensu eliguntur, *c.1.de arbitr.* & tamen ab eis non potest appellari, *l.1.C.illo tit.*idque propter huiusmodi consensum ; nam vltra rationes alias,quas colliges ex Bald.*d.l.1.in princ.*& aliis *ibi* Alciat.Rip.*à n.*90. Gutt. & nouioribus *in l. nemo potest*, *ff.de legat.* 1. Blanc. *de compromiss.q.*10.*à n.*3. Mench. *successf. creat.*§.10. *ex 2. colum.* probabilius videre attenta reg. *l.1. ff.de arbitr.* potuisse appellari à sententia arbitrorum, sicut à sententia iudicis communi partium consensu dari, vt *hic*, & quemadmodum etiam à plerisque actibus extraiudicialibus appellari licet, *cap. consultationi*, *de appellat. lib. 6.* nisi oppositum cautum esset rescripto Principum, iuxta *d.l.1.ibi*, rescriptum, idque ex ratione *ibi* præscripta, iunctis aliis, de quibus per suprà citatos, quæ per se absque rescripto non sufficerent.Sic sanè text.*in cap.à iudicibus*, *2.q.6.*dum probat à iudicibus electis per partes non posse appellari, quicquid aliter intelligant alij, non agit de iudicibus partium consensu delegatis, sed de arbitris, qui ab eisdem eliguntur, & passim iudices appellantur, *l. si minor §.1.ff.de minor.l.qui nequa*,*ff.de iudiciis*, provt intelligit gloss. vbi DD. *in c.ab arbitris*, *de offic. deleg lib. 6.* & satis constat ex originali illius text. vbi de arbitris agitur.

2 *Commisimus terminandam*, &c.] Notatur ad hoc quòd si commissum,& delegatum sit iudici,vt si quis coram eo probet intentionem suam,ferat sententiam pro eo alium condemnando, & nihil dictum sit de absolutione, si tamen intentio, vel causa commissa non est probata, poterit eum condemnare, & aduersarium absoluere, vt per Vinc.Herculan.*in l.3. ff.hoc tit.n.9.col.fin.* Anton. Gom. *l.76. Tauri, num.14.col.1.* Felin.*in cap. cum inferior, num. 4. de maior.* Menoch.*de arbitr.q.43.n.7.*

3 *Et ipsa sententia nihil continebat iniquum*, &c.]Quia appellatio fuit introducta principaliter, vt per eam iniquitas iudicantium, & imperitia corrigatur, *l.1. in princ.* & *ibi* Bart. *ff.de appellat.* Franch.*in cap. suggestum 15.notab.sub n.1.& in cap.præterea 22.notab.3.eod. tit.de appellat.* Rebuff.*in tract.de appellat.in præfat.n.15. cum seqq.* Contar. *in l.vnic.in ratione dubitandi, num.3. & 5.C. si de moment.possess.*& ideo appellatur theriaca contra iudicis venenum, Bald.*in d.l.vnic.* Rebuff.*vbi sup.n.79.* Azeued.*ad Curiam Pisan. lib.4.c.6 à n.47.& l.1.tit.18.lib.4.noue Recop.* Surd.*de aliment. tit.8 priuileg.60.n.4.& tit.9.q.32.n.63. cum seqq.* Bobadil. *in sua politica, lib.4.c.6.à n.47.*

4

SVMMARIVM.

1 *Sententia si præcipit aliquid fieri ad certum terminum, tempus decendij ad appellandum currit à tempore sententiæ, non autem à die termini : quadrimestre tempus, quod à lege datur condemnatis in personali, potest à iudice ex causa arctari,& sponte terminum arctatum recipiens, non potest post decendium appellare, licet non constet iudicem ex causa terminum abbreuiasse.*
2 *Terminus quando statuitur ab actu, non verò à die actus, computatur tempus de momento ad momentum.*
3 *Appellatio interponenda est infra decem dies.*
4 *Dies decem, infra quos appellandum est, quomodo computentur, ostenditur.*
5 *Tempus datum ad appellandum non incipit currere, nisi à die, quo habetur notitia.*
6 *Tempus datum ad appellandum non currit pendente causa super nullitate sententiæ, aut super attentatis.*
7 *Impedimentum quomodo probandum, remissiue.*
8 *Ampliatur, & limitatur conclusio posita n.3.*
9 *Condemnatus non appellans facit transire sententiam in rem iudicatam.*
10 *Sententia dicitur res iudicata, quando ab ea non potest appellari, vel non fuit appellatum infra decem dies.*

CAP.

Cap. Quoad consultationem. XV.

1 SEntentia si præcipit aliquid fieri ad certum terminum, tempus decendij ad appellandum currit à tempore sententiæ, non autem à die definiti termini, & hoc decendio transacto non potest appellari, præsertim vbi causa non redditur appellandi, quia videtur per interpretationem iuris sententiæ paritum. Item qui condemnatur soluere pœnam pecuniariam intra viginti dies, si acceptat terminum, videtur renuntiasse quadrimestri tempore, & transactis decem diebus appellare non poterit, quia ex ista causa potest iudex abbreuiare tempus quadrimestre, licèt causa abbreuiationis non appareat, & sic non audietur nisi in executione sententiæ modus Canonicus excedatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Bellam. Zabarell. Joan. Andr. Imol. Anania, Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Felin. Alexand. de Neuo, Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 272. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 318. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 18. *cap.* 5.

2 *A cuius prolatione*, &c.] Notatur ad hoc quòd quando statuitur terminus ab actu, non verò à die actus, computatur tempus de momento ad momentum, vt per Tiraq. *de retract. tit. gloss.* 11. *n.* 24. & 25. Vide quæ Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 12. *n.* 57. & quæ ego ipse *de edict. & clauss dict.* 1.

3 *Post decem dierum spatium*, &c.] Notatur ad hoc quod appellatio interponenda est infra decem dies, vt per Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *actu* 2. *princ. verbo, & quandoque appellatur, q.* 3. *princ. n.* 213. & 214. Mynsing. *cent.* 3. *obseru.* 11. *n.* 1. Ioseph. Ludou. *concl.* 14. *num.* 116. *de restit. in integr. p.* 2. *q* 69. *n.* 2. Vincent. Honded. *cons.* 23. *n.* 85. *volum.* 1. Alexand. Raudens. *resp.* 23. *num.* 518. *vol.* 1. Menoch. *de præs. lib.* 2. *præs.* 95. *n.* 1. Mascard. *de prob. concl.* 114. *num.* 6. & 7. Lancel. *de attent. p.* 2. *c.* 12. *de attent. appell. pend. limit.* 50. *princip. n.* 38. & *p.* 3. *c.* 26. *de probat. attent. n.* 17. & 18. Ioan. Ferrar. *in tract. de appell. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 135. Ruginel. *in simil. tract.* §. 4. *c.* 1. *n.* 18. *vers. si quis appellauit*, Sigism. Scacc. *eod. tract. quæst.* 12. *n.* 2. Ludou. Miranda *de ordine iudiciario, quæst.* 30. *art.* 7. *concl.* 2. Surd. *cons.* 5. *n.* 38. & *cons.* 278. *n.* 10. Cardos. *in praxi iudicum, verbo appellatio, num.* 3. latè Ignat. del Villar. *in sylua resp. lib.* 1. *resp.* 15. *q.* 4. Alexand. Trentacinq. *variarum resol. lib.* 2. *sub hoc tit. resol.* 4. *à num.* 3. itavt appellanti incumbat probare se appellasse intra illud tempus, Vincent. Honded. *d. cons.* 83. *num.* 87. Bertazol. *in tract. clausul. instrum.* 1 *gloss.* 5. *num.* 27. Mascard. *concl.* 214. *num.* 14. & *cons.* 1351. *num.* 20. quia appellatio non præsumitur intra decendium interposita, Honded. *d. cons.* 73. *num.* 85. *cum seqq.* Mascard. *d. concl.* 114. *num.* 11. Lancelot. *d. cap.* 12. *limit* 50. *num.* 197. & 199. Menoch. *d. præs.* 95. *num.* 11. Qui quidem decem dies dati ad appellandum non solùm à recitatione sententiæ numerantur, *cap. anteriorum* 2. *q.* 6. sed eorum initium incipit ab illo puncto, & momento, quo recitatur sententia, & currit vsque ad vltimum punctum, & momentum decendij, sicque tempus istud ad appellandum currit de momento ad momentum, Mynsing. *cent.* 6. *obseru.* 12. *n.* 1. & 2. Honded. *d. cons.* 73. *num.* 86. Vnius Neapol. *decis.* 266. *num.* 2. Hieron. de Laurent. *Auenionen. decis.* 53. *sub num.* 10. Menoch. *d. præs.* 95. *num.* 6. Ignat. del Villar. *d. q.* 4. *n.* 16. Alexand. Trentacinq. *vbi sup. sub hoc tit. resol.* 6. *num.* 4. latè Sigism. Scacc. *d. q.* 22. *n.* 49. vbi *num.* 50. infert quòd is, qui appellat in vltima die, debet exprimere horam diei, qua appellat, & *n.* 53. declarat hoc non procedere Romæ ex dispositione Bullæ Innocentij VIII. sub dat. Romanæ Id. Ianuarij 1487. quia satis est appellare vltima die decendij, etiamsi lapsum sit vltimum momentum. Sed cùm hoc tempus decem dierum sit vtile quoad sui initium, non incipit currere nisi à die, quo habetur notitia, seu scientia latæ sententiæ, Tiraq. *de retract. lign.* 1. *gl.* 10. *n.* 104. & *de iure mariti, gloss.* 8. *n.* 183. Burg. de Pace *cons.* 12. *n.* 13. Menoch. *cons.* 120. *n.* 4. Mascard. *de probat. concl.* 1200. *n.* 6. Surd. *decis* 265. *n.* 19. Steph. Gratian. *discept. forens. cap.* 161. *num.* 4. Alexand. Trentacinq. *de resol.* 4. *n.* 3 & *resol.* 6. *n.* 3. *sub hoc tit.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. c.* 13. *n.* 8. & *de renouat. q.* 5. *n.* 24. Ignat. del Villar. *d. lib. resp.* 15. *q.* 4. *n.* 14. Sigism. Scacc. *d. q.* 12. *n.* 7. *vers.* 1. vbi *n.* 48. ob id asserit non currere ignoranti, nisi sit verè contumax, nec currere ei, qui est impeditus adire iudicem à quo, vel iudicem ad quem, & quòd non currant impedito facto iudicis facta protestatione, dicit Ignat. del Villar. *d. q.* 4. *n.* 11. & *q.* 5. *n.* 22. tenet etiam non currere impedito facto aduersarij, & quòd impedimentum nō excuset, nisi sit facta protestatio, Menoch. *cons* 100. *n* 118. Mascard. *concl.* 116. *à num.* 7. Flamin. *de resignat. lib.* 11. *q* 13. *n* 20. Sic etiam non currit pendente causa super nullitate sententiæ, quando videlicet nullitas principaliter deducitur, Tiraq. *de retractu lign.* §. 4 *gloss.* 3. *num.* 2. Perez *ad tit.* 15. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 737. Scacc. *d. q.* 12. *n.* 160. Soar. de Pace *p.* 1. *tom.* 1. *temp.* 12. *n.* 9. Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q.* 7. *n.* 14. Ignat. del Villar. *d. q.* 4. *n.* 12. Nec currit agenti super attentatis, aut pendente compromisso, Bellacomb. *tom.* 2. *communium opin. lib.* 7. *tit.* 32. *num.* 19. *pag.* 319. Scacc. *d. q.* 12. *n.* 110. Impedimentum autem quomodo probandum, vide Ioseph. Ludouic. *Peruf. decis.* 36. Surd. *de aliment. tit.* 4. *q.* 15. *n.* 52. Menoch. *de arbitr. casu* 118. *n.* 2. Flamin. *d. q.* 13. *à n.* 21. Mascard. *concl.* 116. *à num.* 13. & *concl.* 884. & *concl.* 1275. *n.* 16. & 17. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 143. *consid.* 1. debet tamen qui vult prætextu impedimenti se adiuuari duo probare, scilicet quòd impedimentum fuerit tale, vt illud remouere non potuerit. Crauet. *cons.* 270. *n.* 2. Cardin. *cons.* 38. *n.* 11. Socin iun. *cons.* 76. *n.* 79. *vol* 1. Menoch. *cons.* 101. *n.* 116. item debet probare impedimentum allegatum fuisse causam immediatam non faciendi illud de quo quæritur. Caputaq. *decis* 40. *n.* 5. *p.* 2. Boër. *decis.* 40. *n.* 4. latè Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 2. *c.* 13. *ex num.* 253. *cum seqq.*

Resolutio illa principalis suprà ex text. desumpta 8
de appellando infra decem dies multipliciter ampliatur à Sigism. Scacc. *d. q.* 12. *num.* 49. *cum seqq.* & inter alias ampliationes *num.* 69. ampliat ad tertios volentes adhærere appellationi, & *num.* 83. extendit ad supplicationem, & *num.* 84. ad sententiam interlocutoriam, & *num* 99. ad fiscum, & *num.* 102. vt neque de consensu partium possit recipi appellatio post lapsos decem dies, & *num.* 103. extendit ad causam beneficialem, & *num.* 106. ad omnem appellationem, siue appelletur ab actu iudiciali, siue extraiudiciali, & *num* 107. ad protestationem, quæ interponi debet coram honestis viris, & *num.* 111. etiamsi sententia sit conditionalis, nisi in sententiis censuræ, & *num.* 114. etiam ad laudem, seu sententiam arbitri electi ex forma statuti, seu legis, *num.* 118 etiamsi sententia lata sit præsente procuratore cum quo causa agebatur, quia adhuc procurator, seu dominus debet appellare infra decem dies à tempore latæ sententiæ, & *num.* 141. in eo, qui fuit restitutus ad

appellan

appellandum, nam & is tenetur appellare infra decem dies à die latæ sententiæ super restitutione in integrum ad appellandum, & *n.* 242. *prope fin.* ampliat in sententia lata in causa feudali,& in causa criminali. Et subsequenter limitatur multipliciter ab eodem Sigism.Scacc. *à n.* 144. vbi limitat non procedere in grauamine successiuo, & *n.*158. nec in appellatione, quæ interponitur à statuto, & *n.*159.nec in comminationibus, & *n.*160.nec in præceptis, & *n.*161. nec in appellatione à delatione iuramenti, & in sententia lata dolo iudicis, & *n.*162. nec in paupere qui ob suam paupertatem non potuit appellare intra decem dies, & *n.* 171. nec pendente articulo an appellatio sit deserta, vel non, & *num.* 173. nec quoad alia remedia extraordinaria, & *n.* 174. nec in reductione arbitramenti arbitratoris ad arbitrium boni viri.

9 Notatur ad hoc quod condemnatus appellans facit transire sententiam in rem iudicatam, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.*2. *præs.*94. *n.*5. Aym. *cons.*103. *n.*1.Gail.*lib.*3 *obseru.*139.*n*2.Rot.*in Collen. pensionis* 9. *Iunij* 1604.coram R.D.Decano, relata Farin. *dec.*81. *n.*1. *p.*1.*recent.* vbi *n.*3.quòd sententia facit transitum in rem iudicatam, quando in termino præfixo à iudice à quo ad docendum de prosequutione appellationis de ea non fuit doctum, nouè Ioan. Valer. *de differ.inter vtrumque forum, verbo, sententia, differ.* 5.

10 Et sententia dicitur res iudicata, quando ab ea non potest appellari, vel non fuit appellatum intra decem dies, vt per Couar. *pract. c.*23. *n.*2. *vers. illud.* Vnde sententiam esse exequendam, quando in iudicatum iam lapsa est, tenet Menoch. *de præs. lib.*1. *præs.*91.*n.*1.

Sententia paruisse, &c.] Igitur qui intra decendium cùm possit non appellat, quamvis non verbo, facto tamen suo sententiæ consentire, & parere voluisse videtur, secundùm omnes *hic*, idem probat *l.vlt. ff. quando appellandum*, *l. vltim. C. de sent. quæ sine certa*, tradunt *gloss.penult.* vbi commmunis, *in c*2.*de concess. præb.*Abb.& alij,vbi Dec.ex *n.*10.*in cap.sape*, *infr.hoc tit.*Cou.*de sponsal.p*2.*c*8.*§.vlt.n.*18.

In gloss. *Excedatur.* Quot autem modis excessus committatur, tradit gloss.*in præsenti*,& Vestr.*in praxi Romanæ Curiæ*,*lib.*7.*c.*6.*n*9 Lancel.*de attent. p.*2.*c.*12. *limit.*53.*n.*28. Roland. à Valle *cons.*43.*n.*6. & 8. Cæs. Contard.*in repet. l.vnic.C. si de nom. possess.lim.*29.*n.*3. Greg.Tholosan.*de appell.lib.*2.*c.*11.*n.*1. Vinc. Caroc. *in tr.de except.excepti.*44.*n.*90. Salgado *de protect.Regia tom.*1*p.*4.*c.*3.*n.*72.*cum multis seq.*& *c.*11.*ex n.*1.

SVMMARIVM.

1 *Sententia potest probari per testes, licèt non deponant de causis, quæ solem iudicem mouere ad sententiandum.*
2 *Iudex in sententia non tenetur exprimere causas, quibus nititur ad ita iudicandum.*
3 *Iudex quomodo, & quando possit declarare sententiam suam, remissiuè.*
4 *Iudex habet præsumptionem pro se,etiã si sit improbus.*
5 *Sententia pro iustitia præsumitur, quando ab ea appellatum non est.*
6 *Solemnitas intrinseca semper præsumitur.*

CAP. Sicut nobis. XVI.

1 SEntentiam fuisse latam ob fauorem alicuius, potest probari per testes, licèt nesciant causam quare iudex sententiauerit, quia non omnia, quæ mouent iudicem, sunt exprimenda, & in fauorem auctoritatis iudiciariæ præsumitur omnia præcessisse iuridicè. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innocent. Collect.Zabar. Bellam.Ioan. Andr. Imol.Anan.Host. Anchar.Butr. Felin. Bald. Panorm. Henric.Alexand. de Neuo, Cuiac.Vinian.*in rationali secundi libri iuris Pontificij*, *pag.*173. Alagona *in compendio iuris Canonici*, *pag.* 318. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.p.* 2. & nouissimè de Valboa *vbi supra* refertur ab Anton. August. *collect.*3. *Decretal. lib.*2.*tit.*18. *cap.*6.

Restitutionem.] Innuit text. actum fuisse remedio possessorio ad restitutionem pro iuribus merè personalibus; cuiusmodi erat ius percipiendi annuatim modios, de quibus *hic*, & ita notant Abb.*n.*2.& alij *in præsenti*, idem probat *cap. querelam* 24 *ad fin. de electione*, latè Menoch. *remed.*1.*recup.à n.*81.*&* *n.*88.meminit huius text. Gig. *de pension. q.*47. Valasc.*de iure emphyt.q.*18.*n.*10.

Ex depositionibus, &c.] Difficilis videtur hic text. dum admittit testes ad probandam sententiam definitiuam, in qua scriptura vsque adeò requiritur, vt aliter prolata sententia corruat ipso iure, *l.*2.*&* 3.*C. de sentent. ex breuit. cap. vlt. hoc tit. lib.*6. DD. citati *in collect. ad lib.*1. *tit.*19. *cap.*39. Sed omissa responsione communi Abb.*num.*6.Imol.& aliorum *hic*,ac Gomez *in l.* 51. *Tauri*, *num.* 2. dicentium testes *hic* admitti, quia scriptura sententiæ fuerat deperdita, & ita succedere reg.*l.testium in fine*, *C.de testib.cap.olim* 12.vbi *gloss.vlt.de priuileg.* responderi potest scripturam nullibi desiderari ad substantiam, vel probationem sententiæ, sed tantummodo ad probationem eiusdem, requiritur enim quòd iudex illam ex scripti recitatione proferat,vt sic & maturiùs deliberet,& deliberata certiùs pronuntiet, provt colliges ex *d.l.*2.*&* 3. *&* *d. cap. vlt.*ac subinde vbi ex scripto sententia per iudicem prolata est,satisfit legi, & solemnitati dictorum iurium, quoad probationem verò cùm oppositum in iure tantum non reperiatur, standum est reg. *l.in exercendis*, *C.de fide instrumenti*, & ita admittitur probatio per testes iuxta hunc text. quem sic in effectu intelligunt Abb.*num.*24. Felin.10.*&* 39.*hic* Rot. noua *decis.* 19. *sub hoc tit.* alias 409. Vant. *de nullitat. tit.ex defectu processus*, *num.*77. Franch. *in d.cap. vlt. num.*3.

Quasi nudè prolatum.] Ex his verbis colligunt *gl.*2. & alij *in præsenti*, quòd testis non tenetur, quinimo nec debet reddere rationem sui testimonij, nisi de ea fuerit interrogatus, similis gloss.*verbo de causis*, vbi latè prosequitur Felin. *in cap. cum causam de testib. & in cap. si testes*, *§. solum* 3.*q.*4.tradunt gloss.& communis *in l.solam*, *C.de testib.* Crot. *de testib.à n.*305.Menoch.*de arbitr.q.*25. Zaz.quem vide,*lib.*2. *singularium*, *resp.*6. & alij adiicientes verbosum esse testem, qui non rogatus rationem reddit. Sed hæc resolutio non probatur *hic*, quia, vt aduertunt Innocent. Zabarell. Butr. *num.*4. Imol.2. & plerique alij,textus non agit de ratione,vel causa testimonij, sed sententiæ, super qua testes deponebant, & ita de causis,quibus iudex sententiam proferens motus est,vt patet ibi,*cum causis*, &c.& respectu harum causarum deficientium apponitur in text.particula, *nude*; nec item prædicta resolutio indistinctè vera videtur, vt deducitur ex *auth.de testib.§.licèt,vers.aut etiam causam*,vt per Zaz. *vbi sup.*& constat ex multis casibus congestis à Felin. & Crot.*dictis locis.*

Non exprimantur in sententiis,&c.]Notatur ad hoc 2 quòd iudex in sententia non tenetur exprimere causas,quibus nititur ad ita iudicandum, vt per Tiraq.

de pœnis temper. in præfat. n. 54. vers. sed animaduertendum, Capyc. *decis. 2. num 19. & 20.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 93. num. 2.* Bonacos. *commun. crimin. part. 2. verbo, causa, fol. 9.* Bellacomb. & Viu. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 14. num. 2. & 3.* Farinac. *in praxi criminal. part. 1. q. 17. num. 62.* Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib. 3 cap. 17.* noue Hieron. Buccaron. *de differentiis inter iudicia ciuilia, & crimin. different. 188. à princ.* vbi *num. 2.* cum Felin. *hic num. 22.* rationem reddit, quia in sententia de facili potest mala causa exprimi, & bona supprimi, & propterea nulla est in ea causa inferenda, cùm iudices minus eruditos sæpè moueant causæ minus concludentes, & *num. 4.* resoluit iudicem in criminali sententia teneri exprimere causam, & *num. 5* quòd sententia excommunicationis exigit causæ expressionem, & in iudice appellationis idem tenet Sigism. Scacc. *de appellat. q. 11 num. 113* vbi sub *num. 112. vers. aduerte*, resoluit iudicem ad quem reformando sententiam iudicis à quo debere exprimere causas reformationis. Quomodo autem, & quando iudex possit declarare sententiam suam, vide Franc. Mar. *Delphin. decis. 546. & 668. p. 1.* Ant. Gabr. *lib. 6. commun. tit. de regul. iuris concl. 3. n. 14. cum seqq.* Tiber. Decian. *respons. 37. num. 16. volum. 4.* Anton. Thesaur. *Pedemon. decis. 253.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 67. num. 26. & q. 73. num. 21. & cons. 150. num. 9. & cons. 160. num. 48.* Gama *Lusitan. decis. 110. num 36.* Alex. Rauden *respons. 50. num. 161. & 166. volum. 1.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 147. à princip.* Cald. Pereira *quæst. forens lib. 1. q. 9. num. 15.* Bernard. Græuæ. *in practic. Camer. Imper. lib. 1. conclus. 116. consider. 1.*

3 *Propter auctoritatem iudiciariam*, &c.] Notatur ad hoc quòd pro iudice præsumitur, vt per Bald. *hic n. 3. ad finem*, Duen. *reg. 189. ampliat. 1.* etiamsi sit homo nequam, & improbus, Mascard. *de probat concl. 486. n. 8.* sicut etiam pro iustitia sententiæ præsumitur, Donat. à Fin. *tom. 1. commun. opin lib. 4. tit. 9. num 350. pag. 511.* Sigism. Scacc. *de appellat. q. 17. n. 65.* vbi dicit hoc non esse verum quando est appellatum à sententia.

4 Notatur etiam ad hoc quòd solemnitas intrinseca semper præsumitur, vt per Mascard. *de probat. concl. 1314. & concl. 1315.* resoluit solemnitatem extrinsecam nunquam præsumi.

SVMMARIVM.

1 *Appellare ab eadem sententia potest ne dum reus victus, sed etiam tertius, cuius interest, & poterit sententia quoad reum de iure suo docentem confirmari, respectu verò tertij rationaliter appellantis infirmari.*

2 *Sententiæ pro iustitia non præsumitur quando ab ea est appellatum.*

3 *Nullitatem proponens probare debet siue ad intentionem, siue ad exceptionem, aut replicationem fundandam.*

4 *Executio quando sit super re super qua cognitio præcessit, & sententia est lata, non impeditur à tertio se opponente, sed illi cauetur de indemnitate.*

5 *Sententiæ executionem tertius impedire potest.*

6 *Tertius interuenire potest etiam ad impediendam executionem trium sententiarum conformium.*

7 *Tertius interuenire potest in iudicio possessorio ad eum effectum, vt sibi, & non spoliatori restituatur de dominio suo agendo.*

8 *Tertius quando sciuisset litem agitari, & acquieuisset donec sententia esset lata, contra eum hoc casu executio competit.*

9 *Tertius ex sua spontanea voluntate absque alia citatione speciali, vel generali comparens dicitur actor.*

10 *Acta cui non nocent, non nocet sententia.*

11 *Tertius, cui vult de integro experiri, præiudicium fit cùm possessio transfertur in alium, qui obtinuit.*

12 *Sententia inter alios lata quando noceat tertio, ostenditur.*

13 *Sententia lata pro, vel contra Regem successori nocet, & præiudicat.*

14 *Sententia in causa maioratus legitimè lata pro, vel contra possessorem nocet, vel iuuat.*

15 *Sententia lata contra feudi possessorem successori iuuat, vel præiudicat.*

16 *Sententia lata contra principalem reum potest mandari executioni contra eum, qui rem litigiosam emit.*

17 *Sententia lata contra resignantem respectu beneficij resignati, possessore sciente, & patiente, parit erga ipsum, si agere velit, exceptionem rei iudicatæ.*

18 *Sententia lata inter allos in causa status personæ prodest, & nocet quando fuisset lata cum principali interessato, vel fuisset lata ad fauorem filij naturalis.*

19 *Sententia lata contra principalem citato fideiussore illi nocet.*

20 *Sententia lata contra debitorem post contractum pignus nocet creditori quominus ius pignoris retineat si sciuit causam agi, secus si ignorauit.*

21 *Sententia lata pro locatore prodest, & nocet conductor ab eo causam habenti.*

22 *Sententia lata contra proprietarium vsufructuario scienti nocet.*

23 *Sententia causa plenè cognita lata de nullitate inter contrahentes domino quoad laudemij repetitionem nocet.*

24 *Sententia declarans aliquem esse nobilem facit ius quoad omnes de familia.*

25 *Sententia lata contra hæredem præiudicat legatarijs, & fideicommissarijs.*

26 *Sententia lata super inhabilitate testatoris ad disponendum an noceat substituto, ostenditur.*

27 *Sententia lata in fauorem directi domini prodest habentibus dominium vtile.*

28 *Sententia lata contra emphyteutam, vel feudatarium in possessione non nocet dominis etiam scientibus.*

CAP. Cùm super. XVII.

AB eadem sententia non solùm reus victus, sed quicumque aggrauati possunt appellare, & si reus nihil docet pro se, & alius istè appellauit, eadem sententia confirmatur contra reum, & annullatur, vel suspenditur pro alio, quia secundùm vtrumque ius res inter aliquos acta regulariter non nocet aliis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Panorm. Burr. Bald. Felin. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag. 274.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 318.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* nouissimè de Valboa *vbi supr.* & refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 18. cap. 7.*

1 *Nihil rationabile fuerit propositum*, &c.] Per hunc text. tenet Bald. *hic col. 1.* appellatione pendente præsumi pro sententia. Sed verius est pro iustitia sententiæ non præsumi, quando ab ea est appellatum, de quo vide Dec. *in cap. quoniam, num. 52. de probat.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst. 5. num. 25.* Scacc. *de appellat.*

appellat.q.17. n.65. quia sententiæ effectus suspenditur per appellationem, Buratt.*decis.436.in fine*, Rot. *in Romana Vineæ 17. Martij 1613.* coram bon mem. Vbaldo, & hoc procedit etiam quoad præsumptionem iuris, Gabr. *tit.de sentent. concl.4.n.31.& concl.6. n.23.* Menoch.*de præsumpt. lib.2. præs.67.n.36.* Rot.*in Visen. recreationis 3. Martij 1625.* coram R.P.D.meo Pirouano.

3 Notatur etiam ad hoc quòd nullitatem proponens probare debet,siue ad intentionem,siue ad exceptionem, aut replicationem fundandam id faciat, vt per Mascard.*de probat.concl.1110.*

4 *Et ad eam prosequendam,*&c.]Notatur ad hoc quòd executio quando fit super re, super qua cognitio præcessit,& sententia est lata, non impeditur à tertio se opponente, sed ille cauetur de indemnitate, vt per Duen.*reg.274.*

5 *Executio sententiæ differatur.*]Notatur ad hoc quòd tertius executionem sententiæ impedire potest, vt per Duen.*reg.275.versic.sexto limita, & reg.277.versic.quinto limita*, Azin. *in praxi Florent.* §.81. *cap.2.limit.5.ampl.5* Boër.*decis.79.n.1.* Couarr. *pract.cap.16. num.1.* Parlad. *lib.rerum quotid. part.5.* §.11. *num.58.* Lancel.*de attent. part.1. cap.1. ampl.14. ex numero 2.* Menoch.*remed 4.adipisc. quæst.110. num.847.* Cæsar. Contard. *in repet. l. vnic. C. si de nom. possess. limit.33. n.17.* Salgado *de protect. Regia, tom. 1. part.4. cap.8. ex num.14.* Mich. Graff. *tom.2.commun. opinion.lib. 7. tit. 16.num. 117. cum seqq. pag. 83.* Franc. Viuian. *Neapol. decis. 304. num. 3.* D. Barbos. *in l. si alienam, num. 18. ff. soluto matrim.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1.conclus. 113. consid. 3.* Cald. Pereira *quæst.forens.lib.2.quæst.36.num.20.* quia vt iudicium tertio noceat, debet ille in vnoquoque actu citari, gloss.*verbo quos causa, in l. de vnoquoque, ff.de re iudic.* Tiraquell. *in tract. res inter alios acta, num. 5.* Alexand. *consil. 284. col. fin. volum. 2.* Couar. *practic. cap.13. numero 6.* Grammat. *decis.207.num.4.* Anton. Gabr.*commun.tit.de citat. conclus.2. num.330.* Vant. *de nullit.tit. ex defectu citat. numer. 19.* Milanen. *decis.1. n.174. lib. 5.* Hieronym. Gabr. *consil. 43. numer. 24. & 35.* Surd. *decis. 256.* Intrigl. *de censib. quæst.51.n.6. & decis.15.num.97.* Menoch.*remed.4.adipisc.n.457.& consil.1142.n.12. & consil. 1192. numer.29.* Honded. *consil.28.num.22.& 29.lib. 1.* Ponte *cons.75.lib.1.* Valenz.*cons.60. num.54.* Giurb. *decis.1. num. 47. vers.vt sententia.*

6 Amplia primò tertium interuenire posse, etiam ad impediendam executionem trium sententiarum conformium, de quo vide Anton. Gabriel. *tom. 3. commun. opinion. lib. 2. tit. de executione rei iudicatæ, conclus. 1. num. 19. pag. 143.* Francisc. Viuian. *Neapol. decis. 495. num. vltim.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. conclus. 70. n.15.* Massul.ad Capyc. *decis.20.num.5.* Crauet. *consil. 592. num.128.* Rot.Genuen. *decis. 111. num. 2.* Honded. *cons. 20. volum. 1.* Maresc. *lib.2. variar. cap. 121. num. 2. & 5.* Trentacinq.*variar. resol.lib.3. tit. de empt.resolut.10. sub n.22.* Mar.Giurba *decis.93. num. 3.* Salgado *d. cap. 8. n.15. cum seqq.* & in supremo Lusitaniæ Senatu ita iudicatum fuisse refert Melch. Phœbos *Lusitan. decis. tom.1. aresto 25.* vbi pariter iudicatum refert tertium impedire executionem sententiæ in fauorem Prorogis latæ.

7 Amplia secundò in iudicio possessorio, in quo tertius interuenire potest ad eum effectum, vt sibi, & non spoliato res restituatur de dominio suo agendo, vide Menoch. *consil.488. à num.1.* Fachin. *lib.1. controuers. cap. 5.* Bernard. Græuæ. *d. conclus.70. consid.1.*

Limita quando tertius sciuisset litem agitari, & acquieuisset, donec sententia esset lata, nam & hoc casu contra tertium executio competit, vt per Gabr. *d.conclus.1.num.10.* Mynsing.*in cap.veniens 38.num.9. de testibus*, Francisc. Mar. *Delphin. decis.538. sub n.7. versic. & maximè, p. 2.* Honded. *consil. 25. num. 20. volum.1.* Surd.*consil.334. num.11. & 13.& consil.405. num. 8. cum seqq.* Mendez à Castro *in praxi Lusitan. lib.3. cap. 21. num. 41.* Limita etiam quando victor præstaret cautionem de restituendo adiudicatum tertio in casu, quo vinceret, de quo vide Crauet. *ad Vestr. in praxi lib.5. cap. fin. num. 26.* Boër. *decis. 79. num.2.* Ioseph.Ludou. *Perus.decis.26.n.8.& 9.* Franc. Mar.*d.decis.538. n.4.* Matth. Coler. *de process. execut. part.2.cap.3.num.413.* Lancel. *de attent. part. 2. cap.4. in præfat. num.531.* Gomez Leon. *Hispalen. decis.59. n.6.cent.1.*

Quando tertius ex sua spontanea voluntate absque alia citatione speciali,vel generali comparet, dicitur actor, vt per Alex. Trentacinq.*variar.resol.lib.2. tit.de resol.19.à n.2.* 9

Absque Omnen. Eccleſia præiudicio. Nota quòd cui non nocent acta, non nocet sententia, Iason.*in l. si is, qui, §.fin.n.2.& 3.ff. de iureiurando*, Socin.*reg.10. vers. secundò fallit.* Et cui non nocet sententia, non nocent etiam acta, Surd.*decis.256.num.5.* sic è contrariis omnibus, quibus sententia, & res iudicata præiudicat, pariter omnia acta processus, & iudicij nocent & præiudicant, Doct.*in causam quæ, il.1. de testib.* Afflict. *decis.396. num.3.& 7.* Salgado *d.cap.8. num.301.* 10

Cum res inter alios acta,&c.]Notatur ad hoc quòd præiudicium fit tertio, qui vult de integro experiri, cùm possessio transfertur in alium, qui obtinuit, vt per Tiraq.*res inter alios acta,vers.limita 28.* Et sententia inter alios lata aliquando nocet tertio quoad semiplenam probationem, vt per Surd.*de aliment.tit.1. q.126.n.12.* aliquando verò plenè præiudicat, aliquando nihil:vt igitur de his exempla pateant,aliqua adducam, in quibus sententia pro, vel contra vnum lata aliis nocet, vel iuuat. 11

Primus est in sententia lata pro,vel contra Regem quæ successori nocet, & præiudicat, vt per Tiraq. *de iure primog. q.35. n.17.* Peregr.*de iure fisci, lib.1.tit. habentes iura fisci, n.7.post principium.* 12

Secundus in sententia in causa Maioratus legitimè lata pro, vel contra possessorem, quæ vtique nocet, vel iuuat successori, de quo vide Gomez *l. 40.Tauri, num.75.* Soar.*n.73.* Xuar.*allegat.27. num.3.* Padil.*in l.vnum ex familia, §.1.num.14. ff.de legatis 2.* Mench. *de succeſſ. §. 16. num. 27. & quæst. frequent. cap.61.num.6.* Bellacomb.*tom.2.commun.opinion. lib.7. tit.17.n.2. pag.285.*Gregor.*l.20.verbo, è hora, tit.22. partit. 3. & l.10. gloss. non se empecen, tit. 26. partit.4.* Pinel.*in auth. nisi, num. 49. & 50. C. de bonis matern.* Valasc.*de iure emphyt.q.10.n.3.* Burg.de Pace *cons.14. n.69.* Perez *ad tit.2.lib.5. Ordin. pag. 93.* Parlad.*lib.2. rerum quotid.cap.fin. p.5.§.9.n. 23.* Ioan.Garc.*de nobilit. gloss.40. n.9. cum seq.* Cald. Pereira *de empt. c.31.n.9.* vbi etiam tenet hoc fallere, nisi successor vellet probare sententiam, quæ sibi obiicit, latam fuisse ob culpam, dolum, vel negligentiam eius contra quem lata est. 13

Tertius in sententia lata contra feudi possessorem, quæ pariter successori iuuat, vel præiudicat, Couar. *practic. cap. 13. num. 5.* Pinel.*in l. 1. part. 3. numer.48. versic. sed contrario, C.de bonis matern.* Soar. *tom.2. commun. opinion. tractat. de feudis, tit.3.n.226. pag.609.* Sed aduerte quod sententia lata contra possidentem naturaliter non præiudicat possidenti 14

ciniliter gloss. vltim. *in fin. in l. Pomponius*, §. *si is qui precario*, *ff. de acquirend. possessione*, Imol. *in l. sæpe*, *n.* 26. *versic. si autem fertur*, *ff. de re iudic.* Caualer. *decis.* 326.

16 Quartus in sententia lata contra principalem reum quæ potest mandari executioni contra eum, qui rem litigiosam emit, vt per Alex. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 2. *tit. de iudic. resol.* 17. *n.* 49.

17 Quintus in sententia lata contra resignantem respectu beneficij resignati, quæ vtique possessore sciente & patiente pariet erga ipsum, si agere velit, exceptionem rei iudicatæ, vt per Put. *lib.* 1. *decis.* 12. *n.* 19. simpliciter verò sententia lata contra resignantem non nocet resignatario, idem Put. *p.* 3. *decis.* 80. quem refert, & sequitur Flamin. *de resign. benef. lib.* 1. *q.* 16. *n.* 25.

18 Sextus in sententia lata inter alios in causa status personæ prodest & nocet, quando sententia fuisset lata cum principali interessato, & sic cum legitimo contradictore agitata, iuxta reg. text. *in l. ingenuum*, *ff. de statu homin.* Tiraquel. *in tract. res inter alios*, *limit.* 27. Guttier. *consil.* 1. *num.* 3. Azeued. *l.* 1. *num.* 7. *tit.* 9. *lib.* 7. *nouæ recop.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 9. §. 1. *num.* 85. *cum seqq.* Peregr. *de fideicomiss. artic. fin. num.* 44. Mar. Antonin. *var. resolut. lib.* 1 *resolut.* 108. *num.* 21. Couar. *practic. cap.* 13. *num.* 5 Pinel. *in l.* 1. *p.* 3 *num.* 50. *C. de bonis matern.* Parlador. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin.* §. 1. *num.* 1. Solis *de censib. lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 14. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 6. *num.* 48. & in terminis statuti Legionensis Mohedan. *decis.* 8. Achil. *decis.* 5. *de sent. & re iudic.* Crescent. *decis.* 18. *de probat.* Rot. *dec.* 68. *n.* 14 coram D. meo Decano, eadem Rot. *decis.* 494. *n.* 5. *p.* 1. *recent.* & coram Greg. X V. *dec.* 498. *n.* 9. *& in Legionen. puritatis sanguinis* 26. *Maij* 1563. coram R. P. D. Quçipo.

19 Septimus in sententia lata contra principalem citato fideiussore illi præiudicat, Cotta *in memorab. verbo, sententia, pag.* 758. Surd. *decis.* 218. *n.* 11. *& dec.* 256. *num.* 17.

20 Octauus est in sententia lata contra debitorem post contractum pignus, quæ vtique nocet creditori, quominus ius pignoris retinet si sciuit causam agi, secus si ignorauit, vt per Surd. *decis.* 259. *n.* 6. An autem sententia lata contra debitorem præiudicet creditori in re pignorata in fauorem scilicet tertij, vide Neguzant. *de pignor. p.* 6. *memb.* 3. *num.* 38. *cum seqq.*

21 Nonus in sententia lata pro locatore, quæ vtique prodest, vel nocet conductori ab eo causam habenti, vt per Put. *p.* 1. *decis.* 12. *n.* 2. *in antiq. & n.* 15. resoluit quod sententia pro locatore lata tantum conductori prodest, vt agere volentibus obstet exceptio rei iudicatæ, & *n.* 16. tenet, quod ad instantiam conductoris non potest sententia pro locatore lata executioni mandari.

22 Decimus, in sententia lata contra proprietarium, quæ pariter vsufructuario scienti nocet, secus si ignoranti, vide Put. *p.* 3. *decis.* 336. *n.* 1. Pinel. *in l.* 1. *C. de bonis matern. p.* 3. *n.* 68.

23 Vndecimus in sententia causa plene cognita lata de nullitate inter contrahentes, quæ domino, quoad laudemij repetitionem nocet, vt per Cald. Pereira *de resol. emphyt. c.* 16. *n.* 70.

24 Duodecimus est in sententia declarante aliquem esse nobilem, quæ vtique facit ius, quoad omnes de familia, vt per Tiraquell. *de nobilit. cap.* 37. *num.* 2. & 7. Otalor. *eod. tract.* 2. *part.* 3. *principalis*, *c.* 8. *n.* 5. & 7. Surd. *decis.* 289. *num.* 17. Cottam *in memorab. verbo sententia*, *pag.* 709. vbi dicit, quod sententia lata pro vno ex multis fratribus ex eodem patre natis, quod sit ciuis Mediolanensis, probat quoad omnes, Salgado *d. p.* 4 *c.* 8. *n.* 312.

Decimus tertius in sententia lata contra hæredem, quæ præiudicat legatariis, & fideicommissariis, vt per Bellacomb. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *tit.* 17. *num.* 4. *cum seqq.* Ranchin. *part.* 3. *conclus.* 228. Peregrin. *de fideicommiss. artic.* 52. *num.* 40. *cum seqq.* Mieres *de maior. part.* 4. *quæst.* 14. *num.* 1. *cum seqq. in nou. impress.* 25

Decimusquartus in sententia lata super inhabilitate testatoris ad disponendum (quæ videbatur omnibus præiudicare, qui ex illo testamento venirent) si lata est substituto minimè citato non nocet, vel si nocet, solummodo nocet quoad quandam præsumptionem, vt per Menoch. *consil.* 311. *n.* 23. vbi *n.* 94. asserit, quod vt sententia lata contra hæredem noceat substituto, debet ipse substitutus scire litem agitari cum ipso hærede, alioquin si ignoret agi, illa sibi non præiudicat. 26

Decimusquintus in sententia lata in fauorem directi domini, quæ in consequentiam videtur prodesse habentibus dominium vtile, maximè si causam habent ab ipso directo domino, vt per Cranet. *cons.* 206. *num.* 5. sententia verò lata contra emphyteutam, vel feudatarium in possessione non nocet dominis etiam scientibus, quia ipsi possident ciuiliter, at emphyteuta, vel feudatarius naturaliter, de quo vide Valasc. *de iure emphyteutico*, *quæst.* 38. *num.* 33. vbi etiam in fine resoluit sententiam latam contra subditum, seu vassallum nocere domino circa subiectionem, quoad possessionem, non quoad proprietatem. 27

Decimus sextus in sententia lata contra Prælatum, seu Rectorem beneficij, quæ nocet & præiudicat successori, vt per Aym. Cranet. *cons.* 10. *num.* 8. Pinel. *in l.* 1. *part.* 3. *sub num.* 28. *ante fin. C. de bonis matern.* Iacob. Cancer. *var. resolut. part.* 2. *cap.* 19. *n.* 100. Salgado *d. cap.* 8. *num.* 315. *cum seqq.* Mieres *de maior. p.* 4. *c.* 14. *n.* 5. *in nouiss. impress.* Tiraq. *in tract. de iure primog. quæst.* 35. *num.* 17. & 18 vbi etiam idem dicit de Episcopo, œconomo, & fisco ac aliis succedentibus in vniuersali regimine, & administratione bonorum, seu iurium. 28

Decimus septimus in sententia lata ad fauorem vel contra aliquos alicuius artis, vel officij, quæ prodest, & nocet postea venientibus & succedentibus, licèt in sententia comprehensi, & expressè nominati non sint, Menoch. *consil.* 390. *num.* 37. & 38. Guid. Pap. *decis.* 549. loquens in sententia lata contra mercatores, & datarios gabellæ, seu pedagij, Fontanel. *de pactis nupt. clausul.* 4. *gloss.* 17. *num.* 87. *cum duobus seqq.* Cancer. *variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 17. *de sentent. num.* 190. Et generaliter quod sententia lata contra ciues, vel homines alicuius loci præiudicet omnibus sequentibus, etiamsi non sint hæredes condemnatorum, tradunt Menoch. *d. consil.* 390. *ex num.* 10. Peregrin. *de fideicomm. artic.* 53. *num.* 48. Cancel. *d. part.* 2. *cap.* 16. *num.* 101. Salgado *d. cap.* 8. *num.* 36 Intellige in supradictis casibus sententiam latam contra legitimos administratores successoribus, & aliis quibuscunque præiudicare, quando ipsi fideliter litem tractauere, nam si successor velit probare sententiam, quæ sibi obiicitur, latam fuisse ob culpam, dolum, vel negligentiam eius, contra quem lata est, ita quod vel cùm aduersario colludat, seu in lite ipsa negligenter se gesserit, vel lis ob eius contumaciam eo absente tractaretur, compertissimum est, provt & receptissimum litem his casibus prosequutam sequentibus successoribus præiudicium non inferre *l. ex contractu* ibi, *nisi culpa tutoris. ff. de re iud. l. si sponsus.*

sponsus, §. *si vxor* 2. *vers. si modo*, *ff. de donat. inter virum*, Pinel. *in l.* 1. *p.* 3. *n.* 50. *C. de bon. matern.* Padil. *in l. vnum ex familia*, §. *si de falcidia*, *n.* 5. *vers. sed contraria opinio*, Molin. *de primog. lib* 4. *c.* 8. *n.* 7. Anton. Gom. *l.* 40. *Tauri*, *n.* 73. Pereg. *de fideicom. art.* 53. *n.* 57. *cum seqq.* Otalor. *de nobilit.* 3. *partis* 3. *princ. c.* 8. *n.* 7. *cum seqq* Valasc. *de iure emphyt. q.* 10. *n.* 7 Salgado *d. c.* 8. *n.* 335. vbi *n.* 336. subdit hanc collusionem, seu negligentiam probari eo ipso quòd principalis victus iura sua non curauit deducere, & exhibere, & *n.* 337. idem esse dicendum ait vbi appellationem omisit in casu quo illa permittebatur, vel etiam interpositam deseruit.

29 In gloss. *Interpositam*, *in princip.* ibi, *dicas*, *quòd non cogitur plenè probare causam appellandi*, *sed sufficit probare*, *quòd aliquo modo sua interfit*, *&c.* Vide Tiraq. *in tract. res inter alios*, *pag* 27. *vers.* 19. *limita.* Cou. *pract. c.* 13. *n.* 8. *vers. caterùm*, Valasc. *de iure emphyt. quæst.* 38. *in fine*, D. Barbos. *in l. si alienam*, *num.* 20. *ff. soluto matrimon.*

SVMMARIVM.

1 *Citatus ad sententiam si ex legitima causa iudici ignorata non comparuit, tenet sententia eo absente lata, sed retractatur eo probante legitimam absentiæ causam. Si verò impedimentum probatur non plene, non retractatur sententia nisi prius doceat de ipsius iniquitate.*

2 *Præsentare non potest valide in vacante creditor, cui pignorata fuit Curia, seu villa, cui erat annexum iuspatronatus.*

3 *Declaratur text. in præsenti.*

4 *Delegatus inferioris à Principe ad vnam causam non potest totam illam subdelegare, nisi articulum nudi ministerij.*

5 *Protestatio necessaria non, est vbi impeditus non facit id, quod tenebatur.*

6 *Præsentatio, seu electio est fructus iurispatronatus.*

Cap. Cùm Bertoldus. XVIII.

1 QVando quis citatur ad sententiam, & non comparet ex iusta quidem, sed iudici ignorata causa, si eo absente feratur sententia tenet, sed si ille probat legitimam causam absentiæ, retractatur sententia; si verò non plenè probat legitimam causam, non retractatur, nisi prius doceat de iniquitate sententiæ, quæ iniquitas constabit ex tenore sententiæ, & ex actis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Henric. Felin. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Cujac. Vivian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 274. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 319 remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. nouissimè de Valboa *vbi supra* refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 18. *cap.* 8.

2 *Memorato T. adiudicantes Ecclesiam*, &c.] Probat hic text. creditorem, cui pignorata fuit Curia, seu villa, cui erat annexum iuspatronatus, non posse valide in vacante Ecclesia præsentare, de quo, huiusque text. intellectu, vide Conar. *lib.* 1. *var. c.* 13. *num.* 3. *vers. tertio*, Gregor. *l.* 9. *verbo*, *empeñado*, *tit.* 15. *p.* 1. Roch. *de iurepatron. verbo*, *ipse*, *vel is*, *num.* 6. Lambertin. *in simili tract. lib.* 1. *p.* 2. *q.* 9. *art.* 2. *n.* 3. D. Barbos. *in l. diuortio*, §. *si vir*, *n.* 57. *ff. soluto matrim.* Spin. *in speculo testam gloss* 4. *n.* 118. Cened. *ad Decret. collect.* 5. *n.* 15. *& practic. canon. quæst. lib.* 1. *q.* 10. *num. vlt.*

Sed obstat quòd iuspatronatus annexum vniuersitati bonorum cum ipsa transit, *cap. ex literis* 7. *infr. de iurepatron* cum *ibi* traditis *n.* 2. Obstat deinde quòd sequestratis bonis, in quibus iuspatronatus existit, potest sequester in vacante Ecclesia præsentare, vt per Felin. *hic n.* 29. & 30. Gig. *de pensionib q.* 72. *n.* 3. Rebuff. *in tract. nominat. q.* 14. *n.* 76. Guttier. *de tutelis*, *& curis*, *p.* 3. *c.* 7. *n.* 18. & alios adductos per Ceuall. *commun. contra communes*, *q.* 740. *n.* 1. & per Cened. *d. collect.* 5. *n.* 9. *& d. q.* 10. *n.* 3. Ergo similiter apud creditorem pignorata villa, cui erat annexum iuspatronatus, ipse creditor, sicut & sequester in vacante Ecclesia præsentare poterit.

Verùm his non obstantibus in contrarium adductis dicendum ideo creditorem, cui pignorata fuit curia, cui erat annexum iuspatronatus, non potuisse valide in vacante Ecclesia præsentare, quia licèt aliàs iuspatronatus annexum Vniuersitati bonorum cum ipsa transeat, per pignoris tamen traditionem in ipsum creditorem non transit facultas præsentandi, ex verisimili mente debitoris, qui ipsam videatur sibi excipere, & reseruare, & creditori tantummodo concedere facultatem recipiendi illos fructus, qui consistunt in pecuniario commodo debitoris, & quos ipse creditor percipiens potest in sortem principalem computare, provt tenetur iuxta text. *in cap. cùm contra de pignor. b. & in l.* 1 *& 2. C de pignorat. act.* quod tamen facere non potest de facultate præsentandi, licet fructus iurispatronatus sit, vt intelligit *gloss. vlt. in præsenti*, communiter recepta & post alios Spin. *d. gloss.* 4. *num.* 118. atque ita cùm creditor, licet pignus possidere videatur, iuxta text. *in l.* 1. §. *per seruum*, *il.* 2. *in fine*, *ff. de acquir. possess. & in l. pignori*, 13. *ff. de vsucap.* facultatem tamen præsentandi non habeat, sed remaneat penes verum dominum debitorem, à quo præsentandi ius non aufertur, recte sit quod talis creditor præsentare non potest, sicut idem in depositario tenet Guttier. *d. c.* 7. *n.* 17. At verò sequestro facto ex voluntate partium, vel præcepto iudicis, qui à possessione litigantes expulit, cùm tunc neutra pars litigantium possideat, & non sit alia persona, quæ possit præsentare nisi solus sequester, qui possidet, recte fit quòd ipse tantùm præsentabit, vt docent Corras. *lib.* 3. *miscellan. c.* 8. *n.* 18. post Roch. Lambertin. & alios Cened. *d. q.* 10. *n. vlt.* & alij citati *ad c.* 7. *n.* 8 *de iurepat.*

Quamvis supradictus intellectus, & ratio adducta vera sit in rigore disputationis, & melius quàm omnes defendi possit, non displicet asserere propterea in creditorem iuspatronatus non transire, quia illius iuris, sicut & ipsius rei pignoratæ nullum dominium, nullaue possessio in illum transfertur, sed solùm nuda detentio donec debitum persoluatur à domino, probat text. *in l. si pignus* 37. *ff. de pignorat. act.* & in possessione probat text. *in l.* 1. §. *per seruum*, *il.* 2. *ff. de acq. possess.* ac proinde cùm ad præsentationem faciendam dominium, vel saltem possessio in præsentante requiratur, veluti fundamentum validitatis ipsius, *d. cap. consultationibus*, *de iurepatron. cap. querelam*, *de elect.* meritò effectum est, vt propter rem pignoratam iuspatronatus illi annexum in creditorem non transeat. Nec obstat quòd ius præsentandi, seu præsentatio ipsa est commoditas, vel quidam fructus iurispatronatus, iuxta doctrinam gloss. receptæ *verbo capitulo*, *ad fin. in cap. cùm olim*, *de maior. & obed. & gloss. vlt. in præsenti*, qui fructus à creditore percipiuntur: satisfit enim si aduertas receptionem illorum non pro nomine, provt à possessore, sed nomine alieno fieri, & vti talem in facto consistere. Vnde nil mirum si id contingat absque possessione, valide tamen

ad effectum restituendi, vel computandi ex intentione contrahentis; at verò præsentatio licèt fructus sit, nihilominus tamen talis est, cuius effectus non consistit solùm in facto recipientis, hoc est, præsentantis, sed etiam dependet ab institutione per Episcopum facienda, qui validitatem illius, & merita præsentia iudicare debet, & tenetur, iuxta text. *in cap. decernimus 16. quæst. 7.* Vnde cùm institutio attento iure non exhibeatur nisi illi, qui vero patrono vel saltem à possessore iuris præsentandi præsentatur, vt *suprà* dictum est, rectè fit, vt cùm creditor, nec verus dominus, nec possessor sit, facta per illum præsentatio non valeat.

Ex his colliges primò generum creditorem, cui propter non solutam dotem res in pignus data est in terminis text. *in cap. salubriter, de vsuris*, non posse interim præsentare ad Ecclesiam vacantem vigore iurispatronatus, quod eidem rei pignoratæ annexum est, quod secus dicendum foret, si rario, quam communis assignat, consideraretur, eo quòd talis creditor fructus ex re pignorata in hac specie percipere potest in sortem principalem minimè computandos, probat text. *in d. cap. salubriter*, tradit gloss. & omnes *in cap. cum contra, de pignor. & in cap. 1 de feudis*, resoluunt Fortun. *de vltimo fine, illat 6.* Con. qui plures refert, *var. lib. 3. c. 1. n. 3.* Geminian. *de vsuris commento 2. à n. 74.*

Secundò colliges data conuentione de facienda præsentatione per creditorem, si per illum facta sit, nullam vsuram committi, si quidem in hac specie creditor nihil lucratur quod debitori restituere, vel in sortem principalem computare teneatur, ac proinde vsuram cessare, quæ aliàs reperitur in receptione rei pecunia æstimabilis, & ita in specie resoluit Bero. *in cap. ex literis infr. eod.* Pro quo etiam facit, quia deformitas vsuræ consistit in eo, quòd pro vsu rei mutuatæ pretium à mutuante recipitur, vnde cùm præsentatio propter coniunctionem, quam habet cum rebus spiritualibus, non recipiat æstimationem, nequaquam in illa vsura dabitur, eo quòd ex se non possit subire vicem pretij per quod prædictus vsus rei mutuatæ appretietur, iuxta resoluta per D. Thom. *2. 2. q 78. art. 2. in corpore*, Abb. *in cap. vlt. n. 16. de vsuris*, Sot. *lib. 6. de iustit. quæst. 1. art. 2.* Nau. *in man. cap. 17. num. 207.*

4 *Præfatis Abbatibus committentibus vices suas*, &c.] Notatur ad hoc quòd delegatus inferioris à Principe ad vnam causam non potest totam illam subdelegare, nec articulum iurisdictionem continentem, potest tamen articulum, qui nudi ministerij sit, de quo vide Abb. *in præsenti, n. 19.* Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 31. n. 10.* Molin. *de iustit. tom. 6. disp. 15. n. 4. vers. vt habetur*, D. Barbos. *in l. cùm Prætor, §. 1. n. 119. cum seqq. ff. de iudic.* & quæ dixi *ad cap. cum causam 62. de appellat.*

5 *Quia contineatur in illa*, &c.] Notatur ad hoc quòd est necessaria protestatio, vbi impeditus non facit id, quòd tenebatur, de quo vide Pinel. *in auth. nisi, n. 43. vers. amplia quarto, C. de bonis maternis*, Rip. *de peste, cap. condescendendo, à n. 21.* Menoch. *cons. 100. n. 118.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q. 5. n. 23.*

6 In gloss. *Patrono*, vlt. ibi, *quia si ius præsentandi consistit in fructu.* Notatur ad hoc quòd præsentandi, seu electio est fructus iurispatronatus, & iuris eligendi, vt per Rebuff. *in tract. nominat. q. 17. n. 21.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 41. §. 2. à n. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Papa in sententiis, quas profert, ordinem iuris seruat.*
2 *Æquitas, & sola veritas rei spectatur in vniuscuiusque consistorio.*
3 *Sententia Papæ, vel Principis facit ius, & habet vim legis.*
4 *Exemplo optimi Principis firmiter iudicandum.*

CAP. In causis. XIX.

PApa sicut iudicat in causis, ita alij tenentur in similibus iudicare, ideo Papa debet iudicare subtiliter, & secundùm rigorem iuris; nisi ex necessitate, vel vtilitate dispenset. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Henric. Felin. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 276.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 319.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 18. c. 9.* 1

Quæ Summi Pont. iudicio decidantur.] Id est, ob Summi Pont. personam, in cuius quidem, & vniuscuiusque consistorio, sola rei veritas, & æquitas spectatur, vt per Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 8. num. 19.* 2

Cùm in similibus causis, &c.] Notatur ad hoc quòd sententia Papæ, vel Principis facit ius, & habet vim legis, Tiraquel. *de iure primog. q. 40 n. 167.* eodem modo sententia Senatus ipsius Principis facit ius quo ad omnes similes causas, Gam. *Lusit. decis. 33. in fine, & decis. 174. n. 10. & decis. 228.* Pinel. *in l. 2. C. de rescindenda vendit. p. 2. c. 4. n. 2.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu iurisdictionis delegatæ, n. 20.* Afflict. *Neapol. decis. 169. n. 9.* Francisc. Monal. *consil. 13. n. 5.* Ioseph. Ludouic. *Perus. dec. 90. n. 2. p. 2.* Barnab. Cornazan. *Lucens. dec. 29. n. 9.* Vincent. Franch. *dec. 238. n. 3.* Peregr. *cons. 91. n. 29.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 1. n. 27. & consil. 59 à n. 10. & cons. 80. n. 30. & cons. 671. n. 21. & cons. 676. n. 2.* Alexand. Rauden. *respons. 47. num. 17. vol. 1.* Surd. *cons. 310. n. 17. & cons. 403. n. 83.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 16. n. 74.* Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit. 13. de legibus, num. 15.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. quæst. 15. n. 24.* Cabed. *Lusit. decis. 212. num. 1. part. 1.* 3

Cæteri teneantur, &c.] Notatur ad hoc quòd exemplo optimi Principis firmiter iudicandum est, vt per Menoch. *cons. 52. n. 50.* Tametsi regulariter exemplis iudicandum non esse asserat text. *in l. nemo, C. de sent. & interl.* & illum, qui solis exemplis vtitur, ostendere se iuris imperitum, dicat Alberic. *in l. 1 n. 5. ff. de constitut. princip.* vbi post Iacob. de Rauenna carpit eos, qui vbi defuerint sibi iura & rationes, nihil aliud sciunt allegare, quàm quod ita fuit dictum, ita decisum tradit Boër. *in addit. ad Ioan. de Montaig. in tract. de parlam. p. 1. n. 8.* & post eum Franc. à Fonte *de potest. proveg. tit 1. n. 15.* Sed *d. l. nemo*, intelligitur si exempla sint contra leges claras, & perspicuas, puta quia lata proponatur sententia contra casum legis, vt ideo ipso iure sit nulla, *l. 2. C. quando prouocare non est nec.* at non vbi exempla vertuntur circa iuris dubij interpretationem, vt bene explicat *gloss. vlt. in d. l. nemo*, & tradit Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præsumpt. 1. n. 29. & 30.* 4

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Sententia secunda in diuersa instantia contra primam lata, tenet mero iure, nec debet infringi, quamvis sit iniusta, ex quo ab ea non fuerit appellatum, præsertim si prima sententia secundis iudicibus non fuit ostensa.*
2 *Exceptio suspicionis tanquam dilatoria ante litem contestatam allegari debet.*
3 *Exceptio omnis dilatoria regulariter ante litem contestatam opponenda, & probanda est.*
4 *Rescriptum impetrans ad delegatum debet facere mentionem de processu, & litis pendentia, quæ est super tali causa, alias commissio est nulla.*
5 *Reus conuentus coram iudice non suo, quando non opposuit exceptionem declinatoriam ante litem contestatam, sed solum alias dilatorias & peremptorias, præsumitur tunc consensisse, & prorogasse iurisdictionem illius iudicis.*
6 *Sententia nunquam transit in rem iudicatam, vbi agitur de periculo animæ.*

CAP. Inter monasterium. XX.

1 SEntentia secunda in diuersa instantia contra primam lata tenet mero iure, nec debet infringi, quamvis sit iniusta, ex quo ab ea non fuerit appellatum, præsertim si prima sententia secundis iudicibus fuit ostensa. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Panorm. Butr. Bald. Hentic. Felin. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 277. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 319. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit.* 18 *c.* 10.

2 *Tanquam dilatorias ante litis ingressum*, &c.] Notatur ad hoc quòd exceptio suspicionis, tanquam dilatoria ante litem contestatam allegari debet, vt per Rebuff. *tom. 3. ad leges Gallie, tract. de recusat. art.* 1. *gl.* 1. Couar. *pract. c.* 26. *n.* 2. Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 5. *n.* 21. *& tom* 2. *c.* 6. *n.* 7. D. Barbos. *in l. si quis ex aliena, n.* 74. *&* 79. *ff. de iudic.* Rebuff. *in tract. de except. n.* 254. nam regulare est omnem exceptionem dilatoriam ante litem contestatam, vel ante actum, qui post litem contestatam sequi solet, si sit causa, in qua lis contestanda sit, opponenda, & probanda est, vt per Socin. *reg.* 167. & Duen. *reg.* 363. & cæteros citatos *ad cap. pastoralis, n* 2. *supra de except.*

3 *Nihil in secundis literis dicebatur*, &c.] Notatur ad hoc quòd impetrans literas Apostol. ad delegatum debet facere mentionem de processu, & litis pendentia, quæ est super tali causa, pro qua postulatur rescriptum, aliàs commissio est nulla, vt per Perez *ad tit.* 1. *in princ. vers. hinc infertur impetrantem, lib.* 3. *Ordin. pag.* 449. *&* 1. 6. 9. 33. *vers. quid autem, tit.* 12. *eod. lib.* 3. *Ordin. pag.* 701.

4 *Iudicium renuntiasse videntur.*] Notatur ad hoc quòd quando reus conuentus coram iudice non suo, non opposuit exceptionem declinatoriam ante litem contestatam, sed solùm opposuit alias exceptiones dilatorias, vel peremptorias, hoc sanè casu consensisse, & prorogasse iurisdictionem illius æquè præsumitur, vt per Menoch. *de præsumpt. lib* 2 *præs.* 19. *n.* 6.

5 In gloss. *Confirmantes*, vltim. ibi, *vbi vertitur periculum animæ.* Notatur ad hoc quòd vbi agitur de periculo animæ, sententia nunquam transit in rem iudicatam veritate comperta, vt per Tiraquell. *de retract.* 1. §. 1. *gloss.* 2. *num.* 37. Bernard. *reg.* 24. *limit.* 5. Bonacos. *commun. crimin. p.* 1. *verbo, sententia, fol.* 150. *verso.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra priuilegium ostensum, vel non ostensum, tenet si ab ea non fuerit appellatum, vel supplicatum.*
2 *Confessio procuratoris vera, & non ficta præiudicat domino.*
3 *Confessio Prælati, seu alterius procuratoris de Ecclesia, quando eidem præiudicet, ostenditur.*
4 *Sententia per instrumenta, seu priuilegia de nouo reperta quando retractari debeat, remissiuè.*

CAP. Suborta. XXI.

1 QVando ostenso priuilegio Papa fert sententiam contra priuilegium, illa sententia valet; si verò non fuerit ostensum iudici, & iudex proferat sententiam, & non appelletur, vel supplicetur, sententia deinde prætextu priuilegij non est retractanda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Bald. Anch. Panor. Felin. Guid. Papæ, Alexand. de Neuo, Cujac. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 278. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 320. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit.* 18. *cap.* 12.

2 *Quia per confessionem partis*, &c.] Ergo confessio procuratoris vera, & non ficta præiudicat domino, de quo Hippol. *sing.* 290. latè Mascard. *de probat. conclus.* 399. vbi *n.* 2. resoluit dominum reuocare posse confessionem per procuratorem quovis tempore ante sententiam factam, dummodo probet, quòd error facta fuit, & inde detrimentum secutum sibi fuisse. Generaliter tamen, & in communi confessionem solius Prælati, seu alterius procuratoris de Ecclesia eidem præiudicare, cùm aduersùs illam restitutione, vel reuocatione opus sit, tenent *gl.* 2. *&* 3. *in cap. vlt. de in integr. restit. lib.* 6. & expressè ex eo colligunt Anch. & Franch. *n.* 1. ac Domin. *n.* 8. Rota *dec.* 466. *n.* 1. *in nouis*, & ex eo confirmatur, quia confessio, de qua agimus, dicitur hic facta in iudicio, & ita ex necessitate illius per modum contentiosæ iurisdictionis, in quibus terminis fere omnes agnoscunt solius Prælati confessionem Ecclesiæ præiudicare, sicut & tutoris, procuratoris, & similium, sic intelligentes text. *in præsenti, & in d. cap. vlt. &* 12. vbi gloss. *verbo, sponte, de capellis Monach. cap. vlt. de confess. c.* 1. *in fin. princ. vt lite non contest.* cum similibus; contrarium dicentes, quando confessio facta est extra, & absque necessitate iudicij per viam iurisdictionis voluntariæ, iuxta textus, quos ita asserunt procedere, *in l. certum* § *sed an, & ipsos, ff. de confessis, l. si defensor* 10. *in princ.* aliàs *l. si sine, in princ. vers. sexus, ff. de interrog. act. on. l. proinde*, §. *procurator, ff. ad legem Aquil.* tradunt Abb. *in d. c. vlt. n.* 10 *de confessis, & in c. dudum, il. 2. n.* 30. *de elect.* Aret. *cons.* 63. *n.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 367. *n.* 22. *&* 23. Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. C. concl.* 669. *n.* 34. Sarm. *lib.* 3. *select. c.* 11. *n.* 5. & citati ab Octauian. *Pedem. dec.* 39. *n.* 6. *&* 34. Surd. *cons.* 326. *n.* 4. *lib.* 3.

3 *Prætextu priuilegij de nouo reperti*, &c.] Am, & quando sententia per instrumenta, seu priuilegia de nouo reperta retractari debeat, vide Gregor. *l.* 23. *tit.* 14. *partit.* 5 Soar. *tom.* 2 *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 9. *p.* 387. Guttier. *de iuram. confirm. part.* 3. *cap.* 7. *num.* 7. Molin.

de iustitia, tr.2.disp.5 68.n.6. Peregr. *de iure fisci, lib.7. tit.4.n.7.* & in transactione Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper.lib.2.concl.41.consid.1.n.7.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia à qua fuit appellatum retractatur si constat testes ad quorum dicta tantum lata fuit, conspiratores fuisse.*
2 *Testium publicatio an, & quando sit de substantia iudicij, remissiuè.*
3 *Sententia, quæ nititur duobus fundamentis, vno vero, & altero falso, sustinetur ex vero.*

CAP. Cum I. & A. XXII.

1 QVando testes qui iurant erant conspiratores, & propter eorum dicta, & non aliorum, sententia fertur, si appelletur, sententia est retractanda; si verò non propter eorum dicta, sed aliorum fuit lata sententia, non est retractanda, conspiratores enim possunt iurare de aliis rebus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Henric. Felin. Guid. Papæ, Alexand. de Neuo, Cujac. Vivian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 278. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 320. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.*2. *tit.* 18. *cap.*12.

2 *Depositionibus coram partibus,* &c.] An, & quando testium publicatio sit de substantia iudicij, vide Marant. *de ordin. iudic. p.*4 *distinct.*9.*n.*22. Franc. Marc. *decis.*796 *n.*4. & 5. *p.*2. Vivian. *Neapol. decis.*32. Perez *ad tit.*11. *in princ. verbo, testigos, vers. ex quo infertur, lib.*3. *Ordinam. pag.*669. Menoch. *de arbitr. lib.*1. *q.*33. & *consil.*100. *à n.*234. Guttier. *pract. lib.*1. *q.*99. *n.*4. Auend. *respons.*1. *n.*8. Azeued. *l.* 10. *n.*2. *ad finem, tit.*6 *lib.*4. *nouæ recop.* Soar. de Pace *in pract. p.*1. *tom.*8. *n.*131. Morl. *in emporio iuris, p.*1. *tit.*11. *n.*70. Rutger. Ruland. *de commiss. p.*1. *lib.*7. *c.*1. Surd. *decis.*36. *n.*6. Mascard. *de probat. concl.*1296. *n.*4. Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.*8. *n.*9. *cum seqq.* Ludos. Miranda *de ordine iudic. q.*14. *art.*6. *concl.*1. & *q.*25. *art.*1. D. Barbos. *in rubr. ff. solut. matrim. p.*3. *n.*52. Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib.*3. *c.*14 *à n.*3. Camil. Borrel. *in sum. omnium decis. tit.*42. *de iudic. n.*83.

3 *Fuerat sufficienter ostensa,* &c.] Notatur ad hoc quòd sententia, quæ nititur duobus fundamentis, vno vero, & altero falso, sustinetur ex vero, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa, limit.*62. *n.*56.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus actione iniuriarum infamis est, & per Papam potest fama restitui.*
2 *Iniuria non tam facto, quàm verbis irrogatur.*
3 *Iniuria verbalis non tantùm dicitur, quæ verbo tenus, sed etiam quæ scribendo fit.*
4 *Iniurians tenetur actione iniuriarum, etiam quod dicat verum, & etiam quod proueniat culpa iniuriam passi.*
5 *Iniuriarum condemnatus notatur infamia.*
6 *Papa solus, vel Princeps ad famam restituere potest.*
7 *Infamia facti an per Papam, vel Principem remoueri possit.*
8 *De minimis non est curandum.*
9 *Infamia non incurritur ex leui iniuria,*

CAP. Cùm te. XXIII.

1 LIcèt condemnatus actione iniuriarum sit infamis, tamen secus si sit minima. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Hostiens. Anchar. Butr. Bald. Felin. Panorm. Anania, Henric. Alexand. de Neuo, Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 278. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 320. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Augustt. *collect.*4. *Decret. lib.*2. *tit.*11. *cap.*1.

2 *Eo quod diceres,* &c.] Et sic non tam facto, sed etiã verbis irrogatur iniuria, vt per Couar. *lib.*1. *variar. c.*11. *n.*1. Et non tantùm dicitur verbalis iniuria, quæ verbo tenus, sed & ea, quæ scribendo fit, quia scriptura loquitur, *l. non figura* 37. *vers. quatenus, ff. de actionibus, & obligat. gloss. verbo, conuitium, in l.*1. *ff. de iniuriis,* Capel. Tholos. *decis.*127. *n.*1. Farin. *in praxi crimin. p.*3. *q.*105. *n.*4. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam. Imper. lib.*2. *concl.*104.

3

4 *Equum tuum non esse minoris pretij,* &c.] Vnde colligitur iniuriantem teneri actione iniuriarum etiam, quòd dicat verum, & etiam quòd proueniat culpa iniuriam passi, de quo vide Bajard. *ad Clar.* §. *iniuria, n.*70. Menoch. *cons.*41. *n.*6. & 29. *cum seqq.* Surd. *decis.* 89. *n.*27. Farin. *d. q.*105. *n.*227. & *p.*4. *cons.*30. *lit. V.*

5 *Te notaret infamia.*] Quia iniuriarum condemnatus notatur infamia, Clar. §. *iniuria, num.* 5. Farinac. *d. quæst.* 105. *à num.* 61. Bernard. Græuæ. *d. lib.*2. *concl.*102.

6 *Beneficium restitutionis ad famam à Sede Apost.*] &c. Notatur ad hoc quòd solus Papa, vel Princeps ad famam principaliter restituere potest, vt per Felin. *in cap. at si clerici,* §. *de adulteriis, n.*12. vbi Dec. *n.*18. *de iudic.* Cou *lib.*3. *var. c.*3. *n.*3. Bernard. *reg.*526. optimè Sfortia *de in integrum restitutione, p.*2. *q.*92. An autem

7 infamia facti per Sedem Apost. vel alium Principem remoueri possit, vide Tiraq. *de constit. p.*3. *limit.*7. *n.*20. Roman. *sing.* 469. incipit, *dubitatio est magna,* Farin. *in praxi crimin. p.*1. *q.*6. *n.*45. *vers. in proposito.*

8 *Quod nulla fuerit,* &c.] Notatur ad hoc quòd de minimis non est curandum, vt per Tiraq. *de iudic. in rebus exiguis, à princ.* vbi *in vers. decimò,* quòd nullum, & minimum æquiparantur.

9 *Vel minima facta iniuria.*] Ergo infamia non incurritur ex leui iniuria, vt per Tiraq. *de iudic. in rebus exiguis, vers.*64. Verùm contrarium melius ex hoc text. deprehenditur, vbi fuit opus restitutione in integrum ad hoc, vt condemnatus pro minima iniuria infamiam non incurreret, ergo si non fuisset restitutus, illam incurrisset, provt aduertunt Clar. §. *iniuria, n.*9. *vers. item condemnatus,* Soar. *in thesauro recept. sent. lit. I. n.*29. Farin. *d. q.*105. *n.*65.

SVMMARIVM.

1 *Sententia reuocata propter defectum iurisdictionis, vt quia vnus ex iudicibus publicè excommunicatus erat, vel propter iuris ordinem non seruatum, iterum de nouo causa principalis est videnda.*
2 *Sententia lata à iudice excommunicato nullius prorsus est momenti.*
3 *Actus, & sententia vitiatur in totum, si ex pluribus exercentibus iurisdictionem vnus solus sit excommunicatus, etiamsi plures iudices fuissent deti cum clausula,* quòd si non omnes, *&c. vt num.*4.

5 *Arbitri*

5 *Arbitri electi à partibus seruato iuris ordine sententia, si sit excommunicatus, nullius est momenti.*
6 *Sententia interlocutoria & simplex decretum latum à iudice excommunicato est nullum.*
7 *Sententia lata à iudice excommunicato an possit per partes ratificari, remissiuè.*
8 *Sententia ab excommunicato occulto lata valet.*

CAP. Ad probandum. XXIV.

1 SEntentia reuocata propter defectum iurisdictionis, vt quia vnus ex iudicibus publicè excommunicatus erat, vel propter iuris ordinem non seruatum, iterum de nouo causa principalis est videndâ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Felin. Panorm. Bald. Hentic. Alex. de Neuo, Cujac. Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 279. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 321. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 2. *tit.* 11. *c.* 2.

2 Collige ex text. sententiam latam à iudice excommunicato nullius prorsus esse momenti, vt per gloss. *hic verbo, innodatus*, Bald. *n.* 1 Butr. *n.* 3. Panorm. *n.* 2. & Felin. *in princ.* Vant. *de nullit. tit. de nullit. ex defectu iurisdictionis, n.* 137. Soar. *tom* 1. *disp.* 16. *sect.* 1 *num.* 6. Ant. Ricciul. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 5. *c.* 18. *n.* 1.

3 Amplia primò procedere siue excommunicatus exerceat iurisdictionem solus, siue simul cum aliis, nam sufficit, quòd vnus tantùm sit excommunicatus, ad hoc vt actus, & sententia vitietur in totum, vt expressè probat text. *in præsenti*, ibique docent Innoc. Host. *n.* 1. Ioan. Andr. *n.* 3. Butr. *n.* 7. Imol. *sub num.* 5. *vers. item actus sententiandi*, Panorm. 4. quos refert & sequitur Anton. Ricciul. *d. c.* 18. *n.* 7.

4 Secundò amplia, vt procedat etiam si plures iudices fuissent dati cum clausula, *quod si non omnes*: nam nihilominus procedendo cum vno excommunicato inficiunt propriam iurisdictionem, vt post Ioan. Andr. Host. & Panorm. *in præsenti*, resoluit Ant. Ric. *d. c.* 18. *n.* 8. vbi *n.* 8. declarat procedere in iudicibus delegatis, secus dicens in duobus, aut pluribus Ordinariis, quorum si vnus sit excommunicatus, & alter non, sententia sustinetur ex persona non excommunicati, & *n.* 10. pariter declarat, vt procedat quando iudices non excommunicati admittunt scienter excommunicatum, secus si ignoranter, quia tunc sententia sustinetur ex auctoritate eorum, qui non erant excommunicati.

5 Tertiò amplia vt procedat in arbitro iudice electo à partibus, vt iudicis partes suscipiat, & per suam sententiam liti finem imponat seruato ordine iudiciario, cuius enim sententiam pariter nullius esse momenti, tenuerunt Panormitan. *hic sub nnmero* 2. Dec. *in cap. intelleximus, num.* 1. *de iudic. & in cap. post cessionem, numero* 22. *de probat.* Victoria *de excommunicatione, num.* 16. Guttier. *canonic. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 74. *cum seqq.* Anton. Ricciul. *d. cap.* 18. *num.* 5. optimè Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *num.* 31. *vers. septimò.*

6 Quartò amplia vt procedat non solùm in sententia diffinitiua, sed etiam interlocutoria, & in simplici decreto, vt post Bald. *in rubr. C. qui admitti, n.* 19. docet Ant. Ricciul. *d. c.* 18. *n.* 2.

7 Quintò amplia, vt procedat siue iudex fuerit excommunicatus à principio, siue medio tempore, vt dixi *ad cap. sciscitatu* 13. *num.* 5. *de rescript.* An autem sententia lata per iudicem excommunicatum possit à partibus ratificari, vide Socin. *in cap. sacris, n.* 274. *de sententia excommun.*

8 *Publicè innodatus*, &c.] Notatur ad hoc quod sententia ab excommunicato occulto lata valet, quia talis non erat de necessitate vitandus, siue esset iudex ordinarius, siue delegatus, vt docent *hic* Bald. *num.* 1. Butr. *num.* 3. Panorm. *num.* 2. & Felin. *in princ. numero* 3. Couar. *in cap. alma mater, part.* 1. *§.* 7. *num.* 9. *&* §. 11. *num.* 4. Padil. *in l.* 1. *num.* 51. *&* 52. *C. de iuris, & facti ignorantia*, Guttier. *d. cap.* 1. *num.* 76. *&* 81. Mascard. *de probat. concl.* 649. *n.* 35. Sbroz. *de officio Vicarij, lib.* 3. *q.* 17. *n.* 6. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 32. *n.* 1. 31. *&* 45. Less. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 29. *dubit.* 7. Ant. Ricciul. *d. c.* 18. *num.* 14.

SVMMARIVM.

1 *Res inter alios iudicata aliis non nocet, nisi ei, qui cùm sibi primum actio & defensio competeret, sustinuit sequentem agere.*
2 *Sententia inter alios lata nocet scienti, & pro suo interesse non comparenti.*
3 *Res inter alios acta aliis nocet cùm causæ sunt connexæ, & in causa filiationis, vt* n. 4.

CAP. Quamvis. XXV.

Gregor. IX.

QVamvis regulariter res inter alios iudicata aliis non noceat, tamen nocet ei, qui cùm sibi primùm actio, & defensio competeret, sustinuit sequentem agere, nocet etiam illi, qui passus est eum, à quo habuit causam experiri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Hentic. Felin. Alexand. de Neuo, Cujac. Viuian. *in ration. secundò libri iuris Pontif. pag.* 279. Alagona *in compend. iur. Canonici pag.* 321. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2.

1 B

Et tamen qui cum sibi primum, &c.] Notatur ad hoc quòd scienti, & pro suo interesse non comparenti nocet sententia inter alios acta, vt per Duen. *reg.* 274. *limit.* 1 Faciunt quæ Flamin. *de resign. lib.* 1. *q.* 16. *n.* 34. Vnde Menoch. *cons.* 319. *n.* 5. resolvit, quòd debitor, qui passus est causam super rei pignore datæ tractari à creditore, si is creditor succumbat non poterit impedire executionem, & *n.* 6. tenet quòd fideicommissarius, qui passus est etiam ratione iuris sui tractari causam validitatis testamenti à solo hærede, si ipse hæres succumbat, non poterit impedire sententiæ executionem.

2

In gloss. *Res inter alios*, ibi, *hac regula fallit in multis casibus*, scilicet cùm causæ sunt connexæ, vt per Tiraq. *in tract. res inter alios, vers. limita* 22.

3

In ead. gloss. ibi, *item in causa filiationis*. Vide Tiraq. *de retract. tit.* 1. *§.* 1. *gloss.* 16. *n.* 3. *& d. tract. res inter alios limit.* 27. & vide ad quid Cald. Pereira *de renouat. emphyt. q.* 10. *n.* 18. & dixi de hac re *in tract. Axiom. iuris vsusf. Axiom.* 199. *n.* 11.

4

SVMMARIVM.

1 *Ordinarij duo si pronuntiant contraria, tenet sententia pro reo, nisi in quatuor casibus hic contentis, & similibus. Si verò delegati discordant, delegans est adeundus; si arbitri, neutra tenet.*

2 *Matrimonij pro causa in dubio iudicandum est, declara, vt n.3.*
4 *Dotis in causa ad eius fauorem in dubio iudicatur.*
5 *Libertatis in causa ad hominis liberi fauorem in dubio iudicatur.*
6 *Testamenti ad fauorem semper iudicandum.*
7 *Alimentorum in causa pro illis semper est iudicandum.*
8 *Sententia in dubio ferenda est pro fisco quando causa agitur cum persona non priuilegiata.*

Cap. Duobus. XXVI. & vlt.

1 ORdinarij duo si pronuntiant sententias diuersas, tenet sententia quæ est pro reo, non pro actore, nisi in causa fauorabili pro actore, vt in matrimonio, libertate, dote, vel testamento; si iudices non sunt ordinarij, sed delegati, sententia pendebit arbitrio delegantis, si ex compromisso, neutra habet vigorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anch. Butr. Bald. Panorm. Felin. Alex. de Neuo Cujac. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 280. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 321. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 *Putà matrimonio.*] Notatur ad hoc quòd in dubio pro matrimonio iudicandum, vt per Panorm. *hic, & in cap. licèt ex quadam, n.* 4. *&* 5. *de testib.* Hieron. Grat. *inter consilia matrimonialia, cons.* 75. *n.* 7. Mascard. *de probat. concl.* 1023. *à princ.* Menoch. *remed.* 4. *adipiscendæ, n.* 389. *& de arbitr. casu* 475. *n.* 20. *&* 21. *& cons.* 199. *n.* 54. *& cons.* 215. *n.* 7. *& cons.* 227. *n.* 10. Gaïl. *lib.* 2. *obseru.* 94 *num fin.* Nauar. *sub tit de sponsal. cons.* 23. *num.* 1. Sayr. *in claui Regia, lib.* 12. *c.* 19. *n.* 15. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 19. Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 18. *n.* 5 Guttier. *eod. tract. cap.* 3. *à num.* 16. *& c.* 63. *n.* 30. optimè Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comparat.* 16. *à n.* 7. Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *Præsumpt.* 71. *num.* 30. vbi quòd in causis matrimonialibus opinio aduersùs communem retinenda est, de quo etiam Cott. *in memor. verbo nuptiarum, pag.* 618. quem refert parens meus *in comment. ad Ordin. Reg. Lusitan. lib.* 3. *tit.* 6 *§.* 1. *n.* 8.

3 Primò declara, vt procedat quoties hinc inde, vbi de matrimonio agitur contrahendo, datur paritas personarum, secus data disparitate, nam tunc pro eo non esse præsumendum, tenent multi citati à Franc. Molin. *d. comparat.* 16. *à numero* 8. vbi *num.* 9. ab hac communi & ferè omnium traditione discedit, & meritò tenet non procedere de iure Canonico, quo attento paritas, vel imparitas personarum non consideratur. Secundò declara quoties agitur de matrimonio, quòd contractum fuisse constat, & agitur de illius dissolutione, secus quando agitur de probando matrimonio, vt per Paris. *cons.* 15. *num.* 29. *lib.* 2. Socin. iunior *cons.* 88. *num.* 32. *lib.* 2. quos refert & sequitur Menoch. *cons.* 199. *num.* 54. sed hanc opinionem falsam, & in iure periculosam esse refert Francisc. Molin. *d. comparat.* 16. *num.* 14. pariter aduertens Paris. non loqui in eo casu ad quem per Menoch. adducitur, sed quoties agitur de matrimonio contracto in præiudicium prioris matrimonij, de cuius validitate disputatur; tunc non debet fieri interpretatio in fauorem secundi, & ita intelligendus Socin. *loco proximè citato*, nam, & hæc est in hoc casu communis sententia ex latè traditis per Mascard. *concl.* 1019. *à num.* 8. *& concl.* 1126. *n.* 7. At vbi de noua matrimonij probatione agitur, latissima debet fieri interpretatio, quamvis non constet in matrimonium fuisse contractum, & in his terminis loquitur text. *in præsenti*, sic communiter ab omnibus intellectus quos *suprà* recensui, affirmantes pro matrimonio in dubio iudicandum, & in eo probando leuiores probationes vltra iuris communis regulas sufficere, pro quo iudices possunt etiam aduersùs communem illius singulari prærogatiua iudicare, Beret. *cons.* 80. *n.* 21. *&* 22. Gail. *d. lib.* 2. *obseruat.* 94 *n.* 19. Vltimò declara huius text. conclusionē non procedere, quando matrimonium fuit per metum contractum, vt cum Purpurat. *cons.* 575. *n.* 16. *lib.* 1. tenet Seraph. *decis.* 893. *n.* 32. *&* 33. ibi, *Quia cùm constet metu esse contractum, non debemus ei fauere, nam nuptiæ coactæ malos exitus habere solent.* Farin. *decis.* 245. *n.* 17. *in censur.* ibi, *Nec eos mouit quòd in dubio pro validitate matrimonij pronuntiandum est, nam extantibus prædictis iuris probabilem dubitationem, nec proclines esse debemus in fauorem huius contractus, alieno impulsu potius, quàm propria inductione, & tempore quadragesimali, contra Canonum prohibitionem celebrati.* Monald. *cons.* 6. *n.* 14. *p.* 2. ibi, *Et in hoc multum oneratur conscientia iudicis, cùm aquè fauor debeat sic dissoluere matrimonium contra legem Dei contractum, sicut legitimum confirmare.*

4 *Dote.*] Notatur ad hoc quòd in causa dotis in eius fauorem in dubio iudicatur, vt per Palar. *in repetit. cap per vestras, de donat. inter virum, & vxorem, notab.* 3. *in principio, num.* 4. *vers. sed in hoc*, Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 2. *num.* 6. Tiraquell. *de pia causa, priuil.* 147. Viuian. *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 7. *t.* 2. 27. *num.* 6. *versic.* 7. Sayr. *d. num.* 15. Galganet. *de iure publico, lib.* 2. *tit.* 37. *num.* 56.

5 *Libertatis.*] Notatur ad hoc quòd in causa libertatis ad fauorem hominis liberi iudicantur, vt per Cassan. *in consuetudinibus Burgund. fol.* 302. *n.* 13. *cum seqq.* Sayr. *d. n.* 17 Galganet. *d. tit.* 37. *n.* 55.

6 *Seu testamento.*] Notatur etiam ad hoc quòd ad fauorem testamenti semper iudicatur, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 10. *num.* 12. *cum seqq.* Sayr. *d. n.* 15.

7 *In causa fauorabili.*] Putà alimentorum, nam in dubio semper pro illis est iudicandum, Lara *in l. si quis à liberis, §. vtrum, num.* 75. *ff. de liberis agnoscendis*, Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 15. *num.* 12.

8 Sic etiam sententia in dubio ferenda est pro fisco, quando causa agitur cum persona non priuilegiata, & vide Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 16. *num.* 3. Bonacos. *commun. crimin. part.* 1. *verbo, iudex, fol.* 100. *& part.* 2. *verbo, opinio, fol.* 56. Menoch. *cons.* 395. *num.* 90. *& de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 72. Ioan. Garc. *de nobilit. glass.* 25. *n.* 29. Peregr. *de iure fisci lib.* 7 *tit.* 3. *num.* 43. Farin. *fragment. crimin. part.* 1. *lit. F. num.* 187. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia & crimin. different.* 164. *n.* 7. vbi *num.* 8. aduertit hoc procedere in ciuilibus, seu quando fiscus est actor ex contractu, nam tunc habet hoc priuilegium vt existentibus probationibus paribus inter ipsum fiscum actorem, vel alium priuatum reum, sit pronuntiandum in fisci fauorem; secus autem erit in criminalibus, seu quando fiscus ageret ex causa lucratiua descendente ex crimine, quia tunc firma erit regula, & iuris conclusio, vt in fine litis, & in sententiando magis faueatur reo, quam actori.

De Appellationibus, recusationibus, & relationibus.

TIT. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*
2 *Appellationis materiam qui Doctores tractent, citantur.*
3 *Appellare aliquando importat aliquem nominare, interdum significat accusare, nonnunquam importat remedium, de quo in præsenti.*
4 *Appellatio definitur vt sit à minori iudice etiam extraiudicialiter procedente ad maiorem legitimè facta ordinaria prouocatio ad reparandam sententiæ iniquitatem.*
5 *Appellatio per quam necessaria fuit.*

1 SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Io. Andr. Anan. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Dec. Bald. Mantua, Beroi. Franch. Præp. Cujac. Guillelm. Durand. *in breuiario iuris Canon. & in speculo iuris, lib 4. sub hoc tit.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol.* 272. Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.* 84. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canonici*, Daniel Venator *in analysi methodica iuris Pontif. à pag.* 320. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Zypæ. *in analytica postremi iur. Eccles. enarrat. pag.* 135. Lancel. *in instit. Canon.* Canys. *in summ. iuris Canon.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris*, Barthol. Carthag. *in expositi. titulorum eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 2 *summ. in Decretal.* omnes *sub hac rubr. & tom.* 4. *repet. super iure Canon. ad lib.* 3. *Decret.* Matth. Nerutius, & Ioan. Crotus.

2 De materia huius tit. agitur apud Lusitanos *in Ordinat. Regia lib* 2. *tit.* 69. *&* 70. vbi parens meus, & apud Castellanos *tit.* 23. *partit.* 3 vbi Greg. *& tit.* 16. *lib.* 3 *Ordin.* vbi Perez, *& tit.* 18 *lib.* 4. *nouæ recop.* vbi Azened. Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Gallie, tract. de appellat.* Alexand. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 2. *tit. de appellat.* Amat. Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap. vltim.* Bellacom. Viuian. & alij *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7 *tit.* 22. *cum seqq.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo, appellatio*, Cardos. *in praxi iudicum, eod. verbo*, Galganet *de iure publico, lib.* 2. *tit.* 40. *cum seqq.* & de appellationibus integros tractatus ediderunt Bonincontrus *tom.* 5. *tractatuum Doct. fol.* 55. Ioan. Ferrarius *eod. tom.* 5. *fol.* 62. Petr. Gregor. Tholos. Petr. Greg. Brederodius, Iul. Cæsar, Rugi-nellus, & Sigism. Scacc. *de appellationibus temporum diuersis*, Albericus Gentilis *de appellationibus Ecclesiæ Africanæ ad Romanam Sedem*, Marius Antonius Capella.

3 Appellare, sicut & appellatio multiplicem habet significationem, aliquando enim importat si non proprio appellatiuo, tamen nomine dignitatis scilicet, vel officij aliquem nominare, de qua significatione agunt Doctores *in l. filia* 28. §. 1. *de condit. & demonst. l. si quid*, §. *vlt. ff. de legat.* 3 *l. si heredes* 127. vbi Bart. annotauit, *ff. de legat.* 1. *cap. quoniam Abbas* 14. *de offic. delegat. cap. requisisti* 15. *de testam.* §. *appellamus, Inst. de actionib.* Aliquando verò appellare significat accusare, *l. ad iudicium vocare, l. qui prior* 29. *ff. de iudicijs*, & in hoc sensu idem est quod interpellare, *l. si fideiussor* 17. § *vltim. ff. de fideiussor.* ibi, *cùm interpellatus reus*, & ibi, *cùm interpellaretur*, post alios Couar. *pract. c.* 39. *n.* 1. *vers.* 3. *& n.* 7. *vers. hinc etiam*, in qua significatione intelligitur à nonnullis *cap. de priore* 31. *infr. hoc tit.* Aliquando tandem accipitur provt importat remedium, de quo *hic* agitur.

4 Appellatio definitur, vt si à minori iudice etiam extraiudicialiter procedente ad maiorem legitimè facta ordinaria prouocatio ad reparandam sententiæ iniquitatem, siue per malitiam, siue per ignorantiam acciderit. Loco generis ponitur prouocatio, quæ latissimè patet, & plerasque comprehendit prouocationes, quæ propriè appellationes non sunt: vt constat ex *cap. cùm sit Romana, hoc tit.* cum aliis. Dixi, *ordinaria*, vt reiicerem subsidiarias prouocationes. Adieci, *è minori ad maiorem*, tum vt ostenderem nequaquam appellari posse ad illos, qui cum inferiori idem tribunal constituunt, *cap. Romanam, hoc tit. in* 6. cum similibus; tum vel maximè, quia in hoc magna ex parte consistit substantia appellationis, *c.* 2. *de consuet. lib.* 6. vbi gl. *verbo officiali*, vbi dixi. Insuper apposui, *iudice etiam*, &c. tum vt reiicerem priuatas personas, à quibus propria non datur appellatio, tum vt comprehenderem iudicem etiam extraiudicialiter procedentem. Deinde adiicitur particula, *legitimè*, vt includantur omnes solemnitates requisitæ ad validitatem appellationis. Denique apponitur, *ad reparandam iniquitatem*, vt excludantur aliæ remedia quæ directè, & principaliter non respiciunt iniquitatem, sed vel nullitatem sententiæ, vel aliud diuersum. Tandem adieci, *siue per malitiam, siue per ignorantiam*, vt vtramque causam iniquitatis comprehenderem, siue iniquitas à parte rei contigerit, siue de futuro speretur, iuxta exemplum *cap. bonæ* 51. ibi, *ne quis eum præsumeret molestare, infr. hoc tit.*

5 Appellatio per quam necessaria fuit, cùm enim satis frequenter euenerit vt inferiores iudices, vel per malitiam, aut ignorantiam iniquas ferrent sententias, oportuit omnino adhibere remedium quo iniquitas; vel imperitia iudicantium corrigeretur, quamvis aliquando per accidens, & præter intentionem contingeret sententias reformari in peius, *l.* 1. *in princ. ff. hoc tit.* Duplici autem de causa contingere potest quòd quis hoc remedio vtatur, altera confidentia iustæ litis, quia iniustè grauatur à iudice: altera differendæ executionis gratia, vt ita mora interiecta iustum iudicis præceptum executioni mandari nequeat. Primò casu licet, quia hoc est prudenter euadere grauamen iudicis inferioris, patet *Actor.* 15. vbi S. Paul. Cæsarem appellauit, *d. l.* 1. *cap. omnis oppressus*, cum multis *ibid.* 2. 9. 6. Secundò prorsus illicitum, facit namque appellans ita calumniosè se defendens iniuriam iudici, cuius officium impedit, & honorem offendit, contra *l. omnem honorem, C. quando prouocare, cap. vt debitus* 59 *in princ. infr. hoc tit.* Deinde aduersarium lædit, cuius iustitiam quantum potest perturbat, expendit eleganter S. Thom. 2. 2. 69. *art.* 3. *in corpore*, Soar. *in pract tom.* 1. *p.* 6. *in prooem. ex n.* 1. Appellatio an iuris naturalis, seu potiùs humani inuentum sit, dixi ad *cap. ad nostrum* 3 *post n.* 4. *hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio facta post appellationem ex probabili, & verisimili causa interposita est ipso iure nulla.*
2 *Testis illegitimus in causa summaria repellitur.*
3 *Iudex non admittens appellationem si causa est criminalis deponitur.*

4 *Sententia*

4 *Sententia alicuius censuræ si proferatur post appellationem est ipso iure nulla, potestque clericus pendente tali appellatione celebrare.*

Cap. Dilecti. I. *Alex. III.*

1 SI post factam appellationem ex causa probabili, & verisimili index confert beneficium, collatio est nulla, & quicquid facit est irritum, & qui differt per sex menses conferre Ecclesias malitiosè, perdit ius suum, quod transfertur ad superiorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Felin. Dec. Alex. de Neuo, Præpos. Beroi. Franch. VVamesi. Cuiac. Vivian. *in ration. secundi libri iuris Pontificij, pag.* 288. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 324. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & nouissimè de Valboa *tom.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 20. *cap.* 1. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 10. *c.* 1.

2 *Super quibus*, &c.] Notatur ad hoc quòd testis illegitimus etiam in causa summaria repellitur, vt per Afflict. *decis.* 355. *n.* 9. Marant. *de ordine iud. p.* 6. *art.* 13. *num.* 34.

3 In gloss. *Grauem*, ibi, *deberet deponi Archiepiscopus, qui non detulit appellationi.* Ergo iudex non admittens appellationem si causa est criminalis deponitur, vt per Marant. *de ordine indic. p.* 6. *actu* 2. *princ. verbo, quandoque appellatur, n.* 210. & *n.* 399. *in q.* 6. *princ.* Boër. *decis.* 153. *n.* 4. Lancel. *de attent. cap. vlt. de pend. attent. n.* 243 Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 13. *n.* 101. & 112. declarat, vt omnes pœnæ cessent quando iudex non admisit appellationem, quæ non debebat admitti, donec scilicet ei fuerit inhibitum, & *n.* 113. pariter declarat, quando probabiliter dubitari posset, an appellatio esset admittenda, quia ratione probabilis dubij excusatur.

4 In gloss. *Post appellationem*, ibi, *quæ si legitima fuit sententia suspensionis, vel interdicti, postea lata non tenuit.* Notatur ad hoc quòd sententia alicuius censuræ, vt est excommunicatio, suspensio, & interdictum, si proferatur post appellationem, est ipso iure nulla, & tunc excommunicatio non sortitur effectum suum, & ideò clericus excommunicatus post interpositam legitimam appellationem, potest pendente appellatione absque aliqua irregularitate celebrare, Lap. *alleg.* 1. *n.* 2. Paris. *cons.* 28. *n.* 29. & 30. *vol.* 4. Lancel. *de attentatis, p.* 2. *c.* 12. *n.* 98. *in præfat. & limit.* 26. *n.* 5. Campanil. *in diuersorio iuris Canon. rubr.* 11. *c.* 15. *n.* 52. & 53. Scac. *d. tract. huius tit. q* 17. *n.* 22. & *n.* 54. vbi *n.* 55. ampliat etiam si appellatio sit extraiudicialis, & *n.* 56. temperat quando iudex est datus cum clausula, *appellatione remota*, quia tunc ipse potest excommunicare etiam probabiliter appellantem, & *num.* 57. resoluit, quòd dicens se esse excommunicatum post appellationem, debet hoc probare, & citat Rebuff. *de nomin. q.* 14. *n.* 23.

Cap. Inter cætera. II.

5 APpellatio generalis, id est, facta super omni causa, quæ contra appellantem posset aliquo tempore moueri non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Præpos. Butr. Anchar. Dec. Bald. Franch. Panorm. Felin. Alex. de Neuo, Cujac. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 289. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 324. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 20. *c.* 2. & est post Concil. Lateran. *p* 10. *c.* 2.

Quæ aduersus eum aliquo tempore, &c.] Ergo à futuro grauamine appellari non potest, vt per Guid. Papæ *tract. de appellat. q.* 26. *n.* 26. Sigismund. Scacc. *eodem tract. q.* 5. *n.* 120. vbi tamen *n.* 110. resoluit posse appellari à futuro grauamine in casu quo grauamen esset irreparabile per appellationem subsequentem, & *n.* 112. exemplificat in tortura futura, & *n.* 114. pariter dicit à futuro grauamine posse appellari quando esset comminatum per iudicem, quia ex præsenti communicatione dicitur causata iusta grauaminis causa, & *n.* 115. resoluit appellationem extraiudicialem posse interponi à futuro grauamine. 2

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur à correctione legitima, quam facit Prælatus Regularis in subditum Monachum, nisi modum excederet*, & n. 2.

3 *Appellatio quando detur à correctione legitima secundum vniuscuiusque Religionis priuilegia ostenditur.*

4 *Clericus subditus non potest à correctione appellare, quam facit contra eum ius superior.*

5 *Appellatio an à iure humano inuenta sit, ostenditur*, & num. seqq.

10 *Prælati Regulares recusari non possunt.*

Cap. Ad nostram. III.

1 REgulares, vel alij non possunt appellare à correctione legitima, quia appellatio non debet fauere delinquenti, nisi in correctione excedatur modus. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Dec. Butr. Felin. Panorm. Bald. Henric. Alex. de Neuo, Præpos. Franch. Guid. Pap. Cujac. Vinian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 289. Alagona *in compend. iur. Canonici, pag.* 324. & *tom.* 4. *repet. super iure Canon. ad secundum librum Decret.* Matthæus Nerus & Ioan. Crot. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *cap.* 3. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 10. *c.* 4.

2 Probat hic text. à correctione legitima, quam facit Prælatus Regularis, putà Abbas in subditum Monachum, non dari appellationem, secus quando modum excederet, quo casu loquuntur text. *in cap. de Priore, infrà hoc tit.* vbi Prior Regularis, qui appellationi Religiosi non detulit, grauiter puniri iubetur, & *cap. licet, de offic. Ordin.* vbi dicit Pontifex, quamvis in corrigendis excessibus sit appellationis refugium intercluſum, non esse suæ intentionis remedium appellationis omnino excludere, quasi id concedat vbi in correctione excediturr: ita docent *in præsenti, gloss. fin.* Innoc. *num. vnic.* Hostien. *n.* 6. Butr. etiam *n.* 6. Zabarel. *num. fin.* Bald. *n.* 2. Abb. *statim in princip. notab.* 1. Præpos. *n.* 3. Alexand. de Neuo, *n.* 13. Franch. *n.* 3. Dec. *n.* 1. & Imol. *num. fin.* Nau. *cons.* 4. *sub hoc tit.* & *cons. vnic. n.* 6. *de sentent.* & *re iudic.* & *cons. vnic. num.* 8. *vt lite pendente*, & *de Regular. com.* 3. *num.* 51. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 11. *quæst.* 8. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 1. *q.* 29. *art.* 2. & *tom.* 2. *quæst.* 53. *art.* 10. Quarant. *in summa*

ma Bullarij, verbo, Archiepiscopi auctoritas, n.20.§.5. vers.conclusionem, auct.18. Sayr.*in clavi Regia, lib.12. c.17.à n.38.* Sigism. Scacc.*de appell.q.17.limit.26.n.8.* latè, & eleganter Sanch.*in præcepta Decalogi, tom.2. lib.6. c.8. n.102.* vbi cum Nauar. Azor. Sayr. & Fr. Emman. *locis citatis*, dicit non obstare Concil. Trid. *sess.25.de Regul.c.4* quia non interdicit appellationem ad superiorem, sed recessum à Monasterio prætextu superioris adeundi, & idem Sanch.*loco citato, n.103.* cum Abb.*in cap.cum speciali, §. fin.n.3.* & *ibi* Alex.de Neuo *n.8.* ac Præpos. *in fine* contra alios Ordinarios *ibidem* resoluit, siue iudicialiter, siue extraiudicialiter procedatur, integrum non esse appellare quando superior non excedit regulæ limites, secus quando illos transgreditur. Sic pariter à correctione fraterna non appellatur, quando tamen corrigens modum excessit, liberè permittitur ab excessu. Greg.Tholos.*de appellat.c.10.n.1.* & 8.Ruginel. *eod. tract.§.2.c.3.n.229.* Salgado *de protect.Regia tom 1.p.4.c.3.n.18.* vbi *n.17.* ex Nauar.*cons.2.de appell.* & Apost.*de iudic.c.1.n.211.* aduertit quòd licet ab appellatione non appelletur, ex Concil. Trid. tamen si visitator excedit modum, appellatio licita est.

3 Attentis verò Religionum priuilegiis quid sentiendum ostendit Sorb. *in compendio priuilegiorum Mendicant. verbo, appellare*, vbi, *n.1.* asserit statuisse Bonifac. VIII. non licere Fratribus Franciscanis à correctionibus Prælatorum eiusdem Ordinis aliquatenus appellare, & *n.3.* refert Iulium II. prohibuisse sub pœna excommunicationis Fratribus, & Sororibus Ordinum Prædicatorum appellare à mandatis, & ordinationibus Prælatorum dicti Ordinis, & *verbo, generalis, n.11. & 12.* dicit Sixtum IV. concessisse Augustinianis, & Carmelitanis, vt Generalis eorum possit suum munus obire reiecta quavis appellatione ab eius præceptis, monitionibus, ordinationibus, & mandatis, vel decretis, qualiter autem intelligantur hæc priuilegia, vide per suprà citatos, præcipuè Azor. Fr.Emman. & Sayr. & adde Petr.de Ledesma *in sum. p.2. tract.8. c.24. immediate 8. concl.* Et quòd Fratres S. Francisci de Obseruantia non possint appellare ad Protectorem, aut superiores Regulares quando à Generali, Ministris Prouincialibus, vel Guardianis pro culpis leuibus, disciplina, vel alia pœnitentia in refectorio vel alibi facienda, iniungitur sub pœna triduani carceris emancipationis, ac ieiunij in pane & aqua, refert decretum Quarant.*in summ. Bullarij, verbo, Monasteria, & conuent.pag mihi 434.*

4 Amplia principalem text. conclusionem in correctione, quam facit superior contra subditum sæcularem, id est, contra Clericum, quia nec is potest à correctione appellare, ita *in præsenti* Innoc. *num. vnic.* Bald.*n.2.* Abb.*n.7.* & 8.Alexand.de Neuo *n.13.* & 14. Rebuff.*tom.3.ad leges Galliæ, tit.de appel.art.7.gloss.2. n.24.vers.vndecimo*, Petr. Gregor. *tract.de appel.lib.3. c.10.n.7. vers.in Gallia*, Sigism. Scacc.*d.limit.26.n.9.* & facit Concil.Trid. *sess.22. de reformat. c.1* ibi, *nec appellatio executionem hanc quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat.*

5 *Non ideo est inuentum*, &c.] Ergo appellatio à iure humano inuenta est, quod idem colligi videtur ex *l.2.vers.ex actis, ff.de origine iuris*, ibi, *lege lata factum est*, & *l.vnic.C.de sentent.præfecti præt.* ibi, *legum adminicula.* Sed oppositum, imo inuentum esse à iure naturali, ex eo deduci videtur quòd appellatio defensio est, *cap.omnis oppressus, 2.q.6. cap. cum specialis 61.§. porro*, ibi, *ad præsidium innocentiæ, cap. suggestum 15. c.reprehensibilis, 26.vers.si vero, hoc tit.c. significauerunt 11.de except.* quæ quidem defensio iuris naturalis est, *Clem.pastoralis, §.cæterum, de re iudic.c.1.de caus.poss.*

Quare Doctores varias resolutiones excogitarunt 6
pro prædictarum opinionum conciliatione, & primo loco Abb. *in rubr.huius tit.n.6.* Dec. 9. & Beroi.*n.57.* Soar.*in pract.tom.1. p.6. in proœm. ex n.6.* distinguendum putant inter ea, quæ sunt de substantia appellationis, & inter ea, quæ respiciunt formam, & solemnitates extrinsecas, vt si ad substantiam spectent iuris sit naturalis, iuxta text. quem sic accipiunt, *in d.§.porro, d.cap. suggestum, d.cap. significauerunt*, cum aliis; sin autem ad formam & solemnitates, inuentum sit iuris ciuilis, *d.l.2.vers.ex actis 1.& 2.& d.l. vnic.* cum similibus.

Secundo loco Pinel. *ad 1.p.rubr. C.de rescind.vend.* 7
c.2.n.22.propè fin. existimat appellationem proprie neque naturalem, neque ciuilem defensionem esse, propria namque defensio, vt ille credit, consistit in eo quòd reus plenè audiatur, argum. *d.§.cæterum, & d.c.1.* quòd autem sint plures instantiæ, & plura tribunalia adeantur, non concludit faciendam fore parti iustitiam, quia nemo scire potest quod magis in secunda, quàm in prima instantia ministrabitur.

Tertio loco Abb.*in cap. dilecto, ex n.13. de except.* 8
Dec.*n.9. in rubr.huius tit. & in c.1. n.3.de rescript.* Marant. *de ordine iudic. cap.de appellat.n.340* plures, vt per Couar. *pract.c.23.n.6.* & per Pinel.*dicto loco, vers. dixi*, fatentur appellationem defensionem quidem esse non naturalem sed ciuilem, quia illa potest per pactum à litigantibus remitti, *l. vlt. in fine, C. de temp.appellat.*

Ego verò reiectis his atque aliis aduertendum du- 9
xi dupliciter posse appellationem expendi, vel provt de se continet proximi defensionem, vel provt dicit formam, & cæteras solemnitates, siue ad substantiam, siue ad accidentia referantur. Primo modo appellatio à iure prouenit naturali, non sic dicendum in secundo. Ratio est, quia omnis defensio, siue in corpus, siue in cætera bona dirigatur, quando rationi innititur, à iure prouenit naturali saltem per necessarias consequentias, vnde omne illud per quod ab iniuriis, seu non iure factis liberamur, provt tendit in nostram defensionem, dicitur esse iuris naturalis, *l.vt vim 3.* ibi, *atque iniuriam propulsemus, ff. de iustit.* Si expendas iniuriam provt dicit aliquid non iure factum, vt *in l.1.in princ.ff.de iniur.* explicat Bart.*n.5. in d.l.vt vim*, Sot.*lib.3. de iustit.q.1.art.3.ad 2.* Couar.*in Clem. si furiosus 3.p.§.1.n.1.* Nau.*in cap.ita quorundam notab.11. n.12.* Quæ ratio longè aliter se habet in forma essentiali & cæteris accidentalibus, quæ postea à iure ciuili sunt instituta, & hoc posterius membrum apud omnes in confesso est circa solemnitates appellationis respicientes modum, tempus, & alia id genus, Marant. Cou. Pinel. & Soar. *dictis locis.* Adieci, *provt de se continet proximi defensionem*, quia licèt per accidens possit contingere quòd appellans non defendatur, quinimo sententia reformetur in peius, *l.1.in princ.vers.licèt, ff.hoc tit.* illud non tollit medium esse ordinatum sua natura ad defensionem, *d.l.1. in princ.* in hunc sensum intelligenda, quamvis aliter expendat Pinel.*d.n.22.vers.quæ conciliatio.*

In glos. *Minus*, fin. ibi, *nec admittuntur recusationes.* 10
Notatur ad hoc quòd Prælati Regulares recusari non possunt, vt per Host. *in præsenti n.9.* Innoc. *in cap. cum speciali, num. pen.inf. hoc tit.* vbi Ioan.Andr. *in fine*, Præpos. & Alex.de Neuo *etiam in fine*, declarat optimè Sanch.*d.c.8.n.111.* vide latius *ad d.c.cum speciali.*

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Appellans si infra terminum à iudice quo appellauit, vel à se ipso statutum, appellationem non prosequitur, sententiæ vel iudicio illius stare compellitur.*
2 *Iudex Ecclesiasticus potest appellanti præfigere terminum vt intra illum coram superiore cum processu se præsentet, & eo tempore elapso declarare appellationem esse desertam.*
3 *Iudex qui non detulit appellationi an possit præfigere terminum appellanti ad eam prosequendam.*
4 *Iudex à quo, an possit arctare terminum appellanti ad prosequendum, seu petendum Apostolos.*
5 *Appellatio tacitè sublata censetur sub illis verbis, sine contradictione aliqua.*

CAP. Personas. IV.

1 APpellans in termino competenti præfixo vel à iudice, vel à se ipso ad adeundum iudicem appellationis, si non prosequatur causam iudex à quo compellere debet talem appellantem stare suo iudicio super causa, remota appellatione. Quòd si talis sibi ipsi terminum prolixum præfigat, iudex à quo moderari debet dictum terminum, ideſt competentem assignare, quo elapso iurisdictionem reassumit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Præpos. Anchar. Butr. Bald. Dec. Panorm. Felin. Alex. de Neuo, Franc. Guid. Papæ, Cujac. Cened. *collect.* 17. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 289. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 324. *& tom.* 4. *repet. super iure Canon. ad secundum librum Decret.* Io. Crot. remissiuè Ximen. *in concord. p* 1. & nouissimè de Valboa *vbi supra* refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 30. *c.* 4. & est post Concil. Lateran. *p.* 10. *c.* 5.

2 Collige ex text. iudicem Ecclesiasticum posse appellanti præfigere terminum, vt intra illum coram superiore cum processu se præsentet & eo tempore elapso declarare appellationem esse desertam, vt per Duen. *reg.* 42. *limit.* 22. Marant. *de ordine iudiciorum, p.* 6. *tit. & quandoque appellatur, n.* 235. Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Galliæ, tit. de appell. art.* 15. *gloss* 1 *n.* 13. Et an possit iudex, qui non detulit appellationi præfigere terminum appellanti ad prosequendam appellationem, vide Sigism. Scacc. *in tract huius tit. q.* 14. *n.* 15. *& 16.* an eo ipso quòd iudex præfigit terminum ad prosequendam appellationem, censeatur illam admittere si à principio non fuerit recepta, & *n.* 21 vtrùm iudex à quo volens præfigere appellanti terminum ad prosequendam appellationem, debeat illum præfigere eodem contextu, quo appellationem admittit.

3 *Prolixum terminum præfixerit*, &c.] Ergo potest iudex à quo, arctare terminum appellanti ad prosequendum, seu petendum Apostolos, illudque limitare, de quo & vol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo, appellatio, §.* 15. Sigism. Scacc. *d. tract. q.* 15. *n.* 214. *cum seqq.* vide *ad cap. ex insinuatione* 50. *sup. hoc tit.*

4 *Sine contradictione aliqua*, &c.] Notatur ad hoc quòd his verbis tacitè subintelligitur sublata appellatio, vt per Lancelot. *de attent. p.* 2. *c.* 12. *limit.* 8. *n.* 45. Rugin. *in tract. de appell. q.* 17. *limit.* 1. *n.* 36. *cum seqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gl.* 9. *an annot. sub n.* 218. Cæs. Contard. *in l. vnic. in not. ab. n.* 23. *C. si de nom. possess.* Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 2. *c.* 8. *n.* 107.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ad prosequendam appellationem habet annum*, & n. 2. *alterum verè ex causa, vt* n. 3.
4 *Appellans si infra tempus datum ad prosequendam appellationem prosequitur, appellatio habetur pro deserta.*
5 *Appellatio datur à sententia appellationis desertæ cum sit interlocutoria habens vim diffinitiuæ.*
6 *Impedito non currit tempus prosequendæ appellationis, nisi facile impedimentum posset remoueri.*
7 *Impedimentum ob quod non potuit quis appellatione prosequi est probandum per testes, vel instrumenta, aut coniecturas, siue alios modos arbitrio iudicis relinquendos.*
8 *Impedimentum non excusat nisi facta protestatione.*
9 *Compromisso pendente non currit terminus prosequendæ appellationis.*
10 *Paupertas sistit cursum fatalium, etiam si appellantis culpa causata esset.*
11 *Pauper quis censendus sit discretioni iudicis commissum existit, ex personarum & circunstantiarum qualitate.*
12 *Minori datur restitutio aduersus lapsus fatalium prosequendæ appellationis ob negligentiam tutoris cursarum, quamvis tutor soluendo existeret.*
13 *Restitutionem petens an debeat se læsum probare ostenditur.*
14 *Appellationem ad effectum introducendi potest iudex à quo tempus vnius anni, seu biennij rescisiuè moderari secundum locorum distantiam, & personarum, ac negotij qualitatem.*
15 *Iudex à quo potest præfigere terminum appellandi ad docendum de prosequutione appellationis.*
16 *Tempus prosequendæ appellationis partes prorogare non possunt.*
17 *Iudex non potest augere terminum ad appellationem interponendam concessum.*
18 *Latrones insignes statim puniuntur non admissa appellatione.*
19 *Appellatio non datur in notoriis tam ciuilibus, quàm criminalibus.*
20 *Citatio non est necessaria cùm clarum est absenti defensionem non competere.*

CAP. Cùm sit Romana. V.

1 APpellans ad prosequendam appellationem habet vnum annum, aut ex necessaria, & euidenti causa duos: sed hos terminos iudex à quo potest abbreuiare secundùm distantiam locorum, & qualitatem negotij & personarum. Quòd si in hoc termino non est prosequutus causam, si post sententiam appellauit, sententia tenet, & ipse cadit à causa, nec ampliùs audiri potest super negotio appellans; si verò appellauit à grauamine, & ante ingressum litis hic appellans postea audietur super illo negotio, quia Canones permittunt appellare extra iudicium, non enim dicunt appellationes, sed prouocationes ad causam. Si verò appellauit ante sententiam post litem cõtestatam, cogi potest stare iudicio iudicis ad quem, id est, appellationis, vel iudicis à quo. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panor. Henric. Dec. Franch. Felin. Guid. Papæ, Præpos. Beroi. Mantua, Alex. de Neuo, Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 290. Alagon. *in compend. iuris Can. pag.* 325. *& tom.* 4. *repet. super iure Canon. ad secundum libr. Decr.*

Ioan.

Ioan. Crot. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1.& 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib.2. tit.20. c.5.* & est post Concil. Lateran. *part.10. cap. 3.*

2 *Huiusmodi appellantibus annus indulgetur.*] Notatur ad hoc quòd appellans ad prosequendam appellationem habet annum, vt per Fachin. *lib. 1. controuers. cap.79.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.1. concl.141.* Sigism. Scacc. *de appellat. q.14. n.1. vers. in primo.* Potest tamen statuto primum anni fatale brevius constitui, ex Mascard. *conclus. 117. n. 21.* vnde apud nostros Lusitanos per Ordin. Regiam, *lib. 3. tit.70. §.3.* tempus sex mensium assignatur ad prosequendam appellationem. Sic etiam per statutum Capitolinum *lib.1.c.81.* fatalia in secunda instantia sunt sex mensium.

3 *Aut necessaria, & euidenti causa triennium.*] Ergo secundus annus datur ex causa, Marant. *de ord. iudic. p.6. actu 2. princ. verbo, quandoque appellatur, sub n.228. vers. sequitur modo*, Vestr. *in praxi lib.3. c.5. n.2.* Sfort. Odd. *de restit. in integr. q.70. art.1. n.1.* Flamin. *de resign. lib.11 q.13. n.40.* Sigism. Scacc. *de appellat. q.15. n.27.* vbi *n.28.* cum Marc. Anton. Bald. *in tract. de tempore vtili, c.6. n.1.* dicit differentiam esse inter primum, & secundum annum, quia primus conceditur simpliciter, & secundus ex causa, & idem Scacc. *n.30.* post Neuiz. *conf.41. n.18. & 19.* & Sfort. Odd. *d.q 70 art.6. & 70. sub n.35. & 36.* resoluit cùm secundus annus concedatur ipso iure, non posse ante lapsum primi anni, concedi per viam restitutionis in integrum aliquod tempus aduersùs lapsum d. primi anni, & *n.34.* asserit secundum annum non concedi nisi concurrentibus quatuor, primò quòd appellans non potuerit ex necessaria, seu iusta causa impeditus prosequi, & terminare appellationem in primo fatali; secundò, quòd ipsa causa necessaria, & iusta sit euidens; tertiò, quòd si non fuerit toto tempore impeditus, fecerit aliquid in primo anno; quartò, quod lapsus sit primus annus, nam eo non elapso non conceditur secundus; refertur Guid. Pap. *in tract. huius tit. q.101. sub n.64.* qui dicit quod finito primo anno debebit appellans probare causam impedimenti, quæ si iusta sit, iudex declarabit ei competere secundum annum datum à lege.

4 *Infra quod si is qui appellauit,* &c.] Notatur ad hoc quòd si infra tempus datum ad prosequendam appellationem, appellans non prosequitur, appellatio habetur pro deserta, & rata manet sententia, intellige sententia prolata super desertione appellante requisito. Ordinatio Regia Lusitan. *d. tit. 70. §. 3. in fine*, Surd. *cons. 139. n. 13. cum seqq.* Lancel. *de attentatis cap. 12. ampliation. 1. n.39. cum seqq.* Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit.44. de citat. num.213.* à quo sententia desertæ appellationis datur appellatio, cùm sit interlocutoria habens vim diffinitiuæ, de qua vide Capel. Tholos. *decis. 364. n. 3. vers. veruntamen*, Crauet. *cons.181. n 2.* Bellacomb. *tom 2. commun. opin. lib.7. tit.21. n.12. pag. 309.* Menoch. *de arbitr. lib.1. q.67. n.5.* Franc. Mar. *decis.1 & decis.461. n.3. vers. quod quando appellatur ab interlocutoria*, 22. Hieron. à Laurent. *Auenionen. decis.3. n.2.* Breder. *tract. de appellation. part 2. tit.41. col. 683. versic. quia sententia super desertione*, Perez *ad tit.16. lib.3. Ordin. pag.743.* Parlad. *lib. 2. rerum quotidianarum, cap. fin. §. 1. n.11.* Sebast. Nœuius *in l. si expressim 19 n.26. cum seqq. ff. hoc tit.* Et attentata post appellationem à sententia desertionis reuocantur, Lancel. *d. cap.12. ampliat. 1.* Seraphin. *decis.300.*

6 Sunt tamen aliqui casus, in quibus appellans excusatur à desertione. Primus est in impedito, contra quem appellationis prosequendæ terminus non currit, Flamin. *de resign. lib.11. quæst.13. n.13.* Ignat. del Villar. *in sylua respons. lib.1. respons.15. quæst. 4. n.11.* nisi facilè possit remoueri, Flamin. *d. q.13. num.27. & 28.* Menoch. *cons. 100. num. 127.* Surd. *decis. 189. n.30.* Et ideo impedimentum est probandum, vt per Ioseph. Ludouic. *Perus. decis.36.* Surd. *de aliment. tit. 4. quæst. 15. n.52.* Menoch. *de arbitrar. casu 118. n. 2.* Flamin. *d. quæst. 13. n. 21. cum seqq.* Mascard. *de probat. concl. 116. n.13. cum seqq. & concl. 884. & concl. 1275. n.16. & 17.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.1. concl.143. consid.1* Probatur huiusmodi impedimentum per testes, vel instrumenta, aut coniecturas, siue alios modos arbitrio iudicis relinquendos, quando aliter probari non potest, Flamin. *d.q. 13 à n.21.* Vnde si probari non possit per testes, quia difficillimum est, poterit probari per iuramentum, dummodo non agatur de magno præiudicio, & homo sit integer, ita Mascard. *concl. 116. num. 15.* adhuc tamen appellatus contrarium probare poterit ex eodem Mascard. *concl. 884. n. 11.* Bernard. Græuæ. *d. consid.1. n.2.* Et quòd impedimentum in hoc casu non excusset, nisi facta protestatione, tenent Flamin. *d. q.13. n.20.* Menoch. *cons. 100. n.118.* Mascard. *concl.116. à n.7.* vbi *n.12.* resoluit, quod si impedimentum est facto iudicis, debet appellatus protestari; si verò facto ipsius appellantis, non est necessaria protestatio, Ignat. del Villar *d. q. 4. num.11.* 8

Secundus casus, in quo prosequendæ appellationis terminus non currit, est pendente compromisso, de quo Bellacomb. *tom.2. commun. opin. lib.7. tit. 22. n.19. pag. 319.* vide tamen quæ Sigism. Scac. *in tract. huius tit. q.12 n.110.* 9

Tertius est ratione paupertatis, nam illam victi cursum fatalium sistere tenet Anton. Thesaur. *Pedem. decis.10. n.5.* Boër. *decis.247. sub n.14. vers. & etiam videtur*, Fulu. Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 54. n. 64.* Lancel. *de attent. part. 2. cap. 12. ampliat. 2. n. 56.* Vestr. *in praxi lib. 7. cap. vltim. in fin. n.20.* Marc. Anton. Bard. *in tract. de tempore vtili, cap.4. n.2. vers. de impedimento*, Benincas. *tract. de paupertate, quæst.9. specul. 3. à n. 4. versic. fauore tamen paupertatis*, Sigism. Scacc. *d. quæst. 15. num.45.* vbi *num.50.* id limitat in eo loco vbi ex statutis, vel prouisione Principis gratis, & amore Dei scripturæ, & omnia necessaria dari debent, Alexand. Randen. *de analogia, c.12. n.185.* Alexand. Trentacinq. *var. resol. lib.2. tit. de appell. ref.6. n.5.* Quod obtinet etiamsi paupertas culpa appellantis causata est, vt de æquitate esse sustentabilem ex Ioan. Andr. Imol. & Felin. refert, Viu. *d. decis.268. n.8.* quicquid aliter resoluant Lancel. *d.c.12. n.160.* Tiber. Decian. *respons.121. n.20. vol.3.* Steph. Gratian. *March. decis.34.* Alex. Trentacinq. *d. ref.6. n.6.* Paupertas in dubio præsumitur, Couar. *lib. 2. cap.6. sub n.3.* tanquam qualitas naturæ conueniens secundùm quam quilibet nascitur nudus, & pauper, Caual. *decis.223. n.1.* Quis pauper censendus sit discretioni iudicis commissum existit ex personarum, & circunstantiarum qualitate, vide Mynsing. *cent.4. obseru. 97.* Menoch. *de arbitr. cas.65. & de præs. lib.6. præs.25.* Mascard. *de probat. concl. 1154.* Surd. *de aliment. tit.7. q.9 n.10. & decis.61. n.4. & cons.491. n.11.* Farin. *in praxi crimin. q.57. n.93. cum seqq.* Honded. *cons.93. n.32 & 30. vol.1* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloss.2. n.43.* Gintb. *Sicilie decis. 18. num. 5.* Rot. *in Ferrarien. alimentorum 28. Iun. 1613.* coram bon. mem. Buratto inter eius impressas *decis.15. n.2.* vbi Ferent. *in annot. lit. B. num.9.* Et alios casus recensel. Scacc. *d.q.15. à num.64* vbi de carcerato, & *n.56.* de illo, qui non potuit habere instru- 10 11

instrumenta facientia ad causam, & *n.*57. de impedimento procedente ex facto procuratoris, seu nuntij, & *à num.*181. vtrùm appellans impeditus debeat protestari.

12 Quartus in minore, cui datur restitutio aduersùs lapsum fatalium prosequendæ appellationis ob negligentiam tutoris causarum, quamvis tutor solvendo existeret, ita Vincent. de Franch. *Neapol. decis.*473. *num.*3. quicquid Ignat. del Villar. *d. respons* 15. *quæst.*5. 13 *n.*9 dicat quod minor restituitur aduersùs lapsum tẽporis dati ad appellationem prosequendam, quando tutor, vel curator non est solvendo. Sed quæstio gravis est an restitutionem petens læsum se probare debeat? in qua vna tenet opinio minorem restitutionem fatalium petentem necesse habere de læsione probare, se nimirum bonum ius in meritis fanere, quam quidem nominatim admittunt Mynsing. *centur.*4. *observat.*17. *vers. sed Castrensis*, Honded. *cons.*28. *num.*24. *vol.*1. Cacher. *Pedem. decis.*158. Vincent. de Franch. *Neapol. decis.*473. *n.*4. Alex. Rauden. *lib.*1. *respons.*13. *num.*572. *cum seqq.* Marcel. Calac. *in tract. de modo articulandi, vel probandi, gloss. M.*§.2. *sub n.*139. *vers. sed imò.* Verùm altera opinio contrarium tenet, quam quidem tuentur Gabr. *commun. lib.*2. *tit. de minoribus, concl.*2. *num.*2. Mascard. *de probat. concl.*1273. *n.*47. Amat. Roder. *in pract. de modo, & forma videndi seu examinandi processum, c.*8. *n.*22. *cum seqq.* Sunt qui dissidentium harum opinionum conciliationem afferant in hunc modum, aut minor est reus, & tunc non appellando dicitur læsus, vt eo ipso decernatur restitutio: aut actor est, & tunc non appellando non dicitur læsus absque alia probatione, ita relati per Roman. *d. concl us* 2. *n* 3. & disertè admittit Cacheran. *d. concl.*158. *n. vlt.* Sed aliam conciliationem ex Sfortia adducit Menoch. *de præsumpt. lib.*3. *præsumpt.*82. *sub n.*9. aut, inquit, loquimur de aliqua probatione saltem summaria ad docendum qualiter de bono iure petẽtis restitutionem in integrum, & hoc casu vera est communis sententia, quòd scilicet necessaria sit probatio iustæ causæ: aut loquimur de probatione plena facienda super bono iure minoris in causa principali, & hoc casu probatio non est necessaria, ita procedit opinio aduersùs communem. Declaratur tamen hæc conciliatio vt in casu, quo ipse minor necesse non haberet probare læsionem, appellatori tamen integrum sit probare minorem non esse læsum, seu ius non fouere, vt per Sfort. *de in integr. restitutione, q.*63. *art.*4. *sub n.*36. *p.*1. Mascard. *de probat. concl.*1273. *num.*46.

14 *Nisi fortè iudex*, &c.] Notatur ad hoc quòd ad effectum introducendi appellationem iudex à quo potest tempus vnius anni, seu biennij rescisiùs moderari secundùm locorum distantiam, & personarum, ac negotij qualitatem, vt per Sigism. Scac. *in tract. huius tit. q.*14. *n.*50. vbi *n.*51. dicit quod iudex à quo potest præfigere terminum ad prosequendam appellationem, idest, ad introducendam causam appellationis coram iudice ad quem, non verò ad finiendam, expediendamque prosequutionem, & causam appellationis, quia esset imponere legem iudici ad quem, quod iudex à quo non potest facere.

15 *Nec amplius super eodem negotio*, &c.] Intellige quando terminus esset assignatus appellanti, qui haberet legitimam personam prosequendi appellationem, non autem procuratori, qui non potest illam prosequi defectu mandati, vt per Steph. Gratian. *discept. forens. cap* 155. *num.*45. Potest enim iudex à quo præfigere terminum appellanti ad docendum de prosequutione appellationis, vt per Lancelot. *de attent. appell. pend. cap* 12. *limit.* 13. *num.*1. *& 3. & limit.*14. *n.* 1. *&* 8. Rota apud Farin. *decis.*81. *num.* 3. *part.*1. *recent.*

In gloss. *Rescisius tempus*, ibi, *sed nunquid est illud*, 16 &c. Notatur ad hoc quòd tempus prosequendæ appellationis partes prorogare non possunt, vt per Bart. *in authent. si tamen, n.*3. *C. de temporibus appellat.* Vestr. *in praxi lib.*7. *cap. vlt. num.*18. Vbi Granat. *n.*42. *in verbo, licèt tempora*, Mathes. *sing.*24. *incipit, nota quod tempus*, Tiraquell. *de retract. tit.*1. §.8. *gloss.*2. *n.*14. Capel. Tholos. *q.*197. Auend. *respons.*2. *n.*6. Perez *l.*1. *in fin. tit.*10. *lib.*3. *Ordin. pag.*740. Sigism. Scac. *de appell. q.*14 *n.*50. Bobadil. *in sua politica, lib.*3. *cap.*8. *n.*190. Ignat. del Villar. *d. respons.*15. *q.*5. *à princ.* Quicquid aliter velint Marant. *de ordine iudic. part.*6. *actu* 2. *de appellat. n.*236. Socin. *reg.* 226. *in fin.* Thesaur. *Pedem. decis.*244. *n.*7. Cacheran. *decis.*28. *n.*16. Sigism. Scac. *d. q.*15. *n.*188. Sic & eodem modo terminũ ad appel- 17 lationem interponendam concessum iudicem augere non posse tenent Tiraq. *de retract. tit.*1. §.1. *gloss.*10. *n.*32. *&* §.8. *gloss.*2. *sub n.*43. *& tit.*2. §.1. *gloss.*7. *n.*29. Marant. *d. tit. de appellat. num.*249. Bellacomb. & Vin. *tom.*2. *commun. opin. lib.*7. *tit.*22. *n.*5. *&* 6. Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo appellatio* 38. Azeued. *l.* 2. *n.* 4. *tit.* 18. *l.* 4. *nouæ recop.* Thesaur. *decis.* 244. *n.*3. Soar. de Pace *in pract. tom.*2. *p.*5. *c. vnic. n.*5. Brederod. *de appell. p.*2. *tit.* 6. *col.* 212. *vers. appellatio est deserta*, Gama *Lusit. decis.*217. *in fin.* Prax. Episc. *verbo instantia*, §.7. Ignat. del Villar. *d. respons.*15. *q.*4. *à princ.* Sigism. Scac. *d. q.*15. *n.*214. vbi *n.* 220. dicit hoc non habere locum in Rota, quia Innoc. VI. concessit Auditoribus Rotæ Romanæ facultatem, vt possint prorogare fatalia appellationis semel, bis, ter, & quoties arbitrio Auditoris videbitur, & citat post alios Vestr. *in praxi lib.*3. *c.*5. *sub n.*4. Marchesan. *de commissionib. p.*1. *commiss.*7 *prorog. fatalium, c.*1. *n.*8. Ruginel. *in tract. huius tit.*§.10. *gloss.*1. *n.*50.

§. Præterea.

Probat hic §. insignes latrones statim puniri non 18 admissa appellatione, vt per Marchesan. *part.*2. *in commiss. appellat. cap.*2. *sub num.* 32. Marant. *de ordine iudic. part.*6. *actu* 2. *princ. verbo, & quandoque appellatur, limit.*7. *n.*296. Farin. *in praxi crimin. q.*101. *n.*53. Scac. *de appellat. q.*11. *limit.*4. *n.*79. Salgado *de protect. Regia, tom.*1. *part.* 3. *cap.*14. *num.*28. & quod famosus latro non appellet etiam attenta benignitate iuris Canonici dicit Lancel. *de attent. p.*2. *cap.*12. *limit.* 5. *n.*25. & qui dicantur insignes latrones, tradit Farin. *d. q.*101. *n.* 54. Vnde etiam in crimine grauissimo raptus virginis denegari appellationem resoluunt Marant. *d. verbo, & quandoque appellatur, limit.*6. *n.*295. Farin. *d. q.*101. *n.*48. Sigism. Scac. *d. q.*17. *limit.*4. *n.*77. vbi cum Farin. *vbi proximè n.*49. 50. *&* 51. hoc declarat procedere in principali raptore, & non in sociis, & auxiliatoribus: item si sit plenè conuictus per claras probationes non verò si probationes non sint claræ; item quando mulier fuit rapta, & etiam cognita, non verò si rapta & non cognita, de quo etiam Salgado *d. c.*14. *ex n.*37.

Nisi fortè manifestus, &c.] Notatur ad hoc quòd in 19 notoriis non datur appellatio tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, in quibus non obstante appellatione, potest iudex ad executionem suæ sententiæ deuenire, vt per Anton. Gom. *tom.*3. *var. c.*2. *n.*47. Bald. *tom.* 2. *commun. lib.*7. *tit.*14. *n.*10. *pag.*321. Farin. *in praxi crimin. p.*1. *q.*21. *n.*117. Scac. *d. q.*17. *limit.*4. *à n.*13. vide latiùs *ad c. consuluit* 4 *infr. hoc tit.*

Et irrequisitum, &c. Notatur ad hoc quòd citatio 20 non est necessaria, cùm clarum est absenti defensionem

nem non competere, vt per Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 17. n. 14.* & dixi plenè *ad cap. cùm olim 12. sup. de sent. & re iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Appellans in vna causa à iudice etiam suo ordinario, potest in alia coram eodem conueniri, nisi illum vt suspectum recuset.*
2 *Iudex sola appellatione interposita in vna causa, seu articulo, potest recusari vti suspectus in aliis causis.*
3 *Iudices plures damnati, & corrupti odio prosequuntur appellantes.*
4 *Iudices aliqui adeo indignantur, vt pars grauata timeat appellare.*
5 *Recusari potest in vna causa qui grauauit in alia.*

CAP. Ad hæc. j. VI.

1 QVando quis in vna causa appellauit ab aliquo iudice, quamvis suo ordinario, si postea accusatur, vel conuenitur de alia causa coram eodem, potest illum tanquam suspectum recusare, alioquin debet eius stare iudicio. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Felin. Bald. Dec. Panorm. Henric. Alex. de Neuo, Franch. Guid. Papæ, Mantua, Præpos. Cujac. Viu. *in ration. 2. libri iur. Pontif. pag. 292.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 325.* remissiuè Ximen. *in conc. p. 1. & 2.* nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. Aug. *collect. Decret. lib. 2. tit. 20. c. 6.* & est post Concil. Lateran. *p. 10. c. 15.*

2 Probat hic text. ex sola appellationis interpositione in vna causa, seu articulo (grauamine etiam non probato) posse iudicem recusari vti suspectum in aliis causis, qua aliquavis iniuria videtur inferri iudici à quo appellatur, vt per Franch. *hic n. 3. vers. sed Imola*, Sigism. Scacc. *de appell. q. 17. limit. 47. memb. 3.*
3 *n. 4.* & multi iudices damnati, & corrupti odio prosequuntur appellantes, Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ,*
4 *tract. de appell. in præfat. sub n. 35. vers. ratio*, & aliqui iudices adeò indignantur, vt pars grauata timeat appellare, vt testatur Scac. *d. tract. q. 6. à n. 8.*

Collige ex text. quod appellatio interposita super vno articulo separato, non suspendit iurisdictionem iudicis à quo in aliis articulis separatis, nec eam deuoluit, quemadmodum proposita in vna causa diuersa in alia diuersa suspendere non potest, vt per Salgado *de protest. Regia, tom. 1. p. 3. c. 15. n. 10.*

5 *Eum potest si voluerit tanquam suspectum*, &c.] Notatur ad hoc quòd recusari potest in vna causa, qui grauauit in alia, vt per Nauar. *in cap. cùm contingat, de rescript. in causa 20. nullitatis, n. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Appellantibus parte vna ad Papam, altera ad inferiorem, seruetur appellans ad Papam comparere ad citationem iudicis inferioris saltem allegaturus appellationem suam, alias valebit processus factus à minori, nisi scierit appellationem interiectam ad Papam.*
2 *Appellare à sententia super eodem negotio potest vtraque pars, & quid quando ad diuersos iudices, & qui eorum cognoscere valeat ostenditur.*
3 *Appellatio valet in absentia eius, qui sententiauit dummodo postea illi, vel parti notificetur.*
4 *Iurisdictio licèt posset opposita exceptione elidi, nihilominus interim prorogari.*
5 *Iudex si sciens re vera non esse iudicem competentem in aliqua causa, & nihilominus pronuntiauit se esse competentem in ea, gesta per eum in hoc casu non valebunt.*
6 *Laici si sunt de terris Ecclesiæ, viuere debent secundùm Canones, & non secundùm leges ciuiles.*
7 *Verba* credimus non tenere, *important ipso iure.*

CAP. Si duobus. VII.

QVando duo litigant, v.g. coram Episcopo & in 1
eadem causa vnus appellat ad Papam, alter ad Archiepiscopum, & iste veniens statuto die ad Archiepiscopum, dicens se appellasse ad eum tacens socium appellasse ad Papam, Archiepiscopus citat aduersarium sub excommunicatione, ille contemnit comparere, excommunicatio tenet, secus si Archiepiscopus sciebat illum ad Papã appellasse. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Zabar. Imol. Anan. Host. Henric. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Dec. Felin. Guid. Pap. Franch. Bero. Præpos. Alex. de Neuo, Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag. 292.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 325.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* & nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 20. c. 7.* & est post Concil. Lateran. *p. 10. c. 7.*

Alter ad nostram, alter ad suu iudicis, &c.] Ergo vtra- 2
que pars potest appellare à sententia super eodem negotio prolata, de quo vide latè Sigism. Scac. *in tract. huius tit. q. 10. à n. 4.* vbi *n. 5* intelligit quando vtraque pars potest prætendere se grauatam, & *n. 7.* resoluit Zabar. *hic n. 11.* & Franch. *n. 6. & 11.* quod quando sententia continet diuersa capitula separata, vtraque pars potest appellare ad diuersos iudices, quia quot sunt capitula, tot censentur esse sententiæ. Et si in sententia continente capitula connexa, vna pars appellat ad vnum, & altera appellat ad illius superiorem, prævalet appellatio interposita ad superiorem, veluti si vna pars appellet ad Legatum, & altera ad Papam cognoscet Papa, vt per Franch. *hic n. 3. vers. quid autem si vna pars*, Gambar. *de auctoritate Legati de Latere, l. 8. q. 25. n. 112.* & quod vna parte appellante ad Papam, & altera ad inferiorem, appellatio totius causæ dicatur deuoluta ad Papam, etiamsi is, qui appellauit ad inferiorem, priùs appellasset, & coram eo cœptus esset processus, scribit Bero. *cons. 6. n. 4. lib. 6.* quem refert, & sequitur Lancel. *de attent. p. 2. c. 12. de attent. end. ampl. 15. princ. n. 23.* Et quod vbicunque à diuersis partibus interponitur appellatio ad diuersos iudices, quorum vnus sit superior altero, tunc iurisdictio superioris absorbeat iurisdictionem inferioris in ipsa causa appellationis, notant Abb. & Franch. *nor. 2 n. 2. in præsenti*, Ozasc. *decis. 131. n. 14.* refert, & sequitur Sigism. Scacc. *in tr. huius tit. q. 10. à n. 10.* vbi *n. 14.* intelligit, vt procedat quando est appellatum à sententia, quæ continet capitula connexa, seu continet vnicum negotium, prout loquitur text. *in præsenti*, dum agit de appellatione interposita super eodem negotio, tunc enim prævalet appellatio ad Papam, secus si sit appellatum à sententia, quæ contineat capitula separata, quia tunc sunt appellationes separatæ à diuersis sententiis, & vna non collidit aliam, & ideo vtraque tenet, & *n. 5.* aduertit quod licèt appellatio interposita ad superiorem, putà ad Papam, prævaleat, vt dictum est, tamen si is, qui appellauit ad Papam, fuerit citatus coram Archiepiscopo, ad quem appellauerit aduersarius, tenetur

comparere, aliàs si non comparuerit, posset vti contumax excommunicari ab Archiepiscopo, vt habet text. *in præsenti*, quem bene declarat Franch.*n.*13.*& seqq.* nam Archiepiscopus habet iurisdictionem, sed elidibilem ope exceptionis, & ideo donec exceptione non elidatur, validè potest procedere, vt declarant *in præsenti* Zabar.*n.*3.*vers.nota ex text.*& Dec.*n.*5.*notab.*3.quod intellige quando Archiepiscopus ignorabat appellationem interpositam ad Papam, provt loquitur hic text. secus si Archiepiscopus sciebat, quia isto casu excommunicatio non teneret, Zabar. *n.*5.& Dec.*n.*6.*notab.*4.

3 Notatur ad hoc quòd valet appellatio in absentia eius, qui sententiauit, dummodo postea illi, vel parti notificetur, vt per Lancel.*de attentatis appellatione pendente, c.*12.*ampl.*15.*n.*11 *&* 21.optimè Steph.Grat. *discept.forens c.*10.*n.*10.vbi etiam aduertit huiusmodi notificationem non requiri respectu negotij deuoluti, cùm solùm sit necessaria, quoad effectum suspensiuum, quia alias iudex, & pars possent procedere ad executionem sine vitio attentatorum.

4 *Tenebit excommunicationis sententia.*] Ergo iurisdictio licet posset opposita exceptione elidi, nihilominus interim prorogari potest, vt per D.Barbos.*in l.*1. *de re iudic art.*1.*n.*190.

5 *Nisi iudex cognouerit*, &c.] Notatur ad hoc quòd si iudex sciens re vera non esse iudicem competentem in aliqua causa, & nihilominus pronuntiauit se esse competentem in ea, gesta per eum in hoc casu non valebunt, cùm certus sit de carentia suæ iurisdictionis, vt per D. Barbos.*in l.si quis ex aliena*, *n.*97.*ff.de iudic.* Sic etiam processus contumaciæ punitiuus iudicis scientis, vel dubitantis se non habere iurisdictionem, est nullus, vt per Nauar.*in cap.cùm contingat, de rescriptis*, 11.*causa nullitatis, à princ.*

§. Denique.

Appellans ante, vel post iudicium à iudice temporali ad Papam, appellatio non tenet de iure, secus verò de consuetudine, vel si sint subditi Papæ etiam in temporali iurisdictione. Colligunt Doctores *in princ.text.citati.*

Qui sunt nostræ temporali, &c.] Notatur ad hoc quòd laici, si sint in terris Ecclesiæ, viuere debent secundùm Canones, & non secundum leges ciuiles, vt per Benedict.Capram *tom.*1.*commun.opin.lib.*1.*tit.*1. *n.*77.*pag.*153.

Credimus non tenere.]Id est, ipso iure, vt per Tiraq. *in l.si vnquam, verbo, reuertatur, n.*19. *C. de reuocandis donat.* Sayr.*in claui Regia, lib.*3.*c.*8.*n.*6.

SVMMARIVM.

1 *Biennij lapsus non præiudicat appellanti quominus ex causa legitima audiatur saltem per beneficium restitutionis in integram.*

2 *Annus primus ad prosequendam appellationem conceditur simpliciter, & integer ipso iure à lege sine ministerio iudicis, secundus ex causa, tertius per viam restitutionis.*

3 *Appellanti impedito prosequi appellationem incumbit probatio, quare illam non sit prosequutus infra legitima tempora.*

4 *Impedimentum ad prosequendam appellationem quale quis probare debeat vt excusetur, relinquitur arbitrio iudicis.*

CAP. Ex ratione. VIII.

QVi appellauit, & intra biennium non est prosequutus causam ob impotentiam, non sibi præiudicat, quia posset in integrum restitui. Colligunt ex Ordinar.Abb. antiq. Innoc. Collect.Zabar. Bellam.Ioan.Andr.Imol. Anan. Host.Anch. Panorm. Henric.Dec.Franc. Butr. Bald. Guid. Papæ, Præpos. Alex.de Neuo, Mantua, Viu.*in ration.secundi libri iur. Pontif. pag.*293.Alagona *in compend.iur. Can.pag.*326. *& tom.*4.*repet. super iure Canon.ad secundum libr.Decr.* Ioan.Crot.remissiuè Ximen.*in concord. p.*1.*&* 2.refertur ab Ant.Aug.*collect.*1.*Decret.lib.*2.*tit.*20.*c.*8. 1

Biennio elapso interpositam, &c.] Primus annus ad prosequendam appellationē conceditur simpliciter, & integer ipso iure à lege sine ministerio iudicis, & sine alia consideratione; secundus verò conceditur etiam integer, & ipso iure à lege, sed tamen ex causa, vt de vno, & altero loquitur *cap.cùm Romana* 5.*sup. hoc tit.* tertius verò datur non ipso iure, sed à iudice per viam restitutionis, vt ex hoc text. colligunt *hic* Ioan. Andr.*sub n.*17.*vers.sed quid si tertio*, Abb.*sub n.*3. Franc. *sub n.*64.*vers. secundo casu*, & Zabar. *n.*6.*vers. not.text* Marc. Ant.Bard.*de tempore vtili, c.*6.*n.*2.*vers. tertius*, & quod tertius annus competat per restitutionem in integrum officio iudicis ex clausula, *si qua mihi iusta causa*, dicit Ruginel.*in tract. huius tit.*§.10. *gloss.*1.*n.*19.*vers. existente*, quem refert, & sequitur Seac.*in simili tract q.*15.*n.*28 *in fin.* vbi *n.*31. aduertit quòd hic tertius annus, qui concedi potest via restitutionis in integrum propter impedimentū, quod fuit in secundo anno, non debet esse integer, sed solum ad tantundem tempus, quantum fuit impedimentum. 2

Per impotentiam vos constiterit omisisse.] Ergo appellanti impedito prosequi appellationē incumbit probatio quare illam non sit prosequutus intra legitima tempora, vt per Franc.*hic n.*10.*vers. circa secundum*, Zabar.etiam *n.*10.*vers circa primam*, Sigism. Scacc.*d. q.*15.*n.*146.Mascard.*de probat. concl.*116. Sed qualiter debeat probare variè censent Doctores, qui videntur tamen communiter concludere hoc relinquendum arbitrio iudicis, vt per citatos à Sigism. Scacc.*d q.*5. *n.*147. quibus adde Flam.*de resign.lib.*11.*q.*13.*a n.*21. Illo verò casu quòd impedimentum non possit per testes probari, quia difficillimum est, poterit probari per iuramentum, dummodo non agatur de magno præiudicio, & homo sit integer, vt ait Mascard. *d. concl.*116.*n.*15.adhuc tamen appellatus contrariū posset probare, Mascard.*concl.*884.*n.*11. Bernard.Græuæ. *ad pract.Camer.imper.lib.*1.*concl.*143.*consid.*1.*n.*2. 3 4

CAP. Meminimus. IX.

DElegatus, cui committitur aliqua causa remota appellatione, si post citationem init ad Sedem Apost.potest in causa procedere secundùm formam iuris, sed si init ante citationem, non potest procedere. Colligunt ex Ordinar.Abb.antiq.Innoc.Collect. Zabar.Bellam. Ioan.Andr. Imol. Anan. Host. Præpos. Anch.Butr.Bald.Dec.Panorm.Franch.Ioan. VVamesi. Alex.de Neuo. Guid.Papæ, Viu.*in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.*294.Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*226.remissiuè Ximen. *in concord.p.*2.& nouissimè de Valboa *vbi sup.*refertur ab Ant.Aug.*collect.*1.*Decr. lib.*1.*tit.*20.*c.*9.& est post Concil.Lateran. *p.*10.*c.*8. 1

Probat hic text. priuilegium datum itineranti ad Curiam 2

Curiam Papæ, vt interim non possit in patria conueniri, non habere locum, quando iter arripit postquam fuerit citatus, vel habuerit notitiam literarum, quas aduersarius impetrauit à Papa, sed si iter arripiat antequam sit citatus, vel priusquam habuerit notitiam literarum, tunc habet prædictum priuilegium, ne possit conueniri in patria, ita docent *in præsenti* Zabar. *n.* 2. & Dec. *not. 3. n. 9. cum seqq.* Sigism. Scacc. *in tract. huius tit. q. 5. n. 44. vers. aduerte secundo.*

SVMMARIVM.

1 *Quæstio principalis si talis sit quod sine articulo à quo appellatum est, expediri non possit, supersedetur.*
2 *Appellatus dum impugnat appellationem, seu dicit esse desertam, non currit instantia prosequendæ appellationis, sicut non currit pendente compromisso.*
3 *Instantia prosequendæ appellationis non currit pendente nullitate sententiæ, quando videlicet nullitas principaliter deducitur.*
4 *Fatalia ad prosequendam & finiendam appellationem non currit appellanti qui prosequitur, & agit super attentatis.*
5 *Appellatio interlocutoria lata super articulo cum quo est connexa, suspendit in totum iurisdictionem iudicis à quo.*

CAP. Super eo. *j.* X.

QVando appellatur in aliquo articulo sine quo causa principalis expediri non potest, supersedendum est etiam in causa principali. Item ob appellationem de suggestione falsi non est sententia differenda. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Dec. Alex. de Neuo, Præpos. Franch. Guid. Papæ, Ioan. VVames. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 295. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 326. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 20 *cap.* 10. & est post Concil. Lateran. *p.* 101 *cap.* 9.

2 *Et principali causa*, &c.] Vnde dum appellatus impugnat appellationem, seu dicit esse desertam, non currit instantia prosequendæ appellationis, Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 27. *n.* 49. sicut etiam non currit pendente compromisso, Bellacomb. *tom.* 2. *comm. opin. lib.* 7. *tit.* 32. *n.* 19. *pag.* 319. Blanc. *de compromiss. q.* 9. *de effectu comprom. n* 23 Marant. *de ordine iudic. p.* 5. *verbo, & omnia fiant durante instantia, limit.* 8. *n* 24. & *p.* 6. *actu* 2. *verbo, & quandoque appellatur, n.* 242. Mandos. *de commiss. in commiss.* 18. *fatal. prorog. in verbo, proroget vers. quarto*, Thesaur. *Fussan. decis.* 244. *n.* 6. *vers. ampliatur.* Lancel. *de attent. p.* 2. *c.* 12. *de attent. appell. pend. n.* 31. & 32. & *c.* 15. *n.* 65. Rugin. *in tract. huius tit.* §. 10. *gl.* 1. *n.* 57. Sigism. Scac. *in simili tract. q.* 15. *n.* 105. licèt compromissum non retardet cursum temporis præfixi ad appellandum, Blanc. *d. q.* 6. *p.* 27. *vers. quarto intellige.* Lancel. *d. c.* 12. *limit.* 50. *ampl.* 6. *n.* 75. *cum seqq.* Granat. *ad vestr. in praxi lib.* 7 *c. vlt. sub n.* 42. *vers licet tempora*,
3 Sigism. Scacc. *vbi supr. q.* 12. *n.* 110. Prout etiam non currit pendente nullitate sententiæ, quando videlicet nullitas principaliter deducitur, vt per Tiraq. *de retract. lig.* §. 4. *gl.* 3. *n.* 2. Perez *ad tit.* 15. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 727. Soar. de Pace *in pract. p.* 1. *tempor.* 12. *à* 9. Ignat. del Villar. *in sylua respons. lib.* 1. *respons.* 15. *q.* 4. *n.* 12.
4 Cald. Pereira *de rezou. emphyt. q.* 7. *n.* 14. Vnde etiam fatalia ad prosequendam, & finiendam appellationem non currere appellanti, qui prosequitur, & agit super attentatis, dicit Scacc. *q.* 15. *n.* 65.

In gloss. *Appellationem.*] Notatur ad hoc quòd appellatio interlocutoria lata super articulo cum quo est connexa, suspendit in totum iurisdictionem iudicis à quo, vt per Abb. *sub n.* 2. & Franch. *n.* 1. *in præsenti*, Sigism. Scacc. *de appellat. q* 17. *limit.* 47. *memb.* 2. *à prine.* vbi *n.* 2. extendit cum hac gloss. vt sic verum etiam in appellatione ante litem contestatam, vt *n.* 3. exemplificat quando opponitur rescriptum esse subreptitium, vel iudicem esse excommunicatum, quasi iudex interloquendo grauet, poterit appellari, appellatio suspendet iurisdictionem in tota causa & *num.* 4. extendit cum gloss. in appellatione post litem contestatam, & *num.* 5. exemplificat in exceptionibus peremptoriis, quæ opponuntur post litem contestatam, & *n.* 6. exemplificat etiam in exceptione præscriptionis, & in qualibet alia simili peremptoria, sine qua negotium principale expediri non potest.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio datur in causis minimis, & breuioribus*, & n. 2.
3 *Appellatio Romæ in causis ibi ventilatis in qua summa detur ostenditur, & numero quarto de causis Neapoli ventilatis, & numero quinto in ducat. Mediolanen. & numero sexto in Regno Castellæ, & numero septimo in Regno Lusitan.*
8 *Summæ plures si separatim petantur, an possint cumulari ad effectum vt sciatur, excedant ne iudicum iurisdictionem, ostenditur.*
9 *Libertatis causa dicitur inæstimabilis.*
10 *Iurisdictionis causa æstimationem non recipit.*
11 *Emancipationis filij causa non recipit æstimationem.*

CAP. De Appellationibus. XI.

APpellare licet in minoribus, seu leuioribus causis, sicut in maioribus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panorm. Dec. Franch. Guid. Papæ, Præpos. Alex. de Neuo, Ioan. VVames. Viu. *in ration. 2. libri iur. Pontif. pag.* 278. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 326. & *tom.* 4. *repet. super iure Canon. ad Secundum libr. Decret.* Ioan. Crot. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. nouissimè Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. Ang. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 20. *c.* 11. & est post Concil. Lateran. *p.* 10. *c.* 10.

Collige ex text. in causis minimis, & breuioribus dari appellationem, vt per Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Gallie, tract. de sentent. execut. art.* 4. *gloss.* 1. *n.* 5. Ruginel. *de appellat.* §. 2. *c.* 3. *n.* 604. *verbo, modicum*, Scac. *tract. q.* 17 *limit.* 40. *à n.* 1. & *à n.* 4 quærit, & disputat, quæ dicatur causa magna, & minima, & *n.* 17. asserit cum gl. *in præsenti*, ideo de iure Canonico appellationem admitti in causis minimis, sicut in magnis, quia appellatio non est fundata super quantitate grauaminis, sed super iniustitia sententiæ, & iniquitate iudicis, & ideo potest appellari etiam in causis minimis, quia iniustitia, & iniquitas ita possunt accidere in minimis, sicut in maioribus: modicum enim non differt à magno, quando illud non est fundatum super quantitate rei, sed super iniustitia, & iniquitate, vt dicit Gerard. *sing.* 19. *n.* 3.

In Vrbe in causis coram Illustrissimo S.D.N. Vica-
3 rio

rio non excedentibus quinque ducatos auri de Camera non datur appellatio, vt testantur Vestr. *in pract. lib. 2. c. 16. n. 5.* Ruginel. *in tract. huius tit. § 2. c. 2. n. 53.* Sigism. Scacc. *d. q. 17. limit. 41.* Et in causis à decem scutis infrà coram Senatore, & eius Collateralibus non datur appellatio, ex dispositione *statutorum Urbis lib. 1. c. 95* refert Sigism. Scacc. *d. q. 17 limit. 42. n. 1.* vbi *n. 2.* dicit hoc habere locum non solùm in causis pauperum, & miserabilium personarum, sed etiam in causis diuitum, & personarum non miserabilium. Signatura ex stylo recepto, & Pontificia constit. non committit appellationes causarum non excedentium valorem ducatorum sexdecim auri de Camera, vt testantur Marches. *de commission. p. 1. in commiss. auoc. caus. cap. 1. num. 7. in fin. fol. 68.* Sigism. Scacc. *d. q. 17. limit. 43.*

4 Neapoli in causis, quæ non excedunt valorem duarum vnciarum, & sunt ciuiliter intentatæ, non datur appellatio ex dispositione *ritus 257.* vbi Carau. *sub n. 1.* testatur esse in viridi obseruantia in omnibus Curiis Regni, quicquid dicat Marant. *de ordine iud. p. 6. actu 2. princip. verbo, & quandoque appellatur, sub n. 326 limit 21. in fine.*

5 In ducatu Mediolanensi à libris decem infra, quando sententia est lata absque consilio sapientis, & à libris viginti quinque infra quando est lata cum consilio sapientis, non appellatur, vt testantur Ruginel. *d. §. 2. c. 3. sub n. 605. vers. de iure Statutorum*, Sigism. Scacc. *d. q. 18. limit. 44 in fine.*

6 In Regno Castellæ in causis non excedentibus decem millia Marabitinorum, appellatio debet interponi ad decuriones ciuitatis, vel villæ, ex *l. 6.* vbi Perez *gloss. 1. 2. & 3. tit 16. lib. 2. Ordin.* quæ est in noua recopilatione *l. 7. tit 18. lib. 4* vbi Azened. iure autem nouiori extenditur prædicta appellatio vsque ad viginti millia Marabitinorum, ex *c. 65. Curiarum 1592.* publicat. anno *1604.*

7 In Regno Lusitaniæ non est causa appellabilis ad Senatum, nisi excedat summam quatuor millium regalium, nec ex vno Senatu ad alium, nisi excedat

8 summam octoginta millium regalium. Pro cuius intellectu dubitari solet, an si separatim plures summæ petantur, cumulari possint ad effectum, vt sciatur, excedant ne iudicum iurisdictionem, de quo vide Tiraq. *de retract. tit 1. § 23. gloss. 9. n. 19. & tit. 2. § 2. gloss. 1. n. 12.* Perez *tit 16. lib 3. Ordin. pag. 751.* Azened. *d. l. 7. n. 17. tit. 18. lib 2. noua recop.* Cabed. *p. 1 decis. 21.* vbi *n. 3.* resoluit plures actiones vnico libello, seu petitione intentatas efficere vnicam summam ad excludendam iurisdictionem iudicis; secus verò quando in diuersis libellis actor prædictas actiones cumulat, & *n. 7.* quòd si vno processu conuentio, & reconuentio currat, & vnica sententia terminetur, vtraque cumulabitur ad alterandum iurisdictionem, quod ipse iudicatum refert *ead. p. 1. aresto 80.* Illud verò de iure communi *in l. offerendis, 23. C. hoc tit.* certum est ad cognoscendum, an summa appellabilis néne sit in sententia prioris instantiæ considerandum esse quantum iudicatum, non verùm quantum petitum fuisset, Marc. Anton. de Amat. *Marchiæ decis. 5* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 113. n. 1. consid. 1.*

9 Sunt tamen aliquæ causæ, in quibus non datur æstimatio, sed omni casu datur appellatio, vt est causa libertatis, quæ dicitur res inæstimabilis, ex *l. libertas 107. ff. de regulis iuris*, resoluit Morla *in emporio iuris p. 1. tit 2. in prælud. n. 147.* & ita iudicatum fuisse in Portugallia, refert Cabed. *part. 1. aresto 75.* Sic etiam causa iurisdictionis æstimationem non recipit, vt per Gonzal. *ad reg. 8. cancel. §. 4. proœmiali, num. 29.* & semper excedit summam, Cabed. *part. 2. aresto 87.* 10

Sic etiam causa emancipationis filij inæstimabilis 11 est, quia patria potestas nullam recipit æstimationem, *l. filius familias 117. § secundum vulgarem, ff. de legat. 1.* D. Barbos. *in l. si constante, in princ. n. 85. ad finem, ff. solut. matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio secundùm Canones conceditur etiam ante sententiam, non vero secundum leges, nisi in quibusdam casibus. Et appellatio, & recusatio æquiparantur in hoc, quia sicut in appellatione requiritur causa rationabilis, ita & in recusatione.*

2 *Executor merus recusari non potest.*

3 *Executor merus si excedat modum executionis sibi commissæ potest appellari, seu aggrauari ad superiorem iudicis exequentis, licet inferior sit iudicis, qui commisit executionem.*

4 *Iurisdictio est acquisita iudici per præsentationem rescripti, aut priuilegij.*

5 *Delegatus nullius causæ habet potestatem, aut exercitium ante literarum præsentationem.*

6 *Iurisdictio non datur in actu ante expeditionem.*

7 *Dies termini non computatur in termino.*

8 *Dies interpositæ appellationis non computatur in tempore statuto ad prosequendam appellationem.*

Cap. Super eo. ij. XII.

Appellare licet secundùm ius Canonicum tum 1 ante, tum post litis contestationem, tum dum fertur sententia, tum post latam sententiam; at secundùm leges ciuiles non licet appellare, nisi in certis casibus ante sententiam. Item in causis Ecclesiasticis appellatio, & recusatio sunt pares in hoc, quia sicut in appellatione requiritur causa rationabilis, ita & in recusatione. Item quando Iis committitur iudici intra certum terminum terminanda, tunc incipit terminus currere quando indices literas recipiunt. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Præpos. Butr. Anchar. Dec. Bald. Franch. Panorm. Bero. Alex. de Neuo, Guid. Papæ, Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 295.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 326. & tom 4. repet. super iure Canon. ad secundum librum Decret.* Ioan. Crot. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 20. c. 12.* & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p. 10. c. 12.*

Ita recusationi, &c.] Notatur ad hoc quòd merus 2 executor recusari non potest, vt per Nauar. *in cap. cum contingat, de rescriptis 10. causa nullit. n. 9.* Perez *l. 1. dub. 11. tit. 5. lib. 3. Ordin. pag. 567.* Si verò excedat mo- 3 dum executionis sibi commissæ potest appellari, seu aggrauari ad superiorem iudicis exequentis, licèt inferior sit iudicis, qui commisit executionem, ex Bart. *in l. à Diuo Pio, sententiam Romæ, n. 6. ff. de re iudicata*, cum traditis per Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ tract. de sentent. execut. gloss. 13. n. 4.* faciunt quæ Stephan. Grat. *discept. forens. c. 146. n. 37. cum seqq.*

Cùm iudices contigerit literas recepisse] Notatur ad 4 hoc quòd per præsentationem rescripti, aut priuilegij, est iurisdictio acquisita iudici, vt per Garc. Giron. *de priuil. seu exempt. explicat. n. 11 17.* & delegatus nul- 5 lius causæ habet potestatem, aut exercitium antè literarum præsentationem, Menoch. *remed. 4. adipiscendæ n. 410.* & iurisdictio nō datur in actu ante expedi-

tionem

6 tionem,Flamin.*de resignat.benefic.lib.7. quæst.21.n.13.* Et demum quòd quilibet iudex delegatus non recipit poteſtatem, exercitium, nec iuriſdictionem ante commiſſionis præſentationem, tradunt Caſſan. *conſ.* 10.*num.*18.Guid. Papæ *q.*286. Anton. Gabr.*commun. lib.*2.*de execut. rei iudic. concl.*3.*num.*4.vbi *num.*6.ſubdit, hoc procedere etiamſi executor ſciat facultatem ſibi competere, ſed nondum ſint literæ ſibi præſentatæ, latè Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 4. *cap.*6. *ex num.* 43. vbi *num.* 60. poſt Molin. *de iuſtit. tom.*3. *diſp.*599.*num.*2. Nicol. Garc.*de benefic.p.*6. *cap.*2.*n.*7. *cum ſeqq.* addit quod licèt executor gratiæ acquirat iuriſdictionem à tempore datæ,illam tamen exercere non poteſt ante præſentationem, & receptionem literarum, & *n.* 61. tenet generaliter procedere in quolibet iudice delegato, vt pariter ante præſentatas literas delegatorias non habeat exercitium iuriſdictionis.

7 In gloſſ. *Recepiſſe*, vlt. Notatur ad hoc quòd dies termini non computatur in termino, Abb.*hic num.*2. vbi Dec.*n.*17. Duen.*reg.*296. Mynſing. *centur.*5.*obſeruat.*15.Tiraq.*de retract. tit.*1.§.1. *gloſſ.*11. *à n.*18. *cum ſeqq.* Vant.*de nullit.tit.de defectu iuriſdictionis ordinariæ, n.*160.Perez *l.*2.*tit.*2.*lib.*3.*Ordin pag.*494.*& l.*22.*verſ. ſed eſt dubium, in medio, tit.*2. *lib.*7. *pag.*408. Fichard. *tom.*2.*commun.opin.lib.*7.*tit.*14.*num.*131.*pag.*274. *& ibi* Vezin.*tit.* 22.*n.*30.*pag.*319. Azeued. *ad Curiam Piſanam, lib.*4.*c.*6.*n.*58. Parlad. *lib.*2. *verum quotidianarum cap.fin.part.*5.§.10. *n.*3. Curia Philip. *p.*1.§.16.*num.*7. Flamin.*de reſign.lib.*12.*q.*8.*n.*7. Alexand. Trentacinq. *variar.lib.*2.*tit. de dilat. reſolut.*1. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo,dies, n.*5.*&* 6. Steph.Gratian.*diſcept.forenſ. c.*161.*à princ.& c.*413.*n.*18.Anton.Monach. *Lucenſ. deciſ.*32.*n.*4.Scacc.*de appellat.q.*12.*n.*51.Rota apud Farin.*deciſ.*333.*n.*2.*cum ſeqq. in prima collect.nouiſſimarum.*

8 Sic etiam dies interpoſitæ appellationis non computatur in tempore ſtatuto ad proſequendam appellationem,vt per Tiraq.*in tract.ceſſante cauſa,n.*82.Socin. *reg* 127.*verſ. ſeptimo fallit.* Guid.Papæ *deciſ.*436.*n.*33. Gutier. *pract.lib.*1.*q.*108.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus ſuper iniuria clerici, vel ſuper adulterio appellare poteſt, niſi ſit notorius.*

2 *Declarantur & conciliantur text.in præſenti,& in c. paſtoralis* 53.§.*verum,hoc eod.tit.*

3 *Appellatio à ſententia, qua quis declaratur excommunicatus, ſuſpendit declarationem ipſam, itavt appellatione pendente ſic declaratus poterit omnino exequi, quæ poſſet ſi declaratio ipſa non præceſſiſſet.*

4 *Appellari poteſt à ſententia iudicis declarantis quem incidiſſe in pœnam legis,licèt à ſententia iuris non appelletur.*

5 *Appellatio à ſententia pronuntiante aliquem excommunicatum non ſuſpendit ipſam excommunicationem.*

6 *Appellatio à ſententia qua denuntiatur quis excommunicatus ad hoc vt euitetur, denuntiationem huiuſmodi non ſuſpendit.*

Cap. Peruenit. *j.* XIII.

1 CLerici quando conqueruntur ſe læſos,vel vulneratos, & rei appellant ad Sedem Apoſtol. ſi exceſſus non eſt publicus,& notorius,rei ſunt compellendi cenſuris, vt infrà tempus conueniens proſequantur appellationem; ſi verò eſt publicus,& notorius, ſunt denuntiandi excommunicati, non obſtante appellatione, & vitandi donec ſatisfaciant offenſis, & cum literis Ordinarij debent ſe præſentare Papæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Hoſt. Anchar. Panorm. Henric. Dec. Franch. Butr. Bald. Guid.Papæ, Præpoſ. Alexand.de Neuo,Vinian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag.* 297. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*327. *& tom.*4.*repet. ſuper iure Canon. ad ſecundum librum Decret.* Ioan. Crot. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.*2. & nouiſſimè de Valboa *vbi ſupra* refertur ab Anton.Auguſt. *collect. Decret.lib.*2.*tit.*20.*cap.*15.& eſt poſt Concil.Lateran. *p.*10.*c.*13.

2 *Quatenus ſi eorum exceſſus publicus non ſit,* &c.] Ex reſolutione illius quæſtionis, an appellatio à declaratoria incurſus cenſurarum, vel denuntiatione operetur ſuſpenſionem, pendet intellectus huius text. *& cap. paſtoralis* 53. §. *verum, infrà hoc tit.* qui videntur inter ſe aliquatenus pugnare; nam text. *in præſenti* reſpondet ſub diſtinctione, quòd ſcilicet appellatio à declaratoria operetur ſuſpenſionem, ſi notoriè conſtet declarandum incidiſſe in excommunicationem; at verò ſi eſſet dubium an incideret, vel eius exceſſus publicus non ſit, & notorius, deferendum eſſet appellationi, & cauendum à declaratoria. Textus verò *in dict.* §. *verum*, indiſtinctè reſpondet excommunicatum non obſtante appellatione poſſe nuntiari, vt ab aliis euitetur, quia excommunicatio ſecum trahit executionem, & per denuntiationem excommunicatus ampliùs non ligatur. Quare vt iura illa componantur reſolutio quæſtionis ſuprapoſitæ clarè habeatur, facienda eſt differentia inter appellationem à ſententia, qua quis declaratur excommunicatus, aut in excommunicationem incidiſſe, & inter appellationem à ſententia, qua quis denuntiatur excommunicatus ad hoc vt euitetur: in primo enim caſu (ad quem reducitur deciſio huius text. vt *infrà* oſtenditur) appellationem à declaratoria ſuſpendere declarationem ipſam, ita vt appellatione pendente ſic declaratum exequi omnia valere quæ poſſet ſi declaratio ipſa non præceſſiſſet, tenent gloſſ. *verbo, priuatos, in cap.cupientes,*§.*quòd ſi per viginti,de elect.lib.*6. Zabarell. *in Clement.* 1. *in fine, de ſequeſt. poſſeſſ.* vbi Imol.*in fine*, Dec.*in cap. reprehenſibilis, n.*20. *cum ſeq. hoc tit.*Couar.*in cap.alma mater,part.*1.§.10.*n.*4.*verſ.& eſſe.*Achil.de Graſſ.*dec.*370. aliàs 4.*de ſentent.excomm.* Nauar. *in cap. cum contingat, de reſcript. cauſa* 15. *& conſ.*6. *num.* 2. *& conſ.*9. *num.*5.*de ſentent. excommun.* Galleſ. *in forma Cameralis obligat,* §.5. *verſ.reliqua, de proceſſu, ſub num.* 43. Soar. *tom.*5. *de cenſur. diſput.*3. *ſect.*6.*ſub n.*6.Bonacin.*eod.tract.diſp.*2.*quæſt.*2.*punct.*2. §.1.*ſub num.*2.*verſ.quarto*, Lancelot. *de attent. part.*2. *cap.*12. *limit.* 22. *poſt num.* 28. contra quos non obſtat,quia hoc eſſet à ſententia iuris appellare vetitum *in cap.quia nos,infr.hoc tit.& in l.ſi qua pœna, ff.de verb. ſignific.* quia reſpondetur hoc caſu potius eſſe appellare à ſententia hominis declarantis illum incidiſſe in pœnam iuris, vt aduertit Abb. *in præſenti, num.*6. & Vgolin.*de cenſur.tab.*1.*cap.*21.§.1.*ſub num.*10. licèt enim à ſententia iuris non appelletur,à ſententia tamen iudicis declarantis quem incidiſſe in pœnam legis bene poteſt appellari, Nauar.*d. conſ.*9. *num.*5.*in fine.* Nec etiam obſtat illa vera concluſio quòd appellatio à ſententia pronuntiante aliquem excommunicatum non ſuſpendit ipſam excommunicationem,ex text.*in cap. is cui,* §. *fin. de ſentent. excommun. lib.* 6. *& in d.*§.*verum*, quia reſpondetur longè diſſi-

miles rationes considerari inter appellationem à sententia excommunicante, & appellationem à declarante incurrisse censuram, inter quas, ni fallor, præeminet illa, quòd sententia quotiescumque fertur excommunicationis, iam constat apertè illum, in quem lata est, deinctum esse excommunicatione ita prolata, quæ siue iusta, siue iniusta timenda vtique est, *cap. sacro, de sentent. excommun.* cùm verò declaratoria profertur, quia negatur crimen patratum, ob quam censura infligitur à iure, in cuius criminis probatione, & declaratione error contingere potuit, nimirum si appellatio non suspendit sententiam excommunicantem, vtique verò declarantem incursam esse censuram iuris, ita Felin. *in cap. præterea, vers. & ideo, num. 6. de sponsal. & in cap. Rodulphus, n. 43. de rescript.* Vgolin. *d. §. 2. post num. 10.* & iuxta hanc prioris casus resolutionem loquitur text. *hic*, cum quo est declaranda prædicta resolutio, vt procedat quando esset dubium, an inciderit quis in excommunicationem, tunc enim appellatio à declaratoria incursus censuræ cum suspendet ipsam declarationem, vt præcitati Doctores resoluunt; at verò si notoriè constet incidisse quem in excommunicationem, veluti ob manifestam clerici percussionem, vel ob transgressionem alterius legis, poterit non obstante appellatione declarari, quæ distinctio ex hoc text. facilè deprehenditur, sic enim in secundo casu de publico, & notorio delinquente fatur, *non permittas quin eos excommunicatos denuncies, ipsosque facias sicut excommunicatos cautius euitari*; constituit namque duo capita, alterum vt denuntietur, alterum deinde vt denuntiatus vitetur, intelligendo verbum illud, *denuncies*, de denuntiatione, quæ sapit declaratoriam, ita quòd nisi denuntiatio respiceret declaratoriam incursus, sed publicationem per cedulones, frustrà adiicerentur illa verba, *ipsosque facias sicuti excommunicatos euitari*; mandat igitur vt primò declaret incurrisse, deinde verò insinuet, & faciat euitari.

6 In secundo vero casu, videlicet quando quis appellat à sententia, qua denuntiatur excommunicatus ad hoc vt euitetur, nulli dubium est talem appellationem huiusmodi denuntiationem non suspendere ex aperta decisione text. *in d. §. verum*, & communem Doctorum resolutionem, quos *ibi* citaui, quam quidem distinctionem, & ad præfata iura intellectum, & conciliationem intendunt Mar. Alter. *de censuris, tom. 1. disp. 5. lib. 3. c. 3. vers. quarto dubitari potest*, & Vgolin. *sub n. 10.* agens de hoc text. præcipuè quando respondet textui *in d. § verum*, supponens text. *in præsenti*, loqui in declaratoria, dictum verò *§. verum*, in denuntiatione vt euitetur, imo supponens decisioni huius text. præterea extra casum notorij per appellationem impedimenti denuntiationem faciendam, non aduersari text. *in d. §. verum*, habentem locum in denuntiatione per cedulones, qua non ampliùs illa ligetur, & propterea non impediatur per antecedentem prouocationem, quia & Soar. *de censur. disp. 3. sect. 15. sub n. 6.* id ipsum significat.

7 *Et notorius.*] Quæret aliquis facti ne, an iuris requiratur notorietas, an verò iuris & facti simul; alteruter eam sufficere resoluit Campanil. *in diuersorio iuris Canon. rubric. 11. cap. 15. num. 69. versic. ne autem.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio cessat in criminibus notoriis*, & n. 2.
3 *Captus in flagranti delicto cùm dicatur notorius delinquens, non poterit appellare.*
4 *Appellari potest etiam in notoriis quoad effectum deuolutiuum.*
5 *Appellatio datur à declaratione notorij, licèt non detur à notorio.*
6 *Appellatio datur à notorio si in ea exprimatur causa rationabilis, quæ habeat offuscare notorium.*
7 *Appellans auditur in notorio probationis, & in notorio iuris & in notorio per famam.*
8 *Appellatio admittitur in manifestis.*
9 *Laici adulteri possunt per iudicem Ecclesiasticum excommunicari.*

CAP. Consulit. XIV.

PErcussio clerici, vel adulterium si est notorium appellatio non suspendit; si non est notorium intra certum tempus, vel est prosequenda appellatio, vel ea remota standum iudicio iudicis; & quod est dubium, non est pro notorio habendum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bellam. Host. Butr. Bald. Anchar. Panorm. Franch. Henric. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 297. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 397. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. & nouissimè de Valboa *vbi supra* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 2. tit. 20. cap. 16.* & est post Concil. Lateran. *p. 10. c. 14.* 1

Quod manifestum sit, & notorium, &c.] Notatur ad hoc quòd in notoriis non datur appellatio, vt per Marant. *de ordine iudic. p. 3. 6. p. princ. q 2. n. 125.* Capra *in tract. de notorio, memb. 4. n. 95. cum seqq.* Duen. *reg. 32. n. 12. limit. 12.* Nicol. Mil. *in repert. verbo notorium an impediat appellationem*, Anton. Gom. *tom. 3. var. c. 1. n. 47. in princip.* Clar. *in pract. §. fin. 94. vers. solet etiam dici*, Lancel. *de attent. p. 2. c. 12. limit. 9. ex n. 1.* latè Salgado *de protect. Regia tom 1. p. 3. c. 14. n. 54. cum multis seqq.* Sigism. Scacc. *de iudiciis causarum, lib. 1. c. 97. n. 119. & in tract. huius tit. q. 17. limit. 4. à n. 1.* vbi *n. 86.* resoluit quòd in notorio præsumptionis, & fictionis, provt surgit à facto notorio, non admittitur appellatio, & *n. 87.* cum Menoch. *de præsumpt. lib. 1. præs. 76. n. 1. & 2.* Ruginel. *in tract. huius tit. §. 2. cap. 3. verbo, præsumptio, n. 829.* & Farin. *in praxi criminal. q. 101. n. 124.* tenet quòd condemnatus ex præsumptione iuris, & de iure appellat, non autem si sit condemnatus ex sola præsumptione iuris. Vnde etiam cùm captus in flagranti delicto dicatur notorius delinquens, ideo meritò illum non posse appellare tenent Cornaz. *Lucensi decis. 193. sub n. 4. vers. 3.* Marchesan. *de commission. in commiss. appell. pend. p. 2. c. 2. sub n. 33.* Sigismund. Scac. *d. limit. 4. n. 88.* In notoriis enim ordo iuris non seruatur, sed ordo est ordinem non seruare, Boss. *in tract. quomodo procedatur in crimine notorio*, Anton. Gom. *tom. 3. var. cap. 1. sub num. 42.* Salgado *de protect. Regia, p. 1. cap. 2. n. 107.* 3

Limita tamen primò vt non procedat supradicta resolutio quoad effectum deuolutiuum, quia ad istum effectum potest appellari etiam in notoriis, Lancel. *de attent. p. 2. c. 12 de attent. appell. pend. limit. 9. princ. n. 3. in fine*, Farin. *d. q. 101. n. 65.* Sigism. Scacc. *d. limit. 4. n. 91.* 4

Limita secundò vt non procedat à declaratione notorij, ab illa enim dari appellationem, licèt non detur à notorio, tenent Nicel. *in concord. gl. concord. 6. fallent. 2. n. 18.* Lancel. *d. limit. 9 princip. in fine, num. 13.* Salgado *dict. loco, num. 58.* Sigismund. Scacc. *d. limit. 4. num. 65.* 5

Limita

6 Limita tertiò si in appellatione exprimatur causa rationabilis, quæ habeat offuscare notorium, vt per Abb. *hic in fine*, Franch. *n.6.* & Dec. *n.8.* Marant. *de ordine iudic. p.6. actu 2. princ. in verbo, & quandoque appellatur, num.293. limit.4.* Tiraq. *de pœnis temp. in præfat. num.69. vers. his quoque*, Farin. *d. quæst.101. num.64.* Sigismund. Scacc. *d. limit.4. num.95.* Salgado *vbi suprà num.60.*

Limita quartò quoad excessum pœnæ, quia ab illo excessu potest appellari etiam in notoriis, Salgado *d.c.14. n.62.* Farin. *d.q.101. n.110. vers. sublimita 4.* Sigismund. Scacc. *d lim.4 n.96.*

7 Limita quintò in notorio probationis, in quo appellantem audiri, & appellationem operari effectus suos dicit Lancel. *d. lim.9. princ. num.12. vers. quinto*, & censuit Rot. *decis.100 n.9. part.1. diuers.* & in notorio iuris Nicel. *d. fallent.2. sub n.16.* Farin. *d. q.101. n.16. & 131.* & in notorio per famam, Lancel. *sub dict. num.12.*

8 Limita sextò in manifestis, quia in eis dari appellationem cum sit aliud manifestum, & aliud notorium, docent Ruginel. *in tract. huius tit. §.2. c.3. in verbo, manifestum, n.598.* Sigismund. Scacc. *d. limit.4. n.100.* Salgado *d.c.15. n.64.*

9 *Vxorem alterius detinere.*] Notatur ad hoc quòd laici adulteri possunt per iudicem Ecclesiasticum excommunicari, Roman. *sing. 667.* Stephan. Aufrer. *in Clem.1. de officio ordin. reg 4. fallent.1.* Couar. *in sponsal. p.2. c.7. §.7. n.20.*

SVMMARIVM.

1 *Appellans ex fraude vel malitia postquam reus appellauit ad Papam, & reportauit literas fauorabiles, non auditur.*

2 *Arreptio itineris ad Papam, seu ad eius Curiam, post litem motam dato grauamine, habet vim appellationis, & suspendit iurisdictionem iudicis à quo.*

3 *Appellatio est defensio, iudicialis tamen quæ potest tolli.*

4 *Appellatio dicitur theriaca contra iudicis venena.*

5 *Appellatio regulariter interponi debet coram iudice à quo, itavt si non sit interposita coram eo, appellatio sit nulla.*

CAP. Suggestum. XV.

1 ACtor quando scit quòd reus oppressus appellauit ad Papam, reportauit literas fauorabiles, & ipse post literas Papæ appellat ex fraude, vel malitia, tunc iudex non debet eius appellationem admittere, sed causam terminare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bellam. Host. Butr. Bald. Anch. Panor. Franch. Henric. Dec. Præpos. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.298.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.327.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. Augusti. *collect.1. Decret. lib.2. tit.20. cap.20.* & est post Concil. Lateran. *p.10. c.19.*

2 Collige ex text. quòd arreptio itineris ad Papam, seu ad eius Curiam post litem motam dato grauamine, habet vim appellationis, & suspendit iurisdictionem iudicis à quo, vt per Mil. *in repert. verbo appellationis vim obtinet.* Lancel. *de attentatis p.2. cap 12. attent. appell. pend. ampliat.10. num.3. vers. regula.* Graual. *ad Vestrium, lib. 2. cap. vlt. sub num. 27.* Sigismund. Scacc. *de apellat. quæst.6. num.41.* vbi *num.42.* extendit, vt non solùm habeat vim appellationis, sed releuet etiam ab onere petendi Apostolos, vbi pariter declarat vt procedat, si itineris arreptio sequuta fuerit infra decem dies.

Ad præsid. um.] Notatur ad hoc quòd appellatio est 3
defensio, vt per Couar. *pract. cap.23. n.6. col.1.* Garc. Girond. *de priuil. seu exemptionum explicatione, n.743.* & tamen defensio iudicialis, quæ potest tolli, Scacc. *de r.q.16. limit.1. n.23.* vnde appellationem theriacam 4
contra iudicum venena dicunt Purpur. *in l.1. n.87. C. de pactis*, Curt. *cons.163. n.8.* Surd. *de alim. tit.7. priuileg. 60. n.4. & tit.9. q.32. n.63. & seqq.* Azeued. *ad Curiam Pisanam lib.4. c.6. à n.47.* Sebast. Neui. *in l.1. ff. à quib. non appellari non licet, n.215.* Bobadil. *in sua politica, lib.2. c.21. n.219.*

In gloss. *Vocem.* Notatur ad hoc quòd regulariter 5
appellatio interponi debet coram iudice à quo, vt si non sit interposita coram eo appellatio sit nulla, vt per Gutier. *pract. lib.1. q.102. num.1.* Grammat. *dec.36. num.77.* Lancel. *de attent. p.2. cap.12. de attent. appellat. pend. ampl.15 princ. num.2. & 3. & limit.50. princ. num.7. & n.184.* Sigismund. Scacc. *in tract. huius tit. quæst.6. num.6.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus pendente cognitione appellationis absolui potest ad cautelam, & si apparet eum legitimè appellasse, non punitur pro eo quod interim celebrauit diuina.*

2 *Excommunicationis sententia lata post interpositam legitimam appellationem non sortitur effectum suum, potestque sic excommunicatus, si Presbyter fuerit, pendente appellatione sine alicuius irregularitatis incursu celebrare.*

3 *Clericus irregularis non est censendus, qui post appellationem etiam illegitimam ab excommunicationis sententia contra se lata existimans validam esse suam appellationem, atque absolutionem obtentam celebrauit, etiamsi postea pronuntiatum fuerit eam appellationem firmitatem non habuisse.*

4 *Excommunicatum se dicens post appellationem debet probare.*

5 *Excommunicatio, & appellatio si in puncto, & momento simul concurrant, tunc præsumitur quòd excommunicatio præcesserit.*

CAP. Ad præsentiam. XVI.

1 EXcommunicatus, qui appellauit legitimè pendente causa excommunicationis, licèt de iure non sit excommunicatus, tamen de facto, & ad cautelam est absoluendus, & si in tali excommunicatione ministrauit in Diuinis non est inquietandus, sed omnia reducuntur in statum in quo erant tempore factæ appellationis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Dec. Alexand. de Neuo, Præpos. Franch. Guid. Papæ, Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.298.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.328.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. Augusti. *collect.1. Decret. lib.2. tit.20. cap.22.* & est post Concil. Lateran. *part. 10. cap.21.*

Ideoque mandamus, &c.] Notatur ad hoc quòd ex- 2
communi

communicationis sententia lata post interpositam legitimam appellationem non sortitur effectum suum, potestque sic excommunicatus si Presbyter fuerit, pendente appellatione sine alicuius irregularitatis incursu celebrare, & prosequi officium suum in Diuinis, vt per Franch. *in præsenti, n.* 3. 4. & 5. Lancel. *de attent. p.* 2. *c.* 12. *de attent. appellat. pend. limit.* 26. *num.* 5. Sigism. Scacc. *in tract. huius tit. q.* 17. *limit.* 22. *num.* 54.

3 Farin. *fragment. crimin p.* 2. *lit. I. n.* 327. Nec etiam clericus irregularis est censendus, qui post appellationem etiam illegitimam ab excommunicationis sententia contra se latam existimans validam esse suam appellationem, ante absolutionem obtentam celebrauerit, etiamsi postea pronuntiatum fuerit eam appellationem firmitatem non habuisse, ex gloss. singulari, *verbo, in officiis, in cap. solet, de sententia excommun. lib.* 6. Nauar. *in c. cùm eò ringat, de rescript. remed.* 3. *vers. secunda* Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 33. *lit. A. vers. nec etiam clericus, in nouiss. edit.* Lancel. *d. c.* 12. *ampl.* 8. *n.* 7. Spin. *in speculo testam. gloss* 11. *rubr. n.* 29. *vers. patet igitur, & n.* 44. Cened. *ad Decret collect. c.* 5. *n.* 6.

4 Illud tamen aduertere oportet quòd dicens se excommunicatum post appellationem debet hoc probare, Rebuff. *in tract. nomin. q.* 14. *num* 23. Sigism. und.

5 Scacc. *d. limit* 22 *num.* 57. vbi etiam tenet quòd si in puncto, & momento simul concurrant excommunicatio & appellatio, præsumitur quòd excommunicatio præcesserit, sicque appellatio redditur sine effectu suspensiua in foro conscientiæ, quia in isto foro semper præsumitur pro validitate excommunicationis, at in foro iudiciali, præsumitur quòd præcesserit appellatio, quia debet fieri benigna interpretatio, & *n.* 58. explicat in casu, quo iudex legebat sententiam excommunicationis, & pars antequam iudex proferret verbum *excommunico*, appellauit, vel è contra dum appellabat exprimendo suam appellationem, iudex excommunicauit eum, & *n.* 56 resoluit iudicem cum clausula, *appellatione remota*, posse excommunicare etiam probabiliter appellantem, quando illa appellatio non reperitur expressè approbata à iure in illo casu.

SVMMARIVM.

1 *Appellans si turbatur possessione, super qua fuit appellatum, iudex à quo potest illam possessionem sibi reformare, appellatione in suo robore permanente,* & n. 2.

3 *Declaratur text. in præsenti,* & n. 4.

CAP. Cùm teneamur. XVII.

1 IVdex à quo fuit appellatum potest reformare possessionem appellantis, si pendente appellatione coram superiore, turbata fuerit ab aliquo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Dec. Butr. Panorm. Bald. Henric. Præpos. Franch. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Vivian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 299. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 328. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 20. *c.* 23. & est post Concil. Lateran. *p.* 10. *c.* 23.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Marant. *de ord. iud. p.* 6. *tit. de appellat. actu* 2. *n.* 194. Couar. *practic. c.* 23. *n.* 1. *vers. primò.* Vivian. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 21. *num.* 182. *vers. imò index, pag.* 313. Surd. *de alim. tit.* 9. *q.* 32. *n.* 69. quando enim iudex aliquid post appellationem fecerit quod in faciliorem causæ, & appellationis expeditionem tendat, nec est attentatum, nec vt tale venit reuocandum, imo iure optimè sibi permissum est, vt per hunc text. tradunt Duen. *reg.* 42. *limit.* 17. & plures citati à Salgado *de protest. Regia, p.* 2. *c.* 4. *n.* 257.

Verùm obstat maximè vulgaris regula in materia 3 appellationum, quòd per appellationem suspenditur iurisdictio iudicis inferioris, & in totum ad superiorem deuoluitur, *c. si à iudice, hoc tit. lib.* 6. *cum similibus.* Quare text. hic difficilis reputatur, & octo intellectus ad illum refert Abb. *hic n.* 5. & 6. frequentissimè tamen DD. illum sequuntur, quòd reformatio appellationis tendit ad faciliorem appellationis expeditionem, ac subinde licita censeri debet iudici à quo appellatum est, iuxta reg. text. *in c.* 2. *de matr. contracto, contra interdictum Ecclesiæ*, quem post Marant. & alios antiquiores multis exemplis, & corollariis exornat Duen. *reg.* 42. *limit.* 16. & 17. Octau. *de stylo Curiæ, lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 3. Lancel. *de attent. p.* 3. *c.* 12. *limit.* 4. *à princ. & præcipuè, n.* 3. & *limit.* 17. & post eum, atque alios plenè Scacc. *de appellat. q.* 3. *à n.* 20. & 23.

Sed contra hanc interpretationem insurgit Dec. 4 *hic à n* 2. quia text. minimè considerat faciliorem appellationis expeditionem, neque enim per reformationem possessionis priuatæ appellatione pendente faciliùs expeditur articulus ipse appellationis super proprietate, vel causa principali, sicut contingit *in d. cap. de matrim. contract.* atque in aliis casibus, quos addunt, Marant. *d. p* 5 *cap. de appel. n.* 205.

Quare alij totum hoc ponunt in speciali fauore attentatorum appellatione pendente, quasi propter eorum odium æquitas Canonica permittat Ordinario reformationem possessionis turbatæ appellatione pendente, ita Sahagun. *in c.* 1 *de sequestr. possess. n.* 114. Sed faciliùs videtur resolui difficultas ex generali principio, quòd per appellationem solum suspenditur iurisdictio iudicis inferioris, & ad superiorem deuoluitur quoad causam, & articulum super quod appellandum est, non ad alios articulos, vel causam diuersam, vt per varios casus exemplificat Scacc. *d. q.* 11. *n.* 17. & 29. *cum seqq.* cùm ergo proponamus super proprietate appellationem fuisse interpositam per solam proprietatis causam ad superiorem esse deuolutam, reformatio autem possessionis turbatæ ipsa appellatione pendente articulus sit diuersus super quo nec index inferior pronuntiauit, nec ad superiorem appellatum est; nec deinde in præiudicium tendat ipsius appellationis, meritò non speciali aliquo fauore, sed secundùm regulas generales talis reformatio iudicis à quo licita censeri debet, quod bene docuit Dec. *d. n.* 2. *in fine*, dum considerat per hanc reformationem possessionis turbatæ appellatione pendente non offendi, sed magis iuuari regulam, quæ docet appellatione pendente nihil esse innouandum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio generalis, & vaga respectu cuiuslibet grauaminis non valet, sed restricta ad certam causam sic.*

2 *Appellari non potest à futuro grauamine.*

3 *Grauamen futurum quando trahit originem à grauamine iam illato, vel esset comminatum per iudicem, tunc ab eo poterit appellari.*

CAP.

Cap. Consulit. ij. XVIII.

1 Appellatio generalis, ideſt, ab omni grauamine, quod ſibi poſſet contingere, non valet, ſed generalis reſtricta ad certam cauſam, vt ſi appellet ab iſto iudice in vna cauſa ab omni grauamine, quod ſibi poſſit inferri, valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſt. Henric. Anch. Butr. Bald. Panorm. Dec. Guid. Papæ, Franch. Præpoſ. Alex. de Neuo, Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag. 209.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 328.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* nouiſſimè de Valboa *vbi ſup.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 20. cap. 27.* & eſt poſt Concil. Lateran. *p. 10. c. 54.*

2 *Ab omni grauamine, quod ſibi poſſet contingere,* &c.] Notatur ad hoc quòd à futuro grauamine appellari non poteſt, vt per Abb. *in cap. bon. mem. 51. hoc tit. ſub n. 10. differ. 9.* & *ibi* Franch. *ſub n. 16. verſ. primo in forma*, Sigiſm. Scacc. *in tract. huius tit. q. 2. n. 43.* & *q. 5. n. 101.* vbi *n. 110.* limitat vt non procedat in caſu, quo grauamen eſſet irreparabile per appellationem ſubſe-
3 quentem, & *n. 113.* etiam limitat quando futurum grauamen trahit originem à grauamine iam illato, & appellatio interponitur ratione vtriuſque, & *n. 114.* pariter limitat quando futurum grauamen eſſet comminatum per iudicem, quia tunc ab huiuſmodi futuro grauamine poſſet appellari, & *num. 115.* limitat denique, vt non procedat in appellatione extraiudiciali.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio friuola non excuſat inferiorem quominus teneatur obedire ſuperiori, & vt de contemptu puniatur, niſi innocentiam ſuam aliter purget.*
2 *Legati legatione durante in iudicium vocari non poſſunt.*
3 *Citatio facta in Eccleſia eſt valida.*
4 *Nuntio creditur in his quæ ad eius officium ſpectant, extra officium tamen in rebus minimis illi creditur.*
5 *Nuntio publico tunc non creditur quando citandus coniecturis, & præſumptionibus oſtendit ſe non fuiſſe citatum.*
6 *Nuntio affirmanti citatum reſpondiſſe ſe non eſſe venturum, an ſit credendum, remiſſiuè.*
7 *Nuntio publico iurato exequenti officium ſuum bene creditur circa citationes.*

Cap. Cùm parati. XIX.

1 Appellans friuolè debet obedire, alioquin dicitur contemnere, & tenetur per ſe, vel per alium probare innocentiam ſuam. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hoſtienſ. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Dec. Franch. Guid. Papæ, Præpoſ. Alexand. de Neuo, Viuian. *in ration. ſecundi libri iuris Pontif. pag. 300.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 328.* remiſſiuè Caſal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* & nouiſſimè de Valboa *vbi ſupra* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 2. tit. 10. cap. 29.* eſt poſt Concil. Lateran. ſub Alexand. III. *part. 10. cap. 28.*

Quod in legatione Regis eſſet.] Ex eo, quia Legati legatione durante in iudicium vocari non poſſunt, ex text. *in l. 2. §. legatis, ff. de iudic.* vbi D. Barboſ. *à n. 49. & num. 76. cum ſeqq.* concordat Ordinatio Regia Luſitanorum *lib. 3. tit. 4. n. 4.* vbi parens meus, & apud Caſtellanos *l. 4. tit. 3. part. 3. & l. 9. tit. 27. part. 7.* vbi Greg. 2

Sed in Salmantina Eccleſia.] Ergo citatio facta in Eccleſia eſt valida, vt per Tiraq. *de retract. ad finem, tit. num 82.* 3

Te ſuus nuntius inuenisſet, &c.] Ergo nuntio creditur in his quæ ad eius officium ſpectant, de quo vide Mantu. *lib. 1. dialog. 1.* Bart. *in l. 1. §. cura carnis, n. 2. ff. de officio Vrbis*, Hippol. *in l. 1. §. ſi quis dicatur, n. 19. ff. de quæſt.* Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. gloſſ. 9. n. 11. & 12.* Viuian. *tom. 1. communium opin. lib. 4. tit. 9. n. 184. pag. 497.* Maſcard. *de probat. concl. 189 & concl. 94. n. 13. & concl. 1134. n. 4.* Menoch. *de arbitr. caſu 12. & de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 24.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 60. n. 6. & c. 502. n. 16.* Mench. *controuerſ. vſufreq. c. 24. n. 1.* Bobadil. *in ſua politica, lib. 1. c. 13. n. 42.* Zerol. *in praxi Epiſcop. p. 1. verbo, Nuntij*, Alciat. *de præſ. reg. 3. præſ. 1. n. 1.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu citat. n. 150.* Honded. *conſ. 19. n. 56. volum. 1.* Marta *de iuriſd. part. 2. cap. 10. num. 7.* Farin. *in praxi criminal. part. 3. q. 108. n. 151.* Bernardin. Muſcatel. *in ſua praxi aurea Ciuili Neapol. part. 2. gloſſ. intimato, à n. 16.* Amat. Roderic. *in practic. de forma videndi, ſeu examinandi proceſſum, cap. 4. n. 14.* In rebus tamen minimis illi creditur extra officium, ex Tiraq. *de iudic. in rebus exiguis, verſ. 91.* 4

In gloſſ. *Suus*, ibi, *in alterius præiudicium.* Intellige niſi contrarium probetur, vt per Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 4. gloſſ. 1. num. 6* Nuntio enim publico tunc non creditur, quando citandus coniecturis, & præſumptionibus oſtendit ſe non fuiſſe citatum, vt per Menoch. *d. caſu 112. num. 11. & de præſumption. lib. 2. præſumpt. 25. num. vlt.* Maſcard. *concluſ. 1119. num 27. & 28.* Bajard. *ad Clar. §. fin. quæſt. 31. num. 64.* Vtrùm autem nuntio affirmanti citatum reſpondiſſe ſe non eſſe venturum credendum ſit, vide Felin. *in cap. inquiſitionis, num. 20. de accuſat.* Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 8. gloſſ. 9. n. 13.* Menoch. *d. caſu 112. à n. 17.* Mench. *d. cap. 24. num. 10. verſ. contrariam*, Bebadil. *d. cap. 13. num. 44.* 5 6

In ead. gl. ibi, *Nuntio tamen publico iurato fideliter exequenti officium ſuum bene creditur circa citationes*, vide Marant. *de ordine iudic. p. 6. memb. 1. n. 45.* Tiraq. *d. §. 8. gl. 9. à n. 1.* Boër. *deciſ. 234. num. vlt.* Bart. *in tract. de ritu iudiciorum, §. citationem*, Ioan. Valer. *de differ. inter vtrumque forum, verbo teſtis, differ. 5. verſ. item fallit in nuntio.* 7

In gloſſ. *In legatione Regis*, ibi, *tunc Regi obtemperandum eſt, ſi ab ipſo teneat Regalia*, &c. Vtrùm autem & quando Rex poſſit Epiſcopos vocare ad ſe, & illi teneantur ei obedire? vide Regin. Pol. *in lib. contr. contra Henricum VIII. Britanniæ Regem pro Eccleſ. vnit. defenſ. lib. 1. fol. 9.* Petr. Antib. *in tractat. de munerib. p. 3. numero 9.* Bobadil. *in ſua politica lib. 1. cap. 18. num. 61. & 62.* Carol. Graſſal. *lib. 2. Regal. Franciæ iure 13.* Azeued. *l. 13. colum. 1. tit. 3. lib. 8. nouæ recop.* 8

SVMMARIVM.

1 *Appellationis prætextu non poteſt quis venire contra ſuum iuramentum.*
2 *Sententiæ, ſeu mandati iudicis etiam cum iuramento parere promittens non obſtante tali promiſſione, & obligatione, poteſt appellare.*

3 *Arbitramentum potest reduci ad arbitrium boni viri, etiam quando quis promisit, & iurauit stare mandato arbitratoris.*

4 *Promittens stare iudicis sententiæ, qualiscunque illa erit, adhuc poterit appellare.*

Cap. Ad hæc. j. XX.

1 IVrans stare iudicio Ecclesiastico, si postea appellauerit, est compellendus seruare iuramentum, vel intra quadraginta dies iter arripere ad prosequendam appellationem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Bellam. Ioan Andr. Imol. Anan. Host Henric. Anch. Butr. Bald. Panorm. Dec. Guid. Papæ, Franc. Præpos. Alex. de Neuo, Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 301. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 329. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. & nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decr. lib.* 2. *tit.* 20. *c.* 30. & est post Conc. Lateran. *p* 10 *c.* 29.

2 *Quòd Ecclesiæ stabunt iudicio*, &c.] Ex hoc colligi videtur promittentem parere sententiæ, seu mandatis iudicis etiam cum iuramento non obstante tali promissione, & obligatione posse appellare, vt per Franc. *in præsenti à n.* 4. *vers. quarto tene menti*, & *in cap. inter posita* 70. § *ille denique*, *n.* 3. *q.* 2. *infr. hoc tit.* vbi dicit quòd licèt pars, vel partes cum iuramento promiserint stare sententiæ ferendæ, & mandato ipsius iudicis, tamen non censetur renuntiatum iuri appellandi, Nicel. *de concord. glos. concord.* 6. *fall.* 102. *sub n.* 142. Vrsil. *ad Afflict. dec.* 78. *n* 11. Ruginel. *in tract. huius tit.* § 2. *c* 1 *n.* 98. *cum seqq.* & § 9. *gl.* 1. *c.* 1. *sub n* 44. *vers. taciteè*. Vnde si quis promisit, & iurauit stare mandato arbitratoris, tamen arbitramentum adhuc potest reduci ad arbitrium boni viri, quasi in promissione insit hæc conditio, *si æquè fuerit arbitratus*, Specul. *tit. de arbitr.* § 1. *sub n.* 4. *vers. sed pone*, *lib.* 1. Sigism. Scacc. *de iudiciis*, *lib.* 2. *c.* 2. *n.* 368. *vers. confirmatur.*

3 Amplia vt procedat etiamsi quis promisisset stare sententiæ iudicis qualiscunque erit sententia, quia adhuc poterit appellare, per ea quæ resoluunt Socin. *consil.* 24 *sub n.* 3 *lib.* 1. Pac. Scal. *in tract. de cons sapient. lib.* 4. *c.* 19. *vers. sed ego, vt acquiescam*; quicquid in contrarium, imo promittentem parere sententiæ, quæcunque fuerit, videri renuntiare appellationi dicant Bald. *in l. tale pactum* 41. §. *qui prouocauit*, *col.* 10. *vers. item ex prædictis*, *ff. de pactis*, Franc. *in cap. intimasti* 69. *n.* 11. *in fine*, & Dec. *etiam in fine*, *n.* 20 *infr. hoc tit.* Nicel. *d. fall.* 142. *n.* 142 Castald. *in tr. de syndicatu*, *n.* 169. *vers. quartus casus*. Et quicquid etiam dicat Cancel. *de attent. p.* 2. *c.* 2. *de attent. appell. pend. ampl* 2. *princ. n.* 15. & 16. quòd appellationi tacitè renuntiari videtur, quando quis obligat se velle stare sententiæ alicuius.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non admittitur contra iuramentum, & non adimplens mandatum, debet reduci in eandem sententiam à qua fuit absolutus.*

2 *Iuramentum cuius virtute lata est sententia, excludit appellationem.*

Cap. Quæstioni. XXI.

1 APpellationi, quæ est causa refugij, non est standum, sed inducenda eadem censura, v. g. excommunicatus præstitit iuramentum, quod stabit mandato Ecclesiæ, & sic fuit absolutus, sed antequam mandatum fiat ei, vel illo recepto appellat causa subterfugij, talis appellatio est nulla, & iterum est excommunicandus, & mox iterum iurabit. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Zabar. Imol. Anan. Host. Henric. Butr. Anch. Bald. Panorm. Præpos. Guid. Papæ, Franc. Alex. de Neuo, Viu. *in ration. 2. libri iur. Pontif. pag.* 301. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 329. remissiuè Ximen. *in conc. p.* 1. & 2. nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 20. *cap.* 311. & est post Concil. Lateran. *part.* 7. *cap.* 20.

Quod appellationi, quæ iuramento, &c.] Notatur ad hoc quòd iuramentum, cuius virtute lata est sententia, excludit appellationem, vt per Menoch. *cons.* 217. *n.* 7 Seraph. *de priuileg. iuram. priuil.* 102. *à princ.* Ruginel. *in tract. huius tit.* § 2 *c.* 3. *verbo, iuramentum*, *n.* 512. *cum seqq.* Sigism. Scacc. *eod. tract. q.* 17. *limit.* 34. *n.* 1. vbi *n.* 2. ampliat procedere etiamsi condemnatus vellet per euidentiam rei probare contrarium eius, quod est iuratum, & *n.* 3. ampliat etiam procedere in sententia latà virtute iuramenti, & *n.* 4. pariter ampliat in sententia, qua reus, cui fuerit delegatum iuramentum, fuerit condemnatus ad soluendum, eo quod noluerit iurare, neque iuramentum referre, & *n* 5. limitat quando is, cui defertur iuramentum, allegat rationabiles causas, & exceptiones, quare non teneatur iurare, & iudex iis reiectis præcipit iurari, vel referri, & *n* 6. etiam limitat in sententia lata in causa matrimoniali, & *n.* 7. pariter limitat in sententia lata virtute iuramenti necessarij.

Cap. Præterea. j. XXII.

1 APpellans, v.g. ad Papam, & iterum committens aliquod scelus non obstante appellatione potest puniri ab Ordinario de illo scelere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Dec. Panor. Alex. de Neuo, Præpos. Franch. Guid. Papæ, Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 301. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 329. remissiuè Ximen. *in concord. p* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 20. *c.* 32. & est post Concil. Lateran. *p.* 59. *cap.* 53.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi sui aduersarij non deferens de sua posteriori, circa idem contra eum excipere nequit.*

2 *Clericus ad iudicia Ecclesiastica procurator constituitur.*

3 *Episcopus potest patronos adstringere vt in præsentatione principaliter respiciant vtilitatem Ecclesiæ.*

Cap. Constitutis. j. XXIII.

1 NOn curans appellationem factam, & vlteriùs procedens appellando, eius appellatio non consideratur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Host. Anch. Dec. Butr. Panormit. Bald. Præpos. Franch. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontificij*, *pag.* 301. Alagona *in compend. iuris Canonici*, *pag.* 329. remissiuè Ximen. *in*

in concord. p. 1. & 2. nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 20. cap. 37.*

2 *Et Presbytero R.*&c.]Ergo potest clericus ad iudicia procurator constitui, vt notant Abb. Zabarell. & alij *in cap. in nostra 4. de procuratoribus*, quod intellige in iudicio Ecclesiastico, in quo clericus rectè procurator constituitur, iuxta ea, quæ dixi ad *c. 1. supr. de postulando.*

3 Per hunc text. notat Panorm. *hic* quod vbi esset suspicio, ne patroni ad præsentandum mouerentur vtilitate Ecclesiæ, sed carnali affectione, potest Episcopus illos adstringere iuramento, vt in præsentatione principaliter respiciant vtilitatem Ecclesiæ, refert Marc. Anton. Genuens. *in practic. Eccles. q. 317.* vbi limitat, quando contra patronos adesset periurij præsumptio, quia tunc non deberet abiuratio fieri, vel iuramentum deferri, arg. text. *in cap. clericus, de cohabitat. clericorum.*

SVMMARIVM.

1 *Appellans ab ordinario in vna causa, in aliis coram eo respondere tenetur, potest tamen eum recusare vt suspectum, nisi conueniatur de crimine manifesto, in quo non cadit excusatio, nec suspicio.*
2 *Appellatio non suspendit iurisdictionem iudicis à quo extra illam causam à qua fuit appellatum.*
3 *Verbum, debet, est necessitatis.*
4 *Iudex vt suspectus recusari non potest in notoriis criminibus.*

CAP. Proposui. XXIV.

1 APpellans ab ordinario in vna causa tenetur coram eodem respondere in aliis in quibus non fuit appellatum, potest tamen illum recusare vt suspectum; quare non potest eum ordinarius cogere nisi in crimine grani, & manifesto, quo ipso facto meritò sit damnandus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panorm. Præpos. Dec. Guid. Papæ, Franch. Alex. de Neuo, Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag. 302.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 326.* remissiue Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* & nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 20. c. 38.*

2 Collige ex text. appellationem non suspendere iurisdictionem iudicis à quo extra illam causam, à qua fuit appellatum, vt per Lancel. *de attent. part. 2. cap. 12. de attent. appellat. pend. in præfat. n. 109.* Sigism. Scacc. *de appellat. q. 3. n. 46.*

3 *Non debet*, &c.]Ergo verbum, *debet*, est necessitatis, vt per Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. gloss. 15. n. 1.* & plures relatos per me *de dict. vsufreq. dict. 77.*

4 *Et manifesto*, &c.] Notatur ad hoc quòd in notoriis criminibus non potest iudex suspectus recusari, vt per Rebuff. *ad leges Gallic., tract. de recusat. artic. 6. gloss. 1. n. 6. & art. 9. n. 8.* Anton. Gomez *tom. 3. var. c. 1. n. 47. in princ.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 21. n. 126.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus absoluitur cautione recepta, licet aduersarius, vel excommunicator ne absoluatur, appellet.*
2 *Locus an, & quando sit de substantia electionis remissiuè.*
3 *Absolutio sine citatione datur ab excommunicatione lata pro contumacia, sed præstita cautione de parendo mandatis Ecclesiæ.*
4 *Citatio est necessaria in absolutione danda, quia per eam potest lædi pars ad cuius instantiam lata fuit excommunicatio.*
5 *Contumax in non parendo non absoluitur absque cautione pignorum.*

CAP. Qua fronte. XXV.

EXcommunicatus, vel interdictus ob contumaciam, vel aliam causam, si vult subesse iustitiæ in his, pro quibus fuit excommunicatus, iudex qui eum excommunicauit, poterit illum absoluere recepta priùs cautione quod parebit æquitati coram Papa ad quem appellauit, vel coram eius delegato, si maluerit aduersarius, non obstante quod pars appellet ne absoluatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Panorm. Dec. Franch. Butr. Bald. Hostiens. Guid. Papæ, Præpos. Alexand. de Neuo, Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 303.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 331.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* & nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 20. c. 41.* & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. *p. 3. cap. 2.*

1 *Non enim in Palatio*, &c.] An, & quando locus sit de substantia electionis, vide Rendin. *in prompt. receptarum sent. tit. 36. n. 21.*

2 *Sanè si quis pro contumacia*, &c.] Notatur ad hoc quòd ab excommunicatione lata pro contumacia datur absolutio sine citatione, sed præstita cautione de parendo mandatis, Dec. *hic num. 16.* & alij citati ab Anton. Ricciul. *loco infrà citando, cap. 70. num. 112.* & tunc appellari non potest à sententia quia dictum sit excommunicatum præstita cautione esse absoluendum, Ruginel. *de appellat. §. 2. c. 3. n. 7.* Scacc. *in simili tract. q. 17. limit. 42. n. 1.* & non solùm quando appellatio subsequitur absolutionem, sed etiam quando præcedit eandem absolutionem, ex Lancelot. *de attent. p. 2. c. 12. in prelat. num. 115. limit. 3.* Dec. *in præsenti sub num. 17.* qui loquitur quando quis est excommunicatus, & petit absolutionem ab eodem iudice, qui eum excommunicauit, aduersarius opponit, quod cùm offensa sit manifesta, absolutio concedi non debet etiamsi excommunicatus velit præstare cautionem de parendo iuri, iuxta *cap. ex part. 23. de verbor. signif.*

3 *Etiamsi pars aduersa*, &c.]Tenent Doctores *in præsenti*, in absolutione danda citationem esse necessariam, quia per eam potest lædi pars ad cuius instantiam lata fuit excommunicatio. Butr. *hic n. 11. ad fin.* Panorm. *n. 7.* Franch. *n. 31.* & Dec. *n. 19.* & plures alij, quos refert, & sequitur Anton. Ricciul. *de iure personarum, extra gremium Ecclesia existen. lib. 4. cap. 70. à princip.*

4 In gloss. *Decedat*, ibi, *quia propter peccatum homo citius etiam non præsumitur.* Ita Nenizan. *in sylua nupt. lib. 4. num. 94. vers. propterea*, Sebast. Medic. *in tract. mors omnia soluit, part. 1. num. 172.* Infirmitas enim corporis nonnunquam prouenit ex peccato, *cap. cùm infirmitas, de pœnit. & remiss.* Mich. Aniñon. *de vnitate ouilis & pastor. cap. 23. num. 1.* Selu. *de benefic. p. 1. q. 5. n. 122.* Azeued. *l. 5. ex n. 2. tit. 1. l. 1. noua recop.* Fusch. *de visitat. lib. 2. c. 30. n. 10.* Et ideo si homo dum infirmus iacet, recognoscat peccatum suum, ipsa infirmitas eâ

5 *Contumax in non parendo non absoluitur absque cautione pignorum.*

prodest, gloss *in cap. potest fieri, de pœnit. dist.* 1. vbi inquit Archid. quòd infirmitas granis reddit animam sobriam, & sæpè cordis fortitudinem auget, vnde Apost. *libenter gloriabor in infirmitatibus meis*, vide Fusch *lit. I. sing.* 19.

5 In gloss. *Cautione*, ibi, *imo in casu isto*, &c. Notatur ad hoc quòd contumax, in non comparendo non absoluitur absque cautione pignorum, de quo vide Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gloss.* 18. *n.* 39.

In gloss. *Conquerantur* Communiter recipitur secundùm Cou. *in c. alma mater, p.* 1. §. 11. *n.* 11. *col.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus subditum suspendere, vel excommunicare non debet nisi monitione præmissa, nec subditus contra disciplinam Ecclesiasticam appellare potest, maximè si est Religiosus.*

2 *Censuræ nonnisi precedente citatione, seu canonica monitione ferri possunt.*

3 *Monitio vlla, aut saltem vnica citatio an necessaria sit ad excommunicationis validitatem, ostenditur, & n.* 4. 5. *&* 6.

7 *Victus in expensis condemnatur, etiamsi bonam, & iustam causam litigandi habuerit.*

8 *Abbatius est Monachos corrigere absque sui Monasterij, seu Conuentus consilio.*

CAP. Reprehensibilis. XXVI.

1 PRælatus subditum suspendere, vel excommunicare non debet, nisi monitione præmissa, nec subditus contra disciplinam Ecclesiasticam appellare potest, maximè si est Religiosus. Appellanti præfigendus est terminus competens ad prosequendam appellationem, intra quem si prosequi negligit, iudex à quo reassumat suam iurisdictionem, & iudicet & si habet complicem, seu partem contrariam, quæ venit, & ipse non venit, recompenset expensis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panorm. Præpos. Henric. Dec. Guid. Papæ, Franch. Alex. de Neuo, Viuian. *in. rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 303. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 330. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 2. & nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Ant. Augst. *collect.* 1 *Decret. lib.* 2. *tit.* 20. *c.* 42. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *c.* 7.

N. si canonica commonitione præmissa.] Notatur ad hoc quòd censuræ non nisi præcedente citatione, seu canonica monitione ferri possunt, vt per Cou. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 9. *à num.* 4. Nauas. *in man. c.* 27. *num.* 11. latè Vgolini *de censur. tab.* 1. *c.* 18. *à princip.* Gar. *reg.* 68. latè disputat Guttier. *Canon. lib.* 2. *c.* 16. *à princip.* Tolet. *in instructor. Sacerdotum, lib.* 1. *c.* 9. Soar. *de censur. disput.* 21. *sect.* 8. *à princip.* Sayr. *eod. tract. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 5. Stephan. de Auilar. *eod. tract. disp.* 1. *c.* 5. *dubit.* 7. *cum seqq* & per alios citatos *ad cap. sacro* 48. *de sent. excommun. n.* 2. *&* 3. *pag.* 472.

3 Granis inter DD. controuersia est, vtrum ad excommunicationis validitatem monitio vlla, aut saltem vnica citatio necessaria sit? in qua partem negatiuam constanter, & ex professo tuetur Fr. Anton. Corduba *lib.* 2. *quæst.* 27. *versic. ad secundam probationem*, & quando de crimine manifestè constat, tenuit Cou. *d.* §. 9. *num.* 6 post gloss. Panorm. & alios *in præsenti*, resoluunt Felin. & alij, quos refert Gabr. *communi. lib.* 3. *tit. de iure acquisito, concl.* 1. *n.* 167. Qui mouentur primò, quia licèt iure Pontificio constitutum sit, vt censuræ non proferantur, nisi monitione præmissa, hoc tamen pertinet solùm ad iustitiam earundem, vt ait text. *in cap. Romana, vers. nec, de sententia excommunicationis, lib.* 6. Deinde mouentur exemplo D. Pauli 2. *ad Cor.* 5. absentem, & irrequisitum excommunicauit, & ex facto D. Ambros. qui excommunicasse constat Imperatorem Theodosium ob factum omnino præteritum, occisionem scilicet innocentium apud Thessalonicam, vt refertur *in c. duo sunt* 96. *dist.* iuncto *c. cùm apud Thessalonicam* 11. *q.* 3. respectu antem facti omnino præteriti monitionem aliquam considerari non posse manifestum est. Adducunt etiam text. *in cap. illud, de cleric. excommunicato*, vbi expressè proponitur latam esse excommunicationem absque aliqua monitione, & tamen decidit *in vers. licèt*, excommunicationem valere potuisse, & excommunicatum dubitantem an sententia lata esset abstinere potiùs debuisse.

Verùm contraria sententia verior est, & procul- 4
dubio communis, & receptissima, vt fatetur ipse Corduba, & expressè tuentur Sot. *in* 4. *dist.* 22. *q.* 1. *art.* 2 *concl.* 4. *&* 5. Ledesm. 2. *&* 4. *q.* 23. *art.* 3. *dub* 3. *incipit, sed hæsitabis*, & post Innoc. Nauar. *d. n.* 11. *vers. quod adeo verum est*, Henriq. *in summ. lib.* 13 *c.* 16. §. 2. *iuncta lit. N. & c.* 17. §. 3 & constanter tuetur contrariis satisfaciens Auila *d. c.* 6. *disp.* 1. *dub.* 10 Guttier. *d. c.* 16 *à princ.* vbi *n.* 19. *& seq.* pro hac parte adducit Victor. Cald. Aracæli, & alios, & in casu notorij, quod adhuc necessaria sit citatio, vt feratur excommunicatio, post Abb. *in cap.* 1. Felin. & alij communiter *ibi de iudic.* tenet Gabr. *d. n.* 16. Soar. *d. disp.* 3. *sect.* 10. *n.* 11. qui meliotibus nituntur fundamentis, ex *reg. cap.* 1 *de causa possess. & propriet.* cum similibus, tum quia certum est excommunicationem maiorem ferri non posse ob quamcunque culpam mortalem, nisi talis sit, quæ inobedientiam, & contumaciam præseferat, *cap. nemo, cap. nullus, cap. certum* 11 *q.* 3. explicant Auila *vbi supra, dub.* 6. Henriq. & reliqui omnes dd. locis: quæ sanè contumacia in ignorantem, qui nec monitus, nec citatus est, minimè cadit, contumax enim ille dicitur, qui cùm possit iudici, seu superiori obedire, contemnit, *l. contumacia* 51. *ff. de re iudicata*, explicat Petr. Gregor. *Syntagmat. iuris, lib.* 48. *c.* 3. *n.* 6. Comprobatur deinde ex auctoritate Christi Domini *Matth.* 18. vbi omnes fatentur datam esse Ecclesiæ potestatem censurarum, & excommunicandi, & tamen adducit verba illa ipse Christus, si Ecclesiam non audierit, id est, non obedierit, sit tibi sicut ethnicus, &c. ergo necessariò probat excommunicari non posse, illum, qui nec monitus nec citatus est.

Quæ verò pro contraria parte adducta sunt, faci- 5
lem habent solutionem. Nam ad primum respondetur fatendo ordinem illum trinæ monitionis accidentalem esse, & ideo si omittatur, non efficere nullam excommunicationem, non ita primam monitionem ex proximis rationibus. Ad exemplum D. Pauli respondent multi ibi notorium fuisse non solùm factum sed nullam absenti competere defensionem, per ea, quæ tradunt DD. per text. *ibi, in cap. cùm olim, de sententia, & re iudicata*, Menoch. *de arbitr. lib.* 1 *q.* 17. *n.* 15. & alij, de quibus Cened. *ad Decret. collect.* 94. *num.* 4. & plures adducti à Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 21 *à num.* 70. Sed meliùs respondetur cum Couar. *d. num.* 6. *in princip* Auila *d. dubitat.* 10. *versic ad tertium, in fine*, quod licèt tempore excommunicationis absens esset delinquens, eum tamen priùs Apostolus sæpiùs monuit, & ad pœnitentiam reducere conatus est, vt deducitur ex vltimis verbis *cap.* 4.

imme

immediatè præcedentis. Ad factum Ambrosij respondent multi nō excommunicasse Theodosium, sed solum Ecclesiæ ingressum ei interdixisse: sed faciliùs respondetur quod sæpiùs Imperatorem ipsum monuit vt facti pœniteret, & debitam exhiberet satisfactionem, vt colligitur ex *dict. cap. cùm apud Thessalonicam*, ibi, *hoc à Sacerdotibus Italiæ redargueretur*, &c. *d. cap illud*, bene satisfacit Soar. *d. n.* 11. *quod* ibi lata excommunicatio non absolutè, sed sub conditione, nisi intra viginti dies cessaret, &c. quæ conditio expressam continet monitionem, iuxta ea, quæ notantur *in cap. præterea, hoc tit.* & per text. *in c. quidam maligni* 5. *q.* 1. cum multis aliis.

Retenta igitur communi sententia, quam post Vinald. tenet etiam Emman. Sà *in aphorismis*, *verbo, excommunicatio, n.* 8. & 9. eam ampliabis procedere, non solum quoad excommunicationem ab homine ferendam, verùm etiam ad declarationem excommunicationis incursæ à Canone; præmittenda est enim citatio, vt docuit glos. *verbo, cum steterit, in Clem. præsenti, de censibus*, recepta ex multis, de quibus Gabriel. *d. concl.* 1. *n.* 173. plenè Vgolin. *d. tab.* 1. *c.* 31. §. 2. *n.* 9. Conar. *d. n.* 5. *ad finem*, allegans ad hoc propositum *d. cap.* 1. *de causa possessionis*; & ea ratione comprobatur, quia licèt notorium sit contra quid facientes, veluti pro violenta manuum iniectione in clericos iure statutum esse excommunicationem, vt tamen factum dicatur notorium, & de eo appareat, necessarium est partem audire, iuxta reg. text. *in cap. consuluit, supra hoc tit.* Neque obstat text. *in præsenti*, ibi, *nisi fortè talis sit culpa, quæ genere suo suspensionis, vel excommunicationis pœnam inducat*, quibus verbis probare videtur monitionem non requiri, quando agitur de declaratione censuræ incursæ à lege, quod fatentur Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum*, §. 18. *num.* 21. *vers. inde*, Soar. *d. disp.* 3 *sect.* 10. *n.* 13. & disputat latè Vgolin. *d. cap.* 18. *in princ. n.* 2. Tiraq. *in tract. res inter alios acta, vers. limita* 24. & *in vers. limita* 42. dicit Roman. per hunc text. tenere, quod furioso cùm datur curator, aut interdicitur administratio, citatio minimè est necessaria. Respondetur enim hunc text solum probare canonicam, id est, trinam monitionem non esse necessariam, non verò negare vnicam saltem requiri citationem ad probandum factum propter quod lex excommunicationem statuit.

6 *Nisi fortè talis sit culpa*, &c.] Ex his verbis colligunt aliqui quando iudex pronuntiat excommunicatum eum, qui antea lege disponente est excommunicatus, quod non requiritur citatio, vt per Roman. *in l. is, cui bonis col.* 6. *ff. de verb. oblig.* quem refert Felin. *in cap.* 2. *sub num.* 6. *de sponsalib.* eund. Roman. *cons.* 481. *in* 2. *dub. vers. tertio dico*, & ideo alij per hunc text. limitant regulam quod ad validitatem actus requiritur citatio, vt non procedat quando agitur de imponenda pœna ipso iure à lege imposita, quæ exequi potest absque citatione, Mar. Socin. *in repet. rubr. de dilation. col.* 3. *vers. quartus casus*, & Marsil. *in l. vnic. n.* 66. *C. de raptu virgin.* quod in terminis declaratoriæ sententiæ excommunicationis visus est sentire Soar. *tom.* 5. *disp.* 3. *sect.* 10. *num.* 13. referens in hanc opinionem inclinare Cou. *in cap. alma, part.* 1. §. 9. *sub num.* 5. Verùm in sententia declaratoria excommunicationis lata à canone partis citationem requiri tenent glos. *verbo constiterit, in Clem. fin. de censib.* & *in Clem.* 2 *eod. verbo, de pœnis*, Dec. *in præsenti col.* 2. *vers. sed ista conclusio*, Abb. *in cap. peruenit, il* 1. *num.* 5. *hoc tit. de appllat.* vbi Dec. *sub num.* 2 Felin. *in cap. Rodulphus num.* 41. *vers. citetur & pars, supr. de rescript.* Gig. *de pension. q.* 78. *num.* 5. Couar. *sub d. n.* 5. *vers. sunt vero*, Nauar. *cons.* 56. *n.* 5. *vers. cui addo, sub tit. de sentent. excom.* Auila *de censur. p.* 2. *c.* 5 *disp.* 1. *in* 5. *dub. concl.* 2. Soar. *d. sect.* 10. *n.* 5.

Ad text. verò *in præsenti*, multipliciter respondent supradicti Doctores, qui tenent in sententia declaratoria excommunicationis lata à Canone partis citationem requiri; in primis aliqui dicunt, provt sunt Abb. Franc. & Dec. *in præsenti*, & Felin. *in d. c.* 2. *n.* 6. *vers. sed re vera, de sponsal.* quos refert Couar. *d.* §. 9. *sub n.* 5. *vers. tricesima*, & Soar. *d. sect.* 10. *n.* 13. illum non intelligi de sententia declaratoria excommunicationis, de qua loquimur, sed de sententia excommunicationis, quæ fertur ab homine contra eum, qui à Canone pro ea culpa ipso iure est excommunicatus, vbi cùm possit iterum ab homine excommunicari, id quidem fieri potest absque monitione. Alij, vt Host. *in præsenti*, quem refert Soar. intelligunt hunc text. in sententia declaratoria, quæ ferri potest absque citatione, dummodo factum sit notorium. Vtcumque verò sit, & hic text. intelligatur siue dicamus quod in sententia excommunicationis secundùm vnum intellectum, siue declaratoria secundùm aliud, non requiritur monitio, oportet tamen de facto & crimine, eius causa excommunicatio indicta est à Canone, citata parte priùs constare, vnde præmissa est citatio ad sententiam, non autem ad causæ cognitionem, vt indiuidualiter tradit Roman. *d. consil.* 461. & alij, quos refert, & sequitur Couar. *d.* §. 9. *sub n.* 5. Soar. *d. sect.* 10. *n.* 15. & secundùm prædicta sentiunt idem Roman. *in d. l. is, cui bonis*, qui loquitur de pronuntiatione excommunicationis latæ à Canone, & Mar. Socin. & Marsil. ex aduerso citati, loquuntur de executione pœnæ à lege impositæ, quæ secundùm eos fieri potest absque citatione per hunc text. omnes ferè tamen conueniunt quod debet priùs de excessu constare citata parte, vide addita ad *cap. sacro* 48. *de sentent. excom.*

Expensarum.] Amplia etiamsi bonam, & iustam causam litigandi habuerit, vt per Hyppol. *in l. patre, n.* 34. *ff. de quæst.* 7.

Ne Religiosi cum pro aliquo excessu, &c.] Nota Abbatibus esse Monachos corrigere absque sui Monasterij, Collegij, seu Conuentus consilio, vt per Panorm. *hic n.* 11. & Franch. *n.* 12. ac Zabar. *n.* 16. Sigism. Scac. *in tract. huius tit. q.* 17. *limit.* 26. *n.* 10. *in princip.* Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *c.* 20. *q.* 13. vbi respondet ad hunc text. dum meminit Capituli in correctione Monachi, vt Capitulum sumatur hic, non pro Collegio, sed pro loco, vbi fit correctio. 8

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo non obstante appellatione cognoscit de causa, si appellans non prosequitur; & iudex vt suspectus recusatus potest partes compellere, vt alium eligant coram quo quæstio terminetur.*
2 *Arbitri assumendi sunt, qui de causa recusationis cognoscant.*
3 *Iudex ordinarius eo ipso quod est suspectus, remanet etiam suspectus ab eo delegatus.*
4 *Iudex ordinarius recusari potest de iure Canonico.*
5 *Arbiter iuris potest recusari ex eisdem causis, quibus iudicis ordinarij.*
6 *Arbitratores possunt allegari suspecti.*

Cap. Ad hæc. iij. XXVII.

1 IVdex à quo compellere debet appellantes, vt appellationem prosequantur, vel coram se iuri pareant: & si alterutra partium habeat iudicem suspectum, nisi stat iudex, vt eligant iudicem, qui valeat dirimere quæstionem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bellam. Host. Butr. Bald. Anch. Panorm. Franch. Dec. Præpos. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 306 Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 330. remissiue Ximen. *in concord. p.* 2. & nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 20. *c.* 44.

2 *Te suspectum habuerit*, &c.] Arbitri namque assumendi sunt, qui de causa recusationis cognoscant, vt statutum est apud Lusitanos *in ordinatione Regia*, 3 *lib.* 3. *tit* 21. §. 6. & proposita huiusmodi recusatione, non potest iudex recusatus nominare iudices ad causam principalem, vt per Melch. Phœbos *Lusitaniæ decis.* 90. *in princ.* vbi *n.* 10 tenet, quod eo ipso quod iudex ordinarius vt suspectus, remanet etiam suspectus ab eo delegatus.

4 In glos. *Suspectum*, ibi, *& ita ordinarius potest recusari.* Ergo iudex ordinarius recusari potest, quod intellige de iure Canonico, Pacian. *de probation. lib.* 2. *c.* 45. *n.* 35. *&* 36. Seraph. *de priuil. iuram priuil.* 7. *n.* 3. Sigism. Scac. *de iudic. causarum ciuilium, & crimin. c.* 66. *n.* 13. Iacob de Laurent. *de iudice suspecto, cap.* 5. *n.* 34. Farin. *fragm. crimin. p.* 2. *verbo, iudex, n.* 734. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 100. *in princ.* noue Octauian.

5 Glotit. *respons.* 1. *n.* 3. Et de arbitrio iuris, quod possit recusari ex eisdem causis, quibus iudices ordinarij, resoluunt Garc. Mastril. *Siciliæ dec.* 91. *n.* 7 Cæsar Barz. *Bononiæ decis.* 63. *n.* 18. *&* 19. Camil. Borrel. *in sum. omnium decis. tit.* 63. *de compromiss. n.* 394. Corras. *in explic. ad aliquas leges nouæ recop. c.* 9. *n.* 37. Melch. Phœb. *Lusitan. decis.* 77. *à n.* 11. vbi *n.* 16. extendit ad decurio-

6 nes. Sic eodem modo arbitratores suspectos allegari posse tenent Garc. Mastril. *d. decis.* 91. *n.* 4 Camil. Borrel. *d. tit.* 63. *n.* 395. *cum seqq. & in tract. de compromiss.* §. 2. *glos.* 4. *n.* 145. *&* §. 4. *glos.* 3. *n.* 2. Carrasc. *d. cap.* 9. *num.* 29.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus si ad residentiam monitus appellat, statuitur sibi terminus ad appellationem prosequendam, & interim deseruitur beneficio per Vicarium de fructibus beneficij sustentandum, & si appellationem non prosequitur, vel residentiam non facit, priuatur præbenda.*

2 *Beneficio quando cohærent aliqua onera propria, seu necessaria fructus in eo non residentis, vel excommunicati, sunt ad hoc deputandi.*

3 *Canonicus si ad residentiam admonitus appellet, non est admittenda eius appellatio.*

4 *Beneficium simplex de iure requirit residentiam.*

Cap. Peruenit. ij. XXVIII.

1 CAnonicus admonitus vt resideat, si appellet, assignari ei debet terminus, vt prosequatur appellationem, & interim prouideri de idonea persona, quæ pro eo seruiat Ecclesiæ, assignata portione fructuum illius beneficij vnde honestè viuat, & si Canonicus non residet, nec appellationem prosequitur, priuabitur præbenda, & dabitur idoneæ personæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panorm. Dec. Franc. Guid. Pap. Henric. Præpos. Alex. de Neuo, Viu. *in ration.* 2. *libri iuris Pontif. pag.* 306. Alagona *in compend. iuris Can. pag.* 331. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. & nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decr. lib.* 2. *tit* 20. *c.* 44.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Duen. *reg* 42. *n.* 19. Marant. *de ordine iudic.* 3. *p.* 6. *princ. q.* 2. *n.* 184. Lancel *de attent p.* 2. *c.* 12 *limit.* 18. *n.* 1. *&* 3 Menoch. *de arbitr. casu* 69. *n.* 11 Marchef. *de commiss. appel. extra Rom. Cur. p.* 1. *c.* 6. *n.* 77. *p.* 77. Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p* 2. *c.* 15. *n.* 4. *cum seqq.*

Et ei de beneficiis illius assignes, &c.] Notatur ad hoc 2 quòd quando beneficio cohærent aliqua onera propria seu necessaria, fructus in eo non residentis, vel excommunicati, sunt adhoc deputandi, ne Ecclesia propter Rectoris absentiam, vel excommunicationem debitis fraudetur obsequiis, vt per Ant. Ricc. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. lib.* 4. *c.* 15. *n.* 4 vnde *n.* 5. cum Guttier. *canon. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 105. *&* 126. ac Soar. *tom.* 5 *disp* 13 *sect.* 2. *n.* 29. deducit seruitia capellanorum, & substitutorum ad seruitium Ecclesiæ, necnon & alia ad vsum Ecclesiæ necessaria debere solui de fructibus, quos amisit excommunicatus, & hoc ipsum dicendum de charitatiuo subsidio tenent Bellenc. *de charitatiuo subsid. q.* 35. & Gig. *de pension q.* 64 *n.* 9 necnõ & in decimis Papalibus, vel ob publicam aliquam necessitatẽ impositis idem dicit Soar. *d. sect.* 2. *sub n.* 24. *vers. tandem idem.*

Cùm autem frustratoriæ dilationis, &c.] Notatur ad 3 hoc quòd attentata in primis, & ante omnia non sunt reuocanda, quando ex reuocatione diminueretur cultus diuinus, quod intelligitur, & procedit text. specialiter quando frustratoriè & dilationis causa appellatur: vel quatenus generaliter intelligatur, quandocunque scilicet agatur de cultu diuino, erit intelligendum, quando scilicet proceditur per viam visitationis, non autem si procedatur per viam formalis iudicij, Lancel. *de attent. p.* 2. *c.* 12. *limit.* 18. *per tot.* Rot. *decis.* 251. *n.* 4. *p.* 1. *recentissim.*

In glos. *Residentiam*, ibi, *quam quilibet clericus de iure* 4 *communi facere debet.* Vide Bened. Capr. *tom.* 1. *comm. opin lib.* 1. *tit* 8 *n.* 1. *pag.* 170. Flamin. *de resign. lib.* 1. *q* 10. *n.* 66. *cum seqq. & lib.* 5. *q* 5. *n.* 2. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 3. Paul. Comit. *respons moral. lib.* 1. *q.* 61. *n.* 3. Gonz. *ad reg.* 8. Cancel. *gl.* 5. *n.* 80. *& gl.* 15. *n.* 26. Rot. apud Farin. *decis.* 12. *n.* 1. *collect. nouissimarum*, aliàs *p.* 4. *diuers.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio non datur à iudice iurisdictionem exequente.*

2 *Appellationi facta contra leges & Canones non est deferendum.*

3 *Appellari non potest à statuto generali, etiamsi quis diceret esse iniquum.*

4 *Appellatio datur à prouincia quæ dictum sit statutum esse in viridi obseruantia.*

Cap. Consuluit. iij. XXIX.

1 APpellatio non est admittenda, quæ est contra ius vel executionem iuris. Collig. ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Bell. Io. And Zab. Imol. Anan. Host. Butr. Anch. Bald. Pan. Dec. Præb. Guid. Papæ, Franch. Alex. de Neuo, Viu. *in ration.* 2. *libri iur. Pontif. pag.* 307. Alagona

Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 331. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *c.* 1.

2 *Non conuenit*, &c.] Notatur ad hoc quòd appellationi factæ contra leges, & Canones non est deferendum, quia ius neminem grauat, vt per Franch. *in præsenti n.* 3. *in fine, & n.* 4. & sic etiam appellatio emissa ab eo, quod sit secundùm iuris decreta, & determinationem non suspendit, vt per Marant. *de ordine iudic. p.* 9 *tit. de appellat. n.* 345. Gutier. *consil.* 10. *n.* 21. dicentes quod ab actu celebrato, & gesto secundùm legis dispositionem, & Canonicas sanctiones, nec à iudice eas, & decreta iuris exequente, non potest appellari, latè Salgad. *de protect. Regia tom.* 1 *p.* 3. *c.* 6. *n.* 1. *cum seqq.* & in pœna iuris imposita agnoscũt Roman. *sing.* 226. Cornaz. *Lucensi decis.* 193 *sub num.* 5. *versic.* 6. Farin. *in praxi crimin. q.* 101. *limit.* 12. *n.* 65. Sigism. Scac. *in tract. huius tit. q.* 17. *limit.* 23. aduertendum tamen quòd licet ab ipsa pœna à iure imposita non sit licita appellatio, tamen à sententia declaratoria aliquem incidisse in illam licita est quoad vtrumque effectum deuolutiuum & suspensiuum, vt per Nau. *in c. cùm contingat* 15. *causa nullit. pag. mihi* 151. Bern. *reg.* 675. Gratian. *reg.* 35. & 171. Gutier. *cons.* 10. *n.* 16. Bobadil. *in sua politica lib.* 3. *c.* 8. *n.* 278.

3 Cùm ergo à dispositione iuris appellari non possit, sic etiam à statuto generali appellari non poterit, etiamsi quis diceret esse iniquum, Socin. *reg.* 20. & *reg.* 24. Dec. *in præsenti à n.* 20. Nicol. *tract. de concord. gloss. concl.* 6. *fallent.* 25. *n.* 66. Guid. Papæ *in tract. huius tit. q.* 48. *n.* 39. Petr. Gregor. *in simili tract. lib.* 2. *c.* 22. *n.* 1. & 2. Brederod. etiam in simili *tract. p.* 1. *col.* 522. *sub lit. A.* Sigism Scac. *q.* 17. *limit.* 20. Quicquid in contrarium, imò quod possit appellari à statuto iniquo, seu aliter inualido, teneant Couar. *in reg. possessor, p.* 2. §. 4. *sub num.* 7. Ruginel. *in tract huius tit.* § 2. *c.* 3. *n* 889. *cum seqq.* Rot *decis.* 41. *sub n.* 13. & 14 *p.* 1. *diuers.*

4 Illud verum est quod licèt à statuto generali appellari non possit, bene tamen poterit à sententia, qua dictum sit statutum esse in viridi obseruantia, quia à tali pronuntia datur appellatio, Ruginel. *d. cap.* 3. *n.* 891. *in fine.* Sigism. Scacc. *d limit.* 20. *n.* 13. vbi *n.* 33. idem resoluit in sententia interpretatiua, alicuius statuti.

Cap. Adhæc. *iiij.* XXX.

1 CAusa quando committitur alicui appellatione remota, & pars antequam citaretur, vel cognouisset commissionem causæ, misit nuntium ad Papam, si citatus deinde appellat, iudex debet deferre appellationi; si verò postea misit, index exequatur mandatum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Host. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Dec. Guid. Papæ, Franch. Præpos. Alex. de Neuo, Viu. *in ration. libri secundi iuris Pontificij, pag.* 308. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 331. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 29. *c.* 2.

2 Vide quæ dixi *ad cap. meminimus* 9. & *ad cap. suggestum* 15. *supr. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Appellationi interpositæ ad Papam non deferens mittitur cum literis ordinarij ad Curiam puniendus*, & n. 2.

3 *Prælatus si modum excedat in correctione, bene admittitur appellatio à tali correctione.*

4 *Depositionis pœna, quæ iure Canonico imponitur non deferenti appellationi in causa criminali, habet locum contra clericos, alioſque Religiosos appellationem non admittentes.*

Cap. De Priore. XXXI.

LEgitimæ appellationi non deferens, v.g. Prælatus 1
qui enormiter castigat, & non defert appellationi subditi castigati, est mittendus Romam cum literis iudicis, vt puniatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Bellam. Anan. Host. Henric Butr. Anch. Bald. Panorm. Dec. Præpos. Guid. Papæ, Franch. Alex. de Neuo, Viuian. *in ration. libri secundi iuris Pontif. pag.* 308. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 331. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Ant. August. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 19. *c.* 3.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Con- 2
tarel. *in l. vnic. C. de monent. possess. p.* 19. *n.* 3. *vers. item punitur*, Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 13. *n.* 101. *post princ.* rationem reddentes, quia deberet appellationi deferre ob reuerentiam superioris, ne dum vbi certum est appellationem ipsam fore probabilem, sed etiam vbi dubitatur an sit probabilis. Qua autem pœna puniatur, latè tradit idem Sigism. Scac. *dict. q.* 13. *n.* 100. *cum seqq.*

In gloss. *Contempsit.* ibi, *ex hoc patet quod si prælatus* 3
modum excedat in correctione, quod bene admittitur appellat. à tali correctione. Vide Franch. *in præsenti sub n.* 1. *vers. in gloss.* 1. ibi, *fallit quando modus*, Zabar. *in cap. ad nostram* 3. *n.* 3. *vers. nota* 2. & Dec. *à n.* 2. *supr. hoc tit.* Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *actu* 2. *princ. verbo, & quãdoque appellatur, limit.* 7. *sub num.* 33. Petr. Greg. *in tract. huius tit. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 1. & *præcipuè n.* 8. *vers. affertur tamen*, Octauian. Spathar. *in aurea methodo de modis corrigendi Regulares tract.* 10. *c.* 2. *n.* 13. Franc. Gisler. *in tract. de iudice Regularium, c.* 15. *n.* 56. nouissimè Illustr. D meus Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus, *in comment. ad cap. quando* 4. *n.* 2. *dist.* 86. Salgado *de protect. Regia, p.* 1. *c.* 2. §. 5. *ex n.* 18. Quarant. *in summa Bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas, auctor.* 18. *n.* 20. §. 5. *vers. conclusionem*, Ruginel. *in simili tract.* § 2 *c.* 3. *n.* 229. Sigism. Scac. etiam in simili *tr. q.* 17. *limit.* 27. *n.* 12. vbi *n.* 13. declarat cum Franch. *in d cap. ad nostram, n.* 4. vt in appellatione debeat exprimi causa grauaminis, siue ad correctionem procedatur in iudicio, siue extra iudicium, siue ante sententiam, siue post sententiam, & *n.* 14. pariter declarat cum eod. Franch. *in cap. reprehensibilis* 26. *n.* 13. & Dec. *n.* 3. *hoc tit.* vt appellatio ab excessu, quando Abbas est nimis seuerus in corrigendo, sit interponenda ad Capitulum, hoc est, debet tunc adhiberi Capitulũ, & dicit Nauar. *commento* 3. *Regul.* §. 51. liberum esse Religioso appellare, seu prouocare ad superiorẽ cum malè tractatur, sequitur Azor. *instit. moral. p.* 1 *lib.* 12. *c.* 11. *q* 8. vbi *q.* 7. resoluit quod Religiosus à superiore iniquè tractatus, vexatúsve tuta conscientia è monasterio exire potest inscio, vel eodem superiore inuito.

In gloss. *De tanto excessu*, vlt. ibi, *& sic patet*, &c. 4
Notatur ad hoc quòd pœna depositionis, quæ iure Canonico imponitur non deferenti appellationi in causa criminali, habet locum contra clericos, alioſque Religiosos appellationem non admittentes, vt per Sigismund. Scacc. *d. q.* 13. *n.* 102. & de hac pœna depositionis imponenda non admittenti appel-

lationem, vide Boër. *decis.153. n.4.* Lancel. *de attent. cap.vlt.de pend.attent.n.243.*

Cap. Quia nos. XXXII.

1 APpellatio locum non habet in notoriis delictis, vel contra Regularem correctionem, veluti si Abbates infamati & confessi à capitulo moniti nolunt relinquere Prælationem, quia tunc non possunt appellare. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Panorm. Dec. Franch. Butr. Bald. Guid. Papæ, Præpos. Alex. de Neuo, Viu. *in ration. 2. libri iur. Pontif. pag.* 309. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 331. remissiuè Casal *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 2. & nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 2. tit. 19. c. 5.*

2 Notatur ad hoc quod à constitutione, vel statuto generali non potest appellari, quando est edita ab illo, à quo non potest appellari, vt per Rebuff. *in praxi beneficiali, tract. de constit. in princ.* Scacc. *de appell. q. 17. limit. 20. à n. 1.* vbi *n.* 14. resoluit, quod licèt non possit appellari à statuto, tamen eius iniquitas nunquam transit in rem iudicatam, & *num.* 15. tenet, quod à statuto appelletur ad eum, qui possit illud corrigere.

Cap. Ad aures. XXXIII.

1 IVdex à quo potest præfigere terminum appellanti ad prosequendam appellationem, quo elapso reassumit suam iurisdictionem, & exercet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panor. Dec. Franch. Guid. Papæ, Præpos. Alex. de Neuo, Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 309. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 332. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 19. c. 6.*

2 Probat hic text. iudicem à quo posse prefigere terminum ad prosequendam appellationem, vt per Sigism. Scacc. *de appell. q. 14. n. 15. cum seqq.* Perez *l. 2. per text. ibi gl. 1. tit. 19. lib. 3. Ord. & l. 8. gloss. 2. eod. tit. & lib.* Azeued. per text. *ibi in l. 2. tit. 18. lib. 4. nouæ recop.*

SVMMARIVM.

1 *Grauamine præcedente si quis submittat se protectioni superioris, habetur pro appellante, dummodo seruauerit ea, quæ in appellatione fuit necessaria.*
2 *Appellare ad Papam intelligitur qui submittit se & sua sub protectione Papæ, licèt non expresserit verbum,* appello.
3 *Verbum,* teneo, *sententiam latam continet si præcedat negatio vniuersalis.*

Cap. Ad audientiam. XXXIV.

1 GRauatus à iudice si se subiiciat protectioni superioris, intelligitur appellasse, licèt non fuerit vsus hoc verbo, *appello,* & sententia contra ipsum lata sine causæ cognitione non tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bellam. Host. Butr. Bald. Anch. Panorm. Franch. Henric. Dec. Præpos. Guid. Pap. Alex. de Neuo, Viu. *in ration. 2. libri iur. Pont. pag.* 309 Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 332. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 19. c. 7.*

Probat hic text. quod submittens se, & sua sub 2 protectione Papæ, intelligitur appellare ad Papam, licèt verbum, *appello* non expresserit, vt per Sigism. Scac. *in tract. huius tit. q. 4. n. 18.* vbi *n.* 22. cum Franc. *in præsenti, not. vlt. n. 2.* declarat procedere dummodo exprimantur omnia necessaria in appellatione, cùm non satis sit se & bona sua submittere protectioni Papæ, sed debeant omnia alia necessaria adhiberi.

Non tenere.]Notatur ad hoc quòd verbum, *teneo,* si 3 præcedat negatio vniuersalis, latam sententiam continet, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, reuertatur, n. 231 C. de reuocand. donat.* Sayr. *in claui Regia lib. 3. c. 8. n. 26* Virgil. Boccac. *in constit. Picen. gloss. 6. n. 134.* Farin. *fragm. crimin. p. 2. verbo, lex, n. 144.*

Cap. Accepta. XXXV.

APpellatione stante causa non est remittenda ad 1 iudicem à quo nisi de consensu partium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Dec. Panorm. Alex. de Neuo, Franch. Præpos. Guid. Pap. Viu. *in ration. 2. libri iur. Pont. pag* 310. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 323. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2 & nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 2 Decret. sub tit de rescript. c. 2.*

Probat hic text. quòd iudex causæ principalis non 2 potest iudicare in causa appellationis, nisi partes cõsentiant, vt per Steph. Grat. *discept. forens. c. 4 n. 21.* ita vt sufficiat etiam consensus tacitus ex Surd. *cons. 465. n. 10.* Nec obstat verbum, *partes,* de quo in text. quia quando est eadem ratio in vno, sicut in pluribus, tunc lex, vel statutum loquens in pluribus habet locum in vno, vel si loquatur in plurali, habet locum in singulari, vt per Rebuff. *in tract. nomin. q. 9. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Delegatus etiam datus cum clausa.* Appellatione remota, *recusari potest, si est consanguineus impetrantis, vel si fuit Aduocatus eius in illa causa.*
2 *Iudex recusari potest ex eo quod sit consanguineus partis.*
3 *Aduocatus non potest esse iudex in eadem causa in qua Aduocatus fuit, & potest recusari ab eo tantum, contra quem fuit Aduocatus, non ab alio.*
4 *Aduocatus nullus potest esse in causa in qua pater, vel filius est iudex.*
5 *Aduocatus non potest esse Assessor iudicis in causa clientuli.*
6 *Iudici delegata causa cum clausula,* appellatione remota, *non intelligitur sublata recusatio iudicis.*
7 *Iudex consanguineus vsque ad quem gradum recusari possit, ostenditur.*
8 *Iudex recusari potest suspectus ex quæuis leui, & modica causa.*
9 *Iudex æqualiter coniunctus vtrique parti recusari non potest.*
10 *Disposita in consanguineis censentur disposita in amico intimæ amicitiæ.*
11 *Iudex recusari potest, vt suspectus, qui aliàs contra me pronuntiauit, & ab eius sententia appellauerim.*
12 *Iudex regulariter recusari potest suspectus, ex eo quod sit familiaris vnius partis.*

13 Iudex

13 *Iudex remouetur vt suspectus, si esset dominus imperantis.*

14 *Assessor, & consultor iudicis si suspectus fuerit recusari potest.*

CAP. Postremo. XXXVI.

Luc. III.

1 DElegatus, cui committitur causa appellatione remota, si ex iusta causa est suspectus, vt si est consanguineus impetrantis, vel si fuerit eius Aduocatus in illa causa, potest recusari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panorm. Præpos. Henric. Dec. Guid. Papæ, Franch. Alexand. de Neuo, Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 311. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 332. remissinè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. & nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 20. *c.* 45. & est post concil. Lateran. *part.* 10. *c.* 18.

2 *Qui consanguineus sit illius*, &c.] Notatur ad hoc quòd iudex recusari potest ex eo quòd sit consanguineus partis, vt docent *in præsenti* Anch. *n.* 1. Bellam. *n.* 3. Butr. *n.* 3. Præpos. *n.* 2. Franc. *in princ. & n.* 20. Dec. *n.* 5. Alex. de Neuo, *n.* 2. Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 1. *gl.* 16. *n.* 1. *&* 6. Menoch. *de arbitr. casu* 152. *à n.* 3. *cum seqq.* Nouell. *reg.* 204. *n.* 2. Quintil. Mandos. *in praxi commiss. in* 8. *formula, in verbo, propter familiaritatem*, Menoch. *de arbitr. casu* 252. *n.* 3. Card. Tusch. *verbo, suspectus, concl.* 908. *n.* 17. Farin. *fragment. crimin. part.* 2. *verbo, iudex*, *n.* 830. *&* *n.* 837. extendit ad affinem, & *n.* 841. ampliat etiamsi consanguinitas oriatur ex damnato coitu, & *n.* 845. limitat in persona valde religiosa in qua non caderet aliqua suspicio, & pro hac limitatione citat omnes Ordinarios *in præsenti*, excepto Bellam. licèt *num. seqq.* contrarium videatur firmare cum Iacob. de Laurent. *de iudice suspecto, c.* 11. *n.* 23.

3 *Aut in eodem negotio Aduocati officio*, &c.] Notatur ad hoc quòd Aduocatus non potest esse iudex in eadem causa in qua Aduocatus fuit, & potest in ea vt suspectus recusari, vt tenent *in præsenti* Host. *n.* 3. *&* 4. Anchar. *n.* 2. Henric. *n.* 1 Bellam. *n.* 3. Butr. *n.* 3. Abb. *n.* 3. Anan. *n.* 5. Dec. *n.* 8. Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Galliæ, tract. de recusat. gloss. vnic. art.* 9. *n.* 31. Cabed. *Lusitan. decis.* 20. *part.* 1. Nouell. *reg.* 204. *n.* 8. Marant. *d. part.* 6. *n.* 42. Farinac. *verbo, iudex, n.* 848. Garc. Mastril. *Siciliæ, decis.* 151. *n.* 35. *&* 41. Camill. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 65. *de aduocatis, n.* 125. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 4. *n.* 3. vbi *n.* 21. dicit quod si Aduocatus pronuntiaret, sententia non fieret nulla, nisi fuisset recusatus vt suspectus, & allegat Aym. *cons.* 199. *n.* 14. Intellige vt possit recusari ab eo tantùm, contra quem fuit Aduocatus, non ab alio, pro quo postulauit, ex Stephan. Gratian. *d. cap.* 4. *num.* 6. vbi *n.* 7. dicit, quòd si priùs sententiam tulit, posset in eadem causa esse Aduocatus defendendo, quod iudicauit, de quo etiam Auiles *ad cap.* 3. *Prætor.* &

4 Mor. *in emporio iuris, part.* 1. *tit.* 2. *q.* 6. *in fin.* Et Aduocatus nullus potest esse in causa, in qua pater, vel filius est iudex, Curia Philip. *part.* 1. §. 6. *n.* 9. Corras. *in explicat. ad aliquas leges Recopil. c.* 9. *numer.* 132.

5 Sic & eodem modo aduocatus non potest esse Assessor iudicis in causa clientuli, vt per Steph Grat. *d. c.* 4. *num.* 5. Carrasc. *d. c.* 9. *num.* 291. Et de pœna Aduocati qui dicit sententiam, pro clientulo tanquam iudicis Assessor, vide Cald. Pereira *in comment. ad l. vnic. C. ex delictis defunctorum p.* 4. *n.* 35.

Quamvis appellatione remota, &c.] Notatur ad hoc 6
quod iudici delegata causa cum clausula *appellatione remota*, non intelligitur sublata recusatio iudicis, vt docent *in præsenti*, Ioan. *n.* 5. Anchar. *n.* 4. Bellam. *n.* 3. Butr. *n.* 2. *vers. nota quod sicut, & num.* 4. Abb. *n.* 1. *in* 1. *notab. & n.* 2. *in fine*, Zabarell. *in fin. vers. in gloss. vlt.* Anan. *n.* 2. Præpos. *n.* 6. Dec. *n.* 1. *in* 1. *notab.* Alexand. de Neuo *n.* 9. *in vltim. notab.* Lancel. *de attent. p.* 2. *cap.* 6. *n.* 32. Pacian. *de probat. lib.* 2. *c.* 45. *n.* 101. Iacob. de Laurent. *de iudice suspecto, cap.* 2. *n.* 20. Scacc. *de appellat. lib.* 3. *q.* 19. *limit.* 1. *n.* 89. Farin. *d. verbo, iudex, n.* 956. vbi *n.* 957. asserit quòd hæc conclusio procedit non solùm de iure Canonico, sed etiam de iure ciuili.

In glos. *Consanguineus*, ibi, *sed vsque ad quem gradum* 7
intelligamus illam consanguinitatem, &c. Dicit hæc gl. quòd iudex recusari potest suspectus vsque ad septimum gradum, & hodie vsque ad decimum, quia vsque ad illum gradum succeditur à consanguineis, aliis deficientibus, & sic eo vsque remanet affectio, vt docent *in præsenti* Innoc. *vers. vel vsque*, Host. *ante n.* 1. Bald. *n.* 1. Henriq. *n.* 5. Butr. *n.* 10. Abb. *n.* 4. Imol. *n.* 3. Præpos. *n.* 9. Franch. *n.* 6. Dec. *n.* 16. Alexand. de Neuo *n.* 21 *& seqq.* Menoch. *casu* 152. *à n.* 4. Farin. *d. verbo, iudex, n.* 831. Apud Lusitanos extenditur vsque ad quartum gradum per ordinationem Regiam *lib.* 3. *tit.* 24. *in princip.* vbi etiam extenditur ad leuirum, siue vxoris fratrem durante affinitate, quia soluto matrimonio affinis non seruat amorem, ex gl. *in l. sed hoc ita, ff. de re iudicata*, etiamsi remaneant filij, Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 1. *collect.* 83. *vers. & an iudex.*

In ead. gloss. ibi, *Modica enim causa*, &c. Notatur 8
ad hoc quòd iudex recusari potest suspectus ex quauis leui, & modica causa, vt per Host. *hic n.* 5. Bellam. *n.* 2. Butr. *n.* 10. Franch. *n.* 20. Dec. post *n.* 16. & Alexand. de Neuo *n.* 12. Menoch. *casu* 152. *n.* 9. Seraphin. *priuil.* 7. *n.* 4. Card. Tusch. *verbo, suspectus, concl.* 907. *n.* 13. Farin. *fragm. crimin. p.* 2. *verbo, iudex, num.* 777.

In ead. gloss. ibi, *Quid si iudex æqualiter esset con-* 9
iunctus vtriusque, &c. Notatur ad hoc quòd iudex æqualiter coniunctus vtrique parti recusari non potest, vt per Menoch. *d casu* 152. *n.* 9. Marant. *d. p.* 6. *n.* 30. Stephan. Grat. *discept. forens. c.* 100. *n.* 19. Card. Tusch. *verbo, suspectus, concl.* 908. *n.* 35. Farin. *d. verbo, iudex, n.* 842. Sic & eodem modo quæ disponuntur in consanguineis, censentur disposita in amico intimæ amicitiæ, Menoch. *de arbitr. casu* 88. *n.* 59. *&* *de præs. lib.* 3 *præs.* 124. *n.* 28. Farin. *in praxi crimin. q.* 13. *à* 10
n. 31. & tamen si detur par amicitiæ ratio, recusatio non habet locum Menoch. *de arbitr. casu* 152. *n.* 9. Stephan. Gratian. *d. c.* 100. *n.* 17.

In ead. gloss. ibi, *Item si ab ipso appellatur*, &c. No- 11
tatur ad hoc quòd iudex recusari potest vt suspectus, quia aliàs contra me pronuntiauit, & ab eius sententia appellauerim, vt per Præpos. *num.* 11. *causa* 44. *&* 45. Franch. *n.* 2. *vers.* 277. Menoch. *de arbitr. casu* 121. *à n.* 1. Sigismund. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit.* 45. *n.* 5. *in princip.* Card. Tusch. *verbo suspectus, concl.* 900. *n.* 30. Farin. *fragment. crimin. part.* 2. *verbo, Iudex, n.* 781. vbi *n.* 783. cum Menoch. *d. loco*, asserit id totum iudicis arbitrio relinqui, eo quòd contrarium sentiant Dec. *in cap.* 1. *num.* 7. vbi Rip. *num.* 15. *&* 17. *de iudic.* Oldrad. *consil.* 302. *num.* 5. *vers. item certum est, & numer.* 9. Alciat. *de præsumpt. reg.* 2. *præsumpt.* 11. & plures quos ipsi referunt.

22 In ead.gloss.ibi, *Putà familiaritas.* Notatur ad hoc quòd iudex regulariter recusari potest suspectus ex eo quòd sit familiaris vnius partis, vt docent *in præsenti* Dec.*à n.*20. Præpos. *n.* 11. *in* 11. *causa*, Franch. *n.*20.*vers.*11. Alex.de Neuo *n* 28. *vers. prima est*, & *n.*29.Marant.*de ordine iudic.p.6.n.*27.Socin.*reg.*202.*in prine.* Nouel. *reg.*32.*in principio*, & *reg.*204 *n.*1. Menoch.*de arbitr.casu* 152.*n.*10. Card.Tusch.*verbo*, *suspectus*, *concl.*908. *n.*22. & plures alij citati à Farin.*d. verbo*, *iudex*, *n.* 808. vbi *n.* 809. de domestico, & *n.*810.de socio, & *n.*811.de commensali, & *à n.*8121 de amico.

23 In ead.gloss.ibi, *Item remoueretur iudex si esset dominus impetrantis.* Ita Præpos. *n.* 11.*vers. nona*, *in præsenti*, Aufrer.*de recusat.n.*9. Nouell. *reg.*32. *in princip.* Marant.*d. p.6.n.*58. Lanfranc.*in repet.cap.quoniam contra de prob.rub.de accus.n.*123.*vers.quinta causa*, Farin. *d.verbo iudex*, *n.*917.

24 In gloss. *Aduocati*, vlt. ibi, *aut Assessor.* Notatur ad hoc quòd Assessor, & Consultor iudicis, si suspectus fuerit, recusari potest, vt per Butr.*hic n.*12. Fulu. Pacian. *de probat.lib.2.c.*45. *n.*3.& 52 quòd isto casu non est necessaria probatio causæ suspicionis, quia agitur de leni præiudicio, Card. Tusch. *verbo*, *suspicio*, *concl.*907. *n.*13. & *concl.*909.*n.*2.4.& 5. Iacob. de Laurent. *de iudice suspecto*, *cap.*4. *n.*1. *cum seqq & cap.* 10. *per totum*, vbi etiam quis sit consultor, & quis sit assessor, in quo differant inter se, & de modo eligendi consultorem, & assessorem, Farin. *fragment. crimin. part.* 2. *verbo*, *iudex*, *num.*718. & *num.*849.

25 In ead.gloss.ibi, *Et qui similem causam habet, remouetur.* Notatur ad hoc quòd iudex recusari potest suspectus ex eo quòd habeat similem causam eius in qua est deputatus iudex, vt per Præposit. *in præsenti n.*11. *in* 26.*causa*, Franch. *num.*20. *vers.*25. Marant. *de ordine iudic. part.* 6.*n.* 46. Nouel.*reg.* 294. *num.* 9. Aufrer.*de recusat. n.*18.*vers.*27. & plures alios, quos refert Farinac.*fragment. criminal. part.*2. *verbo*, *iudex*, *num.*784.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti sententia non suspenditur per appellationem sequentem.*
2 *Sententia interdicti sicut excommunicationis non suspenditur per appellationem sequentem.*
3 *Interdictum an, & quando Episcopus possit suspendere, remissiuè.*
4 *Excommunicatio post appellationem non tenet.*
5 *Episcopus non potest dare alicui priuilegium celebrandi in Ecclesia interdicta.*

CAP. Ad hæc. v. XXXVII.

1 INterdicti sententia non suspenditur per sequentem appellationem. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Panorm. Henric. Dec. Franch. Butr. Bald. Guid. Papæ, Præpos. Alexand. de Neuo, Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 311. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 332. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. & nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 20. *cap.* 46.

2 Hanc eadem concl. ex hoc text. desumunt Nauar. *in manuali*, *cap.*27. *n.*159. Sigismund. Scacc. *in tract. huius tit. quæst.* 3. *n.* 65. vbi *num.*67. cum Franch. *in præsenti*, *n.*3.declarat vt procedat in sententia interdicti in spiritualibus & diuinis officiis, quia in istis non impeditur effectus per appellationem, secus si interdictum respiceret alia, tunc enim appellatio subsequens suspenderet effectum talis interdicti, vnde si iudex interdixerit tibi ingressum ciuitatis, seu palatij appellando à tali interdicto, suspenderetur effectus sententiæ *n.* 68. idem resolnit in interdicto à beneficio, aut à Pontificalibus, seu ab vsu pallij, quia appellando impeditur effectus sententiæ quoad ista, idem repetit *q.*17.*limit.*22.*num.vlt.*

In gloss. *Interdictum.* De materia huius gloss. & an, & quando possit Episcopus suspendere interdictum, dixi latè *de offic. de potest. Episcop. p.* 2. *alleg....& infra ad cap.dilectus* 55.*hoc tit.* 3

In ead. gloss. ibi, *Sicut excommunicatio post appellationem non tenet.* De quo vide Anton. Ricc. & ab eo citatos *in tract.de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent.lib.*4.*c.*64.*n.*37. Sigism. Scacc.*d.q.*17.*limit.*22.*n.*54. 4

In ead. gloss. ibi, *Sed non credo, quòd Episcopus possit dare alicui priuilegium celebrandi in Ecclesia interdicta*, de quo vide Fr.Emman.*quæst.Reg.tom.*2.*q.*117.*art.*2. 5

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis remittit appellantem, & causam ad priorem iudicem, nisi sibi constiterit à grauamine, vel iniusta sententia fuisse appellatum.*
2 *Archiepiscopus non prius ante diffinitiuam appellationem admittere debet, quam ei constiterit illam interpositam fuisse, vel à grauamine, seu iniusta condemnatione.*
3 *Appellans ad plures iudices, quorum vnus solùm competens est, ad eum tantùm appellatum præsumitur.*

CAP. Cùm in Ecclesia. XXXVIII.

IVdex appellationis si cognoscat non esse appellatum à grauamine, vel sententia iniusta, debet remittere appellantem, & causam ad primum iudicem, cui parebit appellatione remota. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Dec. Alex. de Neuo, Præpos. Franch. Guid. Papæ, Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 312. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 332. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. & nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 19 *c.* 11. 1

Non ante appellationem admittat, &c.] Notatur ad hoc quòd Archiepiscopus, non priùs ante diffinitiuam appellationem admittere debet, quàm ei constiterit illam interpositam fuisse, vel à grauamine, seu iniusta condemnatione, vt per Stephan. Quarant. *in summa Bullarij*, *verbo*, *Archiepiscopi auctoritas*, *auct.* 18. *n.* 19. Vnde per Ordin. Regiam Lusitanorum, *lib.* 3. *tit.*70.§.3. Index à quo semper in adiutorio, quando appellatur, debet verbaliter recipere appellationem, & scriba in termino receptionis huiusmodi expresse mentionem facere, itavt tempus prosequendæ appellationis currere incipiat à die receptionis illius, vt refert Cabed. *Lusitania decis.*40.*n.*9. *p.*1. 2

In gloss. *Iniusta*, ibi, *& tunc, debet superior cognoscere*, &c.] Quid si quis appellet ad plures iudices, quorum vnus solùm competens est? dic ad eum competentem appellatum præsumi, vt per Rot. *Genuens. decis.*23. 3

decis.23. n.14. Aufrer. *ad Capellam decis.475. vers.4.* Menoch. *cons.106. n.165.*

SVMMARIVM.

1 *Appellans, qui non prosequitur, si redit ad iudicem à quo, & iterum grauatur, non obstante prima desertione potest iterum appellare.*

2 *Appellationi interponendæ, id est, iuri appellandi non censetur quis renuntiare comparendo coram iudice à quo.*

4 *Matrimonij contractus omnes alios fauoribus, & prærogatiuis antecedit.*

CAP. Dilectæ. XXXIX.

Clem. III.

1 QVi semel appellauit, & postea redeundo ad iudicem à quo, appellationi renuntiare videatur, & deinde grauatur, non obstante prima desertione poterit in eadem causa iterum appellare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Præpos. Butr. Anchar. Dec. Bald. Franch. Panorm. Felin. Alex. de Neuo, Guid. Papæ, Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 312. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 333. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. & nonissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 19. *c.* 13.

2 *Tamen quia iterum*, &c.] Ratio potest esse, quia licèt quis comparendo coram iudice à quo, censeatur regulariter renuntiare appellationi interpositæ, tamen non censetur renuntiare appellationi interponendæ, id est, iuri appellandi, Felin. *in c. gratum* 20. *sub n.6. de officio deleg.* Gabr. *lib.*2 *comm. sub hoc tit. concl.* 2. *limit* 1. *n.*5. & 6. Sigism. Scacc. *in tract. huius tit. q.*17. *limit.*2. *n.*26. vbi refert alios contrarium tenentes.

3 *Matrimonij, quod est res fauorabilis.*] Matrimonij contractus omnes alios fauoribus, prærogatiuis antecedit. Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib.*1 *comparat.*17. *n.* 4. nam iudicis officium in causis matrimonialibus exuberat, Triuisan. *Venetiæ decis.6. n.*5. *lib.*1. Matrimonialis causa fauorem publicum concernit, & dote fauorabilior est, Robuster. *decis.*117. *n.*2. & 4. *p.*1. *diuers.*

SVMMARIVM.

1 *Sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti lata sub conditione suspenditur, si ante conditionis euentum fuerit appellatum.*

2 *Excommunicatio valet ea conditione prolata, si intra decem dies non satisfecerit, aut non soluerit.*

3 *Absolutio conditionalis, quæ traditur sub conditione de futuro, valida est.*

4 *Excommunicatione conditionali pendente sequens appellatio, dum pendet conditio, suspendit, dummodò ante conditionis euentum appellatum sit, quod intellige vt ibi.*

5 *Debitor, cui creditor in tempus prolixius terminum solutioni prostitutum prorogauit, & distulit, dilatione priore pendente in excommunicationis sententiam non incidit à qua prius fuerit cum reincidentia absolutus à iudice Ecclesiastico.*

CAP. Præterea. *ij.* XL. *Cælest. III.*

SEntentia lata sub conditione, vt nisi infra dies viginti satisfacias, sis excommunicatus, suspensus, & interdictus, si in illo interim appellat suspenditur, & post viginti dies non erit excomunicatus, suspensusve. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Zabar. Imol. Anan. Host. Henric. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Dec. Guid. Papæ, Franch. Præpos. Alex. de Neuo, Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 313. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 333. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. & nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 2. *tit.* 19. *cap.* 14. 1

Nisi Sempronio infra viginti dies, &c.] Notatur ad hoc quòd valet excommunicatio ea conditione prolata, si intra decem dies non satisfecerit, aut non soluerit, vt per Couar. *in cap. alma Mater. p.*1 §.10. *n.*3. Nauar. *in c.*1. *de pœnit. dist.*6. *n.*64. Spin. *in speculo testamentorum, p.*11. *rubricæ à n.*7. Gutier. *canonic. lib.*1. *c.*4. *n.*19. *cum seqq.* Cened. *ad Clem. collect.*8. *n.*3. Sic eodem modo absolutionem conditionalem, quæ traditur sub conditione de futuro, veluti si intra mensem satisfeceris, validam esse tenent Henriq. *in summa lib.*13. *c.*29. §.2. Sayr. *de censur. lib* 2. *c.*26. *sub n.*4. Soar. *eod. tract. disp.*7. *sect.*8 *sub n.*9. & post Couar. Nauar. Vgolin. Mar. Alter. sequitur Anton. Ricc. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib* 4. *c.*66. *n.*6. vbi improbat D. Antonin. Angel. & Syluest. contrarium sentientes. 2

Notatur etiam ad hoc quòd excommunicatione conditionali pendente sequens appellatio dum pendet conditio, illam suspendit, vt per Couar. *in c. alma Mater, p.*1. §.10 *n.*4. Gutier. *canon. lib.*1. *c.*4. *à n.*19. Sayr. *de censur. lib.*1. *c.*15. *n.*24. Petr. Boll. *in œconomia canon. class.*3. *c.*4 §.5. Lancel. *de attentatis, c.*12. *limit.*21. *n.*35. *cum seqq.* Anton. Ricc. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib.*4 *c.*64. *n.*25. Vgolin. *de censur. tab.*1. *c.*13. §.18. *n.*10. vbi hanc cõclusionem cæteris cumulatiùs exornat, eáque militat, etiamsi à prædicta sententia ita sub conditione lata appellatum fuerit post decem dies à prolato decreto, dummodo ante conditionis euentum, vt communis tuetur opinio, quam tenent *in præsenti*, Præpos. *n.*15. & Dec. *etiam n.*15. Mar. Socin. *in cap. sacro, n.*125. *de sent. excomm.* Couar. *d.* §.10. *n.*6. Nauar. *in repet. cap. cum contingat* 14. *causa nullitatis, n.*7. *de rescript.* Sayr. *de censur. lib.*1. *c.*16. *post n.*24. Soar. *de censur. tom.*1. *disp.*3. *sect.*6. *n.*4. Mar. Alter. *eod. tract. tom.*1. *disp.*5. *lib.*3. *c.*1. *vers.*5. *dubitatur*, itidem post desertam appellationem, aut renuntiationem illi factam, Auila *de censuris, p.*2. *c.*5. *dub.*11. *vers. contrarium est tenendum*, Bonacin. *eod. tract. disp.*1. *q.*2. *punct.*2. *n.*3. Cened. *ad Sextum collect.*8. *in fine.* Quod idem dicendum existimant Doctores, si præceptum huiusmodi contineret clausulam illam. *Et nunc te excommunico*, vt tenent *in præsent.*, Innoc. *n.*4. *vers. item eligendo*, & Abb. *n.*11. Anch. *cons.*158. *n.*10. & *cons.*213. *n.*5. Card. *cons.* 119. *post n.*4. Dec. 213. *n.*5. Amplia appellationem ante purificatam cõditionem proposita non modò suspendi censuram, eiusque effectum, at insuper præceptum illud obligationem exequendi id, quod sub censura præcipitur, itavt elapso termino in sententia constituto non solùm immunis sit à censura, sed insuper à peccato & pœna non exequendo mandatum, vt per Soar. *d. disp.*3 *sect.*6. *sub n.*1. nisi debitor ab initio consensisset, vt post diei, vel conditionis euentum, si non soluerit, possit excommunicari, exemplum in pensione ponit Gutier. *canon. lib.*1. *c.*4. *n.*26. Hinc etiã argumẽto huius text. debitor, cui creditor in tempus prolixius 5

lixius terminum solutioni prostitutum prorogauit, ac distulit, dilatione priore pendente in excommunicationis sententiam non incidit, à qua priùs fuerat cum reincidentia absolutus à iudice Ecclesiastico, vt per Cald. Pereira *de empt. & vendit. cap.* 23. *num.*66.

SVMMARIVM.

1 *Articuli plures connexi si per rescriptum committantur, & in vno remoueatur appellatio, intelligitur remota etiam in aliis.*

2 3 *Clausula in fine posita refertur ad præcedentia, & in medio præcedentibus, & sequentibus seruire potest.*

4 *Suspicionis causa de iure Canonico exprimenda est à recusante.*

5 *Iudex recusatus si suspicionis causam propositam inueniat manifestè friuolam poterit reiicere, & ea minimè obstante in causa procedere.*

7 *Inimicus iudex recusari potest.*

8 *Iudex, qui differt partem salutare, prout ante faciebat, potest vt suspectus recusari.*

CAP. Secundò requiris. XLI.

1 CAusa habens plures articulos connexos, si per rescriptum committatur, & in vno remoueatur appellatio, intelligitur remota etiam in aliis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Dec. Butr. Panorm. Bald. Præpos. Franch. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 213. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 333. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 1 *Decretal. lib.* 2. *tit.* 19. *cap.* 16. & reliquas quæstiones, seu partes huius Decretalis habes suprà *in cap. prudentiam, de officio delegati, & in cap. prudentiam, de mutuis petit.*

2 *Intentione.*] Expressa scilicet, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, C. de reuocandis donat. verbo, libertis, n.* 18. & vide quæ dixi *ad cap. intelligentias* 6. *de verborum significat.*

3 *Ad finem, atque principium sæpè referri,* &c.] Notatur ad hoc quòd clausula in fine posita refertur ad præcedentia, vt probant DD. per me citati *in remiss. de dilationibus, & clausul. clausul.* 119. Clausulam in medio positam præcedentibus, & sequentibus seruire posse per hunc text. tenent Matiens. *ad l.* 2. *gloss.* 2. *tit.* 4. *lib.* 5. *nouæ recop.* Burg. de Pace *l.* 3. *Tauri, part.* 1. *concl.* 2. *n.*67. Ioan. Garc. *de nobilitat. gloss.* 2. *n.*2. *&* n. 11. Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo, clausula, num* 39 Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. *disp.* 13. *lib.* 5. *q.* 3. *lit. E.* latè Cardin. Tusch. *tom.* 1. *lit. C. concl.* 290. *à princ.* vbi *num.* 5. intelligit quando est posita inter plures articulos connexos, & dependenter ab vno principali.

§. Tertiò.

4 Causa suspicionis proponenda est coram iudice qui recusatur, & probanda coram arbitris. Colligunt DD *in prin.* text. citati.

Suspicionis causam coram eodem iudice allegare tenetur.] Ergo suspicionis causa de iure Canonico exprimenda est à recusante, de quo, & an procedat de iure Ciuili vide Farin. *fragmentorum crimin. p.* 2. *verbo, iudex, n.*882. *cum seqq.* Sigism. Scacc. *de iudic. causarum Ciuil. cap.*66. *num.*15. Rebuff. *tom.*3. *ad leges Gallia, sub hoc tit. de recusat. art.* 1. *gl.* 5 Perez *l.* 1 *art.* 5. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 565. Cardos. *in praxi iudicum, verbo, recusatio, n.*4 Lancelot. *de attent. p.* 2. *c.*6 *n.*24. Farin. *lib.* 1. *conf.*17. *n.*16. *p.*4. Amat. Roderic. *in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c.* 10. *n.*45. Montalu. *l.* 9. *tit.*7. *lib.* 1. *fori, in gloss* 1. Ceuall. *commun. q.*347. Couar. *practic. c.*25. *n.*1. Nauar. *in cap. cum contingat decima causa nullit. n.*1. Damhaud. *in praxi Ciuili, c.*125. *n.*19. Gail. *lib.* 1. *obseruat.*33. *n.*14. Fulu. Pacian. *de probat. lib* 3 *c.*45. *n.*89. Molin. *de iustit. tom* 6. *disp.*23. *n.*2. Fr. Paulin. Berti. *Lucens. in praxi crimin regul. tit.*3. *cap. vnic. n.*46. Alphonsi à Villadiego *l.* 22. *tit.* 1. *lib.*2. *del fuero iuzgo, gloss.* 1. *à n.* 1. Tiraq. *de iudic. in rebus exiguis, vers. quid cum tractatur,* Ozasc. *Pedem, decis.*84. *n.*6 Ludou. Miranda *de ordine iudic. q.*10. *art.*2. *concl.*5 *&* 6. Morla *in emporio iuris, p* 1. *tit.*2. *in prælud. n.*199. Cur. Philip. *p.*1 *§* 7 *n.*3 Sanch. *de matrim. lib.*7. *disp.*112. *n.* 8. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 100. *n.*11. Quia suspicionis causa proposita si illam iudex 5 inueniet manifestè friuolam poterit reiicere, & ea minime obstante in causa procedere, Abb. *in cap. cum speciali, in fine hoc tit* Perez *l.* 1. *tit.*5. *lib.*3. *Ordin. pag.* 569 Quarant. *in summa Bullarij, verbo, Archiepiscopi auctoritate, pag.*60. Donat. à Fina *tom.*1. *comm. opin. lib.* 2. *tit.*1. *n.*203. *pag.*374. Farin. *d. conf.*17. *n.*16. *& in praxi crimin. quæst.* 21. *n.*129. vbi idem dicit, si notorie sit falsa, *& d. verbo, iudex, n.*941. si tamen vera esset, & legitima, & iudex procederet in causa, ipso iure processus est nullus, Felin *in cap. pastoralis, n.*10. *de except.* vbi Abb. *n* 12. Perez vbi *proximè, pag.*566 Vant. *de nullit. tit ex defectu iurisd. ordinariæ,* Kirchou. *tom.* 1. *communium opin. lib.*3. *tit.* 1. *n.*168 Roman. *conf.* 120. *n.*7. *vers. sed aduertendum,* Caranita *super ritu magnæ Curiæ ritu* 265 *n.*8 Cardin. Tusch. *verbo, iudex, concl.* 422. *n.*39. Azeued. *l.* 1. *n.*8. *tit.*16. *lib.*4 *nouæ recop.* Seraph. *de priuil. iuram. priuil.*7. *num* 21. Scobar. *de ratiociniis, cap.*8. *num.*20. Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit* 42. *num.*31. Amat. Roderic. *d. cap* 10. *num.*54. Carras. *in explicat. ad aliquas leges Recopil. cap.*9. *num.* 237. Mendez à Castro *in praxi Lusitan. lib* 4. *cap.*7. Intellige si recusans opponat de nullitate, vt per Steph. Gratian. *d. c.*100 *n.*6. *cum seqq.*

In aliquos.] Imò sufficit si in vnum, ex Tiraq. *in l.* 6 *si vnquam, verbo, susceperit liberos, n* 267.

Et inimici iudices esse non possunt.] Notatur ad hoc 7 quòd inimicus iudex, iudex esse non potest, iudicem enim regulariter ex causa inimicitiæ recusari tenent Marant. *de ordine iudic. part.* 6. *num* 35. Villalob. *commun. opin. verbo, iudex, n.*47. Nouell. *reg.*204. *num.*4. Decian. *in tract. crimin. lib.*7. *cap.* 38. *num* 14. Cardin. Tusch. *verbo suspectus concl.* 908. *n.* 25. Farin. *d. verbo, iudex, num* 862. Rebuff. *tom.* 3. *ad leges Gallia, tract. de recusat. art.* 9. *gloss. vnic. n.*13. *cum seqq.* vbi ampliat etiamsi dolo partis inimicus sit, & *n.*16 quamvis non sit inimicus capitalis, vel esset inimicus vtriusque partis, & *n.* 20. quòd etiam recusatur, si crebrò cum inimicis conuersaretur ludendo, bibendo, & cum illis pernoctando, de quibus omnibus Carrasc. *d. c.*9 *n.*196. *& cum seqq.* & Farin. *loco citato à n.*863. Cùm autem inimicitia præsumatur, quando quis non alloquitur nec salutat eum, quem priùs alloqui, & salutare solitus erat, ex Farin. *in praxi crimin.q* 49. *n.*54. ideo iudex, qui differt partem salutare, provt 8 antea solebat, potest vt suspectus recusari, Marant. *d. part.*6. *num.*48. *&* 50. Garc. Mastril. *Siciliæ decis.*154. *num.*49. *part.*2. Carrasc. *d. cap.*9. *n.*316. Stephan. Grat. *discept. forens. cap.*284. *num.*26. *cum seqq. & cap.* 538. *num.*573

n. 57. Farin. *d. verbo, iudex, n.* 871. *&* *n.* 873. dicit quòd iudex recusatur non solùm si sit inimicus meus, sed etiam si sit consanguineus inimici mei, & *n.* 874. quòd recusatur iudex ex capite inimicitiæ si sit familiaris, & commensalis inimici mei, & *n.* 875. quòd iudex recusatur ex capite inimicitiæ ex eo quòd est confœderatus cum inimico meo, & *n.* 879. ampliat etiam quòd inimicitia prouenerit culpa recusantis, & *n.* 881 quòd iudex recusari potest suspectus propter inimicitiam, dummodo illa sit manifesta, & non dubia.

SVMMARIVM.

1 *Iudex vel aduersarius non tenetur deferre appellationi, cui non detulit appellans.*
2 *Appellationi illius, qui illa interposita appellatum spoliauit, non est deferendum.*
3 *Molestiam sibi ab appellante illatam probare debet appellatus incontinenti.*
4 *Dictionis,* incontinenti, *vis, & effectus remissiuè.*

CAP. An sit. XLII.

1 APpellationi ab alio interpositæ non deferens, non gaudet beneficio appellandi, & sic punitur in eo in quo deliquit. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anch. Butr. Bald. Panorm. Dec. Guid. Papæ, Franch. Præpos. Alex. de Neuo, Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 314. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 333. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. & nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Ant. August. *collect.* 2. *Decret. lib.* 2. *tit.* 19. *c.* 17.

2 Collige ex text. non esse deferendum appellationi illius, qui illa interposita appellatum spolianit, vt per Rip. *in l. naturaliter, §. nihil commune, n.* 159. vbi Corras. *n.* 102. *ff. de acquir. possess.* Matthes. *sing.* 28. *incipit, nota, quod si actor*, Couar. *pract. c.* 25. *n.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 16. Lancel. *de attent. p.* 3. *c.* 31. *à n.* 218. *cum seqq. & n.* 243. Cald. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 5. *n.* 25. *post medium, vers. attentare autem*, Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 5. *art.* 1. *n.* 75. & dicit Rebuff. *de priuil. scholarium, priuil.* 106. *vers.* 19. quòd licèt appellans non deferens appellationi non possit eam prosequi, si tamen appellatus prosequatur poterit & appellans fauore appellati.

3 *Paratus est incontinenti conuincere*] Notatur ad hoc quòd molestiam sibi ab appellante illatam probare debet appellatus incontinenti, provt reiecta sententia glossæ in præsenti, quæ supplet ad text. verbum, maximè resoluunt Menoch. *d. casu* 16. *n.* 3. & Mascard. *de prob. concl.* 1065. *à n.* 2.

4 In gloss. *Incontinenti*, ibi, *sed qualiter intelligis illud incontinenti*, &c. De vi, & effectibus huius dictionis, vide per me citatos *de diction. & claus. dict.* 131. aliàs *dict.* 155. secundùm Lugdun. impress.

SVMMARIVM.

1 *Executor merus non recusatur, nec ab eo appellatur nisi modum excedat.*
2 *Appellare non licet ab executore, vel ab executione sententiæ, intellige si sit executor merus, vt n.* 3.
3 *Actus tribuitur ordinanti, & non exequenti.*
4 *Executor merus quis dicatur, ostenditur.*
5 *Executor merus recusari non potest.*
6 *Executor merus recusari non potest.*
7 *Appellari potest ab executore etiam mero excedente modum in executione.*
8 *Appellatio datur ab executione excessiua.*
9 *Iudex à iudicandi munere in causa, in qua recusatur, se abstinere potest, non expectata recusationis probatione.*

CAP. Nouit. XLIII.

Innoc. III.

APpellandum non est ab executore nisi modum executionis excedat, & si sit suspectus, tamen non licet ab eo recedere per appellationem, quia non suo motu procedit, sed de mandato. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Præpos. Butr. Anch. Dec. Bald. Franch. Panorm. Felin. Alex. de Neuo, Guid. Papæ, Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 314. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 333. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. & nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Anton. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 19. *c.* 1. & est pars *cap. nouit, sup. de offic. deleg. & de iudic.* 1

Ab executoribus appellari non possit.] Notatur ad hoc quòd non licet appellare ab executore, vt per Sigismund. Scacciam *in tract. huius tit. q* 17. *limit.* 11. *à princip.* Quia nec etiam ab executione sententiæ datur appellatio, vt per Vestr. *in pract. lib.* 7. *c.* 3. *n.* 9. *vers. sed & inter alios*, Gabr. *commun. lib.* 2. *sub hoc tit. concl.* 4. *in princ.* Bened. de Barz. *in tract. de guarentig. part.* 2. *quæst.* 15. Alexand. *cons.* 95. *sub n.* 4. *lib.* 2. *& cons.* 113. *n.* 10. *lib.* 5. Marant. *de ordine iud. p.* 6. *actu* 2. *princip. verbo, & quandocunque appellatur, n.* 259. *limit.* 7. Lancelot. *de attent. part.* 2. *c.* 16. *de attent. reduct. &c. n.* 38 Ruginel. *in tract. huius tit. §.* 2. *cap.* 2. *num.* 58. *vers. non appellari ab executore*, Mandel. de Alba *cons.* 14. *in princ. lib* 1. Perez *l.* 4. *tit.* 8. *lib.* 3. *ordin. col.* 1115. Roland. à Valle *cons.* 43. Azeued. *l.* 3. *n.* 4. *&* 5. *tit.* 21. *lib.* 4. *nouæ recop.* Menoch. *remed.* 4. *adipiscend. n.* 228. Valdes. *ad Xuar. in l. post rem* 21. *declarat. leg. Regni q.* 8. *n.* 1. Parlad. *lib.* 2. *rerum quotid. cap. fin. p.* 5. *§.* 15. *n.* 1. Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 4. *c.* 2. *n.* 16. Sigism. Scacc. *d. q.* 17. *limit.* 10. *n.* 1. vbi *n.* 8. limitat in pronuntiatione de exequendo instrumentum, sed contrarium sequitur, & *num.* 20 limitat etiam quando in appellatione exprimitur iusta causa appellandi, & *n.* 21. limitat quoque in pronuntiatione negatiua de non exequendo, & *n.* 23. item limitat executione peruersa. 2

Intellige principalem resolutionem in executore mero, qui nullam habet cognitionem, sed tantùm executionem, vt docent gloss. *in præsenti, verbo, ab executoribus*, Ruginel. *d. c.* 2. *n.* 58. *&* 59. Sigismund. Scacc. *d. quæst.* 17. *limit.* 11. *num.* 2. Ratio est, quia (si quod est grauamen) inde illud infert non is, qui iudicis mandatum exequitur, Crauet. *cons.* 173. *col.* 3. *n.* 1 *vers. secundò quia, & vers. non obstat*, Rebuff. *tract. de appellat. art.* 7. *gloss.* 2. *n.* 15. *vers. quintus*; actus enim tribuitur ordinanti, & non exequenti, Rot. *decis.* 167. *n.* 2. *part.* 2. *diuers.* Surd. *de alim. tit.* 7. *q.* 38. *num.* 52. *& decision.* 8. *num.* 23. *&* 24. *& decis.* 292. *num.* 9. 3

Merus autem exequntor dicitur is, qui post latam sententiam, & post habitam causæ cognitionem super exceptione iudex commisit nudam executionem facti, etiamsi ex abundanti, & non ex aliqua necessitate citet, aliàque faciat, quæ tendunt ad iustificandam 4

dam executionem, Ruginel. *d.c.2. sub n.59. vers. sed istud*, Sigism. Scacc. *d.q.17. limit.11.n.4.& 5.* Parlad. *lib.2.rerum quotid.cap.fin.p.2.§.3.n.1.& seq.* Amat. Roderic. *de execut.c.2.n.38.* Bobadil. *in sua politica lib.2. c.20.n.45.* Surd. *cons.405. n.15. cum seqq.* Salgado *de protect. Regia tom.1.p.4.c.3.n.3. cum seqq.* vbi *n 5.* post Parlad. & Amat. Roder *citatis locis*, & Bobadil. *d.c.20. n.48.* subdit mixtos executores dici illos, quibus executio rei iudicatæ super negotio principali & executorialium ab eo emanatarum committitur nulla præcedente nec facta causæ cognitione super ea, nec discussis exceptionibus, aliisve, quæ in executionis discursu accidere assolent, quæ ab eiusdem executionis natura proueniunt, ac sint in ea omnimodo admittenda in processu, ac via executiua. Vnde colligitur ab executore mixto posse appellari, Ruginel. *d.c.2.n.60. vers. secus vero.* Sigism. Scacc. *d.*

6 *limit.11. n.11.* vbi *n.12.* asserit executorem mixtum illum dici, qui citat, aliàque facit ex necessitate actus, vel quia est datus cum clausula, Vocatis vocandis, & ideo debet adhibere causæ cognitionem. Vnde ex ratione suprà ponderata bene infertur quòd merus executor recusari non potest, vt per Perez *ad l.1.dub.11.tit.5. lib.3. Ordin. pag.577. & ad l.1. vers. dubitari, tit.8 eiusdem lib.3.* Nauar. *in cap.cùm contingat de rescript. causa 10. nullit. num.6* Lancelot. *de attent. part.2. cap.6. n.12.* Flores de Mena *variarum lib.1. quæst.4. n.43.* Ordinatio Regia Lusitanorum *lib.3. tit.22 §.28.*

7 *Nisi fortè modum excederent in exequendo.*] Notatur ad hoc quòd ab executore excedente modum in executione appellatur, vt constitutum est in Ordinat. Regia Lusitanorum *lib.3. tit.76. in princ.* vbi parens meus, Rebuff. *in tract. huius tit.art.7. glos.2. num.15. vers.quintus*, Ruginel. in simili *tract. §.1. cap.2. n.64. vers.declara*, Azin. *in praxi iudic. §.31. c.18. limit.6.* Mench. *vsufreg. c.40. n.6. cum seqq.* Azeued. *l.3. n.5. tit.21 lib.4.noua recop.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.333.n.13.* Roland. à Valle *cons.43. n.6 lib.1.* Capyc. *decis.34.ex n.1.* Cephal. *cons.205.n.12.* Surd. *cons.102. n.3.* Mari. Giurba *cons.101. n.6.* Costa *de port. ratæ, q.138. in fine*, latè Salgado *d.c.3. n.15. cum seqq.* latè Sigism. Scacc. *d.q.17. limit.11.n.6.* vbi ex Petr. Greg. *de appellat. lib.2. c.11. n.2. vers. quod maximè*, rationem reddit, quia in eo, in quo quis excedit, desinit esse executor, & *n.7.* aduertit appellationem, quæ interponitur ab executore excedente modum in executione, non dici propriè appellationem, sed recursum ad superiorem, & *n. 8. cum seqq.* dicit tunc executorem excedere modum quando aliquid dolosè egerit, vel quando pars dolo sententiam obtinuerit, vel quando executor aliquid iniuriosè agit, putà si lectos captos, vel dolia capta executionis causam malitiosè fregerit, vel quando faceret executionem in rebus prohibitis, vt puta in libris breuiario, & similibus. Et denique quibus modis excessus iste committatur tradit Salgado, & plures ab eo citati *d. cap. 3. n.72. cum seqq.*

8 Vide etiam ab executione excessiua, idest, ab excessu dari appellationem, tenent Canar. *in tract. de execut. instrum. q.46. sub num.85.* Marant. *d. verbo, & quandoque appellatur, limit.7. num.259.* Vestr. *in pract. lib.7. cap.3. sub num.9. vers. sed & inter alios*, Contar. *in l. vnic. C. si de moment. possess. q.24. num.8. & n.37. & limit.16. à num.1.* Cæt. Barz. *Bonon. decis.55. n.6.* Rot. *d. dec. 100. n.17. vers. quarto*, plures per Sigism. Scacc. *d.q.17. limit.10. n.28.* vbi *num.29.* extendit vt procedat etiam in eo, qui iurauit non appellare, & *n.30.* refert excessum posse dici tot modis, quot modis potest aliquid dici plus, & *numeris seqq.* exemplificat huiusmodi excessum, veluti quando fit missio in possessionem rei magnæ, cùm sufficeret missio in possessionem rei modicæ, vel quando exequitur in alia re, quàm fuerit indicata, vel quando executio fiat ante tempus, vel quando exequitur contra personam, quæ non tenetur in plus, quàm facere potest. Ratio est quia executor in eo quòd excedit desinit esse executor, Petr. Gregor. *de appellat. lib.2. c.11. n.2. vers. quod maximè*, Sigism. Scacc. *d.q.17 limit.11. sub n.6.* Salgado *d. c.3. n.62.* & in excessu caret iurisdictione, & desinit esse index, Rot. *decis.* 100. *n.17. p.1. diuers.* Ceual. *commun. contra commun. q.897. sub n.931.* carétque potestate, Menoch. *remed.8. recuper. n.13.& 27. & cons.69. ex n.75.* Sanch. *de matrim. lib.2. disp.40.n.17.*

In gloss. *Debuisset*, fin. Notatur ad hoc quòd index 9
indicandi munere in causa, in qua recusatur, se abstinere potest, non expectata recusationis probatione, sed eius dicto asserentis se pro recusato, se ipsum excusare, vel exonerare volens standum est, Benenent. *de iudice suspecto, c.1. num. fin.* Corras. *in explicat. ad aliquas leges recopil. c.9.n.332.* vbi *n.333.* declarat dummodo non adsit collusio inter iudicem, & partem recusantem, quam ex coniecturis probari affirmat Menoch. *de præsumpt. lib.5. præsumpt.26.* Apud Lusitanos per Ordin. Regiam *lib. 3. tit.21. §.18.* Senatores Regij iuramento se eximere possunt à munere iudicandi, refert Cabed. *part. 1. decision. 64. num.7.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio recipitur à iudice, vel approbatur à parte terminus ad eam prosequendam præfixus obtinet vicem peremptorij, vt in absentem procedatur, ac si peremptoriè fuisset citatus, nec talis terminus præueniri poterit ab aliqua partium.*

2 *Index à quo præfigit terminum appellantibus.*

3 *Citatio peremptoria iudicis cum comminatione quòd si non comparuerit procedatur in causa, sufficit ad omnia acta vsque ad diffinitiuam sententiam.*

4 *Appellatus non potest præueniendo appellantem intra terminum ei præfixum impetrare iudicem, seu commissionem causæ, nisi in ea faciat mentionem de termino.*

5 *Verbum*, caret, *importat ipso iure.*

6 *Episcopus per sententiam diffinitiuam depositus si appellauit à sententia, potest pendente appellatione suum officium exercere.*

7 *Excommunicatus appellans à sententia excommunicationis, vel suspensionis appellatione pendente remanet excommunicatus, vel suspensus.*

CAP. Sæpè. XLIV.

APpellatio quando est recepta à iudice, vel à parte approbata, terminus qui datur ad prosequendam appellationem, habet vim peremptorij, vt in absentem procedatur ac si peremptoriè fuisset citatus ad iudicium, & non venisset; si verò appellatio interposita non fuerit malitiosè recepta, vel approbata cùm constiterit fuisse legitimè appellatum, valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Henric. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Dec. Guid. Papæ, Franch. Præpos. Alexand. de Neuo, Vinian. *in vatic. nali secundi libri iuris Pontif. pag. 315.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 334.* remissiuè Ximen.

in concord. p. 2. & nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 19. c. 2.*

2 *Post terminum appellationi præfixum*, &c.] Ergo iudex à quo præfigit terminum appellantibus, vt per Perez *l. 2* per text. *ibi gloss. 1. tit. 16. lib. 3. Ordin. & l. 8. gloss. 2. eod. tit.* Azeued. etiam per text. *ibi in l. 2. in princ. tit. 18. lib. 4. nouæ recop.* Sigism. Scacc. *in tract. huius tit. q. 14. n. 15. cum seqq.*

3 *Perinde procedatur*, &c.] Notatur ad hoc quòd citatio peremptoria iudicis cum comminatione, quòd si non comparuerit, procedatur in causa, sufficit ad omnia acta, vsque ad diffinitiuam sententiam inclusiuè, vt per Mathes. *sing. 8. n. 4.*

4 *Si quis verò*, &c.] Notatur ad hoc quòd si à iudice, vel à semetipso appellante fuerit præfixus terminus (nam potest de iure appellans sibimet præfigere terminum breuiorem) tunc appellatus non potest præuenientio appellantem impetrare iudicem, seu commissionem causæ, in ipsa commissione faciat mentionem de termino, quia non facta ista mentione commissio, seu reseriptum esset subreptitium, & ideo non valeret, vt per Farin. *hic n. 41. vers. in gloss.* Sigism. Scacc. *in tract. huius tit. q. 14. n. 52.* vbi etiam aduertit hoc procedere quando impettatur iudex extra Curiam, secus si impetratur in Curia, quia tunc potest impetrari nulla etiam facta mentione de termino, & *n. 54. cum gloss. in præsenti verbo, careat*, extendit vt non solùm non possit appellatus impetrare iudicem ante terminum ab ipsomet appellante, vel à iudice præfixum, sed neque possit ipse appellans nisi fiat mentio in commissione de termino præfixo, & *n. 55* cum eod. Franch. *loco citato*, subextendit vt non solùm appellans non possit impetrare ante tempus sibi à iudice præfixum, & impettando literæ impetrationis sint nullæ, vt dixi, sed etiam patiatur pœnas contumaciæ si recesserit ante terminum, sed si expectauerit finem termini, non censebitur contumax.

5 *Careat.*]Id est, ipso iure, ex traditis per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo, reuertatur, n. 134. & seqq. & à n. 161.* Card. Tusch. *verbo, priuatio, concl. 719. n. 19.* Farin. *fragm. crimin. p. 2. verbo, lex, n. 129.*

6 In gloss. *Rata manet sententia*, ibi, *sed pone Episcopum aliquem*, &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopus per sententiam diffinitiuam depositus appellauit à sententia, potest pendente appellatione suum officium liberè exercere ad quod hanc gloss. dicit ex aliis singularem, notabilem & solemnem. Couar. *var. lib. c. 16. n. 11. ad finem*, Lancelot. *de attent. p. 1. c. 12. de attent. appellat. pend. limit. 26. n. 6* Sigism. Scacc. *in tract. huius tit q. 3. n. 72.* vbi similiter idem resoluit in Canonico qui per sententiam fuit depositus, quia potest appellatione pendente eligere, ac testimonium ferre, Gutier. *pract. lib. 1. q. 39. n. 3.* vbi à principio quæstionis tractat, quod officialis condemnatus per sententiam diffinitiuam à qua appellauit, potest appellatione pendente vti officio, quod habet, aduertens hoc non esse sustinendum in illis officiis quæ cursu temporis consumuntur, quia aliàs illusorium esset

7 iudicium. Hæc, quæ procedunt in depositio, vt appellatione depositionis pendente possit exercere suam iurisdictionem, limitantur, vt non habeant locum in sententia excommunicationis, quia licèt excommunicatus appellet, tamen non potest continuare, Lancelot. *d. c. 12. limit. 26. n. 7.* & ideo licèt appellet, remanet tamen excommunicatus, & remanent eius effectus, Lancel. *d. c. 12. in præfat. n. 99. cum seqq.* Sigism. Scacc. *d. q. q. 3. g. 76.* Limitatur deinde in sententia suspensionis, quia licèt suspensus appellet, tamen appellatione etiam pendente remanet suspensus, vt per Abb. *in præsenti, n. 15.* Lancelot. *d. c. 12. in præfat. n. 104. limit. 1.* Mil. *in verbo, appellatio sicut, sub n. 27.* Sigism. Scacc. *d. q. 3. n. 77.* vbi *n. 78.* sublimitat ne procedat quando suspensio infligitur alicui in pœnam.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione deserta per negligentiam appellantis, potest iudex ex officio procedere in casibus in quibus eius officium exuberat.*

2 *Legatus de Latere, siue Cardinalis legatus potest se intromittere de appellatione interposita inferioris Ordinario ad Papam, vt causam instructiorem ad eum mittat.*

3 *Appellans, qui se non prosequuturum appellationem asserit ob breuitatem temporis, non restituitur, nisi probet impedimentum.*

4 *Appellatio si sit interposita ad Summum Pontificem expresso nomine proprio, Legatus non potest causam committere, nisi qualitas causæ, & personarum id postulet.*

CAP. Constitutus. XLV.

QVi in electione appellat, & ex negligentia non prosequitur appellationem intra terminum, iudex ex officio suo potest procedere in cognoscendo de impedimentis electi, quia negligentia partis non præiudicat officio iudicis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Dec. Butr. Panorm. Bald. Præpos. Franch. Guid. Papæ, Alex. de Neuo, Viuian. *in ration. libri secundi iuris Pontif. pag. 315.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 334.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* & nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 19. c. 3.*

Cumque S. Marcelli Presbyter Cardinalis, &c.] Notatur ad hoc quòd Legatus de Latere, siue Cardinalis Legatus potest se intromittere de appellatione interposita ab inferiore Ordinario ad Papam, vt causam instructiorem ad eum mittat, vt per Gamb. *in tract. de auctoritate Legati de Latere, lib. 8. q. 28. n. 202.* Villad. *eod. tract q. 10. n. 83.* Sigism. Scacc. *in tract. huius tit q. 7. n. 60. n. 61.* cum Gamb. *d. lib. 7. q. 21. n. 203.* dicit quòd etiam de illa poterit cognoscere consentientibus partibus, Nauar. *sub tit. de foro competenti, consil. 1. n. 2.* vbi *n. 6. vers. ad secundum*, dicit ex Ioanne Monacho, quod instructio, quam in hoc text. fecit ille Legatus de Latere, fuit facta de facto, & non de iure, vel de consensu partium. 2

Et quod appellantes, &c.]Notatur ad hoc quòd appellans, qui se non prosequuturum appellationem asserit ob breuitatem temporis, non restituitur, nisi probet impedimentum, vt per Mascard. *de probat. concl. 1275. n. 2.* 3

In gloss. *Delegauit.*] Notatur ad hoc quòd si appellatio sit interposita ad Summum Pontificem expresso nomine proprio Legatus non potest causam committere, vt per Valasc. *consul. 62. num. 2.* vbi *n. 7.* limitat, nisi qualitas causæ, & personarum id postulet. 4

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, vel appellatio maximè frustratoria regulariter non admittitur contra electum, vel confirmatum, nullum aliud ius expectantem, ad impediendum electionis, vel confirmationis effectum, sed possessione habita poterit accusari, vel denuntiari.*

2 *Eligendi potestatem habens an debeat in foro poli eligere meliorem, itavt non satisfaciat dignum eligendo si magis dignum eligere poterat, remissiuè.*

3 *Electores possunt compelli eligere.*

4 *Appellatio ex aduerso interposita, non suspendit collationem, & possessionis traditionem, quando proceditur extraiudicialiter.*

CAP. Constitutis. *ỹ.* XLVI.

1 ELectus ad aliquam dignitatem, & confirmatus itavt in iure nihil desideretur, si appellat frivolè, idest, sine rationabili causa, ad impediendum scilicet executionem appellatio non admittitur, sed electus mitti debet in pacificam possessionem, & qui appellanit si habet aliquid contra eum, proponat non per modum appellationis, sed accusationis, & denuntiationis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bellam. Host. Butr. Bald. Anch. Panorm. Henric. Franc. Dec. Præpos. Guid. Pap. Alex. de Neuo, Viuian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag. 316.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 334.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decret. lib. 2. tit. 19. c. 4.*

2 *Magis vtilem, & idoneum reputarent.*] Ergo ille, qui eligendi habet facultatem in foro poli, debet eligere meliorem, nec satisfacit dignum eligendo, si magis dignum eligere poterat, de quo vide Palat. *in repet. c. per vestras, notab. 5. §. 26. à n. 1.* Cou. *in reg. peccatum, p. 2. § 7. n. 4.* Mench. *illustr. c. 4. n. 14. & 15.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 5. n. 46.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel gloss. 6. n. 243.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 15. q. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. n. 195.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 4. collect. 931. & in praxi fori Ecclesiast. decis. 425. in 1. edit. & resolut. 462. in 2. edit.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr. 7. c. 6. n. 70.* nouissimè D. Ioan. Anton. Massobr. *in sua praxi habendi concursum requisito 5. dub. 2. n. 47.*

3 *Canonicos abiurauit*, &c.] Ergo electores possunt compelli eligere, vt per Perez *l. 22. gloss. 1. pag. 413. tit. 2. lib. 7. Ordin.*

4 *Postquam pacificam ipsius Præposituræ*, &c.] Notatur ad hoc quòd quando proceditur extraiudicialiter, appellatio ex aduerso interposita non suspendit collationem, nec possessionis traditionem, vt per Lancel. *de attent. p. 1. c. 17. limit. 5. n. 4. & 5 & limit. 109 n. 6. & 7. & limit. 149 n. 5.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel gloss. 9. §. 1. in annot. n. 27. & 207. vers. & ad text.* Cuch. *de iustit. maiest. lib. 4. tit. 4. n. 67.* Nicol. Garc. *de benef. p. 9. c. 4. n. 19.* Salgado *de protect. Regia, tom. 1. c. 13. n. 150. & p. 3. cap. 11. n. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Appellari potest si locus non tutus partibus assignatur, etiamsi sit scripitum appellatione remota.*

2 *Citatus ad locum non tutum non tenetur comparere.*

3 *Locus periculosus, & non tutus dicitur vltra mare, & ciuitas infesta peste.*

4 *Metus, qui meis infertur, mihi inferri videtur.*

5 *Appellatio, quæ habet tractum successiuum, quocunque tempore interponi potest.*

6 *Salui conductus literis quisque fidem habere non tenetur, quando locus non est tutus propter inimicitias.*

CAP. Ex parte. *ỹ.* XLVII.

SI pars vocatur ad locum non tutum, potest legitimè appellare, etiamsi sit scriptum appellatione remota. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panorm. Dec. Henric. Alex. de Neuo, Præpos. Franch. Guid. Papæ, Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 316.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 335.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 19. c. 5.* 1

Non potest secure venire citatus.] Notatur ad hoc quòd citatus ad locum non tutum non tenetur comparere, vt per Marant. *de ordine iudic. part. 6. numb. 1. n. 131.* Hippol. *sing. 261. & sing. 311.* Boner. *sing. 9. n. 7. & 8.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu cit. à n. 124.* Bonacos. *comm. crimin. p. 1. verbo citatus, fol. 25. & p. 2. verbo, locus, fol. 46. verso,* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 9. §. 1. in annot. n. 196.* Scacc. *de appell. q. 17. limit. 47. membr. 1. n. 8. cum seqq.* Camil. Borrel. *in sum. omnium decis. tit. 44. de cit. n. 47. & tit. 49. de contumac. n. 183.* vbi resoluit, quod citatus ad locum non tutum, non dicitur contumax. Et non sufficit, quod officialis attestetur de non tuto accessu, sed debet liquidari, & probari, ex Decian. *cons. 460. n. 26.* & ideo ab ea citatione ad locum non tutum rectè potest appellari. Anch. *cons. 158. n. 29. & seqq.* Gonzal. *vbi sup. n. 194.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo appellatio, vers. sexto,* Card. Tusch. *pract. conclus. tom. 1. concl. 397. n. 8.* vbi procedere ait etiam in citatione reali, hoc est, quando quis personaliter ducitur ad locum suspectum, Scac. *d. numb. 1. n. 22.* vbi subdit tunc locum non dici tutum, quando quis fuit citatus ad locum pestis, aut aëris intemperie contagiosum, refert Salgado *de protect. Regia tom. 1. p. 1. c. 1. ex n. 21.* Periculosus, & non tutus dicitur locus vltra mare, ex Gemin. *de vsur. comment. 3. in præf. n. 6.* & ciuitas infesta peste, Paris. *cons. 28. vol. 4.* Flamin. *de resign. lib. 5. q. 3. n. 261.* & Menoch. *de arbitr. casu 153. n. 6. cum seqq.* quem refert Farin. *in praxi crimin. q. 18. n. 43.* vbi inter casus loci tuti ponit metum iudicis minantis inimicorum, belli, pestis, tempestatis maritimæ, & similia, & ideo extenditur supradicta resolutio, vt procedat etiam cùm non datur tutus accessus ratione pestilentiæ, vel belli, vel malæ temperiei, seu aëris corrupti. Afflict. *decis. 289. n. 26.* Gail. *lib. 1. obseruat. 52. n. 11.* non obstante generali renuntiatione talium casuum. Cæpol. *cautel. 70.* Ioan. Bapt. Cost. *de remed. subsid. remed. 60. in illat. n. 4.* vbi *n. 5.* post Gail. *vbi sup. n. 9.* & Mascard. *de probat. concl. 19. n. 7.* sub extendit etiam quando idem periculum immineret Aduocato, procuratori, vel testibus, & *n. 5. & 7.* id quoque ampliat etiamsi accessus periculosus redderetur ex culpa citati, nisi culpa esset affectata. 2

Tu, vel tui.] Notatur ad hoc quòd metus, qui meis infertur, mihi inferri videtur, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa 51. n. 70. cum seqq.* 3

Etiamsi in literis commissionis, &c.] Notatur ad hoc quòd appellatio, quæ habet tractum successiuum, quocunque tempore interponi potest, vt per D. Barbos. *in l. 1. ff. de iudic. art. 3. n. 18. & 19.* 4

In gloss. *Periculosum.* Notatur ad hoc quòd non tenetur quisque literis salui conductos fidem habere, quando 5

quando locus non est tutus propter inimicitias, vt per Sanch. *de Matrim. lib.*10.*disp.*18.*n.*33.

SVMMARIVM.

1 *Reus licitè appellat si non auditur excipiens procuratorem actoris non habere legitimum mandatum.*
2 *Sigillo vt credatur debet esse destinatus ad illum vsum ad quem adducitur.*
3 *Præsumitur pro iudice in iis, quæ spectant ad eius officium.*
4 *Citationes, vel alterius actus cognitio probatur per sigillum.*

CAP. Significauit. XLVIII.

1 EXcipiens procuratorem posse solùm citare, & non agere, vel quòd ipse priùs fuit conuentus ab alio iudice per literas Apostol. de quibus secundæ literæ non meminerunt, si appellat, quicquid sit post appellationem, est vanum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anch. Bald. Panorm. Dec. Guid. Papæ, Franch. Præpos. Alex. de Neuo, Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.*317. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*335. remissiue Ximen. *in concord. p.*1. & nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Anton. Aug. *collect.*3. *Decret. lib.*2. *tit.*19. *c.*6.

2 *Sigillum Capituli ad citationes.*] Notatur ad hoc quòd vt sigillo credatur, debet esse destinatum ad illum vsum, ad quem adducitur, vt per Rebuff. *in tract. nominat. q.*10. *num.*27. Menoch. *de arbitr. casu* 113. *n.*7. Gonzal. *ad reg.*8. *Cancel. glos.*61. *n.*10.

3 *Iudices tamen exceptiones*, &c.] Notatur ad hoc quòd in iis, quæ spectant ad iudicis officium, pro eo præsumitur, vt per Mascard. *de probat. concl.*949. *n.*30. faciunt quæ Marant. *de ordine iudic.*2. *p.*6. *princip. tit.* 9. *n.*2. Conar. *de sponsal p.*2. *c.*8. §.12. *vers. ex quibus primò*, Menoch. *cons.*100. *à n.*1. *& de præsumpt. lib.*2. *præs.*67. Et iudex præsumitur iudicasse provt de iure debebat, Surd. *decis.*170. *n.*4. Cepol. *cons.*64. *n.*4 *tom* 1. Borgnin. Caualcan. *decis.*37. *n.*53. *& decis.*27. *n.*74. *p.*1. Seraph. *decis.*984. *n.*3. quia verba iudicis debent intelligi secundùm mentem iuris, Crauet. *cons.*74. *num.*9. Alex. *cons.*46. *col.*1. *lib.*5. Menoch. *cons.*110. *ex num.*31. Card. Tusch. *pract. concl. tom.*7. *lit S. concl.*126. *n.*8. 13. *&* 15.

4 In gloss. *Ad citationes.* Notatur ad hoc quòd per sigillum probatur cognitio citationis, vel alterius actus, vt per Mascard. *de tract. concl.*1302. *n.*25.

CAP. Significantibus. XLIX.

1 REus petens sibi declarari rem petitam in libello, si non auditur, licitè appellat. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Panorm. Dec. Franch. Butr. Bald. Guid. Papæ, Præpos. Alexand. de Neuo, Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.*317. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*335. remissiue Ximen. *in concord. p.*2. nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Anton. Augustin. *collect.*3. *Decret. lib.*2. *tit.*19. *c.*7.

2 Hæc Decretalis ponitur *suprà in c.*1. *de libelli oblatione*, vbi dixi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo non potest statuere terminum ad finiendam appellationem*, & n.2.
3 *Instantia non datur in supremo Principis auditorio.*
4 *Fatalia non currunt in Senatu, seu Principis auditorio.*

CAP. Ex Insinuatione. L.

IVdex à quo appellatur licèt possit ponere terminum ad prosequendam appellationem, non tamen potest ponere terminum ad finiendum, vel reuertendum, quia non potest legem ponere superiori, id est, iudici appellationis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Præpos. Dec. Guid. Papæ, Franch. Alex. de Neuo, Viuian. *in ration. libri secundi iuris Pontif. pag.*318. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*335. remissiue Ximen. *in concord. p.*2. & nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Anton. Augustin. *collect.*3. *Decret. lib.*2. *tit.*19. *c.*8. 1

Probat hic text. iudicem à quo non posse in præiudicium superioris ad quem arctare, vel elongare terminum, putà præfigendo appellanti terminum finiendi appellationem, vt per Abb. *in cap. cùm sit Romana* 5. *sup. hoc tit. n.*11. *&* 12. Franc. *n.*2. *not.*2. & Dec. *n.*51. *fallent.*5. Scac. *de appellat. q.*15. *n.*218. & rationem reddit, quia finire causam appellationis non est in absoluta facultate appellantis, cùm dependeat etiam à iudice appellationis, qui est superior iudice à quo, & inferior non potest imponere legem superiori, & *in versic. tamen*, dicit quòd potest coarctare, & elongare terminum ad prosequendam appellationem, quia concernit ius partis, quamvis prosequutio fieri debeat coram superiore. 2

Lis, quæ in consistorio Principis, &c.] Notatur ad hoc qud in supremo Principis auditorio non datur instantia, vt per Venes. *in pract. p.*5. *n.*15. Azin. *in pract. iudic. tit. de instantia, c.*13. *n.*28. Menoch. *cons.*790. *n.*8. *vol.*8. Nec currunt fatalia in Senatu, seu Principis auditorio, vt post Archid. resoluit nouè Octau. Glorit. *resp.*11. *n.*153. *p.*1. Grammat. *decis.*13. *in fine.* 3 4

SVMMARIVM.

1 *Appellans extra iudicium ex verisimilibus, & probabilibus causis ne in possessione molestetur, si postea spoliatur, restituitur ante omnia in statum in quo erat tempore appellationis.*
2 *Innouatio facta appellatione pendente non solùm retractatur atque reuocatur quoad possessionem, sed etiam quoad fructus interim perceptos.*
3 *Appellatione pendente extraiudiciali attentata non reuocatur ante omnia, sed pendent ex futuro euentu.*
4 *Remedium recuperandæ possessionis conceditur contra singularem successorem.*

CAP. Bonæ. LI.

QVi extra iudicium ex verisimilibus, & probabilibus causis appellat, v. g. ad Papam, ne in possessione molestetur, si postea spoliatur, est reducendus ad statum, & possessionem in qua erat tempore appellationis, & dari debent ei fructus percepti, saluo tamen iure proprietatis vtrique parti. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panorm. Dec. Franch. Guid. Papæ, Henric. Præpos. Alex. de Neuo, Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.*318. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*335. remissiue 1

Ximen. *in concord. p. 2.* & nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Anton. Augusti. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 19. c. 9.*

2 *In eum statum in quo tempore appellationis*, &c.] Notatur ad hoc quòd appellatione pendente innouatio facta non solùm retractatur, atque reuocatur quoad possessionem, sed etiam quoad fructus interim perceptos, vt per Viuian. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 21. num. 281. versic. & hinc est, pag. 314.* Lancel. *de attent. p. 3. c. 31. de pœnis attentatorum, n. 20. cum seqq.* Aduerte tamen, quod appellatione pendente extraiudiciali attentata non reuocantur ante omnia, sed pendent ex futuro euentu, quia reuocantur cùm probari fuerit vera causa appellandi, vt per Couar. *pract. c. 24. n. 5. in princ.* vbi dicit, quod *in hoc text.* probata fuit veritas causæ appellandi ad reuocationem attentatorum, quamvis ad appellationem ipsam iustificandam satis fuisset probare appellationem ex causa verisimili, & probabili propositam fuisse.

3 Notatur etiam ad hoc quod remedium recuperandæ possessionis conceditur contra singularem successorem, vt per Menoch. *remed. 17. recup. n. 26.*

SVMMARIVM.

1 *Itineris arreptio ad Sedem Apost. habet vim appellationis, si seruentur ea, quæ seruari debent in appellatione.*

2 *Facta magis declarant voluntatem quam verba.*

3 *Fugiens è carceribus vt iter arripiat ad superiorem, non dicitur fugere, sed habetur loco appellationis.*

4 *Appellari potest iudicialiter, & extraiudicialiter à præcepto facto sub pœna excommunicationis, & appellatio suspendit in tantum quod si iudex excommunicaret, excommunicatio esset nulla.*

5 *Consensus tacitus quibus modis inducatur, remissiuè.*

CAP. Dilecti. ij. LII.

1 QVi in aliqua causa arripit iter ad Romanam Curiam, intelligitur appellasse, & si interim excommunicatur, excommunicatio non tenet, quia hoc est facto ad Sedem Apost. prouocare, quam verbo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anch. Butr. Bald. Panorm. Dec. Guid. Papæ, Franch. Præpos. Alex. de Neuo, Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 319.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 336.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* & nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 19. c. 10.*

2 *Facto prouocare quàm verbo*] Notatur ad hoc quòd facta magis declarant voluntatem, quàm verba, vt per Tiraq. *de retract. conuent. ad fin. tit. n. 76.* Menoch. *cons. 1. n. 264. & cons. 5 n. 26. & cons. 133. n 34.* Costa *de facti scientia, & ignor. in sp. 7. n. 1.* cum aliis per me citatis *in tr. Axiomatum iuris v. suf. req. Axiom. 27. n. 3.* plus est factis quàm verbis aliquid approbare, Bec. *cons. 109. n. 91. vol. 1.* Grammat. *cons. 13. n. 9. in ciuilibus*, Socin. iun. *cons. 98. n. 3. vol. 1. & cons 42. n. 14. vol. 2.* Menoch. *remed. 15. recup. n. 125.* quia facta magis sunt efficaciora ad declarandum animum facientis, quam ipsa verba, Abb. *cons. 166. volum. 1.* Neuiz. *cons. 76. n. 51.* Magon. *Lucens. decis. 22. n. 19.* & cum ratione, quia verba quandoque sunt falsa, facta verò nunquam, vt inquit Bald. *in l. Paulus, ff. rem ratam haberi*, Alciat. *resp. 248. num. 6. vers. non obstat*, secundùm impress. Lugdun.

Intelligatur ad Sedem Apost. prouocare.] Notatur 3 ad hoc quòd qui fugit è carceribus iter arripiens ad superiorem, non dicitur fugere, sed habetur loco appellationis, vt per prax. Episcop. *p. 1. verbo, carcer, §. 10* Marc. Anton. Genuen. *in practicab. Eccles. q. 741. à num. 3.*

Denuntietis excommunicationis vinculo non teneri.] 4 Notatur ad hoc quòd à præcepto facto sub pœna excommunicationis potest appellari iudicialiter, & extraiudicialiter, & appellatio suspendit in tantum, quòd si iudex excommunicaret, excommunicatio esset nulla, vt per Mart. *de iurisdict. p. 3. cap. 12. n. 3. & 4.* Salgado *de protect. Regia, p. 2. c. 5. n. 19.* Farinac. *in praxi crimin. q. 101. n. 70.* quem refert Sigism. Scacc. *de appel. q. 17. limit. 22. n. 47.* vbi *n. 49* ampliat locum habere in qualibet sententia censuræ Ecclesiasticæ lata sub conditione, quia suspenditur si ante conditionis euentum appelletur, & *n. 50.* declarat quòd licèt quis non appellando, & non parendo præcepto facto sub pœna excommunicationis, sit excommunicatus, tamen non erit excommunicatus si per impotentiam non paruerit præcepto, & *n. 51.* etiam declarat vt excommunicatus sub conditione non dicatur excommunicatus ante euentum conditionis.

In gloss. *Facto prouocare.* Hæc gloss. docet quibus 5 modis inducatur consensus tacitus, de quo vide Tiraquel. *de iure constit. p 3. limit. 30. n. 12.* Mascard. *de probat. concl. 416. & seqq.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 47. n. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio omnis, quæ à iure indulgetur expressè, per clausulam*, appellatione remota, *inhibetur.*

2 *Clausula* appellatione remota, *intelligitur solummodo de friuola, & non de legitima.*

3 *Appellatio in alimentis, aliisque causis eam non amittentibus, admittenda est ad superiorem quoad effectum deuolutiuum, non verò quoad effectum suspensiuum.*

4 *Appellari potest à sententia excommunicationis interlocutoriè prolata, cùm habeat grauamen irreparabile.*

5 *Excommunicationis, seu interdicti sententia per appellationem non suspenditur, quia suam trahit secum executionem, limitatur pluribus modis, vt ibi.*

6 *Appellatio non impedit quin is contra quem est lata sententia excommunicationis, possit denuntiari excommunicatus, vt ab omnibus euitetur.*

7 *Excommunicatus priuatur fructibus beneficiorum, nec eos lucratur, quandiu est in excommunicatione maiori.*

8 *Prouentuum appellatione comprehenduntur omnes fructus non solùm naturales, & industriales, sed etiam artificiales, & sic fructus pensionis, & distributiones quotidianæ, quibus excommunicatus priuatur.*

9 *Excommunicatus etiam appellatione pendente à tali excommunicatione priuatur fructibus beneficiorum, pensione, & distributionibus quotidianis.*

10 *Excommunicatus, vel depositus, & priuatus beneficiis, fame periturus de redditibus beneficij est alendus.*

11 *Excommunicatus aquiparatur relegato.*

12 *Excommunicatus beneficiorum Ecclesiasticorum fructuentibus priuatur, etiamsi in sententia eorum priuatio facta non sit.*

13 Suspen

13 *Suspensus, & depositus à beneficiis, propter crimen de fructibus eorum ei subministrari debent alimenta, si non habeat bona, nec industriam unde vivere possit, etiamsi fame perituras non esset.*

14 *Excommunicatus iniustè licèt priuetur prouentibus Ecclesiasticis, tamen vbi erit detecta iniustitia excommunicationis, prouentus sunt illi restituendi non solum beneficiorum simplicium, sed etiam distributiones quotidianæ.*

15 *Excommunicatus iniustè à quibus detecta iniustitia fructus amissos repetere debeat, ostenditur.*

16 *Pensio imposita super Canonicatu dum Canonicus fuit iniustè excommunicatus, vel suspensus, an debeat solui per Capitulum, ostenditur.*

Cap. Pastoralis. LIII.

1 IN rescriptis per clauſ. *Appellatione remota*, remouetur non solùm frustratoria, sed quælibet, nisi expressè fuerit concessa à iure. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Præpos. Butr. Anch. Dec. Bald. Franc. Panorm. Henric. Alexand. de Neuo, Guid. Papæ & Vivian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 319. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 336. *& tom.* 4. *repet. super iure Canon. ad libr. secundum Decret.* Io. Crot. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 19. *c.* 11.

Hic sedet materia clausulæ *Appellatione remota*, de qua multa dixi, & plures DD. citaui *in tract. de clausulis vsufreq. clauſ.* 9.

2 *Respondemus quod quælibet prouocatio*, &c.] Ergo rationabiles etiam appellationes, quæ scilicet interponuntur ex iusta causa, si ea non sit specialiter iure expressa, remouentur per clausulam *Appellatione remota*, ad quod facit optima ratio, quam hic text. considerat, quia appellationes friuolæ secundùm ipsum ius commune remotæ censentur, & negotium impedire non possunt, iuxta text. *in cap. cùm appellat. hoc tit. lib.* 6. ac proinde vt clausula hæc aliquid operetur, necessarium est, quod non solùm friuolas, sed etiam rationabiles remoueat, iuxta reg. text. *in cap. si Papa, de priuil. lib.* 6. & quæ late prosequuntur Xuar. *allegat.* 28. *n.* 2. Menoch. *de præs. lib.* 4. *præs.* 173. *n.* 15. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss* 6. *à n.* 26. Quare ita docent Panorm. *hic n.* 2. *cum seqq.* & Dec. *n.* 6. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 13. nouissimè Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regular. resol.* 10. *n.* 17. Verùm communis sententia est in contrarium, resoluens clausulam *appellatione remota*, intelligi solummodo de friuola, & non de legitima, ac per consequens parum, aut nihil operari, quando non est apposita præuia causæ cognitione: provt docent gloss. *verbo, ante sententiam, in fine, in cap. vt debitus* 59. *infra hoc tit.* Menoch. *de arbitr. casu* 197. *à n.* 2. Lancel. *de attent. p.* 2. *cap.* 17. *limit.* 8. *à n.* 42. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo, clausula, n.* 5. Cardos. *in praxi iudic. eod. verbo, n.* 2. Seraphin. *de priuil. iuramenti, priuil.* 74. *n.* 46 Ioan. Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p.* 2. *c.* 2 *n.* 36 Farinac. *fragmen t. crimin. p.* 2. *verbo, iudex, n.* 962. Marches. *de commiss. p.* 1. *c.* 19. *n.* 18. Scacc. *de appellat. q.* 16 *limit.* 1. *n.* 93. *&* 94. Ioseph. Sesse *de inhibit. c.* 8. § 2. *n.* 10. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 41. *n.* 18. Cened. *pract. & Canonic. quæst. lib.* 1. *quæst.* 45. *n.* 42 *&* 43.

3 *Sed si appellans*, &c.] Notatur ad hoc quòd in alimentis, aliisque causis non admittentibus appellationem, admittenda est ad superiorem quoad effectum deuolutiuum, non verò quoad suspensiuum, ac proinde non obstante appellatione, sententia mandabitur executioni, vt per Lancel. *d. cap.* 12. *de attent. innouat. appellat. pendente, limit.* 24. *princip. n.* 7. D. Barbos. *in l.* 1. *ff. solut. matrim. p.* 1. *n.* 56. *&* 57. Scac. *eod. tract. q.* 17. *limit.* 7. *n.* 12. Lara *in l. si quis à liberis, §. si vel parens, n.* 32. *ff. de liberis agnosc.* Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 60. *n.* 5. *& tit.* 1. *q.* 120. *n.* 13. Flores de Mena *var. lib.* 2. *q.* 14. *n.* 4. Gutier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 106. Mendez à Castro *in praxi seculari Lusit. lib.* 3. *cap* 19. *n.* 2. Marc. Anton. Genuens. *in pract. Ecclesiast. q.* 319. *num.* 3.

§. Verùm.

Excommunicatus quamvis ab excommunicatione appellet, nihilominus denuntiari potest, & beneficij redditibus spoliari. Colligunt Doctores *in principio text.* citati.

4 *Quoad aliquem articulum*, &c.] Ergo à sententia excommunicationis interlocutoriæ prolata appellari potest, cùm habeat grauamen irreparabile, vt per Duen. *reg.* 52. *limit.* 2. Rebuff. *tract. de friuolis appellat. sub gloss.* 1. *in fine, versic fallit, quando grauamen.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 9. *§.* 1. *in annotat. n.* 197. quos refert parens meus *in comment. ad Ordinationem Regiam Lusitanorum, lib.* 3. *tit.* 69. *§.* 1. *n* 6.

5 *Quòd cùm executionem excommunicatio secum trahat*, &c.] Notatur ad hoc quòd excommunicationis, seu interdicti sententia per appellationem non suspenditur, quia trahit secum executionem, vt per Rebuff. *in concord. tit. de excommun. non vitan. vers.* 54. Marsil. *de ordine iudic. part.* 6. *tit. de appellat. num.* 178. Gutier. *canonic. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 90. *&* 95. Nau. *in man. cap.* 25. *n.* 124. Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. lib.* 4. *cap.* 64. *à princ.* Campan. *in diuersorio iuris Canonici, rubr.* 11. *c.* 15. *n.* 54. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 101. *limit.* 13. *n.* 66. *&* 68. latè Alex. Trentacinq. *variar. resol. lib.* 2. *sub hoc tit. resol.* 5. *à princ.* latè Sigism. Scacc. *de appellat. quæst.* 71. *limit.* 22. *n.* 1. vbi *n.* 34. limitat vt appellatio admittatur ad effectum deuolutiuum, in tantum quod superior, ad quem est appellatum, potest excommunicatum absoluere, nec tenetur illum absoluendum remittere ad iudicem à quo, potest tamen remittere si vult, *numer.* 47. limitat quoque in præcepto facto sub pœna excommunicationis, quia ab huiusmodi præcepto potest appellari iudicialiter, & extraiudicialiter, & appellatio suspendit, in tantùm quod si iudex excommunicaret, excommunicatio esset nulla, & *num.* 53. limitat etiam quando sententia excommunicationis contineret intolerabilem, & patentem errorem, & *n.* 54. item limitat in sententia excommunicationis lata post interpositam legitimam appellationem, quia tunc excommunicatio non sortitur effectum suum, & *n.* 6. pariter limitat, vt non habeat locum in sententia interdicti respicientis temporalia, item beneficium, Pontificalia, & vsum pallij, quia appellatio suspenderet effectum sententiæ interdicti quoad ista, de quo etiam ipse egerat *q.* 3. *n.* 97. *&* 98.

Et excommunicatus per denuntiationem amplius non ligetur. Vide Roman. *consil.* 481. *in* 2. *dub.* Soar. *de censur. disp.* 3. *sect.* 10. *sub n.* 16. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo excommunicatio differ.* 11. quia declaratio se refert ad sententiam Canonis, & retrotrahitur ad illam, ad notata *in cap. cum tu, & ibi* DD. *de vsuris*, Ioan. Miles *verbo declaratio, vers. declaratio retrotrahitur*, Paris. *cons.* 65. *n.* 5. *vol.* 1. Vnde

vbi declarationis virtualiter continetur in ipso declarata, quis declarans nihil noui addit, *l. hæredes palam*, §. *sed si notam*, vbi Bart. Paul.de Castrens.& alij, *ff de testam.* Paris. *d. concl.65. num.5.& 6.* Socin. iun. *cons.95. num.72. & 76. vol.3.* Menoch. *cons 753. num 26.* tum etiam quia declaratio non mutat essentiam, aut naturam dispositionis, Roland. *consil. 15. numer.27. volum.3.* Menoch. *consil.341. numer.100.& cons.360. num.5.& consil.443. num.71.* Hinc videbatur dicendum excommunicationem ipso iure latam in bullis contra pensionarium in casu non solutionis faciendæ in certo termino, eo lapso censeri incursam, non à tempore declarationis pensionarij, & sententiæ iudicis declarantis in illam incurrisse, sed iam inde à termino elapso: vt videtur insinuare Nauar. *in man. cap. 23. num. 104. ante versic. itaque*, nam licèt pœnæ excommunicationis & priuationis, de quibus in litteris pensionis, non incurrantur, nisi pensionario volente & declarante, Cassad. *decis.2.& 3.de locato*, Flamin. *de resignat.lib.2. q.3. & lib.6. quæst.2. num.139. & quæst.3. à n.22.* vel donec declaratoria data sit per iudicem, & pensionarius ea vtatur, intimando illam aduersario, vel parocho, aut ponendo cedulones, vt noluit Nicol. Garc. *de benef. part.1.c.5.n.582.* tamen facta huiusmodi declaratione per iudicem & pensionarium non censentur excommunicatio, & aliæ pœnæ incursæ à tempore declarationis, sed iam inde à termino elapso, vt *suprà* dicebam.

6 *Si sum excommunicatum denuntiare potes*, &c.] Notatur ad hoc quòd appellatio non impedit quin is, contra quem lata est sententia excommunicationis possit denuntiari excommunicatus, vt ab omnibus euitetur, vt per Duen. *reg.42.limit.8.* Lancel. *d.c.12. limit.21. in princip.* Couar. *in cap. alma mater, part.1. §.10. num.4 vers.& esse hanc opinionem*, Marant. *de ordine iudic. part.6. sub hoc tit.à num.178.* Nauar. *in cap. cùm contingat, de rescript.remed.7. versic.& ne demireris*, Mat. Alter. *de censur.disp.6. lib.1.cap 2. versic. secundò confirmatur tom. 1.* Gutier. *canonic. lib. 1. cap. 1. n.90.cum seqq.* Scacc. *d.limit.22.n.4.* Campan. *in diuersorio iuris Canon.rubr 11.c.15. n.41.cum seqq.* Cened. *ad Decretal.collect 42.num.1.* vbi *n.2.* resoluit quod à sententia, qua quis declaratur excommunicatus, aut in excommunicationem incidisse, bene potest appellari, & in hoc casu, quod appellatio impedit denuntiationem, & *n.3* refert DD. attestantes excommunicatum post appellationem denuntiari posse, quando per talem denuntiationem in plus non ligatur, vide tamen quæ dixi *ad c.13. sup. hoc tit.* Quid autem si appellatio præcesserit declaratoriam, vt prùa si citatus quis fuerit ad videndum declarari incurrisse excommunicationem iuris, & appellauerit, an index possit vltrò procedere, & declaratoriam proferre? Vide Mar. Alter. *de censur. disp. 5. lib. 3. cap. 3. vers. quarto dubitari potest*, Campan. *d. c.15.n.60. vers. quod si.*

7 *Et illi prouentus Ecclesiastici meritò subtrahuntur.*] Notatur ad hoc quòd excommunicatus priuatur fructibus beneficiorum, nec eos lucratur, quandiu est in excommunicatione, scilicet maiori etiam occulta, licèt id in sententia non exprimatur, vt per Cou. *lib.3 variar. cap.13. n.8.* Lancel. *d. cap.12. limit. 22.* Marant. *d. part 5. sub hoc tit. num.179.* Clar. *§. fin. q 37. n.7* Bellencin. *de charitatiua subsidio, quæst.33.* Vgolin. *de censur. tab.1. cap. 12.* Sayr. *eod. tract. lib. 2. cap.5. num 24 & 30.* Soar. *eod. tract. disput.13. sect 2.* Mar. Alter. *eod. tract. tom.1. lib.2. disp. 6 cap.8.* Gutier. *d. cap.1. num.90.& seqq.* Petr. de Ledesm. *in summa, p.2.* vbi *de excomm.c.6.* Fr. Emman. *in summa, tom.1.c.23. num.4.* Flamin. *de resign.lib.4. quæst.3.num.51.& lib.5. quæst.6.num.76.* latè Anton. Ricc. *de iure person.lib.4. cap. 14. à princ.* Valer Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. num. 36.* Mar. Anton. Genuens. *in practicabil. Eccles. q. 206.* vbi dicit esse connertendos in vtilitatem Ecclesiæ, Rot. apud Farin. *tom.2. cons. decis.280.* Paul. Layman. *in Theologia morali lib. 1. tract. 5. p.2. cap.2.num.9.*

Cùm autem prouentuum appellatio sit lata, & generalis, vt post alios latè docent Mandos. *in gloss. facultatem, verbo, prouentus* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. §.7. proœm.n.* 197 vtique sub tali voce comprehenduntur omnes fructus non solùm naturales, & industriales, sed etiam artificiales, & sic fructus pensionis, vnde excommunicatum illis priuari tenent Garc. *de benef p.1.c.5.n.111.& seqq. & p.7.c.13.n.114.* Rota apud Seraph. *decis. 114. n 2.* Anton. Ricciul. *d. c. 14. n. 5* Et priuari distributionibus quotidianis, eo quod veniant appellatione prouentuum Ecclesiasticorum, docent Franch. *num. 16.* Couar. *d.c.13. sub n 8. vers. duodecimo*, Mar. Alter. *d disp. 6. cap. 8. vers. ad dubitationem*, Monet. *de distribut. quotidian. p.1.c.15.num.18.* Anton. Ricciul. *d. cap. 14.n.7. & 8.* resoluit cum aliis, quos refert, pariter priuari omnibus, & quibuscunque redditibus, qui ex bonis Ecclesiæ proueniunt, vt sunt decimæ, obligationes etiam personales, mortuaria, & emolumenta sigilli. Quæ quidem procedunt etiamsi prætendat se excommunicatum per injuriam, & iniustitiam, & propterea ab excommunicatione sit interposita appellatio, nam nihilominus appellatione pendente prædictis omnibus priuatur, vt clarè probat text. *in præsenti*, vbi notant Panorm. *n.6.* & Franch. *n.4.& 17.* Soar. *d.sect.2. ante n.10.* Monet. *dict. q.15.n.19* Ricc. *d.cap.14.n.13.* 8 9

Sed contingit dubitari nunquid in subsidium fructibus beneficij perfruatur excommunicatus quando alinnde viuere nequit; & aliàs fame periturus esset? Affirmatiue concludunt Franc Marc. *decis.881. p.2.* Surd. *de alimen.tit.1.q.82.* Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsid.remed 106. illat.2. n.1* vbi intelligit etiamsi ex propria culpa in excommunicationem incidisset, & quamvis sit in extrema necessitate instar suspensi, vel etiam depositi.

In gloss. *Subtrahuntur*, fin. ibi, *si tamen non habet aliud vnde viuat, dico ei interim prouidendum*, &c Ergo excommunicatus fame periturus de redditibus beneficij est alendus, de quo vide Surd. *de alim. tit.8. priuil. 83.n 14.* Valasc. *cons.n.3.* Soar. *d.sect.2 à n.12.* Valer. Reginald. *d lib 32.n.39. vers. verum tamen*, & de clericis depositis ac beneficiis priuatis quod debeant de alimentis prouideri quando ipsis non sic prouidendo fame perituri essent, vide Surd. *d.tract.tit.7.q.15.n.26.* Farin. *fragment crimin. p.1. tit C.n.439. cum seqq.* sed verius quæ infrà dixi *n. 13.* Et de filio quod teneatur patrem excommunicatum alere, quando maxima est patris necessitas, loquitur Surd. *tit.1.q.19.n.11.* Et de patre quod teneatur filio pœna excommunicationis affecto alimenta præstare, quando inedia consumeretur, agit Azor. *instit. moral. p.2. lib.2.c.4. quæst.8.* 10

In ead gloss. ibi, *Cùm enim excommunicatum compatemur relato.* Notatur ad hoc quòd excommunicatus æquiparatur relato, vt per Menoch. *de arbitr. casu 438..n.32.* 11

In ead. gloss. ibi, *Sic & in excommunicato idem videtur.* Hanc gloss. quam hic sequnti fuerunt Doctores antiqui vsque ad Ioan. Andr. inclusiuè, in hac parte communiter esse reprobatam, ejusque rationes non esse concludentes aduertunt Soar. *d. sect. 2. num. 4.* 12

Anton.

Anton.Ricciul.*d.cap.14. num.21.in fine*, & ideo verior est opinio asserens excommunicatum beneficiorum Ecclesiasticorum prouentibus priuari, etiamsi in sententia eorum priuatio facta non sit, ita tenent in præsenti Butr. *n.*17. Franch. *n.*15. *& seq.* & Dec. *n.*20.*vers.in ea gloss.* Gutier.*d.c.*1. *n.*94. Monet.*d.c.*15. *n.*12.Nicol.Garc.*d.c.*13.*n.*92. Scaccia *de appell. q.*17. *limit.*22 *n.*9.

13 In ead. gloss.ibi, *Sed nunquid est in suspenso*, &c. Aduerte cum hac gloss.quia licèt suspensus, & depositus propter crimen priuetur fructibus, & prouentibus Ecclesiasticis, sicuti priuatur excommunicatus, nihilominus si suspensus, & depositus non habeat bona, nec industriam, vnde viuere possit, illi subministrantur alimenta de fructibus beneficij, quod quidem non est in excommunicato, nisi fame periret, de quo vide DD.citatos *ad cap.cum VVintonen.*25.*n.*5.*de elect.* præter omnes latè Anton. Ricc. *d. c.*14.*à n.*23. vbi *n.*26.cum Abb.*hic n.*16. Dec.*n.*17.& Præpos.*n.*31 aduertit suspenso propter contumaciam à qua potest resipiscere, & non resipiscit, sicuti excommunicatio eadem ratione alimenta ex redditibus Ecclesiast. dari non deberi, nisi sit in extrema necessitate, vt intelligit idem Ricciul. *vbi suprà num.*28.

14 In ead.gloss.ibi, *Sed nunquid absolutus*, &c.Notatur ad hoc quòd licet excommunicatus iniustè priuetur prouentibus Ecclesiasticis, tamen vbi erit detecta iniustitia excommunicationis, prouentus sunt illi restituendi, vt docent *in præsenti*, Bald.*n.*20.Panorm. *n.*6.Imola *n.*9.*in fine*, Dec.*n.*14.Franch.*n.*21. Præpos. *n.*27.& Alex.de Neuo, *n.*39. *vers. aduerte*, Gutier.*d. c.*1.*n.*135.Surd.*de aliment. tit.*1.*q.*82.*n.*14. Henriq. *in summa*, *lib.*13.*c.*13.§.4.*& c.*15 §.2. Sayr. *d. c.*5. *n.*25. *&* 27 Paul.Comitol.*respons.moral.lib.*6 *q.*42.*n.*5. multipliciter declarat Anton. Ricciul. *d. c.*14.*n.*32 *cum seqq.* Valer. Regin. *d. lib.*32.*n* 39. *vers. altera*, Carol. Magrin.*de horis Canon.c.*71. *n.*67. *cum seqq* Bonacin. *in simili tract.disp.*2 *q.*5. *puncto* 2.§.2.*n.*4.Marc.Anton. Genuens. *d.q.*106. *n* 2. vbi dicit quod si quis in processu causæ obtinuit pronuntiari excommunicationem fuisse iniustam, tunc fructus deperditos non per viam attentati, sed per viam querelæ recuperat, & citat Lancelot. *de attentat.appellatione pendente part.* 2. *cap.*12. *limit.*22. Nec solummodo beneficiorum simplicium fructus iustè consequitur, verùm etiam distributiones quotidianas, quamvis Diuinis interesse nequierit ob censuræ impedimentum, dum tamen resederit in loco beneficij, anteáque solitus fuerit deseruire, vt inquit Felin.alios congerens *in cap. Apostolica*, *n.*2. *de except.* Foler. *in praxi crimin.Canon.part.*3. *cap*33.*n.*11. Soar.*tom.*5. *disp.*13. *sect.*2. *num.*20.Bonacin. *d. num.*3. Rota *in Salmantina censurarum*, *prima Iunij* 1594. coram D. Corduba, Cou.*lib.*3.*variar.c.*13.*n* 8.*vers.duodecimo*, Petr.Nauar. *de restitut.tom.*1. *cap.*2. *n.*138. Henriq. *d cap.*13. §.4. *in fine*, Monet. *de distribut. quotid.part.*2. *q.*15. *n.*32.

15 Eas autem à quo ipse repetat aliqualis videtur extare controuersia, etenim Vgolin. *de censur tab.*2. *cap.*12. *in princ. num.* 4. opinatur ne ab illis clericis repetere valeat, quibus iam sunt acquisitæ, sed ab eo, qui iniustè excommunicauit, & hoc idem affirmant Sayr. *de censur lib.*2. *cap.*5. *n.*27. Soar.*tom.*5 *disp.*13. *sect.*2. *num.*25. Verùm Moneta *d. q.*15.*n.*33. annuit à clericis ipsis repetendas esse, quia illis iam erant quæsitæ reuocabiliter, quam sententiam expresè tenent Gutier. *d. cap.*1.*num.*136.Nicol.Garcia *de benefic. p.*7. *cap.*13. *num.*120. *& seqq.* Campanil. *in diuersorio iuris Canonici*, *rubr.*11. *cap.*15. *num.*70. Anton. Ricciul. *d. cap.*15.*num.*33. Bonacin. *d.* §.2. *num.* 4. Limitatur tamen proximum huius glossæ notabile ne procedat quando excommunicatus esset in mora petendi absolutionem, quia pro eo tempore, pro quo mora considerari potest, non recuperat neque fructus, Borgas.*de irregular.tit.qui sint excommun.effectus*, *n* 17. & idem post Vgolin. Gutier. & Sayr. tenet Anton. Ricciul. *d. cap.* 14. *num.*16. declarando tamen per eundem, & per Nicol. Garc.*d.cap.*13.*num.*124.hanc limitationem procedere respectu distributionum quotidianarum, non autem fructuum. Limitatur etiam ne procedat in excommunicato ex causa Ecclesiæ suæ, is enim non priuari distributionibus, neque aliis Ecclesiasticis prouentibus censent Nicol.Garc.*d.c.*13. *num.*126. Anton. Ricciul. *d.cap.*14. *num.*37.

16 Verùm autem pensio imposita super Canonicatu, dum Canonicus fuit iustè excommunicatus, vel suspensus, debeat solui per Capitulum, quæstio fuit in Cathedrali Conimbricensi me illic Pontificio & Cæsareo iuri operam nauante, satis controuersa, in qua facta fuit elegans decisio per Illustr. Dominum meum Card. Millinum de ordine Sanctissimi, quæ habetur apud Farin. *decis.* 133. *part.*2. *recent.* & post tractatum de decimis Ioannis Petri Monetæ, vbi in eam itum est sententiam vt Capitulum teneatur soluere pensionem, vbicunque portio Canonici suspensi spectet ad Capitulum per ius accrescenei; secus verò si portio spectet ad Capitulum per ius non decrescendi; & in fine eiusdem decisionis tantum fuit pensionarium, quando pensio est imposita super distributionibus quotidianis, & Canonicus fuit suspensus, duplicem habere viam, vel dirigendo actiones contra Canonicum suspensum, vel contra Capitulum, quod distributiones percepit. Et ita pensionarius habet electionem an velit agere contra titularem, vel contra eum, qui fructus beneficij percepit, quod iterum censuit ead.Rot.*decis.*176. *p.*2.*recent.*

SVMMARIVM.

1 *Appellans ad superiorem si compareat coram iudice inferiori super concernentibus ipsam appellationem, illi renuntiare videtur, etiamsi protestetur quod propter hoc non intendit renuntiare appellationi, quia tanquam contraria allegans non est audiendus, nisi notorium sit aliud illum esse iniustum, super cuius emendatione adiuit inferiorem.*

2 *Archiepiscopus est ordinarius iudex omnium Episcoporum suæ Prouinciæ.*

3 *Appellans quando post appellationem interpositam adhuc litigat coram iudice à quo, censetur per hoc appellationem deserere, & illi renuntiare, declaratur multipliciter.*

Cap. Solicitudinem. LIV.

QVando quis appellat ad Papam, & postea Episcopus illum vt contumacem excommunicat, si qui appellauit ad Papam, recurrit ad Archiepiscopum vt declarat excommunicationem post appellationem latam esse nullam, licèt protestetur se velle prosequi appellationem ad Papam, dicitur tamen appellationi tacitè renuntiare. Si verò enidenter & notorie constet mandatum Episcopi fuisse indiscretum, cui subditus non tenebatur obedire, tunc Archiepiscopus potest declarare subditum non esse excommunicatum, & cognoscere causam, quia ille iam renuntiauit appellationi factæ ad Papam. Colligunt

ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Dec. Bald. Panorm. Bald. Præpos. Franch. Guid. Pap. Alex. de Neuo, Vivian. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag. 320.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 337.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* & nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 19. c. 12.*

Auctoritate Metropolitana, &c.] Notatur ad hoc quòd Archiepiscopus est Ordinarius iudex omnium Episcoporum suæ Prouinciæ, vt per Steph. Quarant. *in sum. Bullarij, verbo, Archiepiscopi auctoritas, auctor. 16. n. 10.* latè metipsum *de officio & potest. Episcop. p. 1. tit. 4. n. 1.* secundùm Lugdun. impress.

3 *Cum ille appellationis prosequutioni renunciare*, &c.] Notatur ad hoc quòd quando is, qui appellat post interpositam appellationem litigat adhuc coram iudice à quo, censetur per hoc appellationem deserere, & illi renuntiare, vt per Franch. *in præsenti q. 6. n. 10.* Marant. *de ordine iudic. p. 6. tit. & quandoque appellatur, n. 424. casu 10.* Gabr. *lib. 2. commun. sub hoc tit. concl. 2. n. 1.* & Rebuff. *in tract. huius tit. art. 15. gl. 1. n. 7. vers. tacitè*, Caputaq. *decis. 9. n. 1 p. 1.* Cæs. Barz. *Bonon. dec. 154. n. 2.* Lancelot. *de attent. p. 2. c. 12. de attent. appell. pend. in prafat. à n. 15. & ampl. 2. princip. n. 4. & 5.* Ruginel. *in tract. huius tit. §. 9. gl. 1. n. 41. vers. insuper*, Salgado *de protect. Regia p. 1. c. 5. n. 76. pag. 164.* Sigism. Scac. *in simili tract. q. 17. limit. 2. n. 14.* vbi *n. 15.* ampliat etiamsi iudex nihil fecerit, quia sufficit quòd pars coram eo comparuerit, & *n. 16.* etiamsi compareat non coram iudice à quo, sed coram alio illius superiore, ad quem tamen non sit appellatum, & *n. 18.* etiamsi eius procurator compareat coram iudice à quo. Limita tamen multipliciter cum eodem Scac. veluti *n. 20.* vt non procedat si iudex postquam grauauit, & pars appellauit, citet appellantem ad videndum se grauari, & reaggrauari, & appellans compareat, & petat prorogari terminum: quia tunc non censetur renuntiatum appellationi, & *n. 21.* etiam quoties appellans comparet coram iudice pro reuocatione grauaminis, & ad docendum de grauamine, & *n. 26.* in appellatione interponenda, & *n. 43.* quando comparens coram iudice protestatur quòd propterea non intendit renuntiare appellationi, & *n. 53.* quando iudex à quo reiicit comparationem, & *n. 54.* quando iudex à quo dolosè induxisset appellantem ad comparendum, & faciendum actum, & *n. 58.* quando actus fieret ab aliquo appellantis amico, vel filio, & in aliis *limit. numeris seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Principale cum accessoriis per appellationem legitimè interpositam defertur ad iudicem appellationis, & sententiæ excommunicationis & interdicti post appellationem latæ non tenent.*

2 *Interdictum ad tempus, vel ad certum effectum an Episcopi suspendere possint, ostenditur*, & n. 3. q. 5. & 6.

7 *Episcopus si suspendat in casu, quo sibi licet interdictum ad tempus, & medio tempore fuerit appellatum, an appellatio suspendat interdictum, ostenditur.*

8 *Declaratur text. in præsent.*, & n. 9.

10 *Legatus Papæ non potest ad tempus suspendere interdictum.*

CAP. Dilectis. LV.

PRincipale cum accessoriis per appellationem legitimè interpositam defertur ad iudicem appellationis; & sententiæ excommunicationis, & interdicti post appellationem latæ sunt nullæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panorm. Dec. Alex. de Neuo, Præpos. Franch. Guid. Papæ, Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag. 321.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 357.* remissiue Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* & nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 2. tit. 19. c. 13.* 1

Cuius effectus ad tempus duxerat suspendendum] Ergo 2 Episcopi & alij inferiores interdictum suspendere possunt ad tempus, vel ad certum effectum, vt docere videntur *gloss. prima in fine, in cap. præsenti, de sentent. excomm in 8.* & Nauar. *in manuali, c. 27. n. 183.* testatus sic fieri quotidie Salmanticæ, cuius verba cum multis aliis, refert, & sequitur Sayr. *de censuris, lib. 5. c. 23. n. 18.* Verùm contrarium expressè tenet gloss. *in cap. ad hæc 37. sub hoc tit.* quam sequuntur alij communiter, vt per Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 11. n. 6. vers. secundo*, Auila *de censur. disp. 6. dub. 4. concl. 4. ad finem, vers. ex dictis*, qui plures afferunt rationes, primò quia Episcopi sunt inferiores lege Pontificia, ac subinde eam seruare, non autè priuilegio, aut dispensatione tollere possunt, iuxta *reg. cap. cum inferior, de maiorit. & obed.* Deinde censura suam secum trahit executionem, & ideò nec per appellationem eius effectus suspendi possit, *cap. pastoralis, §. verùm, hoc tit.* ergo à fortiori neque Episcopus inferior poterit eam suspendere, quemadmodum in excommunicatione etiam respectu proferentis, quòd non possit concedere vt quis cum excommunicato à se ipso communicet, sed necessaria sit absolutio quæ in totum excommunicationem tollat, resoluunt Doctores communiter, per vnam scilicet ex tribus formis absolutionis ab Ecclesia receptis vel simpliciter, vel ad cautelam, vel ad reincidentiam, iuxta *cap. cùm desideres, de sentent. excomm.* cum multis, quæ latè explicant Sayr. *lib. 2. de censuris, cap. 16. cum seqq.* Soar. *tom. 5. disp. 7. sect. 8. à n. 12.*

Has contrarias Doctorum sententias quidam di- 3 stinguendo sic conciliare nituntur, aut enim interdictum est latum à iure, vel ab homine: quando à iure prolatum est, ab Episcopo suspendi posse concedunt vt ex Sot. (qui hoc non dicit) *in 4. distinct. 22. quæst. 3. art. 1. concl. 3.* tradit Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. q. 111. art. 1.* & post Syluestr. Soar. *tom. 4. disp. 38. sect. 3. num. 6.* per regulam text. *in cap. nuper, vers. in secundo, de sentent. excommun.* Quando interdictum ab homine latum est, subdistinguunt, vel enim agimus de Episcopo, qui illud protulit, vel de aliis: in priori aiunt procedere primam sententiam desumptam ex hoc text. quòd scilicet Episcopus, qui interdictum protulit, illud pro certo tempore, aut causa suspendere valeat: in posterioribus verò procedere contrariam negatiuam, quòd inferiores Romano Pontifice, interdictum ab ipso Pontifice, vel ab aliis Prælatis prolatum relaxare non possunt, nec in totum, nec etiam ad tempus suspendere, vt concludunt fundamenta pro eadem parte negatiua adducta: atque ita hanc distinctionem expressè tradunt Couar. *citato loco*, & Henriq. *in summa lib. 13. cap. 51. §. 4. vers. quarto.* Soar. *d. disp. 38. sect. 3. à num. 5. iuncto num. 6. vers. & propterea.* Ratio autem proxima, & efficax huius distinctionis secundùm eos illa est, quia effectus censuræ

censuræ ex intentione, & mente pendens proferentis, *cap.veniens 2.de testibus*, & eatenus ligant quatenus intendat qui ligat, ex reg.*d.non omnes*, *ff.si certum petatur*, *cap.cum super*, *de offic.delegati*, cum similibus. Ad fundamentum verò ex reg.text.*in d.cap.pastoralis*, §.*verum*, respondet Soar.sensum illius text.esse quòd censuræ suam secum trahant executionem absque alio hominis ministerio, sed in hac ipsa actuali executione pendere interdictum, & eius effectus ex voluntate, & interdictione præferentis: ex qua ratione idem Couar. Henriq.Sayr.& Soar. concludunt hoc ipsum in interdicto personali esse resoluendum, & quamvis latum sit ob personæ contumaciam, quæ adhuc durat, considerant tamen occurrere posse rationabiles causas,propter quas iustum sit interdictum suspendere ad tempus certum, licèt non sufficiant ad illud omnino tollendum.

4 Ego tamen propter tantorum virorum auctoritatem prædictam distinctionem libenter amplector, quamvis in rigore iuris defendi posse existimo indistinctè nullum interdictum locale, vel etiam personale à iure, vel ab homine prolatum posse ab inferioribus Rom. Pontifice, etiam si illud protulerint ad tempus suspendi, vt constanter defendit Auila *d. concl.* 4. & constat ex solutione argumentorum, quibus mouentur Auctores prædictæ distinctionis, nam ad illud, quo probant suspendi posse ab Episcopo interdictum latum à iure, quia potest absoluere ab omni censura iuris nemini reseruata, respondetur cum Abb.& Auila negando consequentiam, ex eo enim quòd in totum absoluere possit, & censuram absolutione relaxare, minimè sequitur posse eandem ad tempus suspendere. Patet differentiæ ratio, quia absoluendo in totum agit secundùm naturam actus, & iuris dispositionem; quando verò suspendit effectum censuræ, quæ adhuc manet, contra naturam ipsius censuræ agit, medium enim ordinatum à iure ad tollendas censuras est absolutio, proferuntur enim censuræ,vt non perpetuo durent, sed vt cessante contumacia cessent:& ideo quando lex,quæ censuram imponit, nemini reseruat absolutionem, Episcopis vt ordinariis ministris absoluendi potestatem videtur relinquere. At verò suspendere effectum censuræ, quæ manet, est species dispensationis, vt scilicet contra iuris prohibitionem exerceantur actus ipsa censura prohibiti, quæ dispensandi facultas per contrarium non conceditur Episcopis, nisi in casibus speciatim iure expressis, *cap.dilectis*, *sup. hoc tit.* nullibi autem expressum reperitur quòd Episcopi interdictum, vel aliam censuram, dum manet, eiusve effectus possit suspendere, imò in excommunicatione contrarium decidit text.*in cap.cum desideres*, *de sententia excommun.* & licèt in ea contrarium voluerit Nauar. meritò tamen in hoc reprehenditur à reliquis omnibus, vt vltra Couar. & Auila *locis citatis*, eleganti discursu comprobat Soar.*tom.*5. *disp.*4. *sect.*4.*à n.*6. Nec satisfacit idem Soar. dum *d. disp.*38. *sect.*2. *n.*9. ait speciale esse in excommunicatione, iuxta *d. cap.cum desideres*, nullam enim specialitatis rationem assignat, neque assignari potest, & verba illius text. satis ostendunt ex natura cuiuscunque censuræ intrinseca id prouenire, vt patet ibi, & constet eum excommunicatum fuisse, & verum sit absolutum non esse, nec Episcopus nec alij debent communicare eidem, quæ sanè ratio similiter interdicto potest applicari, licèt forsan admitti possit differentia inter excommunicationem, & interdictum quoad modum absolutionis, quia in illa requiritur absolutio in forma Ecclesiæ, in hoc non ita: semper tamen in toto rigore verum est dicere quòd si constat aliquem excommunicatum, vel interdictum esse, & absolutum non fuisse, non potest per Episcopum, vel alios inferiores Romano Pontifice ei concedi, vt faciat actus censuræ prohibitos.

Ad aliud verò, quo probare nitebantur Episcopum posse interdictum à se ipso prolatum suspendere ad tempus, quia pendet sicut reliquæ censuræ ab intentione proferentis, respondetur quòd licèt tempore, quo proferuntur, pendeant in ipso actu prolationis, & vt sunt in fieri, ex intentione eius, qui profert, & hactenus ligent quatenus intendit, tam quoad personas in quas proferuntur, quam quoad actus prohibitos, quia non negamus posse ferri interdictum quoad certos actus, veluti Ecclesiæ ingressum, iuxta *cap.is*, *cui sent.excommun.lib.*6. vt bene notat Couar.*in cap. alma mater*, *p.*2. §.1. *n.*3.*vers.hinc apparet*, Vgolin.*tab.*5.*c.*16 *in principio*, postquam tamen prolatæ sunt.suam secum trahunt executionem, omnesque suos effectus non hominis, sed ipsius legis ministerio statim operantur, & ideo iam dici non potest quòd in actuali executione pendent ex voluntate proferentis, neque effectus ipse consistens in prohibitione diuinorum, vel actuum prohibitorum separabilis est ab ipsa sententia, vt dum manet censuræ substantia, ab ea effectus separentur.Neque quoad hoc, quod trahere secum executionem, aliqua considerari potest differentiæ ratio inter excommunicationem, & interdictum, imo in hoc expresè vtrumque æquiparat text.*in cap.ad hæc*, *hoc tit.* & *in d.cap pastoralis*, §.*verum*. 5

Sed ad text.*in præsenti*, *vers.quia verò*,quo præcipuè 6
prædictæ distinctionis Auctores mouentur, respondet Auila *d. concl.*4. (licet inaduertenter alleget *cap. ad hæc* 17.*sup.hoc tit.*) procedere ex consuetudine,quæ tribuit hanc facultatem Episcopis ex tacito Papæ consensu: sed minimè text.consuetudine nititur, nec eam approbat. Quare melius respondet Dec.*in d.cap. ad hæc*, *n.*8.text.hunc non continere quoad hoc decisionem Pontificis, sed partis allegationem, quod enim decidit, est de nullitate interdicti prolati post appellationem, quod factum negabat Decanus contendens ante appellationem illud promulgasse, sed postea ad tempus suspendisse, quam allegationem reiicit Pontifex, miniméque decidit interdictum suspendi potuisse, quia tamen Abb.*in d.cap.ad hæc*,contrariam sententiam magis approbans secundùm rigorem concludit hunc text. adeò vrgere, vt non audeat eam defendere, ad euitandas disputantium controuersias suprà positam distinctionem teneri posse existimo.

Vtrum verò (dummodo communis magis arrideat) si Episcopus suspendat in casu, quo sibi licèt, interdictum ad tempus, & medio tempore fuerit appellatum, suspendat appellatio interdictum? in qua quæstione partem affirmatiuam tenent Ioan.Andr.& Abb. *in d. cap. ad hæc*, & ex professo latè tuetur octo fundamentis respondens contrariis Ioan.de Lignano *per tot.tract.de Eccles.interdicto*, quos refert & sequitur Auila *d dub.*4.*concl.*7.& communem sententiam testatur Sayr.*d.c.*13.*n.*30. qui mouentur ex pluribus, & præcipue ex auctoritate huius text.*in vers.quia verò*, vbi Pontifex reiicit allegationem Decani dicentis suum interdictum valuisse, quia fuerat prolatum pendente appellatione, interposita tempore quo suspensum erat interdictum. Verùm hæc resolutio mirime defendi potest,si aduertas, quòd quando interdictum suspenditur, suspenduntur tantum eius effectus quoad hunc, vel illum casum, sed adhuc manet quoad sui substantiam, donec per absolutionem relaxetur, & ita contra communem tenet Dec.*in d. c.ad hæc*. 7

hæc num. 8. licèt tanquam nouum, & à nemine animaduersum sibi arroget Sayr. *d. c.* 13. *n.* 30. qui plura fundamenta ad suam comprobandam intentionem adducent.

8 Ad text. *in præsenti*, varij afferuntur intellectus, tres refert & improbat Lignan. *d. tract. à n.* 8. alium refert & improbat Panorm. *hîc à n.* 20. *& 22. in fine*, eorum scilicet, qui dicebant loqui textum de cessatione à diuinis. Sed vt perfectè explicem quid circa literam huius text. censeam, aduertendum est Pontificem vnum explicitè decidere secundùm veritatem, quæ constabat ex actis; alterum verò facta suppositione, si verum esset, quod Decanus in suam excusationem allegabat, decidit explicitè interdicti sententiam à Decano prolatam non valuisse, quia constabat ante ipsius interdicti prolationem Episcopum appellasse patet ex principio ibi, *ad eius audientiam appellauit*, iunctis verbis sequentibus ibi, *post modicum tempus interdictum huiusmodi promulgauit*, & deinde *in vers. quia vero*, ibi, *ad Metropolitanam sedem appellans Decanus non potuit post hæc ferre sententiam interdicti.* Deinde *in vers. non obstante*, loquitur facta suppositione, quòd quamvis verum esset, quod Decanus allegabat, quòd scilicet ante appellationem protulerat interdictum, cuius effectum ad tempus duxerat suspendendum, non potuit interim, idest, medio illo tempore, procedere ad sententiam exequendam: quibus quidem verbis negari non potest insinuare Pontificem appellationem interpositam durante suspensione illa interdicti facta ad tempus suspendere effectus, & executionem interdicti, quod est contra resolutionem de qua *suprà*. Sed respondetur terminos huius quæstionis longe diuersos esse à casu illius suppositionis, nam hæc quæstio procedit in sententia interdicti, quòd à principio pure latum est, & ex post facto manente interdicto quoad sui substantiam suspenditur eius effectus ad aliquod tempus, hoc enim per sequentem appellationem non suspendi, quia in substantia eam antecedit, ex pluribus rationibus necessariò concluditur. Longe aliter in hoc text. processum fuit, quia non ex postfacto suspensum fuit interdictum pure à principio prolatum, sed statim ab ipso principio prolationis in diem, aut sub conditione suspensum fuit altero ex duobus modis, vel quia, vt constat ex facto, quòd narrat Pontifex *in vers. verum*, sic fuit promulgatum, vt Episcopo in ciuitate præsente à diuinis in Ecclesia Altisiodorensi cessaretur, qui ablatiuus absolutus, præsente Episcopo in conditionem resoluitur, iuxta reg. text. *in l. à testatore, ff. de condit. & demonstr.* vel quia prolatum fuit sub illa forma, vt nisi presbyterum, quem in vinculis detinebat, intra decem dies, vel similem terminum restitueret, cessaretur à diuinis, quod colligitur ex principio text. ibi, *Episcopum monuisse, vt ei restitueret, vel redderet Presbyterum*, & ex *vers. postmodum*, ibi, *Decan. allegans quòd appellationi ab Episcopo interpositæ ideo non duxerat deferendum, quia Presbyter supradictus adhuc in vinculis tenebatur.* Quare absque alia violentia dici potest à principio suspensum fuisse interdictum, & consequenter reduci ad terminos sententiæ conditionalis, sentitque hunc intellectum glos. *verbo, suspendendum, vers. sed quid hic dicit in hoc text.* & quamvis Lignan. contra primum intellectum recte arguat, quod supponit Episcopum Altisiodorensem absentem fuisse, quo tempore interdictum sub ea forma proferebatur, nam si præsens erat, & statim fuit purum, & non conditione suspensum, quo tamen aliquo modo diuinare est, seu supplere literam text. contra secundum tamen nihil mouet, quod vrgeat, nam verba illa, quæ expendit, priusquam appellasset, tulerat sententiam, cuius effectum duxerat suspendendum, non probant, quod ex illis deducit, scilicet sententiam interdicti fuisse à principio pure prolatam ante appellationem, & ex interuallo suspensam, suspensionéque durante appellationem interpositam, imo in sententia à principio conditionali secundùm omnem rigorem verificantur, quando enim sententia in idem, vel sub conditione ante appellationem profertur, verum est in ea vtrumque illud reperiri, quòd ante appellationem lata sit, & quod sit ad tempus suspensa.

Quæ omnia breuiùs colligendo tres casus ex dictis distingui possunt. Primus est, quando interdictum à principio sub conditione, vel in diem profertur, in quo certum est appellatione medio tempore interposita suspendi, iuxta *cap. præterea* 40. *supra hoc tit.* & consonat casus *l. Titius* 48. *vers. procedit*, & eius ratio, ibi, *verum est*, &c. *ff. de excusat. tutorum.* Secundus est, quando à principio purè profertur, & deinde per absolutionem cum reincidentia relaxatur, iuxta *cap. eos, de sententia excommunicat. in* 6. & etiam certum est suspendi appellatione medio tempore interposita, & consonat *d. l. Titius, vers. sed si*, & eius ratio, ibi, *desiit esse tutor.* Tertius casus est, quando à principio pure profertur, & deinde manente eius substantia effectus ad tempus suspenduntur, & tunc, provt *suprà dixi*, suspensione illa durante appellatio interposita non suspendit illam, & consonat *ad l. Titius, in princ.* iuncta ratione ibi, *magis est, vt hæc vna tutela*, &c. 9

Vnde ex dictis valde dubitabilis redditur communis resolutio Doctorum qui docent Legatum Romani Pont. ad tempus posse suspendere interdictum, vt argumento text. *in cap. dilectus il. 2. aliàs 29. sup. de rescript.* notant Sylues. *in summ. verbo, interdictum* 3. *num.* 10. Henriq. *in summ. lib.* 15. *cap.* 48. §. 3. *vers. tertio*, & alij, de quibus Sayr. *de censur. lib.* 5. *c.* 13. *num.* 26. In primis enim text. *in præsenti*, nihil facit ad propositum; deinde aperte repugnant generales resolutiones, de quibus *suprà*; dixi enim inferiores Romano Pontif. id efficere non posse contra ipsius interdicti naturam, & iuris prohibitionem, vt dum manet, & per absolutionem non relaxatur, suos effectus non operetur; atqui Legatus Pontificis est inferior; ergo necessariò sequitur quòd si specialiter hoc à Pontif. ei concessum non sit, efficere non poterit. Et confirmatur ex generali resolutione, quæ docet Legatos siue natos, siue missos, siue etiam de Latere nihil posse contra ius commune, nisi quatenus iure specialiter eis conceditur, vel ab ipso Romano Pontif. vt notant omnes *in cap. quod translationem, de officio legati*, & ex Bald. & Calder. receptum testatur Cardin. Tusch. *tom.* 5. *lit. L. concl.* 162. *num.* 3. *&* 23. Læl. Zech. *de Republ. Ecclesiast. tit de statu Illustrissimi Legati, n.* 4. *vers. non potest tamen*, & faciant multa quæ Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *cap.* 2. *à n.* 42. *& à num.* 80. & magis ad propositum, quæ de potestate absoluendi à censuris reseruatis probat Vgolin. *tabul.* 1. *cap.* 10. §. 3. *num.* 4. Sayr. *de censuris, lib.* 2. *c.* 19. *num.* 10. 10

Deinde fit consequens non recte Abb. *in d. cap. ad hæc, n.* 4. docuisse aliud esse suspendere interdictum ad tempus, & aliud concedere alicui priuilegium, vt tempore interdicti Diuina celebrentur, itavt primũ, suspendere scilicet interdictum, licitum esse possit Episcopo, qui protulit; secundum verò, vt celebretur tempore interdicti ex Episcopi priuilegio, minime. Conuincitur enim hæc resolutio ex supradictis, tum, quia suspensio interdicti nihil aliud est quàm dispensatio quædam vt manente interdicto eius effectus 11

suspensi

suspensi sint, & contra iuris prohibitionem pro illo tempore Diuina celebrentur in loco interdicto, vel à personis interdictis, iuxta *cap. petisti 20 in fine, de priuil.* & notauit Vincent. quem refert, & sequitur gloss. *verbo, semel in anno, in c. vt priuilegia, eod. tit. de priuileg.* & Abb. *ibi, n. 3. ad fin.* bene Anil. *de censur. disp. 6 dub. 4. concl. 4.* Deinde, quia ostendi esse contra iuris prohibitionem quòd manente interdicto eius effectus suspensi sint, & non operetur executionem, quam secum trahit ex legis ministerio, & ideo etiam hoc Episcopo, qui protulit, licitum non esse: quare melius gloss. resoluit *d. verbo, semel in anno*, quam sequitur idem Abb. *in d. cap. vt priuilegia*; & confirmatur ex communi loquendi vsu, secundùm quem Doctores passim & promiscuè his duobus terminis, velut synonimis vtuntur, quòd scilicet Religiosi habeant priuilegium Romani Pontif. vt celebrare possint tempore interdicti in suis festiuitatibus, vt de Prædicatoribus, & fratribus Minoribus resoluit *glos. vltim. in cap. Alma mater, de sentent. excommun. in 6* secundùm vulgarem literam, quæ habet, *erant*, licèt alij scribant, *errant*, vt videbis apud Sayr. *lib. 5. c. 13. num. 22.* & malè, non enim consonat sequentibus, vel quòd suspendant interdictum in dictis festiuitatibus, vt Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. q. 112. per totam.*

12 In gloss. *Quam denuntiationi*, fin. Notatur ad hoc quòd pendente appellatione pro sententia non præsumitur, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 67. n. 36.* & alios citatos *ad c. cùm inter 13. n. 5. de sent. & re iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Papa postquam aliquam causam ad se aduocat, non valet processus postea per minorem iudicem factus, sicut non valeret, si fuisset ab eo legitimè appellatum.*

2 *Princeps supremus causam motam coram inferiore ad se aduocare potest.*

3 *Princeps si aliquod negotium ad se aduocauerit, & suæ cognitioni reseruauerit, non admittetur prorogatio in alium quemcunque iudicem sine consensu Principis reseruantis.*

4 *Causa semel ad Curiam delata nunquam exit Curiam, nisi à Principe rursus ad iudicem ordinarium remittatur.*

5 *Papa si manum apposuit in aliqua commissione signanda, per talem signaturam voluit totum negotium ad se aduocare, & inferiorum manus ligare.*

6 *Princeps vbi primum ad se aduocauit causam & illam delegauit censetur supra illam sustulisse omnem iurisdictionem cuicunque ordinario inferiori.*

7 *Beneficium an, & quando remoueat affectum per resignationem factam in Curia, in qua Papa semel manum apposuit, ostenditur.*

CAP. Vt nostrum. LVI.

1 PApa quando reuocat ad se aliquam causam, processus facti deinde per minorem iudicem non valent, ac si ab eo fuisset legitimè appellatum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Henric. Anch. Butr. Bald. Panorm. Dec. Franch. Præpos. Alex. de Neuo, Vinian. *in variation. secundi libri iuris Pontif. pag. 321.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 337.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* nouissimè de Valboa *vbi sup.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. sub tit. Eccles. beneficia sine diminutione conferantur, c. 1.*

Ad nostrum iudicium reuocauimus, &c.] Notatur ad 2 hoc quòd Princeps supremus causam motam coram inferiore ad se aduocare potest, vt per Anton. de Petra *in tract. de potestate Principis, c. 6. n. 69.* Bern. Græuæ. *ad pract. Cam. Imper. lib. 1. concl. 43.* D. Barbos. *in l. si quis postea quam, n. 17. ff. de iudic.*

Ne quomodlibet eo vti præsumeret.] Notatur ad hoc 3 quòd si Princeps aliquod negotium ad se aduocauerit, & suæ cognitioni reseruauerit, non admittetur prorogatio in alium quemcunque iudicem sine consensu Principis reseruantis, vt per D. Barbos. *in l. ff. de iudic. art. 4. n. 42.* Causa enim semel ad Curiam 4 delata, nunquam exit Curiam, nisi à Principe rursus ad iudicem ordinarium remittatur, vt per Hippol. *sing. 301.* Con. *pract. c. 9 n. 5. in princ.* Menoch. *cons. 340. n. 49.* Sic etiam si Papa manum apposuit in aliqua 5 commissione signanda, per talem signaturam voluit totum negotium ad se aduocare, & inferiorum manus ligare, vt per Gonzal. *ad reg. 9. Cancel. gloss. 52. n. 31.* Camil. Borrel. *in sum. omnium decis. tit. 4. n. 11.* Sic etiam si prima collatio per Pontif. facta ob aliquod impedimentum fuit irrita, censetur renalidatio, seu noua collatio reseruari eidem Pontif. etiam nulliter manus apponenti, Falcon. *de reseruat. præl. 3. n. 4. q. 4. effectu 1* Simon. *eod. tract. q. 28. n. 1.* Henriq. *in summa lib. 13. de excomm. c. 14. §. 2. lit. O.* & in resignatione, Flamin. *de resign. benef. lib. 2. q. 20. n. 6.*

Notatur etiam ad hoc quòd vbi primùm Princeps 6 aduocauit ad se causam, & illam delegauit, censetur super illa sustulisse omnem iurisdictionem cuicunque ordinario inferiori; vt per Marant. *disp. 6. n. 21.* Rebuff. *tom. 3. ad leges Galliæ, tract. de aduocationibus, num. 110.*

Ex quibus videbatur inferri beneficium remanere 7 affectum per resignationem factam in Curia, in qua Papa semel manum apposuit prouidendo resignatario si resignatio vel sit inualida, vel effectuationem non fuerit sequuta, cuius tamen contrarium meritò censuit Rot. *in una Leodiens. Canonicatus sancti Dionisij 25. Maij 1626.* coram R. P. D. meo Pirouano, ex eo quia quando resignatio emanauit ad fauorem certæ personæ, & non sustinetur, & interim resignans moritur, tunc secundùm voluntatem Papæ limitatè manum apponentis ad vacationem, per resignationem censetur beneficium vacare per obitum, secundùm Achil. *dec. 14. de restit. spoliat. & decis. 419. p. diuers.* Flamin. Paris. *de resign. benef. lib. 11. q. 2. n. 4.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 52. n. 49.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 5. c. 1. n. 155. & seqq.* & fuit resolutum *in Vallisoletana Decanatus 21. Decembris 1600.* coram bon. memor. Cardin. Merlino, & *in Leodiens. Canonicatus 28. Iunij 1621.* coram bonæ memor. Remboldo. Non obstat quod contrariam opinionem veriorem esse, etiam quando promissio emanauit ad fauorem certæ personæ, & remanet ex aliqua causa inualida resignatio, attestentur Dec. Roman. Simon. Anch. & alij quam plures allegari ab eadem Rot. *decis. 570. n. 4. p. 1. recent.* vbi magis recepta hæc contraria opinio asseritur per *extrauag. ad Roman. §. Romani quoque, de præbend. inter commun.* vbi quòd appositio manus Papæ est tantæ efficaciæ, vt etiamsi literæ Apostolicæ super prouisionibus beneficiorum ex aliqua causa non sortiantur effectum, adhuc tamen non possint alij de talibus beneficiis prouideri; quia respondetur non esse quæstionem supposita appositione manus Papæ quin ligentur manus Ordinariorum, sed an Papa per indifferentem appositionem manus censeatur noluisse beneficium afficere in quacunque vacatione,

tione, taliter quòd Ordinarius non possit se amplius intromittere, quòd absolutè firmari non potest, nam videmus quòd prouisio Papæ ex falsa causa non parit affectionem, similiter neque in vacatione principali narrata, putà permutationis, quæ non adsit si quando diuersa vacatio contingat, vel quando Papa vniuit beneficium alicui Ecclesiæ, quæ vnio postmodum nulla propter aliquem defectum reperitur, & in aliis casibus relatis à Gonzal. *supr. reg. 8. Cancel. gloss. 52. n. 58.* Vnde necessarium est ad voluntatem Papæ recurrere pro discernenda affectione secundùm contingentiam casuum, provt aduertunt Lap. *in cap. si tibi absenti*, & *ibi* Gemin. *n.* 18. & Franc. *n.* 15. *de præsend. in* 6. Anch. *cons.* 68. *in princ.* Roman. *cons.* 335. *n.* 14. In præsenti autem casu visum fuit deficere hanc Papæ voluntatem, nam in istis resignationibus ad fauorem intentio resignantis non est resignare, nisi quatenus acquiratur resignatario, nec intentio Papæ est admittere nisi iuxta intentionem resignantis, atque ita quatenus acquiratur resignatario, vnde data resignatione inualida ex quacunque causa, vacatio non contingit, quia nunquam ius à resignante abdicatur, dum non acquiritur personæ nominatæ, & ea cessante cessat & voluntas Papæ apponendi manum ad prouisionem ex vacatione per resignationem postquam mouetur in quantum desiderat resignans, & hæc est ratio quam ponderauit Rot. *in decis.* 14. *de restit. spoliat. penes Achil. & dec.* 419. *p.* 1. *diuers.* & priùs dictum fuerat per Abb. *in cap. inter dilectos, n.* 10. *de excess. Prælat.* & per alios *suprà* allegatos vim non facientes, siue Papa prouideat conditionaliter, siue purè, sed in præsumpta voluntate Papæ, quæ totum facit in distinguenda affectione.

8 Quibus non obstant auctoritates in contrarium adductæ, & primò Extrauag. *ad Romanæ. Rom.* quia loquitur quando Papa beneficium reseruat, & inhibet ordinatio ne conferat, tunc nisi consummata prouisione Papæ semper secundùm magistralem distinctionem, Abb. *in d. cap. inter dilectos, n.* 10. beneficium remanet affectum, quia quando mandauit conferri siue de vacaturo, siue de vacanti, inde constat de mente vt Ordinarius non possit se intromittere dum preuenit vacationem, & ordinarium in ipsa vacatione tanquam ordinarius ordinariorum, *c.* 2. *de præbend. in* 6. *cap. si Papa, de priuil. eod. lib.* Roman. *cons.* 335 *n.* 6. Cæteræ autem auctoritates quæ allegantur, *in d. decis.* 570. *p.* 1. *recent.* si benè attendantur, nam loquuntur de resignatione ad fauorem certæ personæ, quæ ob non secutum effectum remaneat inualida, dempto Flamin. Paris. *de resign. lib.* 12 qui loquitur in terminis *reg. de infirmis*, in quem casum resignatio habet statum validitatis, quamvis per supernenientiam mortis resignantis intra 20. dies non mirum si tanquam beneficium reseruatum, per *reg. de infirmis*, & prouisione iam consumpta remaneat affectum; *decis.* vero 570. *p.* 1. *recent.* loquitur in coadiutoria cum gratia præuentiua futuræ successionis, quæ arguebatur de subreptione ex falsa narratiua, & dum eadem decisio terum poneretur sub die 19. Nouembris eiusdem anni 1614. dictum fuit vt corrigeretur, & videretur an gratia esset iustificata; neque est curandum de opinione Nic. Garc. *de benef. p.* 11. *c.* 3. *n.* 35. tanquam contra opiniones iam in hoc Tribunali receptas.

SVMMARIVM.

1 *Terminum appellationis prosequendæ statutum ab homine si altera pars præuenit, hoc tacito literas impetrando literæ non valent, sed terminum iuris etiam appellatus præuenire potest, dummodo nimium non præcurrat, & vbi ex dilatione imminet periculum etiam neutra parte prosequente, potest iudex ad quem supplere partes compellendo ad prosequutionem.*

2 *Appellans à sententia lata extra Romanam Curiam ei non assignato termino à iudice, nec à semetipso appellante, habet annum ad committendam seu prosequendam appellationem in Curia, & ex causa biennium.*

3 *Appellatus non potest præueniendo appellantem intra terminum præfixum impetrare iudicem seu commissionem causæ, nisi in ipsa commissione faciat mentionem de termino; quid si terminus non fuerit præfixus?* n. 4.

5 *Appellatus quando dicatur nimium præcurrisse & festinasse in impetranda commissione causæ arbitria iudicis relinquitur.*

6 *Dispositio huius text. de præueniendo partem appellantem in impetratione rescripti non habet locum in Curia.*

7 *Legatus in Portugalia derogat tempori huius textus.*

8 *Verbum*, debet, *importat necessitatem.*

9 *Rescriptum vt valeat debet fieri specifica mentio de appellatione.*

CAP. Oblatæ. LVII.

QVando partium vna appellat, si altera præuenit terminum prosequendi, & impetrat literas commissionis à Papa ad alios iudices, hoc tacitè, si terminus fuit datus à iudice, vel appellante, & secundæ literæ non faciunt mentionem de primis, non est standum illis: si verò terminus fuit datus à lege, id est, per annum, vel iudicio iudicis per duos annos, est standum secundis, nisi nimium procurauerit, vt supplantet appellantem in commissione impetranda, & vbi ex dilatione imminet periculum etiam neutra parte prosequente, potest iudex ad quem supplere partes compellendo ad prosequutionem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panor. Dec. Franch. Guid. Papæ, Præpos. Alex. de Neuo, Viu. *in ration. 2. libri iuris Pontif. pag.* 322. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 337. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 4. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *c.* 1.

Probat hic text. quòd appellans à sententia lata 2
extra Romanam Curiam ei non assignato termino à iudice, nec à semetipso appellante, habet annum ad committendam, seu prosequendam appellationem in Curia, & ex causa biennium, vt per March. *san. de commiss. p.* 1 *c.* 26. *de commiss. appellat. vigore cap. oblatæ, n.* 2. *fol.* 284. *in* 2. *impress.* Sigism. Scacc. *de appellat. q.* 14 *n.* 49.

Quando certus terminus, &c.] Notatur ad hoc quòd 5
si à iudice, vel à semetipso appellante fuerit præfixus terminus (nam potest de iure appellans sibimet præfigere terminum breuiorem) tunc appellans non potest præueniendo appellantem impetrare iudicem, seu commissionem causæ, nisi in ipsa commissione faciat mentionem de termino, quia non facta ista mentione, commissio, seu rescriptum esset subreptium, & ideo non valeret, vt per Sigismund. Scacc. *in tract. huius tit. q.* 14. *num* 52. vbi etiam cum Franch. *in præsenti sub num.* 12. declarat hoc procedere quando impetratur iudex extra Curiam, secus si impetratus in Curia, quia tunc potest imperrari nulla etiam facta mentione de termino, & *num.* 54. cum eod. Franch.

hic

hîc *n.*20 *in fine*, notat quod terminum statutum à iudice, vel ab appellante neutra pars potest prævenire. Illud autem aduertere oportet, commissionem scilicet impetratam ab appellato præuento appellante non esse nullam ipso iure, sed venire annullandam ope exceptionis, & ideo si pars opposuerit, processum esse nullum, quia illa commissio stante oppositione non tribuit iurisdictionem, secus si pars non opposuerit, quia tunc quamvis sit subreptitia, tribuit iurisdictionem, & ideo processus valeret, ita Put. *decis.* 241. *lib.* 2. Marches. *d. c.* 26. *de commiss. appell. vigore cap. oblatæ*, *n.* 3. & 4 *in* 2. *impress.* Sigism. Scac. *d. q.* 14. *n.* 53.

4 *Si verò non sit aliquis terminus*, &c.] Notatur ad hoc quòd si appellanti, nec iudex, nec appellans met præfixerit sibi terminum, & ideo remaneat terminus legalis, appellatus potest præueniendo appellantem impetrare iudicem, & commissionem causæ, nec cogitur aliquam expressionem termini legalis facere in commissione, dummodo nimium non festinet, vt appellantem in commissione supplantet, & iudicem sibi amicum impetret, vt per Marches. *d. c.* 26. *sub*

5 *n.* 2. *fol.* 294. Sigism. Scacc. *d. q.* 14 *n.* 56. Quando autem dicatur appellatum nimium præcurrisse, & festinasse in impetranda commissione causæ, arbitrio iudicis relinquitur, qui considerare debebit qualitatem personæ, & causæ, ac distantiam loci, vt per Anch. *hic not.* 5. *n.* 5. Abb. *sub n.* 10. Alex. *cons.* 19 *sub n.* 5. *lib.* 1. Scacc. *d. q.* 14. *n.* 57. vbi *in vers. tertia*, intelligit si appellatus vult impetrare iudicem ante vltimum mensem anni, quia tunc relinquitur arbitrio iudicis an, & quando dicatur nimium præcurrere; si verò appellatus impetret iudicem in vltimo mense anni, non dicetur nimium præuenisse, & tunc cessat penitus arbitrium, quo forsan casu intelligendus est. Dec. *in præsenti n.* 20. *vers. in glossa.*

6 Dispositio igitur huius text. de non præueniendo partem appellantem in impetratione rescripti, non habet locum in Curia, vbi statim datis Apostolis pars appellata potest impetrare commissionem super appellatione, vt testatur Stephan. Grat. *discept. forens.*

7 *c.* 1. *n.* 10. *cum seqq.* Seraphin. *decis.* 455. Et Legatus in Portugalia derogat etiam tempori huius cap. & assignat breuius tempus ad prosecutionem appellationis ad imitationem Romanæ Curiæ, ne lites sint in suspenso, & finis brenior imponatur, provt testatur Valasc. *cons.* 62. *n.* 8. & 9. Id ipsum per Papam Bonon, Legatis indultum extitisse asserit Marches. *de commiss. p.* 2. §. *vnic. n.* 34. *pag.* 401. & *n.* 35. tenet in commissionibus causarum extra Curiam non derogari huic cap. nisi vtraque pars appellauerit, quia tunc derogari poterit, ne continentia causæ diuidatur.

8 *Et debet.*] Verbum *debet* importat necessitatem, vt per Cam. Pereira *de nomin. emphyt. q.* 1. *n.* 2. & plures, quos refero *in meis remiss. de dict. & claus. dict.* 82. *n.* 1. aliàs *in tract. de dictionib. vsufreq. dict.* 77. *n.* 1. *cum seqq.*

9 In glos. *Prioribus*, fin. Notatur ad hoc quòd vt valeat rescriptum, oportet fieri specificam mentionem de appellatione, & sic de statu causæ, vt per Palat. *in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum, notab.* 4. *n.* 16. *vers. cogitatam.*

Cap. Per tuas. LVIII.

1 IVdex appellationis si fuit appellatum post litem contestatam, & nunc altera pars est contumaciter absens, potest litem terminare sententiando provt de iure, cùm liquet de meritis causæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Præpos. Dec. Franch. Alex. de Neuo, Mantua, Viu. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 323. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 323. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & nonissimè de Valboa *vbi supra* refertur ab Anton. Augusti. *collect.* 4. *Decret. lib.* 2. *tit.* 12. *cap.* 2.

Se per contumaciam absentante, &c.] Ergo à contrario sensu si præsens fuerit, necessaria erit contestatio litis in iudicio appellationis, ita vt non sufficiat primi iudicij contestatio, Bart. *in l. vlt.* §. *illud*, *C. de appell. tempor.* optimè Couar. *in cap. Raynaldus*, §. 2. *n.* 1. *de testam.* verum altero litigantium absente, & præmissa in primo litis examine contestatione in iudicio appellationis eam necessariam non esse, per hunc text. tenent Couar. *loc. prox. cit.* de quo an verum sit, vide Mynsing. *cent.* 1. *obseru.* 1. Franc. Mar. *Delphin. decis.* 1182. *n.* 23. *p.* 1. & *decis.* 606. *p.* 2. Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 22. Brederod. *in tract. huius tit. p.* 2. *tit.* 30. *de litis contest.* Camil. Borrel. *in sum. omnium decis. tit.* 50. *de litis contest. n.* 29.

SVMMARIVM.

1 *Appellans ante sententiam tenetur exprimere causam rationabilem coram ipso iudice à quo, nec admittitur exceptio quòd prius miserat nuntium ad Sedem Apost. vel quod literas impetrauerat, quæ nondum sunt iudici præsentatæ.*
2 *Iudicibus magnus debetur honor.*
3 *Iurisperitis Princeps reuerentiam exhibet ob meritum ac honorem scientiæ.*
4 *Appellare potest omnis oppressus siue iniustè grauatus.*
5 *Appellatio debet ab appellante proponi coram iudice à quo, nisi iudicis præsentia haberi non possit.*
6 *Iudex delegatus, cui est commissa causa appellationis, potest absque noua commissione cognoscere de causa principali, si appellatio fuerit iustificata.*
7 *Appellationis iudex cognoscit de articulo à quo non fuit appellatum, quando bene fuit appellatum.*
8 *Rescriptum currit à tempore præsentationis.*
9 *Iudex prolationis quando ab interlocutoria pronunciat non bene fuisse appellatum ex stylo Romanæ Curiæ potest causam illam retinere, si pars quod non speret iustitiam sibi fieri in partibus.*
10 *Contestatio litis inualida non interrumpit præscriptionem.*
11 *Clausula*, appellatione remota, *quando non est apposita præuia causæ cognitione, parum, aut nihil operatur.*
12 *Appellationem esse admittendam in dubio pronunciandum est.*
13 *Appellatio in omni casu regulariter permissa est.*
14 *Appellationi in quibus casibus non deferatur, ostenditur.*
15 *Datis in causa proceditur ad executionem sententiæ non obstante appellatione ab illa interposita.*
16 *Mercedis in causa non datur appellatio quoad effectum suspensiuum.*
17 *Alimentorum futurorum in causa non datur appellatio quoad effectum suspensiuum.*
18 *Appellatio non datur quoad effectum suspensiuum in causis piis, & in aliis pertinentibus ad visitationem, & decreta Episcopi visitantis.*
19 *Iudex, qui suo arbitrio procedere potest, tenetur iurisperiti consilium sumere.*
20 *Principi liberum est causam coram quibuscunque iudicibus pendentem ad se aduocare.*

21 *Iurisdictio ordinaria si iam cœpta est per solam citationem, non potest tolli quantum ad causam illam per literas Papæ nisi de hoc fiat mentio in rescripto.*

22 *Iudex delegatus non dicitur prauenire per solam præsentationem commissionis, seu rescripti.*

23 *Iudicem mihi suspectum culpa mea non possum recusare.*

CAP. Vt debitus. LIX.

1 APpellans ante sententiam coram iudice idoneo ad superiorem sine rationabili causa, non admittitur, sed debet prosequi sententiam, & iustiam suam coram eodem suo iudice ordinario, non obstante quod dicat se destinasse nuntium ad superiorem, vel etiam si dicat se impetrasse nuntium à superiore, si literæ nondum sunt assignatæ delegato. Si verò appellat cum rationabili causa, tunc causa est exponenda coram iudice à quo, quæ debet esse talis, quæ si fuerit probata, superior debet cognoscere de appellatione, & si deinde causa non probabitur, index superior remittat illum ad inferiorem, & condemnet eum in expensis alteri parti: saluis tamen constitutionibus de maioribus causis ad Sedem Apostol. reseruandis. Collignnt ex Ordinar. Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm.Dec. Franch. Mantua, Alex.de Neuo, Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 124. Alagona *in compend. iuris Can. pag.*338.remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1.*&*2.nouissimè de Valboa *vbi suprà.*refertur ab Anton.Aug. *collect.*4. *Decretal. lib.*2.*tit* 12. *cap.*3.

2 *Vt debitus honor deferatur iudicibus.*]Quibus maximus debetur, ex Tiraquell. *de nobilit.cap* 28. *num.*3.

3 Boër. *decis.* 222. *à princip.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, part.* 7. *consid.* 24 Princeps igitur reuerentiam exhibet iurisperitis ob meritum, ac honorem scientiæ *l.*1. *C. de assessorib. l. quicquid, C. de Aduocat. diuersorum iudiciorum*, Cassan. *in catalogo part.* 1. *consid.* 72. *in fine.* Et apud Gentiles adeò honorabantur, vt Apollo requisitus de iustis Magistratibus responderit se nescire vtrùm in eorum numero an hominum aggregati deberent; vt refert Valer.Maxim. ita enim hoc exercitium apud eos illustre fuit, vt illud omni potentatui præferrent. Quid etenim, teste Cicerone, præclarius, digniusque inter mortales excogitari potest, quàm vnum hominem reperiri, qui communi vtilitati seruiat qui communia pro suis, sua pro communibus habeat, qui velit, & sciat personam ciuitatis gerere, dignitatem, decusque sustinere. Vnde meritò honorantur, quia faciunt iudicium, & iustitiam in omni tempore, *Psalm.*105.& ita pro iudice semper iura præsumunt, Menoch. *consil.*100 *à n.*1. *& de præs. lib.*2. *præsumpt.*67. Surd. *de aliment. tit.*1. *q.*120. *n.*11 *& decis.*170. *n.*24.

4 *Absque rationabili causa*, &c.]Notatur ad hoc quòd omnis oppressus, siue iniuste grauatus potest appellare, vt per Ruginel. *in tract. huius tit.* §. 2. *cap.* 1. *ampliat.* 12. *n.* 118. Sigismund. Scacc. *in simili tract. lib.*3. *cap.*2. *quæst.*5. *art.* 1. *n.* 1. vbi *n.*2.declarat procedere ex causa de præterito, & *n.*3. declarat etiam, vt habeat locum non solùm in eo, qui est grauatus sententia iudicis, sed etiam in eo, qui non est grauatus, considerato præsenti statu causæ, sed potest esse grauatus considerato possibili futuro statu, grauamen enim est causa appellationis, idem Sigismund. Scacc. *d. cap.* 2. *q.*3. *num.*1.*&* *q.*5. *num.*94. Et appellatio quando dicatur sine causa relinquitur arbitrio iudicis, idem Sigism.Scacc.*q* 2.*n.*49.

Coram eodem iudice.] Notatur ad hoc quòd appellatio debet ab appellante proponi coram iudice à quo, vt per Mandos.*in addit.ad Lap.alleg* 38.*in verbo, in præsentia*, Rot. *in vna Salernitana Contributionis* 14. *Nouembris* 1614.coram D.Dunozetto, apud Farinac. *decis.*594.*n.*2.*p.*2 *recent.*prax. Episcop. *p.*1.*verbo, appellatio*, §. 3. *pag.* 20. vbi etiam per *cap. dilecti, in* 2. *sup. hoc tit.*dicit sufficere appellare facto, id est, per arreptionem itineris ad superiorem, & ita se vidisse practicari in multis Curiis Metropolitanis, tamen tutius esse asserit hunc text.practicari, per quod dicit Marant.*de ordine iudic. p.*6.*tit.de appell.n.*153.non solùm appellationem debere proponi coram iudice à quo, sed causas grauaminis specialiter, Surd. *consil.*228.*n.*1 Marant.*de ordine iudic. p.*5.*actu* 2. *princ in verbo, & quando appellatur, n.* 133. Nicel.*de concord. gloss.concord.*6. *fallent.*54. *n.*85.Vestr.*in praxi lib.*7.*c.*3. *n.*27.vbi Graual.*in addit.n.*57. Lancelot. *de attentatis, p.*2 *c.*12.*de attent.& innouat.appellat.pendente,ampl* 15. *princ. n.* 1. *& limit.* 50. *princ. n.* 184. *vers. tertia causa*, Ioan.Ferrat.*in tract.huius tit.lib* 2.*c.*3. *n.*130 *versic. fin.* Sigism. Scacc.*in simili tract. q.* 6. *à princ.* vbi *n.*2.extendit primò vt si plures iudices tulerint sententiam, appellatio coram singulis communiter, vel separatim debeat interponi, per *Clem.* 1. *hoc tit* & *n.*4.extendit secundò vt nec sufficiat interponere appellationem in tribunali iudicis sine præsentia iudicis, & *n.*5.extendit tertiò, vt habeat locum etiam in appellatione extraiudiciali, & *n.*6. extendit quartò, vt in tantùm debeat interponi coram iudice à quo, vt si non sit interposita coram eo, appellatio sit nulla. Limita principalem resolutionem quando iudicis præsentia haberi non posset, vt per Guid. Papæ *decis.* 436. *n.*64. *vers.in absentia tamen iudicis*, Mandos. *ad Lap. d. allegat.*38. *in vers.si quis*, Graual. *ad Vestr. lib* 7.*c.*3. *n.*18.*in vers. caterum*, Rot. *d.decis.*594. *n.*3. latè Sigism.Scacc.*d.q.*6.*à n.*18.vbi *n.*19. quòd vt dicatur iudicis præsentiam haberi, non posse, non est requirendus in horto, vel in villa, sed satis est quòd perquiratur in loco publico, & *num.seqq.*coram quo iudice, & vbi, & apud quem hoc casu interponenda sit appellatio.

Superior de appellatione cognoscat, &c.] Notatur ad hoc quòd iudex delegatus, cui est commissa causa appellationis, potest absque noua commissione cognoscere de causa principali, si appellatio fuerit iustificata, vt per Michael. Graff. *tom.* 1. *commun opin. lib.*2.*tit.*22.*n.*64. *pag.*274. & Balb. *tom.*2.*lib* 7.*tit.*21. *n.*181.*pag* 313.nam appellationis iudex cognoscit de articulo, à quo non fuit appellatum, quando bene fuit appellatum, Surd.*decis.*175.*n.*8.

Fuerint assignatæ.]Ergo reseriptum currit à tempore præsentationis, de quo vide Perez *l.*6 *gloss.*1.*vers. quæro* 24.*tit.*12.*lib.*3.*Ordin.*

Illum ad inferiorem remittat.] Aduerte quòd ex stylo Curiæ Romanæ, quando iudex prolationis ab interlocutoria pronuntiat non bene fuisse appellatum, potest nihilominus causam illam retinere, si pars iuret, quod non sperat iustitiam sibi fieri in partibus, sic limitata huius text.decisione, vt testatur D.Barb. *in l.*1 *ff. de iudic.art.*1.*n.*33.

In gloss.*Coram*, ibi, *vtrum interruptio facta sit per litis contestationem*,&c.]Notatur ad hoc quòd litis contestatio inualida non interrumpit præscriptionem,vt per Tiraq.*de retract.tit.*1 *gloss.*10 *n.*86

In gloss. *Ante sententiam.* Notatur ad hoc quòd quando clausula, *appellatione remota*, non est apposita

prætia

præuia causæ cognitione parum, aut nihil operatur, quia intelligitur solummodo de friuola appellatione, & non de legitima, de quo, & an verum sit, dixi *ad cap. Pastoralis 63. in princip. supr. hoc tit.*

Aduerte tamen quod vbi Princeps, qui solus potest rescribere cum clausula *Appellatione remota*, *l. 1. §. interdum, ff. à quibus appellare non licet*, ad ita rescribendum ex causa aliqua mouetur, summa peritia, & irrefragabilis integritas in ipso indice exigitur, Conar. *pract. c. 23. sub n. 6. vers. quinto probare poterit*; vnde circumscripto consensu partium ex doctrina, *gloss. 1. in cap. à iudicibus, vers. dices ergo 2. q. 6.* vel nunquam sic rescribitur singulari personæ, vel si rescribatur, nihilominus postea idem Princeps appellationem admittit propter facilem inductionem grauaminis, quod à Canonica sententia non exorbitari docet gloss. *verbo ab eo prouocare in d. l. 1 §. interdum*, nec hoc casu datur clausula parito, vt latè fuit tentum *in Vallisoletana exemptionis 14. Martij 1616.* coram R.P.D. Pirouano.

12 In gloss. *Absque rationali causa.*] Notatur ad hoc quòd in dubio pronuntiandum est appellationem esse admittendam, vt per Tiraq. *in tract. le mart, p. 6. declar. 6. num. 10.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 60. n. 2.* Hippol. *cons. 84. num. 4. cum seqq.* Menoch. *cons. 345. num. 49.* Bellacomb. *tom. 2. communium opinion. lib 6. v. 21. num. 137. pag. 310.* etiamsi euidens nullitas, & notoria iniustitia sit, Stephan. Gratian. *discept.*

13 *forens. c. 41. num. 7.* Appellatio enim in omni casu regulariter permissa est, nisi expresè reperiatur prohibita per *l. & in minoribus, C. hoc tit.* & gloss. *in l. restituere, in fin. ff. de rei vendicat.* docent Tiraquell. *de priuilegiis pia causæ, priuileg. 153.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg. 60. num. 1. & consil. 271. num. 17. & dec. 27. num 4.* Azeued. *l. 1. num. 71. tit. 18 lib. 4 nouæ recopil.* Melch. Phœbos *Lusitan. decis. tom. 1. aresto 62.* Marc. Anton. Genuens. *in practicabil. Ecclesiast. quæst. 319. num. 2.* & ideo iura, quæ prohibent appellationem sunt odiosa, ac proinde strictè intelligenda, Surd. *decis. 102. num. 1.* Melch. Phœbos *d. aresto 62. in fine.*

14 Appellationi tamen non defertur in illis quatuor casibus enumeratis *in l. 13. tit. 23. p. 3.* quorum primus est quando appellatur à sententia interlocutoria, cuius grauamen potest reparari; secundus quando partes conueniunt ne appelletur à sententia ferenda; tertius in condemnatione debiti fiscalis; quartus quando Rex committit causam cognoscendam appellatione remota; alios refert *l. 17. tit. 10. p. 3.* & septem alios *l. 16. tit. 10. p. 3.* exemplum ponens in publicis latronibus, seditiosis, & raptoribus, & qui per vim cognoscunt mulieres, virgines, aut viduas honestas, aut religiosas, & in falsificatoribus auri & argenti, & similia Regia adulterantibus, & mutantibus, & qui veneno, vel proditorie occidunt homines; alios ponit *l. 6. tit 18. lib. 4. nouæ recop.* quando scilicet inbetur tepeliri defunctum, vel quando agitur super rebus tempore parituris, vel vt colligantur messes, aut vindemiæ.

15 Plures à Doctoribus adduci solent casus, in quibus non obstante appellatione proceditur ad executionem sententiæ, vt in causa dotis, per ea, quæ Viuian. *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 27. n. 6. vers. & hinc est, pag. 325.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuileg. 60. n. 6.* D. Barbos. *in l. 1. p. 1. num. 57. ff. soluto matrim.* Menoch. *remed. 4. adipisc. num 829.* Ozasc. *Pedem. decis. 25. num. 20.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 72. & dec. 220. n. 4. & decis. 214. n. 8.* Marc. Anton. Genuens.

16 *in practic. Ecclesiast. quæst. 319.* Et in causa mercedis Redoan. *de simonia mentali, p. 2. c. 25. n. 5.* Modern. *de cognitione per viam violentiæ, p. 2. q. 113.* & *q. 134.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 53. num. 1.* Et in causa, qua quis condemnatur ad soluendum salarium famulis, Stephan. Gratian. *d. decis. 53. num. 7.* Rebuff. *ad leges Galliæ, tit. de sent. prouis. artic. 3. gloss. 7. num. 1.* Et in alimentis futuris. Ias. *in l. de alimentis, num. 5.* 17 *C. de transaction.* Viu. *d. loco*, Lar. *in l. si quis à liberis, §. si vel parens, n. 32. ff. de liberis agnosc.* Tiraquell. *de pia causa, priuil. 153.* Menoch. *remed. 4. adipisc. n. 829.* Surd. *d. priuil. 60. num. 5. & tit. 2. quæst. 120. num. 13.* D. Barbos. *d. part. 1. num. 56.* Flores de Mena *variar. lib. 1. q. 14. num. 4.* Guttier. *practic. lib. 1 q. 106.* Mendez à Castro *in praxi seculari Lusitan. lib. 3. c. 19. num. 9.* Marc. Anton. Genuens. *d. quæst. 319. num. 3.* Datur autem appellatio ad effectum suspensiuum, quando agitur de alimentis decursis ante litem motam, quia dicuntur præterita. Pontan. *de aliment. c. 19. num. 3.* Surd. *de priuil. 60. num. 16.* Caputaq. *decis. 24. num. 2. part. 1* Rot. *decis. 764. num. 1. p. 1. diuers. & in Romana excessus legati 16. Nouembr. 1616.* coram bon. memor. Buratto inter eius impressas *decis. 218. n. 5.* Et quando petantur alimenta iure actionis, & non iudicis officio nec propter inopiam, etiamsi actum fuisset pro alimentis principaliter, Barz. Bonon. *decis. 69. n. 17. vers. certè illa opinio, cum seqq.* Caputaq. *decis. 39. part. 1.* Surd. *d. priuil. 60. n. 22. & 24.* Rot. *d. decis 764. num 1. & 2. part. 1.* Burat. *d. decis 218. num. 6.* Item 18 non datur appellatio ad effectum suspensiuum in causis piis, Surd. *d. priuil. 60. num. 7.* & in causa subsidij charitatiui, *n. 6.* & in causa pensionis assignatæ loco alimentorum *n. 10.* & in causis, quæ celeritatem requirunt *n. 11.* Et in causis præcedentiæ, Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 232.* Et in causis pertinentibus ad visitationem, idem Stephan. Gratian. *decis. 188. à princip.* & à decreto Episcopi visitantis Confraternitatem laicorum, & compellentis administratores ad reddendum computa, idem Gratian. Et super sequestratione in causis majoratus, Sebast. Næu. *ad l. 3. ff. quis, & à quo appelletur, num. 80.*

Notatur etiam ad hoc quòd iudex, qui suo arbi- 19
trio procedere potest, tenetur iurisperiti consilium sumere, vt per Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 23.*

In gloss. *Si dicat.* Notatur ad hoc quòd Principi 20
causam coram quibuscunque iudicibus pendentem ad se aduocare liberum est, vt per Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, tract. de reuocat. in præfat. q. 1. n. 36.* vbi *n. 41.* tenet quòd Legatus sine expressione Papæ non poterit causam coram Episcopo, vel coram alio inceptam euocare.

In eod. gloss. ibi, *Super hoc dicas*, &c.] Notatur ad 21
hoc quod si iurisdictio ordinaria iam cœpta est per solam citationem, non potest tolli quantum ad causam illam per literas Papæ, nisi de hoc fiat mentio in rescripto, vt per Menoch. *de arbitr. casu 102. num. 7.*

In gloss. *Assignatæ.* Notatur ad hoc quòd per so- 22
lam præsentationem commissionis, seu rescripti, iudex delegatus non dicitur præuenire, vt per Mascard. *de probat. concl. 1232. num. 12.* Azeued. *ad l. 10. n. 58. tit. 13. lib. 8. recop.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ, §. 3. proœm. n. 13.* vbi *num. 14.* dicit quod in Rota contrarium seruatur, quia ibi per solam præsentationem commissionis prævenitur, & citat Put. *lib. 2. dec. 47. num. 1.*

In gloss. *Rationabiliter.* Notatur ad hoc quòd iudi- 23
cem mihi suspectum culpa mea non possum recusare, vt per Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 3. tit. 1. n 100. pag 374.*

In gloss. *Alioquin.* Quæ differentia sit quando ap- 24
pellatur

pellatur ab interlocutoria, seu grauamine, quando à diffinitiua quoad iudicem ad quem, vide Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo, appellatio, §. 5. pag. 20.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo appellatum est à grauamine, si illud reuocat, potest in principali causa procedere.*
2 *Causa cessante cessat effectus.*
3 *Suspicionis causa cessat suspicio.*
4 *Appellari non potest ab interlocutoria.*
5 *Appellatio admittitur ab interlocutoria habente vim diffinitiuæ.*
6 *Sententia interlocutoria habens vim diffinitiuæ dicitur illa quæ pronuntiat quem non esse minoris ætatis.*
7 *Articulorum iniusta admissio vbi sit, potest appellari, quia est interlocutoria habens vim diffinitiuæ.*
8 *Iudex quando se pronuntiat competentem, vel incompetentem potest appellari.*
9 *Appellari potest à reiectione probationum.*
10 *Appellari potest à sententia absolutionis instantiæ.*
11 *Appellari potest à delatione iuramenti alteri parti per iudicem facta.*
12 *Expensarum ab absolutione expressa appellari potest.*
13 *Dilatio quando datur ad probandum adeo breuis, vt ex breuitate possit deficere facultas probandi, appellatio conceditur.*
14 *Appellatio in quibus casibus concedatur ab interlocutoria, remissiuè.*
15 *Grauamen vbi reparari non potest in diffinitiua licita est appellatio ab interlocutoria, etiamsi grauamen possit reparari, sed non ex toto, vel magna cum difficultate, seu præiudicio partis.*
16 *Damni irreparabilis casus plures qui referant, citantur.*
17 *Captura affert damnum irreparabile, & à sententia interlocutoria, vt quis in carcerem coniiciatur, appellatio conceditur.*
18 *Tortura affert damnum irreparabile.*
19 *Excommunicatio continet damnum irreparabile, ac proinde ab illius sententia per decretum interlocutorium prolata appellatio conceditur.*
20 *Appellari potest à sententia, qua quis excluditur ab aliquo officio tanquam infamis.*
21 *Grauamen quando habet tractum successiuum potest à sententia interlocutoria illud inducente appellari.*
22 *Sententia interlocutoria retractari potest quandocunque à iudice, intellige vt ibi.*
23 *Iudex semel & iterum tantum sententiam interlocutoriam retractare potest.*
24 *Iudex etiam sine causa, & appellatione interposita potest sententiam interlocutoriam reuocare.*
25 *Sententiam interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ non potest reuocare.*
26 *Iudex appellationi interlocutoriæ deferens non potest amplius illam reuocare.*
27 *Iudex non potest suam sententiam interlocutoriam reuocare postquam iudex ad quem inhibuerit.*
28 *Interlocutoria executioni demandata non potest reuocari.*

CAP. Cùm cessante causa. L X.

1 QVando iudex comminando, vel interloquendo alterum litigantium grauat, & pars grauata appellat, si dictus iudex reuocat illud grauamen, potest in causa principali vlterius progredi, nisi aliunde sit suspectus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Panorm. Decian. Franch. Butr. Bald. Henric. Præpos. Alexand. de Neuo, Mantua, Vivian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 325.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 339. & tom. 4 repet. in iure Canonico ad librum secundum Decretalium*, Ioan. Crot. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 4. Decretal. lib. 2. tit. 12. c. 4.*

Cùm cessante causa cesset effectus.] De hoc brocardico vide latè Tiraq. in speciali tract. *cessante causa, & de iure primog. q. 40. n. 160. cum seqq.* Duen. *reg. 82.* Cald. Pereira *de potestate eligendi, c. 10. n. 2 cum seqq.* Ioseph. Sesse. *Aragoniæ decis. 185. n. 102.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo, causæ, n. 2.* Anton. Monach. *Lucensi decis. 14. n. 18. & decis. 21. n. 22. & Florent. decis. 100. 61.* Scacc. *de appell. q. 5. n. 117.* Sanch. *de matrim. lib. 8. disput. 30. n. 12. cum seqq. & in præcepta Decal. tom. 1. lib. 4. cap. 2. n. 42.* vbi intelligit de sola finali causa, & procedere etiam in foro animæ tenet Tiraq. *d. tract. cessante causa, p. 1. n. 17.* Hinc cessante causa suspicionis, cessare ipsam suspicionem refert idem Tiraq. *d. p. 1. n. 226. & 227. cum seqq.* Hinc etiamsi lex, vel priuilegium duabus causis nitatur, vna remota non cessat priuilegium, vt per Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, & vxorem, not. 3. §. 20. n. 4. ad finem, & num 5.* 2 3

Non obstante si à tali, &c.] Notatur ad hoc quòd ab interlocutoria appellari non potest, Conc. Trid. *sess 24. de reform. c. 10.* Menoch. *de arbitr. casu 490. n. 1.* Surd. *cons 288. n. 22.* Petr. Greg. *tract. de appellat. lib. 2. c. 3. n. 7.* Amat. Roderic. *de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, c. vlt. p. 1. n. 4.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib. 1. concl. 129.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 1. sub hoc tit. de appell. resol. 13. à n. 1.* Anton. Monach. *Lucensi decis. 24. à n. 1.* Sigism. Scacc. *in tract. huius tit q. 17. limit. 47.* Ordin. Reg. Lusit. *lib. 3. tit. 69. in princ.* latè Salgado *de protect. Regia, p. 2. c. 31. n. 4. cum seqq.* 4

Ab interlocutoria tamen habente vim diffinitiuæ appellatio admittitur, Franc. Marc. *Delphin. dec. 314. n. 1. vol. 2.* Dec. *resp. 62. n 24 vol. 5.* Bernard. Græuæ. *d. lib. 1. concl. 130. à n. 1.* vbi *consid. 1. n. 1.* asserit quod sententia ab impositione perpetui silentij in iudicio *l. diffamari*, est interlocutoria habens vim diffinitiuæ, & *n. 3.* idem resoluit de sententia examinis in perpetuam rei memoriam. Vnde in sequentibus casibus appellationem ac interlocutoria concedi obseruandum duxi. 5

Primò vbi pronuntiatur quem non esse minoris ætatis, Bellacomb. *tom. 2. commun. opin. pag. 322. n. 24.* Gam. *Lusit. decis. 259. n. 2.* Salgado *d. c. 1. n. 54* nouissimè me citato Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Reg. 10. n. 33.* Valasc. *cons. 47. n. 3.* vbi aduertit hoc non seruari in Regno Portugaliæ, quia grauamen, quod resultat ex tali pronuntiatione, potest corrigi in sententia principalis causæ. 6

Secundò ab admissione iniusta, vel denegatione iusta articulorum, Bald. *in l. post sententiam 9. n. 4. in fin. C. de sent. & interl.* Mascard. *de probat. concl. 131. & seqq.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 1. lit. A. concl. 359. n. 32. & 35.* Surd. *decis. 36 ex n. 16.* nouissimè Hieron. Roder. *d. resol. 10. n. 33.* Gonzal. *ad reg 8. Cancel. gloss. 9 §. 1. in annot. n. 191 & seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 74. n. 15.* Alex. Trentacinq. *d. resol. 13. n. 14.* Sigism. Scacc. *d. tract. q. 17. limit. 47. n. 90. & n. 137.* Salgado *d. c. 1. num. 141.* 7

Tertiò

8 Tertiò quando iudex se pronuntiat competentem, vel incompetentem. Granat. *ad Vestrium lib. 3. cap. 10. n. 6.* Marant. *de ordine iudic. part. 6. tract. de decisoriis iudicij, actu 1. n. 43.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 4. collect. 1306. in princ.* Thom. Valasc. *tom. 1. alleg. 53. n. 5.* Trentacinq. *d. resol. 13. n. 3.* Sigism. Scacc. *d. q. 17. limit. 47. n. 94. & 105.* Stephan. Gratian. *d. c. 74. n. 15.* Salgado *d. cap. 1. n. 38. cum seqq* Hieron. Roderic. *d. resol. 10. num. 34.* De iure tamen Portugaliæ per Ordinat. Regiam *lib. 3. tit. 20. §. 9.* expeditur per grauamen, & non per appellationem, vt aduertunt Gam. *Lusit. decis. 159.* Valasc. *consult. 47. n. 5.* Cabed. *part. 1. decis. 156.*

9 Quartò à reiectione probationum, Triuis. *Venetiæ decis. 4. part. 1.* Granat. *ad Vestr. lib. 3. cap. 10. num. 8.* Ozasc. *Pedem. decis. 25. n. 14.* Menoch. *remed. 4. adipisc. n. 817.* Surd. *decis. 36. n. 17.* Marant. *vbi suprà n. 44. in fin.* Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 6. memb. 7. sub n. 43. vers. & quod ab interlocutoria* Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 77. n. 11. cum seqq.* Salgado *d. cap. 1. n. 137.* Attenta verò Ordinat. Regia Lusitan. *loco proximè citato*, non est nisi simplex interlocutoria, à qua non potest appellari, vt aduertit Valasc. *d. cons. 47. n. 7.* Sic etiam ab admissione, vel reiectione testium, an scilicet testes admittendi sint, vel non admittendi, licita est appellatio, Ozasc. *vbi suprà n. 14. vers. contrarium tamen*, Stephan. Gratian. *d. c. 77. sub n. 13. & cap. 74. sub num. 15.* Salgado *d. c. 1. n. 151.* vbi *n. 153.* subdit procedere etiam vbicunque iudex admittit testes post lapsum termini probatorij, vel testes inhabiles, & *n. 157.* idem tenet in publicatione attestationum, & *n. 162.* resoluit appellationi interpositæ à receptione testium, & probationum facta post conclusionem in causa omnino esse deferendum.

10 Quintò in absolutione instantiæ, seu iudicij, Amatis *Marchiæ dec. 66.* Cabed. *Lusit. decisionum, p. 2. Aresto 32. in fin.* cuius tamen contrarium tenent Nic. Miles *in repert. verbo, sent. §. 17.* Rebuff. *in præfat. l. quod iussit, n. 48. ff. de re iudic.* Marant. *de ordine iudic. p. 6. fol. 515. n. 33.* Salgado *d. c. 1. n. 185.* ex ratione, quia non definit negotium principale, cùm de nouo possit iudicium inchoari.

11 Sextò à delatione iuramenti in litem alteri parti per iudicem facta, Lancel. *de attent. p. 2. c. 12. limit. 50. n. 190.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 9. §. 1. in annotat. n. 195.* Seraphin. *de priuileg. iuram. priuileg. 102. n. 15. limit 4.* Scacc. *de appellat. quæst. 17. limit. 34. num. 7. & 8.* Menoch. *cons. 219. sub n. 65.* Salgado *d. c. 1. ex num. 164.*

12 Septimò ab expressa absolutione expensarum, Gam. *Lusit. dec. 65. n. 1.* Cabed. *Lusit. dec. p. 1. Aresto 78.* Stephan. Gratian. *Marchiæ dec. 50. n. 1. & 2.* Salgado *d. c. 1. n. 186.* D. Barbos. *in l. eum, qui temere, n. 180. cum seqq. ff. de iudic.*

13 Octauò quando datur dilatio ad probandum adeò breuis, vt ex breuitate possit deficere facultas probandi, vt perlatè Salgado *d. cap. 1. num. 118. cum multis seqq. & n. 139.* vbi citat Scacc. *d. q. 17. limit. 47. princ. memb. 1. sub n. 26.* Trentacinq. *d. resol. 13. n. 12.* vbi *num. 10.* quando tractatur post citationem de legitimitate personæ, id est, quòd quis pronuntietur procurator, tutor, vel quòd quis habeat legitimam personam standi in iudicio, vel non habeat, & *numer. 14.* quando quis grauatur in non admissione testium, scripturarum, seu aliarum probationum.

Nonò quando pars opposuerit de legitimatione personarum, putà non esse quem tutorem, non procuratorem, aut legitimo mandato carentem, non filium, & similia, quia à sententia super hac exceptione, siue affirmatiuè, siue negatiuè lata permittitur appellatio. Gam. *decis. 159. n. 2.* Pacian. *de probat. lib. 1. c. 58. sub n. 47.* Scacc. *de appell. q. 17 limit. 7. memb. 7. n. 73.* Salgado *d. c. 1. n. 47.* vbi *n. 55.* subdit quod quando iudex interloquitur procuratorem esse, vel non esse legitimum, ab ista interlocutoria tanquam à grauamine irreparabili datur appellatio, & *à n. 57.* resoluit appellationem admittendam esse à declaratione iudicis, an quis sit hæres, vel non, vel an cum beneficio legis, seu inuentarij, vel sine ipso, & *num. 60.* idem dicit si iudex negauerit copiam actorum, & *num. 61.* si iudex pronuntiat remittendum clericum ad suum iudicem Ecclesiasticum, & remittatur, & *num. 72.* si iudex neget copiam actorum, vel instrumentorum communium, & *n. 86.* si iudex exceptionem recusationis contra se ipsum non admittat, & *n. 117.* vbi interlocutoria fertur super articulo, à quo pendet tota causa principalis, tangit factum principale, seu substantiam negotij principalis.

14 Plures alios casus in quibus conceditur appellatio ab interlocutoria, videbis apud Affflict. *in cap. si inter dominum, n. 97. de iurisdict. inter dominum, & vassal. lib. 1.* Guid. Papæ *decis. 75.* Bellacomb. Viuian. Kirchou. & alios *tom. 2. commun. opinion. lib. 7. tit. 24. à num. 18. cum seqq.* Lancel. *de attentat. appellat. pendente, cap. 12. limit. 1.* Menoch. *remed. 4. adipisc. q 99. n. 822. cum seqq.* Granat. *ad Vestr. lib. 7. cap. 3. n. 46.* Viu. *Neapol. decis. 302.* Decian. *resp. 62. volum. 5.* Brederod. *in tract. huius tit. part. 1. tit. 20. col. 433. cum multis seqq.* Gonzal. *d. glos. 9. §. 1. in annot. num. 191. cum seqq.* Valasc. *cons. 47. & cons. 51. num. 51.* Hieronym. Roderic. *d. resol. 10. num. 35.*

15 Vbi grauamen reparari non potest in diffinitiua, iure communi licita est appellatio ab interlocutoria, *l. 1. §. quæsitum. ff. hoc tit. l. arbitro, ff. qui satisdare cogantur,* Menoch. *de arbitr. casu 490. n. 3.* Petr. Gregor. *in tract. huius tit. lib. 2. cap. 4.* Surd. *decis. 36. num. 13.* Amat. Roderic. *de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap. vlt. part. 1. num. 4. vers. vtrum tamen,* Decian. *resp. 62. num. 21. vol. 5.* Ludou. Miranda *de ordine iudiciario, quæst. 30. art. 8. concl. 4.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 202. num. 5.* Modern. *de cognit. per viam violentiæ, glos. 7. n. 10. & part. 2. quæst. 49. à num. 1.* Sigism. Scacc. *d. q. 17. limit. 47. n. 85.* Concil. Trident. *d. cap 20.* Quod quidem verum est, etiamsi grauamen possit reparari, sed non ex toto, vel magna cum difficultate, seu præiudicio partis. Duen. *reg. 52. limit. 10.* Surd. *decis. 39. n. 14. & 15.* Sigismund. Scacc. *d. q. 17. limit. 47. num. 86.* Aloys. Ricc. *in praxi resol. 405. n. 2.* Gonzal. *d. §. 1. in annot. num. 177.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap 74. n. 12. & 13. & cap. 77. num. 9.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. conclus. 129. n. 5. & 6.* Hieronym. Roderic. *d. resol. 10. n. 36.* Casus plures damni irreparabilis referunt Ioseph. Ludou. *Peruf. decis 83.* Ann. *alleg. at 82.* Surd. *decis. 36.* Zerol. *in praxi Ep. scop. part. 2. verbo, appellatio, §. 6.* Steph. Quarant. *in summa Bullarij, verbo, Archiepiscopi auctoritas, vers. 18. auctoritas. n. 20.* Ignat. del Villar. *in sylua responsorum, lib. 1. resp. 15. n. 6.* Gonzal. *d. §. 1. in annot. n. 176. cum multis seqq.* Sigism. Scacc. *d. limit. 47. n. 150. cum seqq.* Gallet. *in margarita casuum conscientiæ, verbo, appellatio, 3.* Piasec. *in praxi noua Episc. p. 2. c. 4. à n. 100.* Steph. Grat. *discept. forens. c. 77.* Aloys. Ricc. *in prax. rerum fori Eccles. decis. 505. in 1. edit. alias resol. 405. in 2. edit.* Ex quibus aliquos principaliores adducam.

16 Primò capturam adduco, quæ affert damnum irreparabile, ita vt à sententia interlocutoria, vt quis in carcerem coniiciatur, appellatio concedatur, Don. à

17

Fina *tom.2.commun.opin.lib.9. tit.3. n.2.* Cald. Pereira *in l.si curatorem, verbo, per quod, n.31.* Rebuff.*tom.1. ad leges Galliæ, tract. de sentent. execut. art. fin. n.16.* D.Barbos.*in l.2.ff. soluto matrimon. in princip. part. 2. n.33.* Melch.Phœbos *Lusitan. decis. tom.1 aresto 101.* Aloys. Ricc. *in collect. part. 3. collect. 642. versic. primo*, Sigism. Scacc. *d. limit. 47. num. 153.* latissimè Salgado *d. part.2. cap. 4. à princip.* Campan. *in diuers. iuris Canon. rubr.11. cap.13. n.312.* Hieron. Roderic. *d. resolut. 10. n.37.* & constat ex quadam declaratione sacræ Congreg.Conc. Trident.Summo Pont. approbante vbi cùm interrogaretur an quod decreto Sacri Concil. Trident. *sess.13.de reform.c.1.* & alio *sess.24. c.2.* dicitur de grauamine quod per appellationem à diffinitiua reparari non potest, intelligi possit, & debeat de grauamine indebitæ carcerationis? Sanctissimus D.N.audita relatione Congregationis Concilij declarauit ita esse intelligendum, & ab huiusmodi grauamine appellari posse, & Ordinarium teneri processum transferre ad iudicem appellationis, interim tamen reo manente in carceribus, donec iudex appellationis causa cognita aliud iudicet, referunt Piasec. *in praxi noua Episcop. p.2. c.4. n.100.* Prosper de Augustino *in addit. ad Quarantam in summa Bullarij, verbo, Archiepiscopi auctoritas, n.20. litera H.*

18 Secundò torturam pariter adduco, quæ affert damnum irreparabile, vt per Ordin. Reg. Lusitan. *lib.3. tit.69. §.1.* Hippol. *in l.1.ff. de quæst. numero 34.* Clar.*lib.5.§.fin. quæst.61. num.27.* Azeued. *l.3. n.6. tit.18.l.4.nouæ recop.* Aloys. Ricc.*in collect. decis.collect. 642. vers. secundò, & dict. praxi rerum fori Eccles.resolut.405.numer.4. vers. tertiùs*, latè Salgado *d. cap.1. ex num.98.* Hieron.Roderic.*d. resol.10.num.38.* Alex. Trentacinq. *var. resolut. lib. sub hoc tit. resol.13. n.15.* Sigism. Scacc.*d. quæst.17. limit.47. à num.143.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo, appellatio § 9.* vbi etiam aduertit appellationem à comminata tortura admittit non debere, quando omnia ritè, & rectè processerunt, & quia attestationes datæ fuerunt, & repulsa concessa cùm essent petita, & publicatus processus, & auditus reus in omnibus suis iuribus cum eius procuratore, & Aduocato, & iudicia non sunt euacuata per defensiones, & alia requisita acta sunt, tunc enim videtur potiùs appellari ad dilatandum, & ad differendum scelerum punitionem.

19 Tertiò excommunicationem, quæ continet damnum irreparabile, ac proinde ab illius sententia per decretum interlocutorium prolata appellatio conceditur, Duen.*reg.52.limit.2.* Rebuff. *ad legis Galliæ, tr.de friuolis appellat.in rubr.sub gloss.1. in fine*, Gonzal. *d.gloss.9 §.1.in annotat.n.197.* Aloys. Ricc.*in d. praxi, resol.405.n.4* Rebuff.*ad concordata Franciæ tit.de friuolis appellat in rubr.sub gloss.1.in fin.vers.facit quando grauamen, & tom.3. ad leges Galliæ tit. de sent.execut. artic.53.gloss.1.n.6.* Roland.à Valle *cons.77. n.22. vol.2.* Villalob.*in summ. tract.6. diffi.13. n.1.* Zerol.*in praxi Episcop. p.1.verbo appellatio, § ad septimum respondetur, & p.2.eod.verbo, vers.nono quæritur*, Mart. *de iurisd. p.3. c.12. n.6* latè Salgado *de protect. Regia tom.1. p.2. c.5. ex n.3.* vbi *à n.8* plures limitationes ponit, Hieron.Roder.*d resol.10.n.39.*

20 Quartò sententiam adduco, qua quis excluditur ab aliquo officio publico tanquam infamis, quia ab ea potest appellari, ex Gam.*Luc.decis.139 n.1.*

21 Denique quando grauamen habet tractum successiuum, potest à sententia interlocutoria illud inducente appellari, Dec.*in cap.ex parte in 1.num.3.de appellat.* Pech.*de iure sistendi 3 c.24.vers.pen.* Ranchin. *p.3.concl.109.* Pinel.*in l.2. C. de rescind.vend. p.2. c.1. n.27.* D.Barbos.*in l.1.ff.de iudic. art.3.n.18.* Farin. *p.1. fragment.crimin.lit.A.n.236.*

Et sano vsu, concilio, &c.] Notatur ad hoc quòd 22 sententia interlocutoria retractari potest quandocunque à iudice, vt per Ordinat. Regiam Lusitanorum, *lib.3. tit.65.in princ.* Surd. *de alimen. tit. 9.q.7. n.7.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.147. n.11. & cap.155. n.16. cum seqq.* Cardos. *in praxi iudic. verbo, index, n.66.& 67.* Franc. del Castillo *Sicilia decis.58.* Alexand.*consil.84.n.9.cum seqq.lib.4.* Marant.*de ordine iudic. part.6.versic.& demum fertur sententia, n.7.& 8.* Lancelot.*de attent. part. 2. cap. 12. limit.1. n.12. cum seqq.* Surd. *consil. 167. per tot. & cons. 188. n.12. cum seqq.* Card. Tusch. *practic. conclus. tom.7. lit. S. conclus. 115.* Scacc. *de appellat. q.19. remed.1. concl.5. ex n.13.& q.17.limit.57.memb.1.ex n.30* latè Salgado *de protect.Regia tom.1. p.1.c.5.n.5.cum multis seqq.* Aloys. Ricc.*in collect. decis.p.5. collect. 1474. vers. 4. limita*, latè, & eleganter Cald. Pereira *quæst. forens.lib.1.q.9. à princip.*

Et quamvis Steph.Grat. *d.cap.155. n.16.cum seqq.* 23 post plures à se relatos teneat quod iudex non solum semel, sed etiam pluries, & si millies posse suam interlocutoriam reuocare, & hanc opinionem seruare Auditorem Cameræ Apostol. de eius stylo attestantur Vestr. *in praxi lib.8. cap. pen. vt lite pend.* & Gallef. *ad form. Camer. oblig. rubr. reliqua de processu, num.29.* tamen verius est iudicem semel & iterum duntaxat posse interlocutoriam reuocare, vt latè comprobant Scacc. *de appellat. quæst.19. remed.1.conclus.6.num.63. versic.infero*, Salgado *d. part.1. c.5. ex num.13.*

Ampliatur supradicta resolutio aliquibus modis 24 relatis per Cald. Pereira *d. lib.1. quæst.9. per tot.* vbi *n.3.* dicit quod iudex etiam sine causa potest reuocare sententiam interlocutoriam, & *n.4.* quod appellatio interposita non impedit sententiam interlocutoriam reuocari, & *n.5.* quod eam etiam iudicis successor reuocare potest, quod quidem lege cautum erat apud Lusitanos per Ordin. Reg. *lib.3. tit.65.§.4 & 6.*

Limitatur tamen in interlocutoria sententia ha- 25 bente vim diffinitiuæ, illam enim non posse iudicem reuocare, tradunt Marant*d.p.6. actu 1.sit.* & demum fertur sententia *n.32.* Triuis. *decis.4. n.28.lib.1.* Salgado *d.c.5.n.26.* vbi *n.28.* intelligit de interlocutoria, quæ aliam sententiam diffinitiuam non spectat pro se, quia tunc interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ latam ante eandem diffinitinam licet iudici reuocare, & ideo interlocutoria quæ finem imponit iudicio, aut processui, reuocari non potest, idem Salgado *d.c.5. n.30.* & Cald. Pereira *d.quæst.9. num.9.*

Limitatur etiam vbi iudex appellationi ab inter- 26 locutoria detulerit, cùm à se abdicauerit iurisdictionem saltem quoad exercitium, non potest sententiam ipsam reuocare, Sigism.Scac.*q.17.ex n.42.* Salgado *d.c.5.n.37.* vbi *n.39.* sublimitat nisi cõsensus partium interueniat, & *n.41.* sublimitat etiam quando deferre non debuit, & minus legitimè & ab huiusmodi delatione fuerit appellatum.

Limitatur etiam postquam iudex ad quem inhi- 27 buerit, quia tunc index à quo minimè poterit suam sententiam reuocare, Scac.*d.q.17.n.59.* & Salgado *d. c.5.n.41.* vbi *n.42.& 43.* sublimitat quando inhibitio minus legitima est, vel nulla, sicut nec poterit vbi transacti sint decem dies, ex Gratian. *d.c.155.n.35.* vel fuerit interlocutoria geminata, si credimus Cald. Pereira *de potest.nomin.c.2.n.38.*

Limitatur

28 Limitatur denique vbi fuerit interlocutoria executioni demandata, Ordin. Reg. Lusit. *d. tit. 65. §. 3.* Cald. Pereira *d. q. 9. n. 8.* Salgado *d. c. 5. ex n. 45.* vbi ex *n. 50.* sublimitat vbi adesset partium consensus, vel interlocutoria executioni mandata esset nulla, & inualida.

29 *Liberè.*] Notatur ad hoc quòd iudex etiam sine causa potest reuocare sententiam interlocutoriam, vt per Cald. Pereira *d. q. 9. n. 3.* & etiam inuitis, renuentibus, & contradicentibus partibus. Surd. *cons. 167. sub n. 19* Scacc. *q. 16. remed. 1. concl. 5. n. 17.* Gratian. *d. c. 155. n. 22.* Salgado *d. c. 5. n. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicem recusare volens debet coram eodem suspicionis probabilem causam proponere, & eam coram arbitris communiter eligendis probare, qua non probata, sua iurisdictione iudex vtitur in principali; ea verò probata remittit negotium ad superiorem, vel causam committit de accusatoris consensu.*
2 *Arbitri in recusatione qui eligendi ostenditur.*
3 *Iudice suspecto recusato causa suspicionis proponi debet coram iudice recusato, probari tamen coram arbitris.*
4 *Iudex recusatus electis arbitris præfigit terminum intra quem suspicionis negotium terminari debeat.*
5 *Recusans quando aduersarij facto fuit impeditus, terminus assignatus intra quem recusationis negotium terminari debet, ei non currit.*
6 *Minor an restituendus sit in materia suspicionis, remissiuè.*
7 *Recusatus potest mittere causam ad superiorem de recusationis consensu, vt cognoscat de negotio principali.*
8 *Episcopus recusatus potest remittere causam ad Archiepiscopum.*
9 *Iudex suspectus recusari potest non solum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus.*
10 *Iudex ordinarius de iure Canonico recusari potest.*
11 *Iudex recusari non potest ex qualibet causa recusanti bene visa sed ex iusta, legitima, & rationabili tantùm.*
12 *Conuictus simul & confessus non auditur appellans.*
13 *Iudex, vt suspectus in notoriis criminibus recusari non potest.*
14 *Appellatio est species defensionis.*
15 *Citatio personalis ad sententiam facta non reuelat si remansit circunducta per non comparationem citantis.*
16 *Prælati Regulares recusari non possunt.*

Cap. Cùm speciali. LXI.

1] VDicem suspectum allegans assignare debet causas suspicionis coram eodem, deinde ipse cum aduersario si habet, & si non habet cum iudice communiter eligant arbitros, & si non possunt conuenire, quisque eligat suum, qui iudicet de suspicione, & si non conuenerint, vocent tertium, & stetur dicto duorum, & si causa suspicionis non probetur legitima, iudex vtatur sua iurisdictione, & si probatur de consensu recusantis, committat causam personæ idoneæ, vel remittat ad superiorem; item quando excessus est manifestus euidentia rei, vel eius confessione, vel alio legitimo modo, non admittitur appellatio; quando verò est dubius, exponere debet coram eodem iudice causam appellationis, & si est probabilis, dari debet terminus competens pro loco, tempore, & negotio, & si non curat prosequi, iudex procedat ex officio etiam non comparente aduersario: si prosequitur appellationem, & causam probat, iudex superior procedat, si non probat, remittat ad inferiorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anch. Bald. Panorm. Dec. Franch. Præpos. Alex. de Neuo, Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 326.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 339.* & *tom. 4 repet. in iure Canonico ad librum secundum Decretalium*, Ioan. Crot. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* nouissimè de Valboa *vbi supr.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 4. Decretal. lib. 2. tit. 19. c. 5.*

Arbitros communiter eligat, &c.] Probat hic text. 2 quòd iudice recusato vt suspecto recusans & aduersarius, si aduersarium habet, si verò non habeat, vt quia iudex contra eum ex officio procedat, vnà cum iudice arbitros de communi consensu eligat, & si de arbitris concordare non poterint, vnusquisque suum arbitrum eligat, qui de suspicione cognoscant, & si arbitri concordare nequiuerint, eligant tertium, vt quid ex tribus duo decreuerint, illud firmitatem habeat, vt docent in præsenti Bald. *n. 14. & 10.* Anch. *n. 4. in 4. notab.* Bellam. sub *n. 10.* Imol. *n. 2. vers. sed debent eligi, & n. 3.* Abb. *n. 1. in figuratione casus, & n. 10. vers. in gloss.* Zabar. *n. 1. notab. 1.* Anan. *n. 1. 2. & 4.* Franc. *n. 1. in 2. notab. & n. 4. in 4. notab.* Præpos. *post n. 3. vers. tertio à parte, & n. 5. 8. & 13.* Alexand. de Neuo *à n. 7.* Sigism. Scacc. *de iudic. lib. 1. c. 101. à n. 23.* Card. Tusch. *verbo, suspectus, concl. 911. n. 1.* Farin. *fragment. crimin. p. 2. verbo, iudex, à n. 915.* & isti sunt arbitri iuris, tales enim dicuntur, qui ex necessitate iuxta formam iuris in casibus ab eodem iure expressis à partibus, vel ab aliis eliguntur, vt per Alciat. *in rub. de officio Ordin. n. 13.* Molin. *de iustit. tract. 5. disp. 23. n. 3. & disp. 31. n. 2.* Blanc. *de compromiss. q. 6. n. 1.* Camil. Borrel. *eod. tract § 3. gl. 1. n. 33.* Azeued. *l. 4. n. 24. tit. 21. lib. 3. nouæ recop.*

Coram eodem, &c.] Notatur ad hoc quòd iudice suspecto recusato causæ suspicionis proponuntur coram iudice recusato, probantur tamen coram arbitris, qui de earum iustitia, & iniustitia cognoscunt, vt docent *in præsenti* Host. *col. 1. vers. hoc enim discutere*, Innoc. *n. 2. vers. hæc enim coniunctio*, Bald. *num. 1.* Henric. *post n. 2.* Anch. *n. 2. in 2. notab.* Imol. *n. 1. in 2. notab. n. 8. & n. 17. in princ.* Butr. *n. 2. & 3. in 1. notab. n. 5.* Abb. *n. 1.* Anan. *n. 1. & 2.* Dec. *n. 8. in 2. notab.* Alexand. de Neuo *n. 1. & n. 43.* Sigism. Scacc. *d. c. 101. num. 20.* Iacob. de Laurent. *de iudice suspecto, c. 14. n. 12.* Card. Tusch. *d. concl. 911. num. 1.* Farin. *d. verbo, iudex, num. 917.*

Infra competentem terminum, &c.] Notatur ad hoc 4 quòd iudex recusatus electis arbitris præfigit terminum competentem intra quem suspicionis negotium terminare debeat, ipsi autem arbitri præfigunt terminum recusatori ad probandam causam suspicionis, in quo termino si causa suspicionis legitima non fuerit probata, idem recusatus iudex ad vlteriora procederet, probata autem causa negotium de recusatoris assensu personæ idoneæ delegant, vel ad superiorem remittunt, vt ipse procedat prout iuris fuerit, vt docent *in præsenti*, Henric. *n. 4. vers. aut non apparet, à n. 20.* Bald. *n. 1. in fine, & n. 13.* Anchar. *n. 5.* Bellam. *num. 11. in 9. quæst.* Imol. *n. 3. ante fin.* Butr. *num. 4. in 2. notab. & num. 12. vers. quærit*, Abb. *num. 4. in 3. notab.* Zabarell. *num. 3. in 3. notab.* Franch. *num. 4. vers. quintò nota, & num. 12. & à num. 16.* Dec. *à n. 27.* Præpos. *num. 3. 10. 11. 14. & 16.* Alexand. de Neuo

*n.*1.10.11.*& à n.*34.Sigism.Scac. *d.c.*101.*n.*28 Farin. *d.verbo, iudex*, *n.*920. Et ita termino præfixo iam finito sententia lata super suspicionibus est nulla, ex Vezin.*tom.*1.*commun.opin.lib.*3.*tit.*1.*n.*27.*pag.*375. Et apud Lusitanos per Ordin.Regiam *lib.*3.*tit.*21.§.21. quadraginta quinque dies assignantur, infra quos attentata suspicio probari debet, aliàs iudex sua iurisdictione vti potest, quem quidem terminum 45. dierum currere, de momento ad momentum decisum asserit Melch.Phœbos *Lusit. decis. tom.*1. *Arest.* 67. Quando verò recusans aduersarij facto fuit impeditus, assignatum terminum ei non currere necesse est vt dicamus, ex traditis per Cassador. *decis.*9. *sub hoc n.*1.Tiraq.*de retract.tit.*1.§.12.*gl.*1.*n.*1.*&* 2.Mascard. *de probat.concl.*1229.*n* 89.*cum seqq.& concl.*1236.*n.*4. Cald.Pereira *in l.si curatorem*, *verbo, læsis*, *n.*19. Non ita si culpa arbitri non fuit terminata suspicio infra assignatum terminum, licèt teneatur ad interesse, ex traditis per Bart.*in l. fin.n.*2. *ff. de variis*, *& extraordin.cognit.* Farin. *in praxi crimin. p.*3 *q.*111.*n.*538.*&* 555. Vtrùm autem minor restituendus sit in materia suspicionum, vide Aloys. Ricc. *collect.* 183. *in fine*, Perez *l.*1.*tit.*5.*lib.*3.*Ordin. pag.*565.Azeued. per text. ibi *in l.*16.*tit.*10.*lib.*2.*noua recop.* Cald.Pereira *d.verbo, læsis*, *n.*16.Valasc.*cons.*112.*num. fin.* 6

At ipsa probata, &c.] Notatur ad hoc quòd recusatus potest mittere causam ad superiorem de recusatoris consensu, vt cognoscat de negotio principali, vt per Lancelot. *de attent. part.* 2. *cap.* 6. *vers. quinto limita*, Soar.de Pace *in sua pract. p.* 1. *tom.* 2. *cap.*6.*n.*15. 7

Vel ad superiorem transmittat.] Notatur ad hoc quòd Episcopus recusatus potest remittere causam ad Archiepiscopum, vt per Stephan. Quarant. *in Summa Bullarij*, *verbo*, *Archiepiscopi auctoritas*, *n.*19. *propè finem*, *vbi in princ.*tenet quòd si appellatur propter suspicionem Episcopi Suffraganei, non debet appellans audiri, nisi prius Archiepiscopo constet coram Suffraganeo fuisse propositam suspicionem. 8

In gloss.*Cum iudice*, ibi, *& ita tam in Ordinario iudicio*, *quàm in extraordinario*, &c.] Notatur ad hoc quòd suspectus iudex recusari potest non solùm in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, & siue procedatur per accusationem, siue etiam per inquisitionem officio iudicis, vt docent *in præsenti* Innoc.*n.*6. *in verbo*, *aduersarij*, Bald. *n.*3. *&* 4. Franch. *n.*34.& Alex.de Neuo *n.*29. Clar. *in* §. *fin. q.*43. *in princ.* vbi Bajard.*n.*18 qui tenet in criminalibus causam suspicionis non probari coram arbitris, sed Principem auditis causis pro parte reorum expositis, si ei iustæ videbuntur, remouere iudicem, siue Ordinarius, siue Delegatus sit, vel dare adiunctum suo arbitrio refert, & sequitur Card. Tusch.*verbo*, *suspicio*, *concluf.*967.*n.*10. Iacob. Laurent. *de iudice suspecto*, *c.*5. *n.*12. vbi probare conatur in criminalibus ex iusta causa iudici ordinario non dari adiunctum, sed in totum remoueri, Farin.*fragment.crimin. p.*2.*verbo*, *iudex*, *n.*687. 9

Notatur etiam ad hoc quòd iudex ordinarius de iure Canonico recusari potest, vt per Host. *col.*1.*in fine*, Bald. *n.*14. Bellam. *n.*10. *vers. & sic nota*, Abb. *n.*2. *vers. & alia differentia*, Zabar. *n.*3. Franch.*n.*46. Dec. *à n.*5. Præpos. *n.*11. *ante fin.* omnes *in præsenti*, Marant. *de ordine iudic. p.*4. *dist.*5. *n.*40. Carau. *super ritu magnæ Curiæ*, *ritu* 265.*n.*13. Gail. *lib.*1. *obseru.*33. *n.*1. Pacian. *de probat.lib.*2.*c.*40.*n.*35.*&* 36.Seraph.*de priuil.iuram. priuil.* 7. *à n.*3. Sigism. Scacc. *de iudiciis*, *c.*66. *mm.*13. Iacob.de Laurent.*de iudice suspecto*, *c.*5. *n.*34. Farin. *d. verbo*, *iudex*, *n.*734. Octau. Glorit. *resp.*18.*n.*4. 10

In gloss. *Iustæ suspicionis*, ibi, *quid si dubitetur cum sit iusta*,&c.Notatur ad hoc quòd iudex recusari non potest ex qualibet causa recusanti bene visa, sed ex iusta, legitima, & rationabili tantùm causa, vt per Pacian.*de probat.lib.*2.*c.*45.*n.*42.Farin.*d.verbo*, *iudex*, *n.*805.vbi *n.*806. dicit quòd quando iudex accusatur ex causa suspicionis notoriè frinola, & frustratoria, tunc potest reiici à iudice recusato, & ea non obstante ad vlteriora procedi, absque eo quòd arbitros eligat, & *n.*807.quòd debet tunc in reiectione causam suæ repulsionis exprimere. 11

§. Porrò.

Si eius excessu euidentia rei, &c.] Notatur ad hoc quòd conuictus simul, & confessus non auditur appellans, nec à iudice, qui sententiam pronunciauit, nec ab eo ad quem pronocatum est, vt per Guid.Pap. *in tract. huius tit. q.*120. *sub n.* 89. Couar. *pract. c.*23. *n.*5.*vers. prima conclusio*, Lancelot. *de attent. p.*2.*c.*12. *de attent. appell. pend. ampliat.* 4. *n.*13. Duen. *reg.*156. Viuian. *tom.*2. *commun. opinion. lib.*7. *tit.* 24. *num.* 5. *pag.* 320. Scaccia *in tractat. huius tit. quæst.* 17. *limit.*4. *num.*30. Roland. *cons.*73. *ex num.*25. Clar.*in* §. *fin. q.* 94. *num.*11. Anton. Gom. *variar.tom.*3. *cap.* 13. *num* 31. *post med.* latè Salgado *de protect. Regia tom.*1. *p.* 3. *cap.* 14. *n.* 17. *cum seqq.* vbi *num.*12.subdit quòd confessus, & conuictus in criminalibus, & pecuniariis causis non auditur appellans, & *num.* 13. aduertit quòd vt confessio tollat in criminalibus appellationem, requirit spontaneam non per torturam, aut illius formidinem, & *n.* 17. dicit quòd confessio post sententiam in criminali causa non impedit appellationem. Vnde non posse iudicem vt suspectum recusari in notoriis, præsertim quando criminaliter agitur super notorio crimine, & pœna est ordinaria, & certa à iure statuta, tenent *in præsenti* Imola *n.*16.Butr.*n.*7. & Franch. *n.*24. Bursat.*cons.*21. *n.*24.*lib.*2. Lancelot.*de attent.cap.*6.*n.*27. Iacob. Laurent.*de iudice suspecto*, *c.*11.*n.*38 Farin.*d.verbo*, *iudex*, *num.*701. 12 13

Cùm appellationis remedium, &c.] Notatur ad hoc quòd appellatio est species defensionis aduersùs oppressionem, iniustitiam, & iniquitatem iudicij, vt per Socin. *cons.*39.*n.*9.*lib.*4. Put. *de syndicatu*, *verbo*, *appellatio*, *cap.*4. *n.*1.*in fine*, Alexand. *cons.* 113.*n.*1. *lib.* 5. Scaccia *d.tract. quæst.* 19. *num.*4. *& limit.* 1. *ex n.*21. Azeued. *cons.*19.*num.*46. Marant.*de ordine iudic. p.* 6. *verbo*, *& quandoque appellatur*, *num.* 247. Soar. de Pace *in pract.in proœm.*6.*p. tom.*1.*n.*6.*&* 7. Rebuff. *tom.*2.*ad leges Galliæ*, *tit.de rescript.in præfat. num.*161. Couar. *pract. cap.* 23. *n.*6. Pinel. *in l.*2. *C. de rescind. vendit.p.*1.*vub.c.*2. *num.*2. qui exinde probat appellationem quoad substantiam esse de iure naturali indictam quatenus continet defensionem, quoad eius tamen formalitatem, & solemnitatem esse de iure positiuo. 14

Ad præsidium innocentiæ.] Notatur ad hoc quòd appellatio est præsidium innocentiæ inuenta ad subueniendum oppressis, & corrigendum iniquitatem iudicis, vt per Rebuff. *tit. de appellat. in præfat.n.*17. *cum seqq.*Scacc.*de appellat.q* 3. *sub n.*1. Cæs.Contar. *in l.vnic.in ratione dubitandi*, *num.*3.*&* 5.*C. si de moment. possess.* Vnde S.Bernard. *in lib.de considerat. ad Eugen.* ait appellationem esse grande, & generale bonum mundo, idque tam necessarium hominibus, quàm sol mortalibus.

Nullo autem aduersario conuenerit, &c.] Notatur ad hoc quòd citatio personalis ad sententiam facta non reuelat, si remanserit circunducta per non cõparationem 15

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionem citantis, vt per Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 15. *glos.* 2. *sub n.* 9. *vers. & idem cum pars aduersa*, Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. glos.* 9 §. 1. *in annot. n.* 121.

16 *Nolumus ad Regulares extendi*, &c.] Notatur ad hoc quòd Prælati Regulares recusari non possunt, vt per Innoc. *in præsenti*, *num. pen.* Ioan. Andr. Abb. Præpos. & Alex. de Neuo *in fine*, dicentes per pronomen, *hæ*, quo vtitur hic text. relaxationem fieri ad proximas constitutiones, nempe de appellatione, & recusatione, & ita constitutio de qua *in hoc text.* non extenditur ad Regulares, quatenus extensio impediret eorum correctionem, iuxta regularia institituta; quare quando superior valde suspectus crederetur, excessurnsque ob passionem posset recusari, sicut in hoc casu potest ab eo appellari, ita *in præsenti*, Host. *num. vlt.* Ioan. Andr. *n.* 18. Butr. *in fine*, Bellam. *n.* 14. Abb. *in hoc* § *porro*, *n.* 3. *& ibi*, Alex. de Neuo *n.* 8. Præpos. *in fine*, & Franch. *n.* 4. quos refert, & sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi*, *tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 8. *n.* 111. Fr. Thom. à Iesu *de visit. Regul. tract.* 3. *cap.* 17. *n.* 12. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatur licitè vbi iudex confessionem Aduocati eadem die reuocatam pro litis contestatione velit habere, vel processum à subdelegato subdelegati factum ratificat*, & n. 2.
3 *Aduocati responsio per errorem non reuocata nocet clienti.*
4 *Delegatus inferioris à Principe non potest subdelegare.*
5 *Delegatus ad vniuersitatem causarum potest causam particularem delegare, non tamen vniuersalem iurisdictionem in alium transferre.*
6 *Ordinarius, & is, cui mandata est iurisdictio, regulariter æquiparantur.*

CAP. Cùm causam. LXII.

Honor. III.

1 PRocurator quando corrigit errorem Aduocati sui dicentis falsum contra partem, lis non dicitur contestata, & index non potest recipere testes: item nec potest iudex approbare testes receptos à subdelegatis subdelegatorum? si aliquid horum facit licitè appellatur, & quicquid post appellationem fecerit, est irritum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bellam. Host. Butr. Bald. Anchar. Panormit. Henric. Franch. Dec. Præpos. Alexand. de Neuo, Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 329. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 340. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. nouissimè de Valboa *vbi supr.*

2 *Ante litis contestationem sunt exceptiones dilatoriæ proponendæ.*] Vide appolita *ad cap. pastoralis* 4. *sup. de except. pag.* 585. *& seq.*

3 *Aduocati responsio extiterit reuocata*, &c.] Ergo si non reuocata responsio Aduocati, error illius noceret clienti, de quo vide Barbat. *cons.* 6. *vol.* 1. Iason. *in l. error*, *C. de iuris*, *& facti ignorantia*, Cardos. *in praxi iudicum*, *verbo*, *confessio*, *num.* 21. Mascard. *de probat. concl.* 368. *n.* 15.

4 *Cùm non nisi delegatus à Principe*, &c.] Notatur ad hoc quòd delegatus inferioris à Principe non potest subdelegare, vt per Couar. *lib.* 3. *var. c.* 20. *n.* 10. *vers. superest*, *& in vers. & profectò*, asserit *cap. cum Bertolduus*, *de sent. & re iudicata*, procedere ex eo, quia delegatus inferioris à Principe potest articulum causæ, quamvis non totam causam, delegare. Et quòd conclusio illa, quòd delegatus inferioris à Principe non possit subdelegare, debeat intelligi, nisi hoc habeat consuetudo, asserit Palat. *in repet. cap. per vestras*, *de donat. inter virum*, *notab.* 2. §. 1. *n.* 28.

5 In glos. *Delegatus*, ad fin. ibi, *bene posset vnam causam*, &c.] Notatur ad hoc quod delegatus ad vniuersitatem causarum potest causam particularem delegare, non tamen vniuersalem iurisdictionem in alium transferre, delegatus autem ad aliquam causam particularem, nullo modo delegare poterit, de quo vide Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 31. *n.* 3. D. Barbos. *in l. cum Prætor*, §. 1. *n* 154. *ff. de iudic.*

6 In ead. glos. ibi, in fine, *Quia quasi Ordinarius videtur.* Ergo is, cui mandata est iurisdictio, & Ordinarius regulariter æquiparantur, de quo vide Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 67. *n.* 31. Azeued *ad l.* 1. *n.* 6. *tit.* 9. *lib.* 3. *nouæ recop.* D. Barbos. *d.* §. 1. *n.* 208.

CAP. Dilecto. LXIII.

1 APpellans debet docere non solùm quòd opposuit exceptionem legitimam, & appellauit, sed quia legitima exceptio oppositа non fuit admissa, ideo appellauit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Dec. Præpos. Franch. Alex. de Neuo, Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 330. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 340. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 2. & nouissimè de Valboa *vbi suprà.*

SVMMARIVM.

1 *Appellans si præfigit terminum, & non mittit deinde sufficientem procuratorem ad prosequendam appellationem, condemnatur in expensis.*
2 *Tempus currit illi qui misit procuratorem idoneum, & diu fuit disputatum de mandato, quod tamen fuit pronuntiatum inualidum.*
3 *Appellans non comparens, seu non prosequens in termino, condemnatur in expensis.*
4 *Expensarum condemnatio fit in interlocutoria.*

CAP. Nicolao. LXIV.

1 APpellans si præfigit terminum, & non mittit deinde sufficientem procuratorem ad prosequendam appellationem, sed aliud, putà ad impetrandum, vel contradicendum, nunc tanquam contumax condemnabitur in expensis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Dec. Franch. Præpos. Alex. de Neuo, Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 331. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 340. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. & nouissimè de Valboa *vbi suprà.*

2 *Sufficientem procuratorem non miserint*, &c.] Notatur ad hoc quòd illi, qui misit procuratorem idoneum, & diu fuit disputatum de mandato, quod tamen fuit pronuntiatum inualidum, currit tempus sua culpa, vt per Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 4. *glos.* 3. *n.* 2.

3 *Ipsos ad restituendas expensas*, &c.] Notatur ad hoc quòd appellans non comparens, seu non prosequens

in termino condemnatur in expensis, vt per Zabar. *in præsenti, n.7.vers.habitis*, Abb.*n.7.* & Franch.*n.6. vers.secundo quæritur*, Sigism. Scacc. *in tract.huius tit. q.14. n.17.* qui id intelligunt si appellatus non instat pro processu ad vlteriora in causa appellationis, secus si instat procedi, quia tunc condemnatur in expensis quamvis contumax, sed debet expectari diffinitiua. Notari etiam solet text. hic ad hoc quod in interlocutoria sit condemnatio expensarum, nec ad diffinitiuam reseruatur, de quo vide Afflict. *decis.42.*

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à tertia sententia tam diffinitiua quàm interlocutoria non datur, & multipliciter declaratur.* & n.2.
3 *Sententiæ conformes quæ dicantur ostenditur.*

CAP. Sua nobis. LXV.

1 A Sententia licèt possit semel & bis appellari, non tamen potest tertiò, si fuit confirmata. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Butr. Bald. Panorm. Dec. Henric. Alex. de Neuo, Præpos. Franch. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 331. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 340. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & nouissimè de Valboa *vbi supr.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt, Vestr. *in praxi lib.7 c.3 n.19.vers.generaliter*, Rebuff. *tract. de appell.art.7.gloss.2.n.29.vers.15.* Nicel. *de concord.gloss. concord.6. fallent.25 n.67.* Sigism Scacc. *in tract huius tit.q.17.limit.1.n.1* quod adeò verum est vt nec Papa, seu Princeps per viam rescripti ex ordinaria potestate possit concedere tertiam appellationem, Marches. *de commiss. p.2. de commiss. super nullit. c.2. sub n.1. fol.* 140. Scacc. *vbi sup.n.2.* vbi *n.3.* extendit principalem resolutionem, vt sit vera tam in sententia diffinitiua, quàm in interlocutoria, & *n.6.* extendit etiam vt procedat in sententiis, quæ non transeunt in rem iudicatam, & *n.11.* pariter extendit vt tertia appellatio non admittatur quoad effectum suspensiuum, etiamsi essemus in aliquo casu, in quo liceret appellare à tribus sententiis conformibus, quia nihilominus appellatio non impediret executionem, & *n.15.* denique extendit, vt nec etiam à tribus sententiis possit supplicari; limitatur tamen hæc resolutio multipliciter, vt per eundem Scacc. *vbi sup. n.18.* & *n.40* dicit quòd à diuersis sententiis potest millies appellari, si millies grauaretur etiam in vna, eademque causa, & *n.42.* quòd vtraque pars potest bis appellare, & *n.49.* quòd potest appellari à sententia declarante, tres, vel duas sententias esse conformes, & *n.50.* quòd potest inferri appellationi aduersarij, & *n.62.* quòd potest dici post tres sententias de notoria iniustitia, & nullitate, & *n.63.* quod tertius potest quandocunque appellare.

3 Illæ autem sententiæ dicuntur conformes, quæ conueniunt in qualitate, & substantia, Ruginel. *in tract. huius tit.§.12.gloss.1.n.19.vers.omnésque.* Thesaur. Fossan. *dec.228. sub n.2.* Sigism. Scacc. *d.limit.1.n.21.* nam ad effectum conformitatis sufficit quòd in substantia idem contineat, Bald. *in l. creditor, §. cum de sorte, n.1. ff. de solutionibus*, Rot. apud Farin. *decis.98. n.4. p.1. recent.* & quòd non adsit difformitas circa substantiam, & qualitatem principalem, Alex. *consil.77.n.3.vers.sicut ergo, lib.2.* Rota *d.decis.98.* & nouissimè *in vna Bracharen. fructuum 18. Aprilis currentis anni 1625.* coram R.P.D. Buratto.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio omisso medio non deuoluit causam, exceptione de hoc opposita.*
2 *Prouocatio gradatim, & non omisso medio fieri debet.*
3 *Appellari potest ad Papam omisso medio.*
4 *Appellatio omisso medio, & proximo iudice de iure Canonico non est nulla, parte appellata non opponente.*

CAP. Dilecti. *ij.* LXVI.

1 APpellare non licet ad superiorem iudicem omisso medio si de hoc opponatur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anchar. Panorm. Dec. Franch. Butr. Bald. Præpos. Alex. de Neuo, Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 332. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag* 340. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* nouissimè de Valboa *vbi supr.*

2 *Quod cùm omisso diœcesano Episcopo*, &c.] Notatur ad hoc quòd prouocatio gradatim, & non omisso medio fieri debet, vt per Socin. *reg.23.* Marant. *de ordine iudic. p.6. actu 2. princ. verbo, & quandoque appellatur, q.5. num.368.* Rebuff. *de priuil. scholar. priuil.164. n.1. & in tract. de appell. art.2. gloss. vnic. n.9. tom.3.* Mynsing. *cent.1. obseru.67. & cent.2. obseru.4. tom.3.* Gail. *lib.1. obseru.119. n.2. & de pace publica, lib.1. c.13. sub n.15.* Ioan. Ferrar. *in tract. huius tit. lib.2. c.5. sub n.148.* Sigism. Scacc. *in simili tract. q.8. à princ.* vbi *n.3.* declarat vt gradatim non omisso medio dicatur appellari, quando appellatur ad eum, qui est superior, & proximior iudici, qui tulit sententiam, idest, subalternatus iudici à quo, vtputa ab Episcopo ad Metropolitanum illius Episcopi, & *num.4.* declarat secundò, vt gradatim non omisso medio dicatur appellari, & ideo teneat appellatio, etiam quando est interposita simpliciter non expresso iudice ad quem, quia intelligitur interposita ad superiorem proximum non commisso medio, præcipuè quando iudex appellationis est certus, & *n.12.* declarat tertiò vt non omisso medio dicatur appellatum quando est appellatum ad iudicem competentem, quia talis appellatio valet, *n.14.* declarat quartò cum Alexand. *cons.12. à princ. lib.6.* etiam si sententia esset simul lata à iudice Ecclesiastico, & iudice sæculari condelegatis, & appellatio sit interposita ad superiorem delegati sæcularis, vel ad quemcunque alium iudicem competentem, & appellans sic generaliter non declarauerit infra decem dies coram quo iudice velit prosequi appellationem, quia nihilominus appellatio valet.

3 Limita in Summo Pontif. ad quem omisso medio appellari potest, Couar. *pract. c.4. num.9.* Marant. *d. verbo, & quandoque appellatur, sub n.469.* Abb. *in præsenti num.11. vers.quartus casus*, & Franch. *limit.10. num.25.* & Dec. *fallent.3. num.17.* Rebuff. *priuil.164. n.3. & 4.* Feder. Schenck. *in tract. huius tit. sub num.7. vers.appellandum est*, Ioan. Ferrar. in simili *tract. c.51 sub num.139. versius Pontificium*, Scacc. *eod. tract. q.7. num.46.* & alij citati per me *ad cap. antiqua. n.25. de priuil. pag.* 386. vbi *num.26.* contrariis respondi.

Et

Et sic distinguunt inter ius Canonicum & Ciuile, itavt illo attento omisso medio ad Papam valeat appellari, secus de iure ciuili, & in foro sæculari, quam differentiam agnouerunt Marant. *dicto loco nouv.* 570. Rebuff. *in concord. tit. de frivolis appell. § 2. regula, & de priuil. schol. priuil.* 164 Greg. *ad l.* 18. *tit.* 23. *p.* 3. Bapt. *in tract. contradict. iuris Canon. cum iure Ciuili contract.* 16. Galuan. *de differ. legum Ciuil. & Canon. n.* 23. Hieron. Zanet. *cod. tract. n.* 48. Anules *ad c.* 38. Prætor. *in gloss. verbo, ante nos, n.* 1. Couar. *pract. c.* 4. *n.* 9. Soar. *in pract. tom.* 2 *p.* 5. *cap. vnico n.* 4.

Limita secundò vbi superior proximior mediatus esset inhabilis, quia tunc posset eo omisso appellari ad alium magis superiorem, Abb. *hic n.* 15. *casu* 9. Socin. *reg.* 23. *fallent.* 15. Mynsing. *centur.* 1. *obseru* 67. *num.* 2. Marant. *d. verbo, quandoque appellatur, limit.* 6. *n.* 375. Gail. *lib.* 1. *obseru.* 119. *sub n.* 2. Breder. *in tract. huius tit. p.* 1. *tit.* 18. *omisso medio an*, &c. *in verbo, si medius inhabilis.*

Limita tertiò, quando mediatus iudex denegat iustitiam, vel sua sponte causam remittit ad superiorem, Gail. *d. obseru.* 119 *sub n.* 2. Scacc. *d. q.* 7. *n.* 43 vbi *numeris seqq.* plures limitationes affert, præcipuè *n.* 88. quando appellatur à iudice, qui habet iurisdictionem à persona Ecclesiastica, qui potest ab eo appellari secundùm Canones omisso medio, & *n.* 93 si extaret consuetudo appellandi omisso medio, præscriptio, vel priuilegium, & *n.* 96. quando appellatur per errorem omisso medio, quia tunc appellatio non esset inutilis, & *n.* 99. quòd in Regno Neapol. à quocunque iudice appellatur ad Regiam, vel ad magnam Curiam Vicariæ, & *n.* 102. in scholari, qui potest omisso medio appellare à quocunque iudice inferiore ad Imperatorem, & *n.* 103. in Legato Papæ, & *n.* 104. in Patriarcha Constantinopolitano, & Alexandrino, & *n.* 106. quando concurrunt iurisdictio mediata, & immediata, & *n.* 107. quando Episcopus litigaret cum subdito, & *n.* 111. quando superior proximus esset absens longo impedimento detentus, & *n.* 112. in viduis, & pupillis, & *num seqq.* hanc vltimam limit. multipliciter declarat.

4 In gloss. *Post huiusmodi appellationem*, ibi, *secundùm Canones tamen*, &c.] Notatur ad hoc quòd secundùm Canones appellatio omisso medio, & proximo iudice non est nulla, parte appellata non opponente Abb. *n.* 7 Franch. *n.* 12. Marant. *de ordine iudic p.* 6. *actu* 2. *principali verbo, & quandoque appellatur, limit.* 4. *n.* 373. Rebuff. *d. gl vnic. n.* 5. 6. & 12. Scaccia *d. q.* 7. *n.* 18. & *n.* 105. Brederod. *in tract. huius tit. p.* 1. *tit.* 18. *omisso medio, verbo, si nihil opponatur, & verbo, taceat.*

SVMMARIVM.

1 *Appellare potest is qui desiit esse tutor, si nomine pupilli conueniatur inuitus.*

2 *Mulier, quæ habet tutelam filiorum, potest esse procuratrix.*

3 *Mater ipso iure amittit filiorum tutelam per transitum ad secundas nuptias, non autem per sponsalia de futuro, vt* n. 4.

5 *Pronuntiatio tacita ex processu ad vlteriorem actum sufficit super emergentibus.*

6 *Appellatio datur, si iudex se pronuntiat competentem, vel incompetentem tacitè vel expressè.*

CAP. Ex parte M. ij. LXVII.

Gregor. IX.

MAter ob transitum ad secundas nuptias desinens esse tutrix filiorum, non potest nomine illorum inuita conueniri, & si conueniatur, licitè appellare poterit. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Imol. Anan. Bellam. Host. Butr. Bald. Anch. Panorm. Henric. Franch. Decian. Præpos. Alexand. de Neuo, Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontificij, pag.* 333. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 341. *& tom.* 4. *repet. super iure Canonico ad librum secundum Decretal.* Ioan. Calderin. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & nouissimè de Valboa *vbi supr.* 1

Super quibusdam terris, &c.] Notatur ad hoc quòd mulier, quæ habet tutelam filiorum, potest esse procuratrix, vt per Duen. *reg.* 311. *limit.* 11. 2

Et prædicti filij eius sub potestate, &c.] Notatur ad hoc quòd mater ipso iure amittit filiorum tutelam per transitum ad secundas nuptias, ita disponitur *in Ordin. Regia Lusit. lib.* 4. *tit.* 102. §. 1. & docent Greg. *l.* 5. *verbo, no que sera, tit.* 16 *p.* 6. Cassan. *in consuet. Burgundiæ, rub.* 6. §. 98 *à n.* 1. Viuian. *dec* 460. quem refert Aloys. Riccius *in collect. decis. p.* 2. *collect.* 315. *post princ.* Michael. Grass. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 5. *tit.* 12. *n.* 5. *pag.* 759 Azened. *l.* 4. *n.* 14. *tit.* 1. *lib.* 6. *nouæ recop.* Surd. *n.* 106. *n.* 2. Anton. Faber. *in suo C. tit quando mulier desinit.* 1. Menoch. *cons.* 5. *n.* 32. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp* 88. *n.* 4. *cum seqq. & n.* 10. Cardos. *in praxi iud. verbo, tutela, n.* 6. Ignat. del Villar. *in sylua resp. lib.* 1. *resp.* 14. *n.* 11. Amplia procedere in matre data tutrice in testamento, Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 45. Matiens. *l.* 3. *gloss.* 2. *n.* 9. *tit.* 1. *lib.* 5. *nouæ recop.* Spin. *in speculo testam. gloss.* 29. *principali n.* 9. & 10. Sanch. *d. disp.* 88. *n.* 8. Gutier. *de tutelis, p.* 1. *c.* 9. *n.* 18. Bernard. Grænæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 98. *in coronide, n.* 2. Amplia etiam licèt nuptiæ sint nulliter contractæ, de quo vide Peregr. *de iure fisci, lib.* 3. *tit.* 15. *n.* 6. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 57. *n.* 53. Steph. Gratian. *discept forens. tom.* 2. *c.* 213. *n.* 21. Cald. Pereira *de potestate eligendi, c.* 6. *n.* 43.

Cùm iam ad secunda vota transisset.] Intellige per verba de præsenti, nam mater sponsalia de futuro contrahens per eam filiorum tutelam non amittit, de quo vide Anton. Gabr. *tom.* 3. *commun. opin. tit. de secundis nupt. conel.* 9. *n.* 13. Palat. *in repet. rub. de donat. inter vir.* §. 55. *n.* 6. Menoch. *de arbitr. casu* 151. *n.* 7. Gutier. *d. c.* 9. *n.* 2. Sanch. *d. disp.* 88. *n.* 5. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, læsis, n.* 27. *col.* 6. 4

Sed quia dicti iudices, &c.] Notatur ad hoc quod super emergentibus sufficit tacita pronuntiatio ex processu ad vlteriorem actum, vt per Vezin. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 8. *tit.* 20. *n.* 18. *pag.* 350. Surd. *decis.* 60. *n.* 5. Cald. Pereira *in d. l. si curatorem, verbo, minoribus n.* 40. *vers. verum*, D. Barbos. *in l. maritum, n.* 48. *& 53. ff. soluto matrim.* Valasc. *cons.* 119 *n.* 11. Quamvis enim iudex non haberet iurisdictionem, & fuisset oppositum de incompetentia, si huiusmodi exceptione non obstante processisset ad vlteriora videtur exceptio reiecta, & perinde est ac si super competentia pronuntiasset, nam stante oppositione non est necesse, quòd pronuntietur, cùm sufficiat procedi ad vlteriora, vt per Steph. Grat. *discept. forens. c.* 76, *n.* 17 *cum seqq.* 5

Nostram audientiam appellauit, &c.] Notatur ad hoc quòd si iudex se pronuntiat competentem, vel incompeten- 6

competentem expresse, vel tacitè ad vlteriora procedendo, tunc datur appellatio, vt per Gonzal. *ad reg.8.Cancel.gloss.9.§.in annot.n.196.* Scacc. *de appellat. q.17.limit.47.a n.94.& limit.6. princ.memb.8.n.47.cum seqq.* Mynsing. *cent.3 obseru.35.* Fulu. Pacian. *de probat. lib.1.c.58.n.47.* Aloys. Ricc. *in collect.decis.collect 1206. in princ.* Roland. à Valle *cons.35.n.1.in fine, & n.2.& 7. lib.4.* Card. Tusch. *pract. concl tom.1. lit. A concl.359. n.17.* Salgado *de protect. Regia, tom.1. p.2.c.1. n.39.* Nam appellatio iuste interponitur, si iudex reiicit legitimam exceptionem, dummodo probetur de veritate causæ ipsius appellationis, vt per Socin. *reg.37.* Vtrùm autem iudice suspecto recusato processus post recusationem ab eo factus sit ipso iure nullus absque eo quòd appelletur, diuersæ fuerunt Doctorum opiniones, vt videre est apud Ordinarios *in cap.cum speciali, sub hoc tit.* Rot. *dec 2 n.1. cum seqq. p.2. diuers.* Mynsing. *lib.1.obseru.33.n.12.* Bernard. *ad Clar. q.43. n.10.* Lancel. *de attent.c.6.n 2.vers.de alia tamen contraria,* Thom. Triuis. *Venetæ decis.51.n.1. p.1.* Seraph. *de priuileg.iuram priuil.7.n.20.* Card. Tusch. *lit.I.concl.421. n.6 cum seqq.& lit.S concl.913.n.1.& 2* Sigism. Scacc. *de indic.caujar.ciuil.lib.1.c.101.n.16.* Farin. *fragmentorum crimin. p.2.verbo, iudex, n.932.cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Index quando est dubius, & vult consulere superiorem, debet dare copiam consultationis partibus, aliter ei non creditur.*
2 *Subdelegatum videtur reuocare delegatus per cognitionem, quàm facit.*
3 *Iudex inferior si ad superiorem referat quæstionem facti, præsumitur quod causa se exonerandi hoc faciat.*

CAP. Intimasti. LXVIII.

1 IVdex de iure dubius si vult consulere superiorem, debet consultationis copiam partibus apud acta edere. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Host. Anchar. Butr. Bald. Panormit. Dec. Henric. Alexand. de Neuo, Præpos. Franch. Vinian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.333.* Alagonà *in compend. iuris Canon. pag.341.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1.* & nouissimè de Valboa *vbi supr.*

2 Notatur hic text. ad hoc quòd per cognitionem, quam facit delegatus, videtur reuocare subdelegatum, vt per Rebuff. *in praxi benefic.tit. forma Vicariatus, n.122.*

3 In gloss. *De inquisitionis,* vnic. ibi, *si vero vult euitare onus iudicandi,* &c.] Notatur ad hoc quòd si iudex inferior ad superiorem referat quæstionem facti, præsumitur quòd causa se exonerandi hoc faciat, vt per D. Barbosam *in l.eum, qui temere, §. fin.n.52. ff. de iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Dilatione pendente, & lite non contestata officium iudicis quieuit, & si interim aliquid innouet, vel diem assignatam sine causa præueniat, licitè appellatur; & si procurator datus ad impetrandum super appellatione non seruauit formam mandati, auditur appellans etiam post annum.*
2 *Clerici possunt habere ius vendendi carnes.*
3 *Priuilegium concedi potest, quod in tali loco, & non alibi carnes vendantur, vel quod quis solus piscetur in certa parte maris.*
4 *Baro non potest facere tabernam, & cogere, vt omnes transeuntes eant ad hospitandum in ea.*

CAP. Significante. LXIX.

PEndente dilatione, & lite non contestata officium iudicis quieuit, & nihil potest facere nisi de consensu partium, & si quid facit, est reuocandum ad pristinum; item si procurator missus ad prosequendam appellationem excedit fines mandati, & interim annus transit, appellans post annum auditur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Butr. Anchar. Bald. Panorm. Henric. Dec. Franch. Præpos. Alex. de Neuo, Vinian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.333.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag.341.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 2.* & nouissimè de Valboa *vbi supr.* 1

Carnes vendere non debere, &c. Ergo clerici possunt habere ius vendendi carnes, de quo vide Tiraq. *in nobil.c.27.n.8.* Boër. *decis.224.n.4.* 2

Alibi quàm in stallis, &c.] Priuilegium enim concedi potest, quod in tali loco, & non alibi carnes vendantur, vel quod quis solus piscetur in certa parte maris & alios prohibere possit, vt per Greg. *lib.2. verbo otorgamiento, tit.7 partit. 5.* Conar. *in reg. possessor, p.2.§.4.n 1.* Sebast. Næui. *in l.si quisquam 7. ff. de diuersis, & temporalibus præscript.* Baro verò non potest facere tabernam, & cogere, vt omnes transeuntes eant ad hospitandum in ea, prohibens omnibus suis vassallis ne quenquam, etiam consanguineum, hospitio excipiant, Prax. Episcop. *p.1. verbo, Barones, §.4.* 3 4

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ex causa interposita vt iustificetur, causæ veritatem probare oportet coram iudice ad quem, nisi fuerit coram iudice à quo oblata probatio, & reiecta.*
2 *Appellatio non iustificatur per oblationem probationis in peremptoriis exceptionibus, quibus quis appellauit, nisi causa appellationis probetur.*
3 *Verbum, offerens, vltroneam oblationem requirit.*
4 *Præsumptio malitiæ contra aliquem purgatur per probationem oblatam incontinenti.*
5 *Probatio eorum, quæ offeruntur incontinenti præ cæteris potiori gaudet prærogatiua.*
6 *Probatio incontinenti ad iustificandam appellationem quæ dicatur, ostenditur.*
7 *Appellans renuntians appellationi etiam inuito appellato condemnatur in expensis.*

CAP. Interposita. LXX.

QVi appellat ex causa probabili, non sufficit si coram iudice appellationis probet se appellasse ex causa probabili, sed debet etiam probare illam causam esse veram, sed si coram iudice à quo se obtulit probare veritatem causæ, & non fuit admissus, non tenetur coram iudice appellationis illam probare, sed satis est probare se appellasse. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Anchar. Butr. Bald.

Bald. Panorm. Præpos. Dec. Henric. Franch. Alex. de Neuo, Mantua, Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 214. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 341. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. nouissimè de Valboa *vbi sup.*

Collige ex text. quod opponens aliquam exceptionem non dicitur gratus eo ipso quod iudex illam reiicit, nec appellatio ab huiusmodi reiectione iustificatur, nec dicitur proposita ex legitima causa, nisi aliàs coram superiore excipiens probet legitimam, & veram exceptionem, aliter non deuoluitur appellatio, etiamsi prima fronte appareat esse vera, vt per Butr. *n* 1. *& sub n.* 5. *&* 10. Abb. *notab.* 1. *num* 2. Philip. Franch. *n.* 1. & Dec. *n.* 1 *in præsenti*, quos referunt, & sequuntur, Scacc. *de appell. q.* 11. *n.* 61. *cum seqq* Salgado *de protect. Regia, tom.* 1. *p.* 4. *c.* 7. *n.* 55 vbi *n.* 56. per hunc text. tenet appellationem à reiectione exceptionis simul oblata probatione incontinenti statim dici iustificatam, quia iudex reiiciens probationem incontinenti probatam ostendit suam iniquitatem contra opponentem exceptionem.

2 *Si eam non doceat esse veram.*] Notatur ad hoc quòd appellatio non iustificatur per oblationem probationis in peremptoriis exceptionibus, à quibus quis appellauit, nisi causa appellationis probetur, vt per Socin. *reg.* 486. Et quòd in appellatione extraiudiciali sola oblatio non sufficit, sed debet causa in ea expressa verè probari, dicunt Abb. *in cap. bonæ memoriæ* 51. *n.* 8. *differ.* 3. & Zabar. *n.* 54. *differ.* 6. & Franch. *n.* 41. *concl.* 8. *sup. hoc tit.* Sigism. Scacc. *in tract. huius tit. q.* 2. *n.* 41. secus tenentes in appellationis iudiciali, in qua sola oblatio probationis iustificat appellationem, licèt non probetur veritas grauaminis.

3 *Nisi hoc se offerens*, &c.] Notatur ad hoc quòd verbum, *offerens*, vltroneam obligationem requirit, vt per Tiraq. *de retract tit.* 1. §. 1. *gloss.* 17. *n.* 1.

4 Notatur etiam ad hoc quòd præsumptio malitiæ contra aliquem purgatur per probationem oblatam incontinenti, vt per Felin. *in cap. exceptionem, n.* 24. *supra de except.* Couar. *pract. c.* 16. *n.* 2. Sigism. Scacc.

5 *d tract. q* 17. *limit* 6. *memb.* 7. *n* 133. Probatio eorum, quæ offeruntur incontinenti præ cæteris potiori gaudet prærogatiua, Mascard. *de probat. conclus.* 587.

6 *n.* 2. Dicitur autem probatio incontinenti ad iustificandam appellationem, seu ratio appellandi in promptu, cùm appellans ostendit scripturam, vel aliud documentum nondum de actis, quod etsi requirat aliquam discussionem suæ causæ cognitionem, tamen facit magnam præsumptionem pro appellatione, vt resoluit idem Sigism. Scacc. *d. memb.* 7. *n.* 133. *vers. declara*, contra Contarel. *in l. vnic. C. si de moment. possess. limit.* 12. *sub num.* 14. & Ozasc. *decis.* 25. *n.* 13. dum aiunt quod ratio appellandi in promptu dicitur esse, si ex actis resultet euidens iniquitas sententiæ.

§. Ille.

Probat hic §. appellantem renuntiantem appellationi etiam inuito appellato, siue res sit integra, siue non, & appellatus prosequendo appellationem, quouis modo eam prosequutus esset, coactus fuerit facere aliquas expensas, debere tunc condemnari in dictis expensis, vt per Sigism. Scacc. *in tract. huius tit. q.* 17 *limit.* 2. *n.* 212. vbi *n.* 113 ampliat quod etiamsi appellatus non receperit appellationem, tamen appellans renuntians appellationi, re etiam integra debet condemnari in expensis, & *n.* 122. limitat quando appellans habuisset iustam causam appellandi, quia tunc iusta causa litigandi excusaret ab expensis, & *n.* 123. limitat etiam in eo, qui renuntiat appellationi conditionaliter, & *n.* 124. pariter limitat quando appellatus nullas expensas fecerit occasione appellationis, sed duntaxat occasione desertionis, quam appellanti licuit deserere, illique renuntiare tacitè, & expressè, re integra, appellato etiam inuito, & contradicente, quia appellans non tenetur ad istas expensas. Vnde ex principali resolutione infertur similiter teneri illum ad expensas qui cedit liti, D. *hic n.* 4. Acim. *in praxi Florent.* §. 32. *c.* 2. *ampl.* 2. Sigism Scacc. *d limit.* 2. *n.* 114. D. Barbos. *in l. eum, qui temerè, n.* 188. *ff. de iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Clausula*, Appellatione remota, *posita in medio literarum respicit solum præcedentia, non autem sequentia, nisi fuerit in fine literarum, & hoc si negotia sint separata*, & n. 2.

3 *Clausula in fine posita refertur ad præcedentia.*

CAP. Inquisitioni. LXXI.

CLausula, *Appellatione remota*, si ponatur in medio literarum continentium plura negotia se minimè contingentia, respicit solùm superiora, si repetatur in fine, respicit omnia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Anchar. Panorm. Dec. Franch. Butr. Bald. Præpos. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 337. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 342. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. & nouissimè de Valboa *vbi suprà.* 1

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Sigism. Scacc. *in tract. huius tit. q.* 16. *limit.* 1. *n.* 79. nam quæuis alia similis clausula in fine posita refertur ad præcedentia, vt per Menoch. *consil.* 130. *n.* 5. Ioseph. Ludou. *Perusina decis.* 45. *n* 6. *p.* 1. Burg de Pace *consil.* 44. *n.* 13. Surd. *consil.* 567. *n.* 4. Gutier. *practic. lib.* 3. *q.* 29. *n.* 11. *&* 12. Valasc. *cons.* 133. *n.* 3. Sanch. *de matrim. lib.* 3. *disp.* 7. *n.* 17. Cardos. *in praxi iudic. verbo, clausula, n.* 2. Ceual. *commun. contra commun. q.* 828. *n.* 131. Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 135. *n.* 14. Marta *de claus. p.* 4. *clausul.* 13. alios plures, quos refero ego ipse *in remiss. de dict. & claus. claus.* 119. 2 3

SVMMARIVM.

1 *Appellatio vnius prodest alteri, si communi iure iuuentur, & idem sit negotium, & eadem defensionis causa, & sint eadem sententia condemnati, alias secus.*

2 *Appellatio vnius prodest aliis litis consortibus.*

3 *Priuilegium vnius suffragatur alteri quando sumus in causis communibus, & indiuiduis.*

4 *Appellans vnus ex pluribus consortibus, aliis appellationem non prosequentibus, executio quoad deserentes consortes exequenda non est donec causa appellationis decisa sit.*

CAP. Vna sententia. LXXII.

APpellatio vnius prodest aliis litis consortibus non appellantibus quando causa est communis, & vna eadémque omnium defensio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Bellam. Ioan. 1

Andr. Zabar. Imol. Anan. Host. Butr. Anch. Bald. Præpos. Butr. Franch. Panorm. Dec. Alex. de Neuo, Viu. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 337. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 342. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. & 2. & nouissimè de Valboa *vbi supr.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt apud Lusitanos Ordin. Regia *l.* 3. *tit.* 80. *in princ.* & apud Castellanos *l.* 5. *tit.* 25. *p.* 3. Ioan. Ferrar. *in tract. huius tit. lib.* 2. *c.* 1. *in fine, sub n.* 124. Ruginel. *in simili tract.* §. 2. *c.* 1. *n.* 29. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *q.* 101. *n.* 17. *ampliat.* 8. Lancel. *de attent. p.* 2. *c.* 12. *de attent. appell. pend. ampl.* 11. *princ. à n.* 1. Viuian. Soar. & alij *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 23. *pag.* 323. Rebuff. *ad leges Galliæ, in proœm. gloss.* 5. *n.* 98. Caualcan. *p.* 2. *decis.* 30. *num.* 115. Scacc. *de appell. q.* 5. *art.* 1. *n.* 58. Veral. *decis.* 37. *p.* 1. Rot. *decis.* 779. *n.* 3. *p.* 1. *diuers.* Valent. Franch. *in tract. de fideiussorib. c.* 3. *n.* 138. Alex. Trentacinq. *var resolut. lib.* 2. *sub hoc tit resol.* 7. *n.* 8. *cum seqq.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Camer. Imper. lib.* 1. *concl.* 126. *consid.* 1. latè Ste-

3 phan. Gratian. *discept. forens. c.* 115. *à princ.* In causis enim communibus, quando sumus in indiuiduis, priuilegium vnius suffragatur alteri, *l. si commune fundum* 10. *ff. quemadmodum seruit. amit.* Mexia *in tract. rassæ panis, concl* 5. *n.* 74. *in fine*, Surd. *de aliment. tit.* 9. *q.* 14. *n.* 3. Modern. *de iurisd. p.* 4. *casu* 12. *& casu* 118. Gonzal. *ad reg.* 8 *Cancel. gloss.* 24. *à n.* 52. Stephan. Grat.

4 *d. c.* 115. *à n.* 6. Illud aduertere oportet quod si vnus appellet, alter verò non prosequatur appellationem, executio quoad hunc desertentem consortem, donec appellationis causa decisa sit, suspendenda est, vide Hieron. de Laurent. *decis.* 60. Bernard. Græuæ. *ad pract. Camera Imper. lib.* 1. *concl.* 113. *consid.* 3. *& concl.* 126. *consid* 1. *n.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Metus iustus incussus appellanti illum excusat ne appellet coram iudice à quo, & n.* 2.
3 *Metus iustus cadens in constantem virum qui dicatur relinquitur arbitrio iudicis.*
4 *Tyranni præceptum inducit metum iustum.*
5 *Principis præceptum inducit metum iustum, quando scilicet ipse Princeps iubet subdito, & solitus est sæuire contra inobedientes.*
6 *Metus iustus inducitur ob periculum mortis, aut corporis cruciatum.*
7 *Armorum terror inducit metum iustum, licèt portans arma illis non vtatur.*
8 *Bonorum omnium amissio inducit iustum metum.*
9 *Metus inducitur vbi agitur de perdendo magnum lucrum, vel de incurrendo graue damnum in rebus propriis.*
10 *Honoris amissio inducit metum iustum.*
11 *Minæ quando sunt illatæ à persona potente, & solita minas exequi, inducunt iustum metum.*
12 *Preces importunæ, assiduæque sollicitationes eorum præsertim, qui aut iubere possunt, aut potentes sunt, inducunt iustum metum.*
13 *Excommunicationis comminatio an, & quando inducat iustum metum remissiuè.*
14 *Carceratio alicuius inducit iustum metum quando est diuturna.*
15 *Libertatem amittendi ex periculo inducitur iustus metus.*
16 *Metus reuerentialis præcedentibus minis, aut verberibus, est iustus, cadítque in constantem virum.*
17 *Appellatio regulariter debet fieri coram iudice à quo.*
18 *Appellatio coram honestis viris non valet si non constat de metu, vel absentia iudicis à quo.*
19 *Appellare potest coram probis viris pars iustè timens de iudice, licèt adsit iudex.*
20 *Appellari vt possit coram honestis viris, quæ concurrere debeant, ostenditur.*
21 *Boni viri qui dicantur iudicis arbitrio relinquitur.*
22 *Honesti viri, coram quibus appellatur, debent esse duo, vel saltem vnus honestus vir Notarius, & testis.*
23 *Protestatio coram honestis viris quomodo facienda, quando ob metum iustum appellari non potest coram iudice à quo, ostenditur.*
24 *Impeditus appellare, debet protestari.*
25 *Appellans impeditus an, & quando ad euitandam desertionem causæ appellationis debeat protestari, & sæpius protestari, remissiuè.*
26 *Impeditus comparere propter impedimentum iustum tenetur protestari.*
27 *Appellatione pendente nihil est innouandum.*
28 *Iudex à quo potest innouare quando tendit ad faciliorem exitum appellationis.*
29 *Attentatorum de materia qui Doctores agant referuntur.*
30 *Attentans ius, iudicem, & partem offendere dicitur.*
31 *Attentatum non dicitur nisi lite, vel appellatione pendente.*
32 *Attentata non dantur in iudicio summariissimo possessorio retinendæ.*
33 *Attentare non dicitur, qui vtitur possessione, qua antea vtebatur.*
34 *Attentati reuocatio cessat vbi constat debono iure attentantis per confessionem partis, vel per rem iudicatam.*
35 *Attentare non dicitur tertius, nec potest contra illum remedio attentatorum vti.*
36 *Procurator absque speciali mandato non potest causare attentata.*
37 *Attentatum non dicitur quod fuit factum lite, vel appellatione pendente, auctoritate Apostolica.*
38 *Attentata in primis, & ante omnia sunt reuocanda.*
39 *Attentata non dicuntur purgata nisi etiam reficiantur damna, & interesse.*
40 *Attentata reuocari possunt quandoque ordinario remedio, quandoque extraordinario iudicis officio.*
41 *Attentatorum reuocatio debet peti coram iudice appellationis, cuius fuit læsa maiestas.*
42 *Attentatis renuntiasse videtur, qui passus fuit pronuntiari super iustitia sententiæ, vel quando attentans admissus fuit ad probandum bonum ius, & illud probauit.*
43 *Attentatorum iuri quæsito per desertionem renuntiasse quis non præsumitur.*

CAP. Si iustus. LXXIII. & vlt.

METus iusto impeditus ne appellet intra decem 1 dies coram iudice à quo, quem habere potest, si coram bonis viris protestatur se non audere appellare, & exprimat causas appellationis, intelligitur iam appellasse. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Imol. Anania, Bellam. Host. Butr. Bald. Anchar. Panormit. Henric. Franch. Dec. Præpos. Alexand. de Neuo, Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 337. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 342. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & nouissimè de Valboa *vbi supr.*

Collige ex text. quod iustus metus incussus appel- 2 lanti illum excusat, ne appellet coram iudice à quo, vt per Ioan. Bapt. Costa *de remed. subsid. remed.* 60. *à princ.* Sanch. *de matr. l.* 4. *disp.* 4. *n.* 8. *in fin.* vbi idem dicit, si incutiatur appellantis consanguineis, & *disp.* 8. *num.* 9.

*n.*9. ad finem resoluit, quod si iustè iudex metum incuteret, non excusaret appellantem, latè Sigism. Scacc. *de appell. q.*6. *n.*8. vbi dicit quod si condemnatus non audeat ob iustum, siue probabilem metum appellare, tunc posset omitti appellatio, & sufficiat quod is dicat iudici à quo, Domine iudex, me grauasti in hoc, & hoc, & adducat talia grauamina ad illos, quibus liceat appellare, quia adductio talium grauaminum habetur pro sufficienti appellatione, stante iusto timore appellandi, & *n.*9. subdeclarat vt si quis ob iustum timornm timeat facere prædictam protestationem coram iudice à quo, protestatio habeatur pro facta, & ideo erit appellandum coram honestis personis præmissa dicta protestatione, quod non audet appellare coram iudice à quo, & *n.*11. asserit in ista protestatione tria requiri; primum quod fiat tempore congruo, idest, infra decem dies; secundum quod fiat publicè, id est, coram publicis personis, aut coram iudice cuiusque fori; tertium quod contineat causas metus, non tamen est necessarium quod contineat causas causæ, nisi postea in prosecutione causæ: & quod pars iustè timens de iudice possit appellare coram probis viris, licèt adsit iudex, dicit Surd. *cons.*228 *n*15. Amplia etiamsi ipse cui opus est appellare, fuerit causa ipsius metus, vel ille incutiatur à iudice, quia est terribilis contra appellantes siue inferatur à partibus, vel earum consanguineis, Franch. *in præsenti*, *num.*2. & 4. Sigism. Scacc. *d. q.*6. *n.*15. & 16.

3 *Iustus metus.*] Pluribus modis inducitur metus iustus, & cadens in constantem virum, quos relinquendos esse arbitrio iudicis censuit Sigism. Scacc. *d. q.*6. *n.*13. & plures citati per me *ad c.*6. *n.*6. *de iis, quæ vi*, quibus nouè addo Ioan. Valerum *de differentiis inter vtrumque forum, verbo, metus, differ* 2 Ego tamen aliquos referam, & primò ex præcepto tyranni, vt per Anchar. *consil.*299 *incip. visa supradicta*, Angel. *cons.* 378. *incip. D. Raymundus, & cons. seqq.* Natt. *cons.*451. *n.* 17. Mascard. *de probat. concl.* 1051. *n.*52. Card. Tusch. *lit. M. concl.* 216. *n.*15 & *concl* 217. *n.* 6. 18. & 21. & *concl.* 220. *n.*32 & *concl* 223. *n.*33. maximè interueniente læsione, Grammat. *decis.*223. *num.*33.

5 Secundò metus iustus inducitur ex præcepto Principis, quando scilicet ipse, vel dominus subditis iubet, vt aliquid faciant, ex gloss. *verbo, munere, in cap. conuenior* 23. *q.*8. Geminian. *consil.* 15. *num.*10. Roland. *consil.*100. *num.*129. & *seqq. lib.*4. Mascard. *d. concl.* 1051. *num.* 4. & 5. Flamin. *de resignat. lib.* 13. *quæst.*1. *num* 185. Menoch. *de præsumpt. lib.*3. *præs.* 126. *num.* 12. Cardin. Tusch. *d. lit. M. concl.* 214 *num.* 3. & 10. & *concl.*217 *num.*3. & *concl* 218. *num.*1. intellige vbi constat eundem Principem solitum esse sæuire contra inobedientes, alias secus, per ea quæ Dec. *consil.*18. *num.*127. *lib.*1. Mascard. *d. conclus.*1051. *n.*6. & 7. Menoch. *d. lib.*3. *præsumpt.* 4. *n.*19. & *præs.*216. *num.*13.

6 Tertiò metus iustus inducitur ob periculum mortis, aut corporis cruciatum, *l. interpositas, C. de transaction. cap. cum dilecta, cap. perlatum, de his, quæ vi, cap. consultationi in fin. de sponsalib. l.*7. *tit.*33. *part.*7. Alex. *cons.*99. *incip. in casu, n.*3. *vers. & tura, lib.*3. & *cons.*156. *n.*5. *lib.*6. Dec. *cons.*96. *n.*15. & 16. *lib.*3. Hercul. *de caution. de non offenden. c.*1. *n.*11. vbi de flagellis, Mascard. *d. concl.*1051. *n.*18. Menoch. *de arbitr. casu* 135. *num.*5. Ioseph. Ludou. *Lucensi decis.*18. *n.*6. Card. Tusch. *d. litera M. concl.*215. *n.*7. 9. 14. & 30. & *concl.* 217. *n.*1. & 2. & *concl.*223. *n.*44. Sanch. *de matrim. lib.*4. *disp.*5. *num.*4.

7 Quartò ex terrore armorum, licèt portans arma eis non vtatur, Alexand. *in consil.*156. *incip. Viso processu, n.*4. *vers. tertiò præsuppono, lib.*5. & *cons.*98. *n.*4. & 5. *lib.*3. Gregor. per text. *ibi l.*15. *tit.*2. *p.*4. Gutier. *cons.*16. *n.*8. Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.*17. *n.*16. Mascard. *dict. concl.*1051. *n.*49. Menoch. *d. lib.*3. *præsumpt.*4. *n.*9. Ioseph. Ludou. *d. decis.*18. *à n.*1. Card. Tusch. *d. lit. M. concl.*215. *num.*6. & *concl.*216. *num.*4. Sanch. *d. disp.*5. *num.* 5. & multò magis ex insultu cum armis, Menoch. *d. præsumpt.*4. *num.*8. Card. Tusch. *d. concl.*215. *num.*5.

Quintò ex amissione omnium bonorum, vt per 8
Doctores citatos *ad c.*2. *n.*1. *de iis, quæ vi*, & *ibi* citatis adde Hercul. *de caut. de non offendendo, c.*1. *n.*13. *vers. timor amissionis bonorum*, Sebast. Medices *de casibus fortuitis, p.*1. *q* 7. *n.*7. *vers. quintò modo probatur*, Couar. *de sponsalib. p.*2. *c.*3. §. 4. *n.*18. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p* 4 *collect.*943 *illat.* 1. Mar. Anton. *var. resolut. lib.*1. *resol.*1. *n.*10. Card. Tusch. *d lit. M. concl.*215. *n.*5. & *concl.* 217. *n.*8. & 9. Vel vbi agitur de perdendo magnum lucrum, vel de incurrendo graue damnum in 9
rebus propriis, *l. fin.* §. *si generator, ff. de eo, quod metus causa*, Medices *d. c* 7. *n.* 7. *vers. decimo timor lucri*, Sanch. *d. lib.*4. *disp.*5. *à n.*27.

Sextò ob periculum, & timorem verecundiæ, & 10
amissionis honoris, quem morti æquiparari communiter tradiderunt Doctores *in d. l. interpositas*, vbi Ioan. Sichard. *n.*5. apud Castellanos *l.*7. *tit.*33. *p.*7. Sebast. Medices *d. n.*7. *vers. septimo colligitur*, Sarnien. *select. lib.*2. *c.*11. *n.* 51. *vers. præterea*, Decian. *cons.* 3. *n.*134. & *seqq. vers. non obstat, lib.*3. Mascard. *d. concl.* 1051. *n.*53 Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuil.*29. *n.*2. Card. Tusch. *d. lit. M. concl.*215. *n.*13. & *concl.*216. *n.*19. Sanch. *d. disp.*15. *n.*11. vbi ampliat etiam in eo, qui timet de viro dicace, & contumelioso, solitóque verba detractoria in alterius dedecus proferre, & *n.*12. de stupro communicato tam in viro, quàm in muliere, etiam vidua, & *n.*13. *cum seqq.* tenet ob infamiam induci metum iustum, siue infamia sit iuris, siue facti, cui tamen occurri non possit, & dummodo sit grauis.

Septimò ex minis, quando sunt illatæ à persona 11
potente, & solita minas exequi, alias secus, Flamin. *de resignat. lib.*13. *q.*1. *n.* 13. *cum seqq.* Decian. *consil.*18. *n.*127. *lib.*1. Sebast. Medic. *d q.*7. *n.*67. Hercul. *d c.*1. *n.*11. *vers. minæ*, Mascard. *d. concl.*1051. *à n.*18. Menoch. *d. casu* 136. *n.*11. & *d. præsumpt.* 126. *n.*24. & 25. Cardin. Tusch. *d. lit. M. conclus.* 215. *n.*10. 12. & 17. & *concl.*217. *n.*4. & 16. & 17. Sanch. *lib.*4. *disp.*1. *n.*19. & 20.

Octauò ex importunis precibus, assiduisque sol- 12
licitationibus, petitionibus, & molestiis, eorum præsertim, qui iubere possunt, aut potentes sunt, *l. b.*1. §. 2. & *ibi* notant omnes *ff. de seruo corrupto*, Medices *d. q.* 7. *n.* 7. *vers. vigesimo secundo arguitur*, Dec. *cons.*65. *n.*2. *lib.*2. Card. Tusch. *lit. M. d. concl.*217. *n.*22. & *lit. P. concl.*321. & *concl.*484. Sanch. *d. lib.*4. *disp.*7. *num.*4.

Nonò ex comminatione excommunicationis, 13
intelligendo prout dixi *ad c.*4. *n.* 3. *de iis, quæ vi*, & *ibi* citatis adde Aloys. Ricc. *in collect. decisionum, p.*4. *collect* 843. *vers. infero tertio*, Card. Tusch. *d. lit. M. concl.*216. *n.*18. & Sanch. *d. lib.*4. *disp.*5. *num.*17. *vers. tandem.*

Decimò ex carceratione alicuius, Medices *d. q* 7. 14
*num.*7. *vers. secundo per carcerationem*, Marsens. *in rubr. tit.*1. *gloss.*1. *num.*189. *lib.* 5. *nouæ recopil.* Mascard. *d. concl.*1051. *à num.*30. Card. Tusch. *d. lit. M. concl.*217. *num.*5. & *à num.*12. & *concl.* 221 *num.*16. *à num* 24. & *conclus.*222. *num.*3. & *conclus.*223. *à num.*34. Aloys. Ricc. *d. collect.*943. *vers. infero quinto*, Sanch. *d. lib.*4. *disp.*5.

diff. 5. *n* 9. vbi declarat hoc procedere in metu carceris diuturni, & de vinculis atrocibus.

15 Vndecimò ex periculo amittendi libertatem per ea, quæ Medices *d. q.* 7. *n.* 7. *verſ. decimonono*, Sanch. *d. lib.* 4. *diſp.* 5. *n.* 6. *cum ſeqq.* vbi *n.* 8 idem dicit de timore grauis exilij, & *num.* 10. de timore amiſſionis ſtatus.

16 Duodecimò metus reuerentialis præcedentibus minis, aut verberibus eſt iuſtus metus, caditque in conſtantem virum, vt docent Doctores citati *ad c.* 4. *n.* 4. *de iis, quæ vi.*

17 *Coram iudice à quo*, &c.] Notatur ad hoc quòd regulariter appellatio debet fieri coram iudice à quo, aliàs eſt nulla, atque effectum ſuſpenſiuum, atque deuolutiuum non operatur, vt per Innoc. *in fine*, Franch. *verſ. in gloſſ.* 2. *ſub n.* 17. *an præſenti*, Specul. *ſub hoc tit.* §. *qualiter*, *n.* 8. Socin. *conſil.* 45. *n.* 1. *lib.* 1. Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 102. Scacc. *d. q.* 6. *n.* 1 *cum ſeqq.* Rot. apud Farin. *deciſ.* 196. *n.* 3. *p.* 2. *recent.* vide ſuprà *ad cap. vt debitus* 59. *hoc tit.*

18 *Vel ſi habere ipſum copiam requiuerit*, &c.] Notatur ad hoc quòd appellatio coram honeſtis viris non valet, ſi non conſtat de metu, vel abſentia iudicis à

19 quo, vt per Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 10 & ideo pars iuſtè timens de iudice, poteſt appellare coram probis viris, licèt adſit iudex, Surd. *conſil.* 228. *n.* 15 Scacc. *d. q.* 6. *n.* 11.

20 *In præſentia bonorum virorum*, &c.] Notatur ad hoc quod ſi iudicis à quo, vel ſaltem iudicis ad quem copia haberi non poſſit coram honeſtis viris regulariter appellari poteſt, vt per Caſſad. *deciſ* 3. *ſub hoc tit.* Capec. Tholoſ. *deciſ.* 28. Hercul. *de attent. c.* 24. *num.* 6. Afflict. *dec.* 50. Auiles *ad c.* 2. Prætor. *in gloſſ. verbo ninguno, n.* 5 Octauian. *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 27 Soar. *in pract. tom.* 1. *p.* 6 *in proœm. n.* 53 Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ.* p. 4. *collect.* 1355. vel aduertit multa concurrere debere, vt hæc concluſio procedat, primo iuſtam cauſam quominus coram iudice appellare nequit, Capel. Tholoſ. *dec* 500. Coſta *d. remed* 60. *n.* 4. Secundò quod talis proteſtatio, ſeu appellatio intimetur iudici, & parti, quoad effectum ſcilicet attentatorum, Rot. *dec.* 38. *ſub hoc tit in nouis*, Lap. *alleg.* 39 *n.* 3. & 10. Coſta *d. remed.* 60. *n.* 5. *verſic* 4. Mynſing. *cent.* 4. *obſeruat.* 44. Tertiò quod talis honeſta perſona, coram qua appellatur, non ſit aliàs inhabilis, putà ſi eſſet excommunicatus, quia tunc non poſſet dici vir honeſtus, Menoch. *d. arbitr. caſu* 69. Quartò quod talis appellatio contineat iuſtas cauſas. Quintò, quod non faciant decreta, quæ ſpectent ad iudices, provt ſunt admittere appellationem ſi, & in quantum, literas citatorias, atque inhibitatorias committere vt per Marc. Anton. de Amatis *dec.* 100. Et nota quod ſaltem vna perſona honeſta adhiberi debet coram teſtibus, & notario, vt ex aliis aduertit Ioan. Faptiſta Coſta *d. remed.* 60. *verſ. tertio.*

21 *Bonorum.*] Ergo non ſufficit fieri coram vno, vt per Tiraquell. *in l. ſi vnquam, verbo, ſuſceperit filios, n.* 229. Sed contrarium verius, dummodo id ipſum per legitimum teſtium numerum comprobetur, ita Abb. *hic n.* 3. Butr. 4. Dec. 4. Marant. *de ordine iudic. cap. de appellat. n.* 133. *in fine*, Auil. *vbi ſup. à n.* 4 Grauat. *ad Octau. lib* 7. *c.* 3. *n.* 68. & dicit Sigiſm. Scacc. *d. q.* 6.

22 *n.* 23. quod honeſti viri, coram quibus appellatur, debent eſſe duo, vel ſaltem vnus honeſtus vir, notarius, & teſtes, & *n.* 24. nunquid ſufficiat vnus, & notarius, & *n.* 25. 26. & 27. qui appellauit coram honeſta perſona, eo quia non inuenerit iudicem, an ſi iudex redierit teneatur redire ad appellandum coram eo, & *n.* 27. *verſic. confirmatur ſecundo*, quod ſi quis appellauerit coram honeſtis viris propter metum, & poſtea ceſſit metus, tamen non tenetur iterum appellare coram iudice. Boni viri qui dicantur, iudicis arbitrio relinquitur, ex Menoch. *de arbitrar. caſu* 69. *n.* 9.

Dummodo infra tempus, &c.] Notatur ad hoc quòd proteſtatio huiuſmodi omnino facienda intra tempus à iure conceſſum ad appellandum, vt per Nauar. *in cap cùm contingat* 6. *cauſa nullit. n.* 10. Soar. *d. p.* 6. *in proœm. n.* 53,

Proteſtatione ſuper hoc propoſita.] In iſta proteſta- 23
tione requiruntur tria. Primum, quòd fiat tempore congruo id eſt, infra decem dies. Secundùm, quòd fiat publicè, id eſt, coram publicis perſonis, aut coram iudice cuiuſque fori. Tertium, quod contineat cauſas metus, ita Scaccia *d. quæſt.* 6. *num.* 11. & iterum *quæſt.* 12 *num.* 107 quod proteſtatio coram honeſtis viris, &c. debet fieri infra decem dies; &
num. 168. quod impeditus appellare debet prote- 24
ſtari, & *quæſt.* 15. *à num.* 181 an, & quando ap- 25
pellans impeditus ad euitandam deſertionem cauſæ appellationis debeat proteſtari, & ſæpiùs proteſtari.

Notatur ad hoc quod impeditus comparere pro- 26
pter impedimentum iuſtum tenetur proteſtari, vt per Cald. Pereira *de renouat. empt. quæſt.* 6. *num.* 15. quia deficiente perſona, cum qua actus debuit geri, neceſſaria eſt proteſtatio, vt per Tiraq. *de retract. tit* 1. §. 9 *gloſ.* 3. *n.* 21. & 22. vbi *n.* 23. quod ſufficit ſemel proteſtari.

Illud in materia appellationum vulgare eſt appel- 27
latione pendente nihil eſſe innouandum, de quo extat titulus *ff. nil nouari appellatione pendente*, & probant *l. appellatione*, *C. hoc tit.* & apud noſtros Luſitanos Ordinat. Reg. *lib* 1. *tit.* 73. & apud Caſtellanos *l.* 26. *tit.* 23. *part.* 3 vbi *gloſſ.* 5. & *l.* 27. *vbi gloſſ.* 8. *in princip. eod. tit. & part.* Duen. *reg.* 42. Bernard. *reg.* 37. Guid. Papæ *deciſ.* 213. *num.* 6. & *deciſ.* 426. *num.* 21. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo, appellatio*, *n.* 7. Brun. à Sole *in locis communib. eod. verbo* 31. Marant. *de ordine iudic. p.* 46. *princ quæſt.* 2. *n.* 171. *cum ſeqq* Donat. à Fina *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 21. *n.* 80. *pag.* 306. Cott. *in memorab. verbo, appellatione pendente, vel interpoſita*, Mench. *vſufreq. cap.* 40. *n.* 21. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 10. *num* 2. & *priuil.* 60. *n.* 18. Cald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo, per quod, n.* 35. & *de nominat. q.* 5. *n.* 25. Modern. *de cognitione per viam violentia, gl.* 6. *n.* 5. Mendez à Caſtro *in praxi Luſitana, lib.* 2. *c.* 11. *à num.* 16. Et procedit quantumcunque notorium ſit friuolè, & iniuſtè appellatum fuiſſe, D Barboſ. *in l. ſi de vi, num.* 144 *ff. de iudic.* Poteſt tamen iudex à 28
quo innouare quando tendit ad faciliorem exitum appellationis, vt per Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c.* 155. *n.* 41.

De materia attentatorum ex profeſſo tractauit 29
Rabert. Lancelot. & latè agunt Menoch. *remed.* 17. *recup. num* 24. *cum ſeqq.* Mench. *vſufreq. cap.* 27. Vinian. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 7. *tit.* 21. *num.* 182. *cum ſeqq.* Sebaſt. Nœui. *ad l. ei cuius* 5. *ff de appellat. recip.* Steph. Grat. *Marchiæ deciſ.* 70. Valaſc. *conſult.* 156. Cabed. *Luſit deciſ.* 120. *p.* 3. Attentans ius, iudicem, & partem 30
offendere dicitur, Rot. *deciſ.* 225. *n.* 1. apud Farin. *p.* 1. *recent.*

Attentatum non dicitur niſi lite, vel appellatio- 31
ne pendente, vide Rot. Bononien. *deciſ.* 76. *num.* 1. Valaſc. *conſil.* 91. *in princip.* Cabed. *d deciſ.* 120. *n.* 5. Intellige vbi appellatio interpoſita eſt in caſibus in quibus non licèt appellare, quia attentata ceſſant appellatione ceſſante. Lancelot. *de attent. part.* 2. *c.* 12. *limit.* 25. *à num.* 1. Roland. *conſil.* 77. *num.* 20. *lib.* 2. Rot. Bononien. *dec.* 76. *num.* 1. *diuerſ.* Surd. *deciſ.* 160.

num. 54.

num. 54. Rot.Rom.*decis.*183. *sub num.*3. *in fin. part.*2. *recent.* & fuit dictum *in Terruisina feudi* 15. *Ianuar.* 1624.coram Remboldo, idem est quando appellatio fuerit nulla, Rot.*decis.*75.*de appell.in antiq.* Sic etiam attentatum non dicitur vbi lis non est, vt per Rot. apud Farinac. *decis.*693. *num.*1.*in* 1.*collect.nouiss.* nec quando quis possidet ante litem motam, Lancel. *de attent.lite pendente, cap.*4. *declar.*4.*num.*55.*& limit.*1. *num.* 100. *alias num.*78. Anton. Monach. *Bononien.*

32 *decis.*30. *num.*9 & *num.* 22. dicit quod attentata non dantur in iudicio summariissimo possessorio retinendæ, & *num.* 23. quod remedium attentatorum non habet locum nisi post litem contestatam fuerit

33 innouatum. Nec etiam dicitur attentare ille, qui vtitur possessione, qua antea vtebatur, Bertrand. *consil.* 137. *num.*3. *lib.* 5. Menoch. *remed.* 17. *recuper. num.*49.& 50. Lancelot.*de attent. part.*2.*cap.*4.*limit.*1. *à num.*2. Flamin.*de resignationib.lib.*2. *quæst.*3.*num.*72. *& num.* 29. Valasc. *consult.* 156. *num.* 6. continuans enim non videtur attentare, Flamin. *d.q.*3. *num.*29. Mascard. *de probat. conclus.* 148. Flores de Mena *var. lib.*1. *quæst.*10. *num.* 67. Lancelot. *d. part.*2.*in præfat. à num.*48.*& limit.*26.*& part.*3.*cap.*24.*quæst.*20.Surd. *decis.*26.*n.*13.*& decis.*45. *n.*79. Rot.apud Farin. *decis.* 693 *n.*3. *in* 1. *collect. nouissimarum*, aliàs *p.*4. *diuers.& decis.* 411. *num.* 3. *part.*2. *recent.* Marc. Anton. de Amatis *Marchiæ decis.* 30. *num.*12. Anton. Monach.

34 *d. decis.*30.*num.*3. Buratt.*decis.*424. *num.*2.& 9.Cessat etiam attentati reuocatio, vbi notoriè constat spoliatum non habere ius, Cabed. *Lusitan. decis.p.* 2. *decis.* 15.*num.* 18. & ita vbi notoriè constar de bono iure attentantis per confessionem partis, vel per rem iudicatam attentatorum purgationi locum non esse censuit Rot.apud Farin. *decis.*681. *num.*3. *part.*1. *recent.*

35 Tertius non dicitur attentare nec potest contra eum remedio attentatorum vti, Lancelot. *p.* 1. *c.* 3. *n.*4.*eum seqq.*Menoch.*remed.*17.*recup.n.*44.Put.*dec.*74. *p.* 1. *in antiq.* Flamin. *de resignat. lib.*1. *q.*16. *num.*44. Bernard.Græuæ. *ad pract.Cameræ Imper. lib.*1.*concl.*72. *consid.* 1. & Cabed. *d. p.*1. *decis.*120. *n.*14.& 18. Seraphin *dec.*582.*num.*7. Mantic. *decis.*322. *num.*15. limita quando tertius habet causam ab attentate, quia tunc & ipse dicitur attentare. Cæsar. de Graff. *decis* 6. *num.*9. *&* 22.*de causa possess.* Afflict. *decis.* 354. *num.* 21. & fuit dictum *in Camerinen. iurispatron.* 15. *Nouembr.*1599. coram Cardin.Sacrato, & *in Placentina capellaniæ* 31. *Maij* 1604.coram Card. Pamphil. Burat.*dec.*406.*n.*2.

36 Procurator sicut absque speciali mandato non potest accusare attentata, Rot.*decis.*705.*n.*4.apud Farin. *p.*1.*recent.*& *dec.*562.*n.*3. *p.*2. *etiam recent.* ita non potest ea purgare nisi ad id habeat legitimum & sufficiens mandatum, Lancel. *de attent. c.* 29. *n.*30. Gregor. XV.*dec.*486.*n.*19. Rot. *dec.*722.*ad fin.lib.*3.*p.*3. *diuers.* Et vt mandatum dicatur sufficiens debet esse speciale, quod dicitur tale, quando est ad renuntiandum attentatis, nec est necessarium ad renuntiandum talibus, & talibus attentatis, vt dixit Rot.*in paduana sedilium* 28. *Aprilis* 1617.coram Card.Sacrato, Princeps nunquam dicitur attentare, Rot.*dec.*293.*n.*11.

37 *p.* 1. *recent.* ac proinde attentatum non dicitur quod fuit factum lite, vel appellatione pendente auctoritate Apostol.ead. Rot. *decis.*411. *n.*2. apud Farin. *p.*2. *recent.*

38 Attentata in primis, & ante omnia sunt reuocan-
39 da, Rot. *dec.*235. *n.*1. *p.*1. *recent.* vbi ampliat etiam quod eorum reuocatio sit commissa arbitrio Rotæ, Nisi ex causa; & non dicuntur purgata nisi etiam reficiantur damna, & interesse, ead. Rot.*d. p.*1.*de-*

*cis.*723.*n.*2 & possunt purgari per cessionem, & renuntiationem iudicialem. Seraph. *dec.*864. Canaler. *dec.*138.*n.*1.Rot.*in Barchinonen. Parochialis* 27. *Martij* 1612. coram Card. Sacrato, dummodo cessio sit libera, non autem conditionalis, quia aliàs non censentur plenè purgata Lancel. *de attent. p.*3. *c.*29.*n.*31. Gregor. XV.*dec.*486.*n.*14. *&* 15.Rota *dec.*371. *n.*1. coram Reuerend.D. meo Coccino inter eius impressas. Et reuocari possunt quandoque ordinario remedio, quandoque extraordinario iudicis officio, ead. Rot.*d. part.* 1. *dec.* 329. *num.*2. illius scilicet, cuius maiestas læsa fuit ob spretum inhibitionis, eadem Rot.*d p.*1.*dec.*264.*n.*3. *in fin.& p.*2.*etiam recent decis* 592.*n.*2.*&* 3.vbi quod attentatorum reuocatio debet 41
peti coram iudice appellationis, cuius fuit læsa maiestas, nec per alium fieri potest, etiam stante commissione cum facultate reuocandi attentata, quia intelligitur provt de iure, & sic nonnisi per iudicem appellationis. Exceptio excommunicationis ob recursus ad indices laicos non obstat petenti reuocationem attentatorum. Lancel. *de attent. p.*2.*c.*12.*ampliat.*13.*& p.*3.*c.*24.*q* 3.*n.*19.Magon. *Lucen.decis.*71. *in princ.* Gonzal.*ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *procem. n.* 239. Ricc. *de iure person. extra gremium Eccles. exist. lib.* 4. *c.*32. *n.*21. & *n.*22. subdit quod cùm hæc materia in facti contingentia fuisset in Rota ventilata *in vna Conchen. Archipresbyteratus* 14.*Nouembris* 1605.coram bon. mem. Penia resolutum fuit attentata reuocanda esse ad instantiam excommunicati, non quidem iure actionis, sed iudicis officio. Illud aduertere oportet quod quamvis regulariter gesta pendente termino ad appellandum sint attentata, ac proinde reuocanda; quando tamen appellatio non interponitur inter eundem terminum, non dicuntur attentata. Lancel.*d. p.*2.*c.*11.*n.*42. licèt autem non reuocentur ex priuilegio attentatorum, reuocantur saltem per viam nullitatis. Seraphin. *dec.*406. *n.*3.Rot. *dec.*598. *n.*1.*& dec.* 618. *n.*2. *p.*1. *recent. & decis.*406. *n.*2. *p.*12 *diuers.*Greg.*decis.*92.*n.*8. *& decis.*336. *n.*4. vbi addent *n.*6.& fuit dictum *in Piscien.beneficij* 20.*Maij* 1628. coram R.P.D.Vbaldo iuniori.

Attentatis renuntiasse videtur, qui passus fuit pro- 42
nuntiari super iustitia sententiæ, Rot.apud Farinac. *decis.*586.*n.*4. *p.* 2. *recent.* & intelligit procedere, vbi quis priùs opposuit de attentatis, & postea passus fuit cognosci de bono iure, & *ibi decis.*592. *n.*4.*& decis.*79. *n* 2. quod attentatorum priuilegio renuntiatum censetur,quando attentans fuit admissus ad probandum bonum ius, & illud probauit, intelligendo provt ibi. Attentatorum tamen iuri quæsito per desertionem renuntiasse quem non præsumi, dicit Mascard.*de probat. concl.*148.*n.*18.

Et quod gesta post appellationem, & inhibitionis 43
præsentationem sint attentata, & vti talia per iudicem ex officio reuocati possint, licèt pars appellationi expressè, vel tacitè renuntiauerit, tenent Rot.*decis.*235.*n.*7. *p.*1.*& dec.*79.*n.*2. *p.*2.*recent.& in Barchinonen.beneficij S. Mariæ* 15. *Martij* 1620. coram bon. mem.Patriarcha Manzanedo, in qua attentata declarata fuit sententia lata post præsentatam iudici inhibitionē, licet pars postea corā eodem iudice comparuerit,quo casu tacite appellationi,& inhibitioni renuntiasse videtur, Anton. Gabr.*commun.tit.de appell. concl.*2.*n.*1.Scacc.*in tract.de appell.q.*17.*limit.*2.*n.*14.& fuit dictum *in Ferrarien. decimarum* 28 *Iun.* 1621. coram bonæ mem. Vbaldo sen. refert Ferrent. *in annot. ad decis.*406.*Buratti lit.A.*

De Clericis peregrinantibus.

TIT. XXIX.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Bellam. Anchar. Bal. Butr. Panorm. Ioan. de Londris *in breuiario Sanctorum Canonum, fol. 172. verso*, Mart. Mesn. *in epitome Decret. fol. 81. vers.* Petr. de Rauen. *in compend. iuris Canon.* Dan. Venat. *in analysi methodic. iuris Pontif. pag. 354* Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret. sub hoc tit.* nouè Barth. Carthag. *in exposit. tit. iuris Canon.* sub eodem.

De peregrinis aliqua scripserunt Fusch. *de visitat. lib. 2. c. 22.* Mar. Alter. *de censuris tom. 1. lib. 5. disp. 11. cap. 3. & 4.*

SVMMARIVM.

1 *Peregrinationis causa accedentes ad Sedem Apost. sub eius protectione consistunt, & contra eos nihil est innouandum.*
2 *Itineris arreptio, qua fit ad Papam ante cœptam causam suspendit iurisdictionem inferioris.*
3 *Exceptio an concessa censeatur ex receptione sub Apost. protectione, remissiuè.*

CAP. Conquerente, vni. *Cœlest. III.*

1 QVi accedunt ad Sedem Apostol. ipsi cum rebus suis sunt securi sub eius protectione, & si quid eorum durante itinere ablatum fuerit, est illis restituendum? quia contra peregrinantem ad Sedem Apost. nihil est innouandum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Zabar. Imol. Alan. Host. Butr. Anchar. Bald. Vivian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag. 361.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 349.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. &c.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 2. Decretal. lib. 2. tit. 20. cap. 1.*

2 Notatur hic text. ad hoc quòd itineris arreptio, quæ fit ad Papam ante cœptam causam, suspendit iurisdictionem inferioris, siue sit Ordinarius, siue delegatus, & tuetur Papa itinerantem, vt per Mil. *in repet. verbo, appellationis vim obtinet, il. 2.* Sigismund. Scacc. *de appell. q. 6. n. 44.*

3 *Esse sub Apost. protectione.* An concessa ex hoc sit exemptio, vide Dec. *cons. 152.* Anton. de Prat. *de iurisdict. Episcop. c. 2. n. 2.* Erasm. à Cochier. *de iurisd. Ordinarij in exemptos, p. 1. q. 9. n. 3.* & quæ dixi *ad cap. recepimus, n. 7. & 8. de priuileg. pag. 359.*

De Confirmatione vtili, vel inutili.

TIT. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hac rubr. scribentes.*
2 *Confirmationis materiam qui tractent, citantur.*
3 Confirmare *idem significat quod simul firmare, seu stabilire.*
4 *Confirmatio multipliciter accipitur.*
5 *Confirmatio in genere sumpta definitur vt sit iuris quocunque modo quæsiti per legitimum superiorem facta corroboratio.*
6 *Confirmatio in forma communi dicitur quando superior non præcedente causæ cognitione actum ab inferioribus gestum confirmat.*
7 *Confirmatio ex certa scientia dicitur quando fit cum perfecta notitia totius negotij, & omnium eius circunstantiarum.*
8 *Confirmatio in forma communi in nonnullis conuenit & in aliis differt ab alia ex certa scientia.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Anchar. Dec. Bald. Bero. Butr. Panorm. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 173* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol. 92. verso*, Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Dan. Venat. *in analysi methodica iuris Pontif pag. 355.* Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in exposit. titulorum iuris Canonici*, nouissimè Ioan. Honor. *lib. 2. summ. in Decretal.* omnes *sub hac rubr.* 1

De materia tit. vide Cottam *in memorab. verbo, confirmatio*, Bernard. Græuæ. *ad pract. Camera Impe. lib. 2. concl. 1.* Ioseph. Sesse *Aragonia decis. 15. & 93.* Cabed. *Lusit. decis. 1. p. 2.* 2

Confirmare, quod idem significat ac simul firmare, seu stabilire, iuxta ea, quæ de dictione coniuncto verbo simplici aduertit Val. *lib. 6 elegant. c. 92* Abb. *in cap. dudum, n. 11. de decim.* in iure multipliciter accipitur, aliquando idem significat quod approbare, seu innouare, in quo sensu loquitur *c. 1. in princ. de locato, c. 1. de treuga & pace*, vbi gloss. *verbo confirmet*; aliquando significat potestatem beneficij, seu canonicam institutionem, per quam electus ad beneficium confirmatur, Episcopaléque vinculum contrahit cum Ecclesia, in qua confirmatur, *cap. postquam 3. cap. nosti, 9* iuncta gloss. *verbo confirmata c. transmissam, 10.* ibi, *electionis tuæ confirmationem, cap. qualiter 17.* vbi gloss. *de elect.* notant Gom. *in reg. de triennali possess. gloss. 28. vers. ego etiam.* Rebuff. *in praxi benefic tit. de deuolut. n. 8.* Sylvest. *in summ. verbo confirmatio humana, per tot.* Nonnunquam confirmatio accipitur pro sacramento Confirmationis, de quo *in c. quanto, de consuet.* & aliqua dixi *de officio & potest. Episcopi, q. 1. alleg.*... Interdum propriè accipitur confirmatio, provt importat actum superioris, siue per viam legis, siue per aliam disputationem corroboratam, illáque ab inferioribus geruntur, siue in iudicio, siue extra, & in hoc sensu loquitur hic titulus per tot. & definitur confirmatio in genere sumpta, vt sit *iuris quocunque modo quæsiti per legitimum superiorem facta corroboratio*, loco generis opponitur *corroboratio*, quæ latissimè patet, adieci *iuris quocunque modo quæsiti*, vt comprehenderem vtramque confirmationis speciem tam in forma communi, quàm ex certa scientia, de qua *infrà*, cùm vtraque ius quæsitum corroboret, illa ius quæsitum legitimè, hæc nulliter & de facto. Adieci deinde, *per legitimum superiorem*, tum vt significarem propriam confirmationem esse actum legitimi superioris, tum vt excluderem illas, quæ à priuatis personis geruntur, quæ magis approbationes, quàm confirmationes dici possunt, vt per Bart. *in l. si expressim n. 17. ff. de appellat.* Abb. *in cap. ea quæ, n. 5. de re iud.* Definitio hæc est de mente Bart. *d. num. 17.* 3 4 5

Abb.

Abb. *in c.1.n.5.de treuga & pace, & in c.1. n.2.hoc tit.* Castald. *de Imper.q.17.n.5.& q.5. n.4.* Auiles *ad edicta Prætor.c.17.n.13.* Gutier. *cons.11.n.5.*

6 Confirmatio autem iuxta vltimam speciem considerata in duplici reperitur discrimine, quædam enim simpliciter confirmatio dicitur, scilicet in forma cõmuni, & ita in dubio intelligitur, iuxta dicta *ad c.2. hoc tit.* veluti cum superior non præcedente causæ cognitione actum ab inferioribus gestum confirmat, de hac loquitur *cap. examinata 3.hoc tit.cap quia diuersitatem, in princ.de conces. præbend. c.2.* vbi *gloss.2. ne sede vacante, cap. ex parte 12.iuncta gloss.verbo, confirmat, de constit. c.quia intentionis 29.de priuil.* de qua egi latè ad *cap. cum dilecta 4.n. 12. & ex n. 17. vsque*
7 *ad 23.* Alia verò dicitur confirmatio ex certa scientia, quando scilicet fit cum perfecta notitia totius negotij, & omnium eius circunstantiarum, veluti quando tenor totius priuilegij, aut instrumenti inseritur in ipsa confirmatione, de hac loquitur *c.1.cap. veniens, de transact.cap.pen.hoc tit.Clem.1.de iudic.* vide quæ latè dixi ad *d.cap.dilecta n.13.cum seqq.*

8 Vtraque autem confirmatio in nonnullis conuenit, in aliis verò differt. Conueniunt namque huiusmodi confirmationes in eo quòd per vtramque tribuitur auctoritas & robur actui, qui confirmatur *quia nesciat, 11. dist.* gloss. *verbo communi in d.cap. quia diuersitatem,* Abb. *in cap.ea quæ n.4.de re iudic.* Vital. *in tract.claus.in claus. supplentes.* Item in eo conueniunt, quia per vtramque tribuitur vsucapiendi conditio, ita se in causa ardua consuluisse affirmat Bertachin. *de Episcopo, §.vlt.n.4.* Molin. *de primog.lib.2.c.6.n.54. & c.7. n.11.* cum aliis citatis ad *cap. cum dilecta n.23. hoc tit.* Differunt autem in eo quòd confirmatio in forma communi actui aliàs nullo non tribuit validitatem, text. sic necessariò intelligendus *in cap. examinata 7.* vbi *gloss.2.* Abb. & Dec. *n.2.* Bero. 26. & omnes *infr.hoc tit. cap.ex parte 12.de constit.c.2 ne sede vacante,* Doctores citati ad *cum dilecta n.21.* Confirmatio verò ex certa scientia actum quamvis nullum firmum facit, & validum, *c.1.de transact.* gloss. *verbo ab Ecclesia in cap. Ecclesia S. Mariæ, de constit.* gloss. *verbo confirmatum, post med. in cap. cum accessissent, eod. tit.* Pauin. *de offic. & potest. Capituli sede vacante, p.2. q.8. n.12.* Petr. de Vbaldis *de collect.n.44.* Laudens. *de Principib.q.490* Petr. de Biaxio *de elect. p.3.c.44.ex n.10.* Gutier. *cons.11.ex n.5.* cum aliis per me adductis ad *d. cap.cum dilecta, ex n.18.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex inferior cognoscere non potest de re scienter confirmata per Papam nisi confirmatio non tenuerit, vt quia subreptitia, vel de re litigiosa.*
2 *Litigiosa res est de cuius dominio causa mouetur inter priorem, & possessorem indiciaria contentione.*
3 *Litigiosa res dicitur quando pendet lis super quasi dominio directo, vel vtili.*
4 *Litigiosa res dicitur quando pendet lis super vsufructu.*
5 *Controuersia super possessione orta non facit rem litigiosam.*
6 *Possessio ipsa, super qua lis pendet, efficitur litigiosa, ac proinde in alium transferri non potest.*
7 *Litigiosi vitium non inducitur in summarissimo possessorio.*
8 *Litigiosa res alienari non potest, & si alienetur, alienatio est nulla.*
9 *Donatio rei litigiosæ non valet.*
10 *Obligari, aut hypothecari non potest res litigiosa.*
11 *Permutationis titulo non potest res litigiosa in alium transferri.*
12 *Litigiosa res alienari non potest etiam fauore pij causæ.*
13 *Pœnæ videntium res litigiosas an habeant locum in Ecclesia, remissiuè.*
14 *Alienatio rei litigiosæ facta à fisco inualida est.*
15 *Litigiosa res nobilis alienari non potest nisi sit tempore peritura.*
16 *Actio, quam quis ad rem litigiosam habet, cedi non potest.*
17 *Litigiosa res in personam etiam coniunctam alienari non potest.*
18 *Alienatio ex causa necessaria rei litigiosæ fieri potest.*
19 *Alienatio ex causa necessaria quæ dicatur, ostenditur.*
20 *Alienatio rei litigiosæ de licentia iudicis valet.*
21 *Dotis causa alienatio rei litigiosæ valet.*
22 *Donationis ante nuptias ex causa alienatio rei litigiosæ valet.*
23 *Diuisionis ex causa facta alienatio rei litigiosæ valida est.*
24 *Transactionis ex causa facta alienatio rei litigiosæ valet, dummodo transactio facta fuerit bona fide.*
25 *Litigiosi vitium nocet litigantibus, non autem extraneis.*
26 *Alienans rem litigiosam ante traditam possessionem non incurrit pœnam.*
27 *Locatio rei litigiosæ facta ad modicum tempus est valida, secus ad longum.*
28 *Litigiosi vitium cadit in beneficiis Ecclesiasticis.*
29 *Beneficium litigiosum, super quo pendet lis, resignari non potest.*
30 *Beneficium dicitur litigiosum ex commissione causæ appellationis, & citatione cum inhibitione, & illius executione.*
31 *Beneficium dicitur effectum litigiosum quando agitur de iure reali super collatione facta.*
32 *Litigiosi vitium non inducitur in causa beneficij in qua non principaliter agitur, cuius esset beneficium, sed tantum agitur de iure præsentandi inter patronos.*
33 *Litigiosi vitium tollitur per sententiam, quæ facit transitum in rem iudicatam, vel quando lis æstimata per sententiam, & illius executionem.*
34 *Litigiosa res non efficitur quando lis super ea mota est iniusta, vel calumniosa, vel quando agens sine actione agit, nec ex processu nullo, aut cum falso procuratore facto, aut per pendentiam litis coram arbitris, vel per oppositionem sequestri.*
35 *Institutus, vel confirmatus à Papa in beneficio manuali, quod consueuit ad Abbatis nutum prouideri, si delictum priuatione dignum committat, tunc quantumcunque in perpetuum sit collatum beneficium poterit ab Abbate priuari illo.*

CAP. Si quis. I. *Alex. III.*

QVando res est litigiosa, & aliquis hoc tacito impetrat confirmationem à Papa, confirmatio non tenet, quia subreptitia, & Iudex potest procedere in cognitione causæ. Sed si quando petiit confirmationem, pacificè rem possidebat, deinde oritur quæstio, tunc iudex non potest decernere, aut diffinire quæstionem sine mandato Sedis Apostolicæ.

Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Panorm. Decian. Franch. Mantua, Alex. de Neuo, Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 362. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 350. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib* 2. *tit.* 21 *c.* 1. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 44. *cap.* 10.

Dum text. iste & qui sequitur negans inferioi potestatem cognoscendi de causa confirmata, regulariter accipiendi sunt de quacunque confirmatione tam ex certa scientia in qua omnes conueniunt, quàm in forma communi (in qua maior est dubitatio.) Probatur, quia in dubio quoties lege, vel statuto, aut alia dispositione simpliciter fit mentio confirmationis, intelligenda est de confirmatione in forma communi, *gloss. pen. in l. ex verbis* 14. *C. de donat. inter virum, & vxor* Molin. *lib.* 2. *de primogen. cap.* 7. *num.* 9 cum aliis citatis ad *cap.* 2. *infr. hoc tod. tit.* sanè *in hoc text. & in cap. seqq.* simpliciter fit mentio confirmationis; ergo necessariò iura hæc intelligenda sunt loqui in confirmatione in forma communi, de qua maior est dubitatio. Deinde considera in his iuribus proponi regulam generalem cum duobus fallentiis; regula est quòd confirmatio quæcunque legitimi superioris impedit cognitionem inferioris circa actum confirmatum, nisi vel confirmatio subreptitia sit, vel nouum superiori in contrarium mandatum proponatur, tunc sic arguitur. Exceptio firmat regulam in contrarium, *c.* 2. *de coniug. seru.* cum aliis citatis per me *in tract. de Axiom. iuris vsuff. Axiom.* 85. *num.* 4. ergo extra casum subreptionis, & noui mandati regula est constituenda in contrarium in omni confirmatione, quòd impediat cognitionem inferioris circa actum confirmatum; quare ita docent *gloss. antepen. in cap. vlt.* 11 *dist.* verbo communi *in cap. quia diuersitatem, de concess. præbend.* vbi Imol. *num.* 19. suaderturque ex eo, quia vbi Pontifex, vel similis superior manum apponit, censetur ad se negotium auocare, ac subinde inferioribus auferre potestatem cognoscendi, argum. *cap. vt nostrum* 56. *de appell.* cum his quæ Gig. *de pension. q.* 69. *num.* 1. Couar. *practic. c.* 9. *num.* 1 Vnde fit quòd si Pontifex beneficium aliàs ad inferioris prouisionem spectans alicui contulerit, eo ipso censetur inferioris potestatem renocasse, Rip. *in cap. cum M. num.* 194. *de constit.* Rebuff. *in repet. l. quod iussit* 61. *de re iudic.* Iuuat *l.* 2. *C. de veteri iure enucl.* ibi, *omnia nostra*, &c. *cap. si Apostolica, de præbend. in* 6. quorum argumento Roch. *de consuet. num.* 274. affirmat statutum confirmatum per Principem censeri constitutionem Principis quoad intentum, quamvis quoad alia non dicatur Papale, nec Regale, sed illius loci, vel communitatis, vt post Bald. & Felin. concludit Auiles ad *c.* 17. Prætor. *n.* 8. Igitur, &c. Ex quibus hæc opinio iure verior est & probabilior. Quamvis proprium esse & peculiare solius confirmationis ex certa scientia hunc producere effectum, ne inferior valeat intromittere circà causam confirmatam, minus bene existimauerint gloss. *verbo confirmatum, in cap. cum accessissent, de constit. gloss. vlt. in cap. ea quæ, de re iudic.* vbi Abb. *n.* 3. gloss. *verbo confirmatione, in cap. examinata gloss.* 2. *in c. venerabilis, infr. hoc tit gloss.* 1. *in cap.* 2. *ne sede vacante,* Soar. *allegat* 4 *n.* 2.

Intelligè tamen supradicta non procedere in illis, quæ de nouo emergunt, & ab actu confirmato omnino separata, poterit enim inferior non obstante quacunque confirmatione de illis cognitionem assumere; exemplum sit in possessore beneficij à Sede Apostol. confirmati, is enim si nouum crimen committat, accusari poterit, puniri & priuari ab inferiore, non obstante confirmatione, *gloss.* 2. *in cap. filium* 1. *q.* 1. communis, vt per Abb. *in cap. per tuas, num* 4. *de maior. & obed.* ostenditúrque ex eo, quia confirmatio ius quæsitum corroborat, ad illa autem, quæ de nouo accidunt, & separata sunt, non extenditur, neque ad incogitata, vt colligitur ex *c.* 2. *de renuntiat. cap. suggestum, de decim, d. cap. per tuas, iuncta reg. cap. vlt. de Offic. Vicar lib.* 6.

In gloss *Litigiosæ*, ibi, *res litigiosa est, de cuius dominio causa mouetur inter petitorem, & possessorem iudiciaria contentione.* Ita ad literam dicit text. *in auth. litigiosa, C. de litigiosis,* & *ibi* docent Butr. *in summario*, Bellapert. *vers. dicit enim*, Cyn. *n.* 1. Odofred. *n.* 1. Bald. & Saliget. *in summario*, Ioan. Sichar. *n.* 1. etiam *in summario, & num.* 4. *vers. diximus de tempore*, Hostiens. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, n.* 2. *vt lite pendente*, vbi Butr. *n.* 10. Abb. *num.* 7. *vers. primo casu.* Syluestr. *in summa verbo, lis, n.* 5 *in princ.* Menoch. *cons.* 79. *n.* 26. Cardin. Tusch. *lit. L. concl.* 386. *num.* 59. Amplia vt non solùm litigiosa res dicatur, quando pendet lis super dominio, sed etiam quando pendet super quasi dominio directo, vel vtili, secundùm gloss. *in d. auth. litigiosa, verbo, dominio*, vbi ponit exemplum quando lis est mota per publicianam actionem, vel per aliquam vtilem rei vendicationem, & *ibi* ampliationem tenent Bellapert. *in vers. dicit enim*, Odofred. *n.* 1. *vers. & certè.* Ioan. Sichar. *n.* 5. vbi propterea infert, quando agitur ad feudum, vel ad emphyteusim. Hostiens. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, num.* 2. *vers. & idem*, vbi etiam Ioan. Andr. *n.* 10. *ad fin.* Butr. etiam *n* 10. Abb. *n.* 7. *vers. primo casu*, Zabarell. *colum.* 1. *in fine, vers. sed quando agitur*, Couar. *pract. cap.* 15. *num.* 6. Cardin. Tusch. *d. concl.* 386. *num.* 36. Amplia etiam vt procedat quando super vsufructu lis pendet, putà per confessoriam actionem, cùm tunc habeatur instar proprietatis, secundùm glos. *d. verb dominio*, & post alios Syluest. *d verbo, lis, n.* 5. *vers. & idem si agatur de parte dominij*, Cardin. Tusch. *d. concl.* 386. *n.* 34.

In ead gloss. ibi, *Et sic controuersia super possessione orta facit rem litigiosam.* Ita Albert. *in d auth. litigiosa, num.* 1. vbi Ioan. Sichar. *num* 2. Abb. *hic n.* 3. Cassad. *decis.* 6. *num.* 3. *de rescript.* Villalob. *communium opin. lit. L. num.* 131. Mandos. *super reg. de subrogandis collitig. q.* 13. *num.* 4. Sarmien. *de triennali, q.* 53. *n.* 8. Rebuff. *de pacificis possess. sub num.* 166. Ozasc. *Pedem. decis* 144. *num* 10. Menoch. *de arbitrar. casu* 202. *n.* 17. & 18 Lancel. *de attent. part.* 2. *cap.* 4. *num.* 491. *cum seqq* Cardin. Tusch. *d. concl.* 386. *num.* 32. vbi de communi. Verùm possessio ipsa, super qua lis pendet, efficitur litigiosa, ac proinde in alium transferri non potest, Neuizan. *cons.* 10. *num.* 14. Aym. *cons.* 279. *n.* 3. *vers. præsupposito*, Benintend. *Bononien. decis.* 48. *n.* 5. Lancelot. *de attent. part.* 2. *cap.* 4 *in præfat. num* 293. Cardin. Tusch. *d. concl.* 386. *num.* 35. Aloys. Ricc. *p.* 4. *collect.* 817. *vers. limita tertiò.* Flamin. *de resignat. lib.* 2. *q.* 3 *num.* 52. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœmiorum num.* 29. quod intelligit Benintend. *d. decis.* 48. *num.* 10. *vers. ideo tertio loco*, & *à n.* 12. quando ipsa sola possessio, quæ litigiosa est, in alium transfertur principaliter, secus si transfertur accessoriè, & in consequentiam rei non litigiosæ alienatæ. In summariissimo tamen possessorio non inducitur vitium litigiosi, Alberic. *in d. auth. litigiosa, n.* 1 *in fine*, & *ibi* Bald. & Angel. Cassad. *d. loco*, Rota apud Farin. *decis.* 628. *n.* 4. *p.* 1. *recentiorum*, cum aliis citatis *infr. n.* 34. *in fine.*

In ead. gloss. ibi, *Nec ad aliam potest transferri personam.* Notatur ad hoc quòd litigiosa res alienari non potest,

potest, & si alienetur, alienatio est nulla, ita ad literam text. *in l. 2. C. de litigiosa*, & docent gloss. *in figuratione casus, in fine, in cap. Ecclesia S. Mariæ, vt lite pendente*, vbi Host. *n. 4.* Socin. *reg. 341. in princ.* Cæpol. *cautel. 191. incip. res litigiosa, n. 1.* Afflict. *dec. 396. incip. In causa comitis, n. 10.* Lancel. *de attentatis, part. 2. c. 4. in præfat. num. 451.* Cardin. Tusch. *lit. L. concl. 381. n. 1. & concl. 387. n. 11.* Aloys. Ricc. *in collect. dec. p. 4. collect. 817.*

9 Amplia primò vt procedat in donatione rei litigiosæ, *d. l. 2. C. de litigiosis*, vbi Bellabert. *in princip.* Odofred. *ante n. 1. in summario*, Boër. *dec. 35. n. 2.* Lancelot. *d. cap. 4. in præfat. n. 455.* Cardin. Tusch. *lit. L. concl. 386. n. 54. verbo, litigiosi vitium*, Rota *dec. 596. n. 8. p. 2. recent.* apud Farin. Flamin. *de resign. benef. lib. 2. q. 3. n. 5.*

10 Secundò amplia vt nec obligari, aut hypothecari possit res litigiosa, Odofred. *in l. fin. n. 2. C. de litigiosis*, vbi Ioan. Sichar. *n. 1.* Henric. Boich. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 22.* vbi Bellam. *post num. 15.* & Abb. *num. 9.* Alciat. *cons. 61. num. 3. lib. 8.* Mil. *in repert. verbo, litigiosa res*, Lancel. *de attent. p. 2. c. 4. n. 456.* Cardin. Tusch. *d. concl. 386. n. 55.* Flamin. *d. q. 3. num. 6.*

11 Tertiò amplia, vt nec etiam titulo permutationis possit res litigiosa in alium transferri, secundùm gl. *verbo, vel aliam speciem, in l. fin. C. de litigiosis*, Innoc. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, in princip. in verbo, successerint*, vbi Host. *n. 8.* Ioan. Andr. *n 12. in fine*, Butr. *n. 10. in fine*, Rot. *dec. 3. alias 56. incip. si lite pend. in nouis, & dec. 3. aliàs 400. eod. tit. in antiq.* Lancel. *d. c. 4. in præfat. num. 449.*

12 Quartò amplia vt nec etiam fauore piæ causæ res litigiosa alienari possit, *l. fin. C. de litigiosis*, cum aliis citatis per Lancelot. *d. cap. 4. num. 454.* ac proinde nec in monasterium transferri, *d. c. Ecclesia S. Mariæ*, vbi Host. *n. 7. vers. si monasterium*, & Anch. *n. 2. in primogen.* & Abb. *n. 10. ante fin.* qui dicit quòd potest agi

13 contra monasterium, & eodem modo contra quamlibet Ecclesiam contrahentem vitio litigiosi, Card. Tusch. *lit. L. concl. 356. n. 53. verbo, litigiosi vitium*, vbi quòd pœnæ vendentium res litigiosas habent locum etiam in Ecclesia rem litigiosam vendente, vide tamen quæ resoluit Modern. *de iurisd. p. 4. casu 25. num. 23.*

14 Quintò amplia, vt nec etiam alienatio rei litigiosæ facta à fisco valida sit, Petr. Anton. Anguissol. *consil. 49. incipien. Cùm fiscus, in princ. lib. 2. & consil. 51. incip. Dubitari non potest, num. 5. eod. lib. 2.* quem refert & sequitur Lancelot. *d. cap. 4 in præfat. num. 461.*

15 Sextò amplia vt nec etiam res mobilis litigiosa alienari possit, *Auth. de litigiosis, in princ. gloss. in auth. litigiosa res, C. de litigiosis.* vbi Cyn. *n. 4. vers. secundo quæritur*, Odofred. *n. 1. vers. secundò sciendum est*, Host. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, n. 2. vers. habet locum extra*, Ioan. Andr. *ibi n. 11.* & Butr. *n. 1. vers. Hostiensis dicit*, Henric. Boich. *n. 19.* Bellam. *n. 3. in fine*, Sylvest. *in summ. verbo lis, n. 5. in princ.* Declara tamen nisi ageretur ad res mobiles tempore perituras, quia tunc earum alienatio non est interdicta, vt per Ioan. Andr. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ, n. 13.* vbi Henric. Boich. *n. 17. vers. item fallit in rebus*, Bellam. *n. 13. sub vers. fallit in alienatione, & n. 14. in fine*, Socin. *reg. 341. in princ.* Lancel. *d. c. 4. in præfat. n. 488.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 45. n. 6.* Card. Tusch. *concl. 386. n. 14. in verbo, litigiosi vitium.*

16 Septimò amplia vt nec etiam actio, quam quis ad rem litigiosam habet, cedi possit, vt per *gl. 1. in auth. litigiosa, C. de litigiosis*, vbi Ioan. Sichard. *n. 6. vers. secundò extendo, gloss. verbo, litigiosi, in d. cap. Ecclesia S. Mariæ*, vbi Butr. *n. 10.* Henric. Boich. *n. 14.* Bellam. *n 12.* Socin. *reg. 48. fallent.* Afflict. *d. c. 354. n. 22.* Marant. *de ordine iudic. p. 4. dist. 3. à n. 6.* Conar. *pract. c. 15. n. 7.* Rebuff. *tom. 2. ad leges Galliæ, tit. de cessione iur. art. 1. gloss. 4.* Iacob. de Arena *de cessione iuris, num 6.* Franc. Marc. *Delphin. decis. 248. n. 4.* Medices *de fortuitis casibus, p. 1. q. 7. num 27.* Alex. Trentacinq. *var. resol. lib. 2. de ind. resol. 17. à princ.* Gam. *Lusit. decis. 199.* vbi Flores de Mena *in addit.* Cabed. *Lusit. decis. 15. n. 15. p. 2.* Cardin. Tusch. *lit. C. concl. 206. n. 1. & 2. in verbo, Cessio, & lit. L. concl. 381. n. 16. & concl. 385. n. 50. in verbo, litis pendentia*, Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. concl. 74. consid. 1. & concl. 118. n. 3.* Ordin. Reg. *Lusit. lib. 4. tit. 10. § 3.*

Octauò amplia vt nec etiam litigiosa res in personam coniunctam alienari possit, *l. 3. & ibi gloss. verbo, in coniunctam, C. de litigiosis*, Cephal. *consil. 94. n. 32. lib. 1.* 17

Limita tamen suprapositam conclusionem, quòd litigiosa res alienari non potest, vt non procedat in alienatione ex causa necessaria, vt per Henric. Boich. *in d. cap Ecclesia S. Mariæ, n. 17. vers. sed hoc fallit. & num. 28. vers. fallit. in casu*, vbi Bellam. *n. 13. vers. & fallit. in alienation. necessaria, & post n. 15.* Lancelot. *d. cap 4. limit. 8. num. 2. & à n. 10. & n. 13.* D. Barbos. *in l. si constante, §. fin. num. 15. ff. soluto matrim.* Natt. *cons. 401. num. 1.* Benintend. *Bonon. decis. 48. num. 15.* Flamin. *de resign. lib. 2. q. 8. num. 38.* Cardin. Tusch. *d. lit. L. concl. 386. num. 12.* 18

Dicitur autem alienatio ex causa necessaria per confiscationem bonorum, vel quæ fit ex causa retractus, aut ex causa de præterito, seu quando debitor suo creditori dat in solutum rem litigiosam, vt optimè declarat Lancel. *d. limit. 8. n. 2. 4. 7. 8. & 9.* 19

Limita secundò in alienatione facta de licentia iudicis, Socin. *reg. 341. incip. res litigiosa, in prima fallent.* Cæpol. *cautel. 191 incip. res litigiosa, n. 1.* Neuiz. *cons. 20. n. 11.* Cardin. Tusch. *lit. L. concl. 381. n. 3. vers. vide Socinum, & concl. 386. n. 29. & 30. in verb. lites pend.* extendentes maiori cum ratione ad alienationem de licentia Principis. 20

Limita tertiò in alienatione ex causa dotis, *l. fin. ad finem, C. de litigiosis* vbi Ioan. de Sichar. *n. 12. gloss. verbo, litigiosi, vers. tamen, in d. cap. Ecclesia S. Mariæ*, vbi Host. *n. 7.* Ioan. Andr. *n. 13.* Henric. Boich. *post n. 21.* Natt. *cons. 401. n. 10.* Lancel. *d. c. 4. in præfat. n. 464.* Card. Tusch. *d. lit. L. concl. 386. n. 15. in verbo, litigiosi vitium.* 21

Limita quartò in alienatione ex causa donationis ante nuptias, *d. l. fin.* vbi Ioan. Sichar. *numer. 21. d. gloss. verbo, litigiosi*, Lancelot. *d. cap. 4. in præfat. num. 416.* 22

Limita quintò in alienatione facta ex causa diuisionis, *d. l. fin. d. gl. verbo, litigiosi*, vbi Host. *num. 7.* Ioan. Andr. *num. 13.* Henric. Boich. *num 18.* Bellam. *n. 14. in fine*, Lancel. *d. c. 4. in præfat. n. 469. & limit. 7. n. 1. & 2.* Addit. ad Capell. *decision. 75.* D. Barbos. *in l. 1. part. 7. num. 45. ff. soluto matrim.* Cald. Pereira *de resol. emphyt. cap. 16. num. 30.* quod bene declarat Lancel. *locis proximè citatis*, tribus modis; primò, vt fiat ex causa necessaria, non autem ex voluntaria, prout videtur esse respectu pronocantis ad diuisionem: secundò vt fiat cum vniuersitate aliarum rerum: tertiò vt fiat per æquales portiones, non autem vt tota vni assignetur. 23

Limita sextò in alienatione ex causa transactionis, *d. l. vltim. in fine*; vbi Ioan. Sichar. *n. 22. d. gloss. verbo, litigiosi*, vbi Ioan. Andr. *num. 12.* & Bellam. *num. 14. in fine*, Lancel. *d. cap. 4 in præfat. à n. 467.* vbi propter- 24

ea etiam infert alienationem rei litigiosæ fieri posse in fauorem litis consortis, Cardin. Tusch. *lit. L. conclus.* 386. *n.* 29 *in verbo, litigiosi vitium.* Dummodo tamen transactio fiat bona fide, & sine fraude, vt declarant *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ*, Innoc. *col.* 2. *vers. sed opponens.* Host. *n.* 8. Ioan. Andr. *n.* 12. Butr. *n.* 10. *in fine*, & Abb. *n* 8.

25 Limita septimò in alienatione rei litigiosæ facta ab extranea, & tertia persona, litigiosi enim vitium nocet litigantibus, non autem extraneis, Cæpol. *cautel.* 34. *incip. Debet scire*, Ozasc. *Pedem. decis.* 144. *n.* 7. *post med. vers. & dato, non tamen admisso*, Lancel. *d. c.* 4. *in præfat. n.* 123.

26 Limita octauò in alienatione rei litigiosæ nondum sequuta traditione, quia alienans ante traditam possessionem non incurrit pœnas, iuxta ea, quæ tradit Cardin. Mantic. *decis.* 7. *à n.* 7.

27 Limita nonò in locatione ad modicum tempus facta rei litigiosæ, eam enim sine vitio litigiosi fieri posse ad modicum tempus, non autem ad longum, seu longissimum, tradunt Lancel. *d. c.* 4. *limit* 1. *n.* 59. Cardin. Tusch. *d. lit. L. concl.* 386. *n.* 56.

28 Aduertendum pro supradictorum declaratione litigiosi vitium non solùm in profanis, sed etiam in beneficiis cadere, vt per Bald. *in d. auth. litigiosa*, *n.* 1.

29 Lancel. *d. c.* 4. *in præfat. n.* 463. Flamin. *d. q.* 3. *n.* 10. itavt beneficium litigiosum super quo pendet lis, resignari non possit. Lancel. *d. c.* 4. *n.* 264. Flamin. *d. q.* 3 *à princ.* Cardin. Tusch. *d. lit. L. concl.* 386. *à n.* 43. *in verbo, litigiosi vitium.* Litigiosum satis dicitur beneficium

30 ex commissione causæ appellationis, & citatione cum inhibitione, & illius exequutione, Rot apud Farn. *decis.* 455. *n.* 1. *p.* 2. *recent. & decis.* 321. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* Et dicitur etiam litigiosum beneficium effectum quando agitur de iure reali super collatione

31 facta, Rot. *decis.* 342 *n.* 2. *p.* 1. *recent.* Non inducitur autem vitium litigiosi in causa beneficij, in qua non principaliter agitur cuius esset beneficium, sed tantùm agitur de iure præsentandi inter patronos, Rota *d. part.* 1. *decis.* 618. *num.* 5. Buratt. *decis.* 59. *num.* 12. vbi *num.* 13. subdit litigiosum non remanere beneficium quamdiu, cuius sit beneficium non est principalis, sed incidens, sicut etiam non inducitur per oppositiones, quæ fiunt à præsentatis ne instituatur, vt post Lancelot. & Petr. Greg. resoluit nouissimè Ioan. Anton. Massobr. *in sua praxi habendi concursum ad Parochiales Ecclesias*, *prælud.* 22. *de Ec-*

32 *clesia litigiosi.* Litigiosi vitium tollitur per sententiam, quæ fecit transitum in iudicatam, Rot. *d. p.* 1. *decis.* 293. *num.* 12. vel quando lis est finita per sententiam, & illius executionem, Rot. *d. part.* 1. *decis.*

33 665. *num.* 13. Non dicitur autem lis finita per sententiam, quæ non fuit exequuta, nec dicitur terminata per sententiam, quæ transiit in rem iudicatam, si ex actis non iustificetur, vel sit iniusta. Rot. *in Aretina capellaniæ* 18. *Maij* 1616. coram bonæ memoriæ Buratto inter eius impressas *decis.* 178. *num.* 9. *& 10.*

34 Litigiosa res non efficitur quando lis, super ea mota, est iniusta, vel calumniosa, vel quando agens sine actione agit, benintend. *Bononien. decis.* 48. *n.* 10. *vers. secundo pro eius difficultatis resolutione*, Cassad. *dec.* 7. *de dolo, & contum.* Sarnen. *super reg. de annali, quæst.* 45. Mandos. *super reg. de subrogandis collitig. q.* 11. *num.* 6. Menoch. *cons.* 79. *n.* 27. Lancel. *d. c.* 4. *in præfat. n.* 471. *limit.* 4. *à n.* 1. Nec ex processu nullo Gabr. *cons.* 52. *n.* 7. *lib.* 1. Lancel. *d. c.* 4. *in præfat. n.* 472. *&* 475. Card. Tusch. *d lit. L. concl.* 386. *n.* 16. Nec per litem agitatam, & inductam à falso procuratore, Ozasc. *Pedem. decis.* 144. *n.* 8. Lancel. *d. c.* 4. *in præfat. n.* 490. Aloys. Ricc. *d. p.* 4. *collect.* 81. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi*, *p.* 2. *allegat.* 19. *n.* 17. & me citato nouissimè Ioan. Anton. Massobr. *d. prælud.* 22. *n.* 31. Nec quando non agitur de re ipsa, sed aliquo opere facto in re, ex allegatis per Abb. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ*, *n.* 7. *post med. vers. sed ipse*, Lancel. *d. c.* 4. *in præfat. n.* 498. Cardin. Tusch. *d. concl.* 386. *n.* 7. Nec per pendentiam litis coram arbitris, Natt. *consil.* 2. *n.* 4. *lib.* 1. Lancel. *d. c.* 4. *in præfat. à n.* 500. Nec per appositionem sequestri, Host. *in d. cap. Ecclesia S. Mariæ*, *n.* 3. *vers. sed nec simplex interdictio*, Natt. *cons.* 2. *post n.* 2. *vers. præterea, lib.* 1. Lancel. *d. c.* 4. *in præfat. n.* 497. *& n.* 289. *& n.* 208. *&* 210. Nec ex decreto, vel sententia prolata in summariissimo possessorio, vt per Curt. iun. *cons.* 165. *n.* 5. Ferret. *cons.* 12. *n.* 4. Flamin. *de resignat. benef. lib* 1. *q.* 3. *n.* 52. *& seqq.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* § 7. *procem. n.* 29. Gregor. *dec.* 335. *n.* 8. *&* 9. Rota *in Bonaven. beneficij* 6. *Iunij* 1614. coram bonæ mem. Buratto, inter eius impressas *dec.* 59. *n.* 11. vbi Ferentil. *in annot. litera D.* Rot. etiam *in Corduben. præstimoniorum* 11. *Aprilis* 1622. coram R.P. D. meo Navarro.

In gloss. *De quæstione*, ibi, *sed si ei obicitur crimen*, 35 &c. Notatur ad hoc quòd institutus vel confirmatus à Papa in beneficio manuali, quòd consueuit ad Abbatis nutum prouideri, si delictum priuatione dignum committat, tunc, quantuncunque in perpetuum sit collatum beneficium, poterit ab Abbate priuari illo, quia per illam Pontificis collationem, aut confirmationem, solùm respectu præteritorum, est præclusa via inferioribus, atque ideo de viribus illius collationis, aut confirmationis cognoscere nequeunt, secus respectu delicti de nouo superuenientis; ita docent *in præsens* Butr. *n.* 6. Abb. *n.* 8. *&* 10. Zabar. statim *in princ.* Imol. *n.* 4. *in fine*, Dec. *n.* 57. *&* 58. Mil. *in repet. verbo, beneficium n.* 26. *vers. beneficium manuale*, Alphons. Villagut. *de extensione legum in rub. de extensione legis pœnalis in materia conatus concl.* 5. *num.* 133. Sanch. *in præcepta Decalogi*, *tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 29. *n.* 139. aduertentes hanc glossam oppositum non dicere in illis verbis *ibi*, sed certè non est verum, quia non referuntur ad hoc, sed ad aliud membrum.

SVMMARIVM.

1 *Iudicare nullus debet de confirmationibus Papæ sinè eius mandato, nisi per falsi suggestionem fuerint obtentæ.*

2 *Confirmationis vbi sit mentio an intelligatur de confirmatione ex certa scientia, vel in forma communi ostenditur,* & n. 3. & 4.

CAP. De confirmationibus. II.

IVdex non potest iudicare contra confirmationem 1
Papæ, nisi de speciali eius mandato, aut certum sit quòd per falsi suggestionem fuerit elicita. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Decian. Butr. Bald. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontific. pag.* 362. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 350. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 2. *tit.* 21. *cap.* 2. & est post Concil. Lateranens. sub Alexand. III. *part.* 50. *cap.* 16.

Vide dicta ad *cap.* 1. post *num.* 1. *sup. hoc eodem titul.* 2
Et nota rationem, quia statuta confirmata à Papa dicuntur Papalia, Honded. *cons.* 5. *in fine lib.* 2. Marescot. *variar.*

var. resol. lib. 1. c. 6. ex n. 10. Seraph. *decis.* 153. *n.* 1. & *decis.* 794. *n.* 16. Rot. *decis.* 169. *n.* 5. & *decis.* 461. *n.* 1. *p.* 1. *diuers. & in Balneoregien. bonorum*, coram Card. Pamphilio apud Marchef. *de commiss. p.* 2. *pag.* 152. *sub n.* 2. *vers. & cessat*, Caualer. *decis.* 257. *num.* 3. & *decis.* 413. *num.* 1.

2 Quæstio est dubia, an si à lege, statuto, vel rescripto, aut alia dispositione fiat mentio de confirmatione, intelligi debeat de confirmatione ex certa scientia vel confirmatione in forma communi; in qua Ioan. Andr. *in cap. penult. infr. hoc tit.* vbi Butr. Cardin. Imol. & communis, Abb. *in c. examinata n.* 5 *eod.* arbitrantur quòd si superior simpliciter nullo alio adiecto vtatur in concessione hoc verbo, *confirmamus*, intelligendus sit de confirmatione ex certa scientia. Mouentur primò ex eo, quia verbum hoc ex sermonis proprietate importat quòd res maneat firma, sanè tunc maior reperietur firmitas, quando actus, qui aliàs semota confirmatione erat nullus modò redditur validus, & firmus; cùm ergo confirmatio ex certa scientia inter alios hunc potissimum operetur effectum, sit consequens vt oporteat verbum illud in dubio dum aliud non constiterit intelligere de confirmatione ex certa scientia, quia res firmior manet argum. *cap. inter dilecta 6. ad fin.* ibi, *quot modis potest valere*, &c. *de fide instrument.* Secundò expendunt *cap. si Apostolica 22. de præbend. lib. 6.* vbi proponitur confirmatio Pontificis simpliciter facta, & tamen text. insinuat illam censeri factam ex certa scientia, vt gloss. *ibid. verbo confirmamus*, intelligit. Vltimò adducunt *cap. quia diuersitatem 5. post princ. de concess. præbend.* vbi Pontifex ex eo videtur innuere confirmationem factam fuisse in forma communi, qua fuit decreta sub ea forma restricta, sicut iustè & pacificè possidetur, quasi si simpliciter absque vlla restrictione concessa foret, debuisset indicari facta ex certa scientia, non in forma communi.

3 Oppositum tamen, imo in dubio confirmationem censeri factam in forma communi, meritò tenent *gl. pen. in l. ex verbis 14 C. de don. inter vir. & vxor.* Innoc. communiter receptus *in cap. dudum, in fine, de decim.* vt per Felin. *in cap. cum venissent, n.* 2. *de testib.* Dec. *in præsenti n.* 7. & *in cap. examinata n.* 5. *hoc eod. tit.* Ias. *in l. more, n.* 30. *ff. de iurisd. omn. iud.* Crot. *in l. omnes populi n.* 17. *ff. de iustit.* Quorum opinio ex eo suadetur, quia confirmatio tunc censetur facta ex certa scientia, quando fit cum perfecta notitia totius negotij, & omnium eius circunstantiarum, veluti quando tenor totius priuilegij, aut instrumenti inseritur in ipsa confirmatione, iuxta ea quæ dixi ad *cap. cùm dilecta 4. ex n.* 13. *infr. hoc tit.* & ad *cap. venerabilis, eod. tit.* vel à Principe in literis exprimitur, aut testibus, instrumentis, seu aliis legitimis modis comprobatur, de quibus *in eod. cap venerabilis, num. vltim.* Sed in terminis, de quibus agimus, nihil horum proponitur, quia sumus in dubio, vt patet; igitur, &c. Pro quibus facit, quia concessio Principis in dubio, dum aliud non exprimitur, ita interpretanda est, vt nullum tertio præiudicium irrogetur, sed confirmatio concessio est, & sumus in dubio: irrogabitur autem tertio maximum præiudicium si intelligatur facta ex certa scientia, nullum si in forma communi; igitur illo, non verò hoc pacto decreta confirmata intelligi debent. Maior nota est ex *cap. quia in corrigendis 12. vers. quia tamen, de offic. Ordin. gloss. pen. in d. cap. dudum 31.* post alios ad plura commendant Staphil. *de literis, in princ. n.* 11. Nauar. *in c. nullum 17 q.* 2. *n.* 12. *in princ.* Pinel. *in rub. de rescind. vendit. p.* 1 *c.* 2 *n.* 8. igitur, &c. Iuuat maximè *cap. ex parte 12. de constit. d. cap. dudum*, in quibus simpliciter fit mentio confirmationis, & tamen non de illa, quæ ex certa scientia decernitur, quæ actum aliàs inutilem reddit validum intelligatur, sed de illa, quæ in forma communi expeditur facit reg. *cap. 2. de rescript.*

Qua retenta sententia non obstant quæ pro prima adduximus, ad primum enim respondetur, verbum, *confirmamus*, in dubio actum firmum reddere iuxta propriam ipsius naturam, vt si actus à parte antea valeat, firmior reddatur, sin autem sit nullus, talis permaneat interim, dum aliud non apparuerit de potestate, & mente confirmantis; sed non inde sequitur in dubio de confirmatione ex certa scientia esse intelligendum. Ad secundum ex *d. cap. si Apostolica*, respondetur *ibid.* vltra verbum reperiri coniecturas ex quibus deprehenditur Pontifex com ex certa scientia confirmasse prouisionem Legati, patet, ibi, *plenam de his facta narratione*, & ibi, *auctoritate nostra*, vt intelligit gloss. *ibid. verbo confirmamus*, Dec. ad *rub. huius tit. n.* 3. *ad fin.* Ad vltimum ex *dicto cap. qui diuersitatem*, dicendum est ibi non fuisse restrictiuè concessam confirmationem, vt ex aduerso ponderatur, sed solummodo declarari naturam confirmationis in forma communi, quæ est confirmare res partium, sicut iustè & pacificè possidentur, idque satis insinuat relatium, *quæ*, immediate adiectum post verba antecedentia *ibid.* in forma communi; quibus consequens est breuis intellectus ad *l. priuilegia 12. in princ. C. de sacros. Eccles.* dum Imper. inibi simpliciter confirmat priuilegia retro concessa Ecclesiis, vt intelligatur de confirmatione in forma communi, vt per Bart. Alex. & alios, quos *ibi* sequutus fuit D. Barbos. *in fragment. ad illum text.* cuius posterior pars in hunc sensum trahenda est, iuxta modò dicta.

SVMMARIVM.

1 *Litera confirmationis super sententia, à qua erat appellatum, non valent, si appellatus malitiosè præuenit appellantem, aliàs pendent donec de appellatione cognoscatur.*
2 *Appellationis mentio debet fieri in rescripto.*
3 *Appellatio extraiudicialis non comprehenditur in rescripto de appellatione.*
4 *Attentata pendente appellatione à diffinitiua ante omnia regulariter sunt reuocanda.*

CAP. Bonæ memoriæ. III.

Cœlest. III.

QVando quis appellat à sententia, & impetrat 1 literas à Papa, appellatus verò præueniens impetrat à Papa confirmationem sententiæ, non facta mentione de appellatione, tunc non valent illæ literæ, sed secundæ primi appellantis. Si autem in primis dicatur, *Nullo præiudicio facto iustitiæ, & veritati*, tunc valebunt literæ, sed suspendetur etiam rigor donec fuerit declaratum de iniquitate sententiæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Anchar. Bald. Butr. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 362. Alagona *in compend. iuris Canonic. pag.* 350. resumsiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 21. cap. 1.*

In quo nulla de facta appellatione mentio, &c.] Notatur ad hoc quòd in rescripto debet fieri mentio de appella-

appellatione, vt per Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, n. 4. & num. 16.* Appellatio verò extraiudicialis non comprehenditur in rescripto de appellatione, Sigismund. Scaccia *de appellat. quæst. 1. sub num. 8.*

4 *Donec de iniqua sententia,* &c.] Notatur ad hoc quòd attentata pendente appellatione à diffinitiua ante omnia sunt reuocanda, vt per Couar. *pract. c. 13. in princ.* Scac. *d. tract. de appell. q. 3. n. 47. & 48* Cotta *in memorab. verbo, appellatione pendente,* & plures, quos refert parens meus *in comment. ad Ordin. Regiam Lusitan. lib. 3. tit. 74. in princ.* & procedit quantumcunque notorium sit friuolam, & iniustam esse appellationem, vt per D. Barbos. *in l. si de vi, n. 134. ff. de iudic.* Vide *ad cap. vlt. n. 27. cum seqq. de appell.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegij innouatio nouum ius non tribuit, nec antiquum confirmat, sed si quod competebat conseruat.*
2 *Legem ex identitate rationis licitum est extendere.*
3 *Lex id, quod constituisset in casu omisso, constitutum intelligitur.*
4 *Exceptio ad similem extenditur.*
5 *Priuilegiorum innouatio nouum ius non tribuit, sed solum antiquum conseruat.*
6 *Confirmatio priuilegij nullum ius tribuit, sed quod antea erat conseruat.*
7 *Confirmans nihil addit de nouo.*
8 *Confirmatio est iuris quæsiti corroboratio.*
9 Innouare, *verbum, quid significet, ostenditur, & tripliciter opponitur contra textum in præsenti.*
10 *Priuilegium aliquando accipitur pro charta, seu instrumento in quo gratia, aut concessio Principis continetur, aliquando verò pro concessione ipsa, seu gratia.*
11 *Innouatio solius chartæ, seu instrumenti, quia erat nimia vetustate consumptum, nihil iuris de nouo tribuit.*
12 *Confirmatio dicitur fieri in forma communi in quando Pontifex de negotio non bene instructus confirmat contractum, & priuilegium, in eo statu, & prout antea erat.*
13 *Confirmatio ex certa scientia dicitur fieri quando fit cum perfecta notitia totius negotij, & omnium eius circunstantiarum, veluti quando tenor totius priuilegij, aut instrumenti inseritur in ipsa confirmatione.*
14 *Tenor totius priuilegij Papæ innotescere debet, vt dicatur confirmatio ex certa scientia.*
15 *Confirmatio Papæ quando censeatur concessa ex certa scientia, quando in forma communi, ostenditur ex decisione S. Rotæ.*
16 *Princeps licèt dicatur confirmare ex certa scientia, quando confirmat parte citata, & cum causæ cognitione, defectus tamen citationis non excludit quin confirmatio dicatur facta ex certa scientia, quando aliter constat Principem ex certa scientia confirmasse.*
17 *Confirmatio in forma communi dicitur, etiamsi clausula, ex certa scientia, adiiciatur, si tamen tenor priuilegij, vel contractus, aut rei confirmatæ inserius non est.*
18 *Confirmatio ex certa scientia confirmat actum nullum, eique nouum robur tribuit, & validitatem.*
19 *Confirmatio Pontificis ex certa scientia habet vim nouæ concessionis, quando confirmat id, quod inualidum est.*
20 *Confirmatio ex certa scientia non dicitur simplex confirmatio, sed ampliatio, & noua concessio.*
21 *Confirmatio in forma communi non reddit actum validum, sed illud confirmat, prout antea erat, & in eodem statu, & robore illud relinquit.*
22 *Confirmatio in forma communi quos effectus pariat, ostenditur.*
23 *Confirmatio in forma communi an iustam præstet causam præscribendi, ostenditur.*
24 *Confirmatio non operatur circa non oppressa, & circa ea, quæ sunt aliena à mente confirmantis.*
25 *Interpretatio fugienda est per quam responsa Pontificum ad aliquam consultationem, & ius speciale reducuntur.*
26 *Princeps quando ex certa scientia innouat gratiam, concessionem in charta contentam, nouum ius tribuit, & priuilegium, etiamsi tempore, vel alia causa amissum sit, restituit, & de nouo redintegrat.*
27 *Declaratur text. in cap. veniens, de transact.*
28 *Iulij I I. responsum incip. In militantis Ecclesiæ agro, defenditur, & declaratur.*
29 *Confirmatio quando potest referri ad priuilegia valida, quæ in vsu sunt, & ad inualida, vel quæ alias non sunt in vsu, ad ea tantum debent referri, quæ valida, & in vsu sunt.*
30 *Abbatissa pro suo monasterio potest esse procuratrix.*

CAP. Cùm Dilecta. IV.

Innoc. III.

IVs Ciuile disponit vt quando timetur de testibus, ne veritas fortuitis casibus subtrahatur, testes sunt recipiendi valetudinarij, & alij, de quibus probabiliter timetur. Eadem ratione priuilegia Ecclesiastica vetustate consumpta sunt renouanda, sed ex renouatione non acquiritur nouum ius Ecclesiæ, sed si quod competebat conseruat. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Joan. Andr. Imol. Anan. Hostiens. Anchar. Decian. Butr. Bald. Vinian. *in tract. secundi libri iuris Pontif. pag. 163.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 351* remissiuè Calal. *in annotat.* & Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 20. cap. 1.* 1

Eiusdem æquitatis similitudine, &c.] Notatur ad hoc quòd licitum est extendere legem ex identitate rationis, vt per Palat. *in repet. cap. ... §. 16. num. 10. & in repet. cap. ... §. 29. num 1.* Corset. *verbo extensio, incip. dispositio,* Duen. *reg. 311.* Nauar. *in cap. 1. §. laboret, num. 14. de pœnit. dist. 6.* Couar. *in cap. alma, part. 1. §. 11. num. 15. vers. tertio ad hoc,* D. Barbos. *in l. si constante, in princ. num. 94. cum seqq. ff. soluto matrim.* Cald. *in l. si curatorem, verbo, vel aduersarij dolo, n. 23. ad finem, & de impt. c. 1. n. 7.* Gutier. *pract. lib. 3. q. 17. à n. 71.* Surd. *cons. 302. n. 14. & 22.* Rebel. *de obligat. iustitiæ, part. 1. lib. 1. quæst. 6 sect. 3. num. 12 & sect. 4. per tot.* Sic etiam id quod lex constituisset in casu omisso intelligitur constitutum, vt per Cord. *in l. si quis à liberis, §. parens, num. 33. ff. de liberis agnoscendis.* Et exceptio ad similem extenditur, Couar. *lib. 2. variar. cap. 5. num. 6.* 2 3 4

Nolentes igitur, &c.] Notatur ad hoc quòd innouatio priuilegiorum nouum ius non tribuit, sed solum antiquum conseruat, similis text. *in cap. ex parte 13. & in cap. quia intentionis 29. de priuileg.* docent *in præsenti* Abb. *à num. 4.* & Socin. *à num. 10.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. quæst. 8. art. 2.* Soar. *de legibus, lib. 8. cap. 20. per totum,* quemadmodum etiam ex iisdem rationi 5

6 rationibus, & iuribus receptum est, confirmationem priuilegij nullum ius tribuere, sed quod antea erat conseruare, *cap. præceptis*, ibi, *non nouum aliquid*, 12. *distinct. cap. inter dilectos*, *versic. cæterum*, *de fide instrum.* ibi, *confirmari tanquam priùs habita, donari tanquam tunc tradita*, *cap. quia diuersitatem*, *in princip.* ibi, *non obstante confirmatione*, &c. *de concess. præb.* tum etiam, quia confirmans nihil addit de nouo, vt docent Menoch. *consil.* 191. *num.* 46. & *consil.* 1. *num.* 6. & *consil.* 351. *num.* 19. Gutier. *practic. lib.* 3. *quæst.* 17. *n.* 40. & *num.* 121. & *quæst.* 23. *n.* 6. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *conclus.* 1. *num.* 11. Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis.* 15. *num. vltim.* Cabed. *Lusitan. decis.* 1. *num. vltim. part.* 2. declarando vt per Rot. *decis.* 123. *n.* 5 apud Farinac. 8 *part.* 1. *recentior.* & constat ex recepta confirmationis definitione quòd sit iuris quæsiti corroboratio, vt post Hostiens. & alios antiquiores, explicant Dec. *in rubr. huius tit. à num.* 2. & Bero. *à numero* 3. Cardin Tusch. *tom.* 1. *lit. C. concl.* 705. Cabed. *d. decis.* 1. *numer.* 4. & deinde ex iis, quæ latè explicant post Abb. Decius *in cap.* 2. *à num.* 43. *super hoc tit.* & Bero. *in cap.* 1. *n.* 25. *eod. tit.* Menoch. *cons.* 75. *num.* 32. & *consil.* 378. *num.* 19. & *consil.* 414. *num.* 14. Cardin. Tusch. *d. lit C. conclus* 708 *à princ.* Mascard. *de probation. conclus.* 404. Soar. *d. lib.* 8. *cap.* 18. *à numer.* 2. & 8. Mar. Anton. *variar. resolut. lib.* 1. *resolut.* 51. *num.* 8.

9 Sed contra supradictam conclusionem obstant, & primò argumentum desumptum ex proprietate ipsius nominis innouatio, quæ nouam concessionem, & actus extincti reintegrationem importat, vt per text. *in l. dies* 4. *in princip. ff. de damno infecto*, ibi, *reuocare, vel pristinare*, vbi notant scribentes communiter, referentes renouationem ad id, quod iam finitum est, iuxta *l. sed etsi manente*, *in fine*, *ff. de precario*, cum aliis, de quibus latè Tiraquell. *de retract. conuent.* §. 1. *gloss.* 7. *à num.* 25. Guttier. *de iurament. confirmat part.* 1. *cap.* 49. Cald. Peteira *de renouat. emphyt. quæst.* 2. *à princip.* Secundò obstat text. *in cap.* 1. *in fine*, *supr. de transact. & in cap. veniens*, *eod. tit.* ibi, *nisi præfati Monachi transactionem præscriptam*, &c. dum probat transactionem factam in personas, realem fieri accedente Pontificis confirmatione. Tertiò, & vltimò obstat *cap.* 2. *in fine*, *supr. hoc tit.* vbi postquam Summus Pontifex priuilegium, aut rem aliam confirmat, nullus inferior ea de re quicquam decernere, aut iudicare potest.

10 Pro terminorum materiæ confirmationis cognitione ac supradictorum resolutione aduertere oportet priuilegium aliquando accipi pro charta, seu instrumento, in quo gratia, aut concessio Principis continetur; aliquando verò pro concessione ipsa, seu gratia, & pro eo quod in charta, seu instrumento continetur, differunt enim sicut continens, & contentum, vt ex text. *in l. non figura*, *ff. de actionib.* colligit, & bene explicat Surd. *cons.* 144. *n.* 13. & alij de quibus Cardin. Tusch. *tom.* 4. *lit. I.* 11 *concl.* 236. Iuxta quam duplicem acceptionem intelligi potest quæstio de innouatione priuilegij, nam si agatur de innouatione solius chartæ, seu instrumenti, quia vel nimia vetustate consumptum, iuxta text. *in præsenti*, vel quia est deperditum, iuxta text. *in cap. cum olim* 12. *de priuileg.* certum est quòd talis innouatio nihil iuris de nouo tribuit, & procedunt text. *in præsenti*, *& in d. cap. ex parte*, *& in d. cap. quia intentionis*, & communis, de qua Doctores citati *num.* 7. ratióque facilis est, nam huiusmodi innouatio solùm fit ad faciliorem probationem eius, quod in priuilegio continebatur, & iuxta eius tenorem est facienda, nihilo omnino addito, vel etiam detracto, ac subinde intentio Principis hanc innouationem fieri concedentis non est quicquam de nouo tribuere, vel concessionem extendere, vel nouum robur adiicere, sed solum tenorem eius, quod antea erat concessum, in scripturam redigere ad faciliorem probationem iuxta *l. contrahitur*, *ff. de pignorib.* eámque rationem sentit Pontifex *in d. cap. quia intentionis*, *in prin.* dum exorditur, quia intentionis nostræ non extitit, & deinde in decisione, *per hoc non intendimus*, &c. & explicat Soar. *d. c.* 20. *n.* 3.

Si vero agatur de innouatione ipsius gratiæ, seu 12 priuilegij, quatenus importat formalem ipsam concessionem, videtur applicanda distinctio, quam circa confirmationem DD. omnes variis in locis tradiderunt; vel enim fit in forma communi, vel ex certa scientia: dicitur fieri in forma communi, quando Pontifex de negotio non bene instructus confirmat contractum, & priuilegium in eo statu, provt antea erat, vel collationem beneficij, provt antea iustè, & pacificè possidebatur, vt explicat Pontifex *in d. cap. quia diuersitatem*, *de concess. præb. in vers. non obstante*, ibi, *sub forma communi, quæ confirmat beneficium, & præbendas sicut iustè, & pacificè possidentur, & in cap. examinata*, *hoc tit.* ibi, *confirmauerat illud sicut prouide latum*, &c. Dicitur autem fieri ex certa scien- 13 tia, quando fit cum perfecta notitia totius negotij, & omnium eius circunstantiarum, & quando tenor totius priuilegij, aut instrumenti inseritur in ipsa confirmatione, iuxta text. *in cap. penult. infr. hoc tit.* ibi, *ad maiorem rei euidentiam literis confirmationis tenor compositionis insertus*, Dec. *in cap. porrecta*, *n.* 15. *hoc tit.* Roman. *cons.* 336. *num.* 2. Molin. *de primogen. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 9. Mascard. *de probat. concl.* 22. Rot. *decis.* 455. *num.* 3. *part.* 1. *diuers.* itavt ad hoc vt rescriptum dicatur ex certa scientia, duo copulatiè requirantur, vnum vt totus tenor inseratur, vel clausula *ex certa scientia*, alterum vt cum eo causæ cognitio concurrat, alioquin vno [illegible]um deficiente gratia in forma communi intelligitur obtenta, Paris. *consil.* 33. *num.* 51. *lib.* 3. Alexand. *consil.* 128. *num.* 18. *vers. promitto*, *& num.* 22. *lib.* 4. Gra. *cons.* 347. *num.* 5. *lib.* 1. Socin. iun. *cons.* 32. *num.* 34. *lib.* 3. Butr. *in cap. num.* 3. *de postul.*, Abb. *in cap. examinata in* 2. *notab. hoc tit.* & *ibi* Dec. *in* 2. *notab. num.* 7. & *in cap.* 2. *num.* 44. *eod. tit.* Abb. *in cap.* 3. *num.* 6. *vers. & dicitur facta*, *hoc tit.* Rot. *in Toletana admissionis* 14. *Decembris* 1609. coram Cardin. Pamphilio. Sufficit etiam, si aliàs constet quòd Pontifex sciens priuilegij, aut contractus defectus, nullitatis, illud prudens, & volens confirmauit; in dubio enim nunquam præsumitur confirmationem factam fuisse ex certa scientia, vt omissis, aliorum resolutionibus magis communiter receptum constat ex Abb. & aliis, ex quibus explicat Dec. *in d. cap.* 2. *à numer.* 44 *cum seqq* vbi Bero. *num.* 20. Molin. *de primogen. lib.* 2 *cap.* 7. *num.* 9. Card. Tusch. *lit. C. conclus.* 708. *num.* 7. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 225. *cum seqq.* Fr. Emman. *d. quæst.* 8. *artic.* 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss* 45. §. 1. *numer.* 76. Marchesan. *de commissionibus*, *part.* 1. *cap.* 2. *à num.* 23. Alovs. Riccius *in collectan. decision. part.* 5. *collect.* 159. Soar. *d. cap.* 18. *à num.* 4. Seraph. *Rotæ decis.* 981. *numer.* 2 vbi quòd totus tenor Papæ 14 innotescere debet, vt dicatur confirmatio ex certa scientia, quem refero ego ipse *de dictionibus*, *& clausulis*,

fulis, *clauſ.* 25. *n.* 5. latè Cabed. *Luſitania deciſ.* 2. *in princip. part.* 2 vbi *à num.* 7. & per tres ſequentes deciſiones latè proſequitur tres confirmationis modos.

15 Et Papa quando ex certa ſcientia aliquid concedere dicatur, declarat Rota *in vna Toletana admiſſionis* 17. *Iunij* 1609. coram D. Pamphilo apud Farin. *deciſ.* 102. *num.* 3. *part.* 1. *recent.* in hæc aurea verba: Breue autem Clementis fuiſſe conceſſum ex certa ſcientia, & non in forma communi viſum fuit Dominis apparere, tum quia in eo fuit narrata ſubſtantia Breuis Leonis X. in eo confirmati, gloſſ. *in cap. paſtoralis*, §. *præterea*, *verbo*, *ex certa ſcientia*, *de officio deleg.* Felin. *in cap. cùm inter*, *colum.* 1. & 2. *de except.* Dec. *in cap. porrecta*, *ſub num.* 15. *de confirmat. vtili*, Roman. *conſil.* 327. *num.* 7. *in fine*, Gabr. 183. *num.* 14. *lib.* ... & fuit dictum *in cauſa Abulen. iuriſdictionis* 25. *Ianuarij* 1588. coram bonæ memoriæ Orano, præſertim ſtante clauſula, *quorum tenores*, &c. Ruin. *conſil.* 31. *n.* 5. *ad finem*, *lib.* 1. tum etiam, quia Breue emanauit re matùre diſcuſſa ex ſententia S. D. N. tunc Cardin. Burghèſij, & Illuſtriſſ. Card. Blanchetti, quibus hoc negotium videndum, & examinandum, ac ſibi referendum Clemens ipſe commiſerat, quo caſu dicitur conceſſum ex certa ſcientia, Abb. *in cap.* 1. & 2. *num.* 6. *verſ. quædam confirmatio*, & *ibi* Dec. *num.* 47. *de confirmat. vtili, vel inutili*, maximè ſtante clauſula *ex certa ſcientia*, appoſita in ipſo Breui, gloſſ. *in cap. ſtatutum*, *in princ. in verbo*, *literarum*, *in fine*, *de reſcript. in* 6. *in Clem.* 2. *in gl. fin. eod. tit.* Abb. *in cap. examinata*, *in fine*, *de confirmat vtili*, *vel inutili*, Dec. *in cap. porrecta*, *n.* 15. *verſ. quartò quando expreſsè*, *eod. tit.* Roman. *conſ.* 327. *n.* 2. Ruin. *conſ.* 31. *n.* 5. *verſ. & provt*, *lib.* 1. Hæc in deciſione.

16 Idem etiam oſtenditur ead. Rot. *in d. Toletana admiſſionis* 14. *Decembris* 1609. coram ipſomet D. Pamphilio, apud Farin. *deciſ.* 210. *n.* 2. *p.* 1. *recent.* in hæc verba. Licèt enim quando Princeps confirmat ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione, vt dicit Barbat. inter concilia, Alex. *conſ.* 23. *incip. ſcripſit Eccleſiaſticus*, & ... *lib.* 4. cum aliis allegatis, & iſte ſit vnus ex modis cognoſcendis, tamen citationis defectus non excludit quin confirmatio dicatur ex certa ſcientia, quando aliter conſtat Principem confirmaſſe ex certa ſcientia, quod poteſt pluribus modis etiam per teſtes probari, vt refert, & ſequitur Afflict. *de conſtit. Reg. lib.* 3. *rubr.* 4. *tit. de iure ſuo Curiæ obſeruando*, *n.* 5. &c.

17 Solet inter Doctores non leuiter agitari vtrùm confirmatio dicenda ſit in forma communi, vel potiùs ex certa ſcientia, quando clauſula illa, *ex certa ſcientia*, adducitur, & tamen tenor priuilegij, vel contractus, aut rei confirmatæ inſertus non eſt? in qua quæſtione communis ſententia reſoluit ex certa ſcientia factam iudicari propter illam clauſulam, ex Abb. Dec. & pluribus aliis teſtantur Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *n.* 230. & Soar. *d. cap.* 18. *num.* 6. Sed contrarium reſoluunt alij, & in S. Rota pluries tentum eſſe conſtat ex deciſionibus relatis ab eodem Garc. *d. cap.* 2. *numer.* 231. cum quo reſolue ex *ibi* dictis *num.* 236. quòd vel agimus de huiuſmodi confirmatione ad effectum confirmandi actum nullum, & rectè procedit communis, quòd per hanc clauſulam *ex certa ſcientia*, actus nullus validus redditur, ſi Princeps de nullitate, vroſimiliter habeat notitiam, vel agimus de ea clauſula ad effectum tollendi defectum intentionis, & ſubreptionis, & procedunt S. Rotæ deciſiones, & eſt recepta doctrina in hunc ſenſum, ex Gabr. *commun. tit. de clauſulis*, *concl.* 1. *n.* 61. *cum ſeqq.* Gutier. *conſ.* 11. *à n.* 13. Molin. *d. cap.* 1. *n.* 15.

Receptiſſima autem eſt, & notiſſima vtriuſque confirmationis differentia, nam illa *ex certa ſcientia*, confirmat actum nullum, eique nouum robur tribuit, & validitatem, iuxta text. *in dict. cap.* 1. *de tranſact. in fine*, quod in hac confirmatione procedere notauit gloſſ. *in d. cap. quia intentionis*, & ſequuntur *ibi* omnes, & latè Dec. *in d. cap.* 2. *à n.* 46. & poſt Cardin. Tuſch. & alios, Soar. *d. cap.* 18. *à num.* 12. Confirmatio enim Pontificis ex certa ſcientia habet vim nouæ conceſſionis, quando confirmat id, quod inualidum eſt, Felin. *in cap. inter dilectos*, *n.* 14. *de fide inſtrum.* Dec. *conſ.* 184. *num.* 8. *per l. adoptio*, *la ſecunda*, *ff. de adoption.* idem Dec. *conſil.* 341. *n.* 7. *ad medium*, *verſic. ſed in caſu*, Pariſ. de communi, *conſil.* 19. *num.* 15. *lib.* 1. Rot. *in Iacen. Vicariæ* 27. *Ianuarij* 1614. coram D. Buratto, apud Farinac. *deciſ.* 513. *num.* 6. *part.* 2. *recentiorum*, & ita non dicitur ſimplex confirmatio, vel innouatio, ſed ampliatio, & noua conceſſio, *cap. ſi Apoſtolica*, & *ibi* gloſſ. *in verbo*, *confirmamus*, *de præbend. in* 6. Doctores *in cap.* 1. vbi poſt Abb. & alios Dec. *num.* 46. & *ſeqq. ſupr. hoc tit.* Ruin. *conſil.* 31. *n.* 5. *lib.* 1. Gozadin. *conſil.* 62. *n.* 15. Rota *deciſ.* 192. *num.* 2. apud Farinac. *part.* 1. *recent.* Quæ autem ſit in forma communi, non reddit actum validum, ſed illud confirmat, provt antea erat, & in eodem robore, & ſtatu illum relinquit, iuxta *d. cap. quia diuerſitatem*, *d. cap. examinata*, cum ſimilibus, Oldrad. *conſil.* 237. *n.* 8. Butr. *in cap. dudum*, *n.* 7. *de decim.* Alex. *conſ.* 122. *Viſo puncto*, *n.* 4. *lib.* 4. Iaſ. *in l. more*, *n.* 41. *ff. de iuriſd. omn. iud.* Cravet. *conſ.* 668. *n.* 2. Caſſad. *ſub hoc tit. deciſ. vnic. n.* 2. Soar. *d. cap.* 18. *n.* 8. Molin. & Fr. Emman. *dictis locis*, Marcheſan. *de commiſſion. part.* 1. *cap.* 21. §. 2. *n.* 6. *pag.* 233. Rot. *dec.* 31. *num.* 5. *ad fin. part.* 2. *diu & dec.* 192. *n.* 2. apud Farinac. *part.* 1. *recentior. & dec.* 229. *n.* 11. & *deciſ.* 405. *num.* 1. *part.* 2. *recentiorum*, non enim extendit confirmatum, Rot. *d. part.* 2. *dec.* 111. *n.* 2. nec auget vltra quod in confirmato continetur, ead. Rot. *d. part.* 2. *deciſ.* 419. *num.* 1. quia de eius natura non eſt aliquid de nouo tribuere, ſed quod iam tributum eſt roborare, ead. Rot. *d. part.* 2. *dec.* 339. *num.* 2. Non tamen ideo huiuſmodi confirmatio in forma communi otioſa, vel inutilis dici poteſt, ſed potius notabiles operatur effectus, in primis enim facit actum, ſeu rem confirmatam maioris auctoritatis, & vt ſcilicet magis timeatur, vt per text. *in cap. quanquam* 13. *diſtia.* notat gloſſ. *in d. cap.* 2. quia triplex funiculus minus, & difficiliùs rumpitur, *cap.* 1. *de treuga*, & *pace*, & quia per confirmationem videtur Princeps actum ſuum facere, iuxta *l.* 1. *C. de iure veteri enucleando*, vnde videbatur quòd inferior de tali actu confirmato in forma communi cognoſcere non poteſt, iuxta *d. cap.* 2. *ſupr. hoc tit.* Sed communis meritò contradicit, intelligens text. illum in ſecunda parte, & *in cap.* 2. *hoc eod. tit.* vt per Soar. *d. cap.* 18. *n.* 10. Verùm ille effectus notabilior eſt, quòd huiuſmodi confirmatio in forma communi iuſtam præſtat cauſam præſcribendi, vt per text. *in cap. dudum*, *ad fin. de decimis*, & ex Innoc. *in cap.* 1. *eod. tit.* & Abb. antiq. notat Dec. *in d. cap.* 2. *num.* 45. Molin. *d. cap.* 7. *num.* 11. Cabed. *deciſ.* 2. *num.* 2. *ad finem*. Sed firmum non exiſtimo, quia text. illum *in d. cap. dudum*, intelligit de confirmatione ex certa ſcientia, Butr. *ibi num.* 15. quem ſequuntur Alexand. *conſ.* 39. *num.* 10. *volum.* 4. Auiles *ad cap.* 27. *Prætorum*, *verbo*, *Prouter*,

Prouecer, *num.* 7. & si diligentiùs attendatur, magis probat eam confirmationem non tribuisse causam præscriptionis, & ideo bene Soar. *d. cap.* 20. *num.* 7. improbat effectum illum, quem post Cordub. ponit Fr. Emman. *d. quæst.* 8. *artic.* 2. *in fine*, vt scilicet interrumpat innouatio præscriptionem inceptam contra priuilegium, veluti si non esset in vsu per spatium viginti annorum, & superueniret innouatio, per eam enim videtur de nouo incipere priuilegium, & opus est, quòd ex nunc noua incipiat præscriptio, vel saltem tempus eius non computabitur nisi à facta innouatione: nam licèt hæc obseruatio notabilis sit quoad innouationem factam ex certa scientia, minimè tamen applicari potest innouationi, seu confirmationi factæ in forma communi, quæ confirmat, seu innouat actum prout est, & nihil mutat de eo statu, in quo antea erat, & consequenter non aufert ius parti quæsitum ex inchoata præscriptione, neque eam interrumpere est de intentione Pontificis innouantis, iuxta rationem *d. cap. quia intentionis*, innouatio enim regulanda est adinstar confirmationis factæ in forma communi, ac proinde innouatio priuilegij facta in forma communi, etiamsi gratiam, & concessionem ipsam respiciat, nouum ius non tribui, docet Soar. *d. cap.* 20. *num.* 5. vbi aduertit hunc modum innouandi priuilegia in vsu non esse. Nec aliud significat proprietas verbi *innouare*, quod videtur aliquid superaddere confirmationi, quia respondetur concedendo totum in innouatione, quæ fit ex certa scientia, & respectu eorum, de quibus Pontifex, aut Princeps plenè fuit informatus, & notitiam habuit, sed nihil concludere respectu eorum, quæ ignorauit, atque ideo nec in confirmatione in forma communi, iuxta reg. *l. cum Aquiliana*, *ff. de transactionib.* nec etiam nouum est, sed ex stylo Romanæ Curiæ vsitatissimum geminare voces, quæ eundem habent sensum, veluti, concedo fructus, redditus, emolumenta, &c. nec tamen ideo vt operentur fit interpretatio, quòd comprehendat ea, de quibus Princeps non cogitauit,
24 quia confirmatio non operatur circa non expressa, & circa quæ sunt aliena à mente confirmantis, Rot. *decis.* 114. *n.* 4. *p.* 2. *recent.*

25 Ex quibus bene infertur quod si agatur de priuilegiis innouandis, quatenus important chartam, seu instrumentum, in quo continentur, certissimum est per innouationem chartæ nihil de nouo tribui, ex rationibus supra adductis, & ex auctoritate text. *in d. cap. quia intentionis*, *& in d. cap. ex parte* 13. *de priuileg.* vbi Pontifex *in versic. ita tamen*, nihil speciale significare voluit, sed potiùs ius commune explicare, & quod proprium est & regulare in qualibet innouatione, vt bene aduertit Soar. *d. cap.* 40. *à num.* 2. & confirmatur ex vulgari traditione, quòd fugienda est interpretatio, per quam responsa Pontificum ad aliquam consultationem ad ius speciale reducuntur, iuxta *gloss. vltim. in cap. consultationi*, *de temporibus ordinat.* recepta ex Romano, & aliis, de quibus Felin. *in cap. in causis*, *n.* 3. *ad fin. de re iudic.* Nauar. *in cap. accepta*, *de rescript. opposit.* 1. *num.* 2. Vnde non obstat primum argumentum de quo *supra*, desumptum ex natura, & proprietate renouationis, nam licèt hoc argumentum aliquo modo possit inseruire innouationi per quam ipsa gratia, concessio, seu ius in charta contentum reuocatur, minimè tamen facit ad casum in quo versamur, quando solùm innouatur charta ipsa ad faciliorem probationem, quia ex dictis nihil aliud continere potest, aut tribuere, quàm quòd in charta veteri continebatur, ex notatis *in cap. vlt. de fide instrum.* & relatis à Mascard. *concl.* 711. *n.* 17. iuncto *num.* 18.

Deinde ex eisdem pariter infertur, quòd si con- 26
stet non solùm chartam innouari, sed voluisse Principem ex certa scientia innouare gratiam, seu concessionem in charta contentam, non potest dubitari nouum ius tribui & priuilegium etiam si tempore, & alia causa amissum sit, restitui, & de nouo redintegrari, probatur in primis ex reg. text. *in d. l. sed etsi manente*, & receptis doctrinis de proprietate innouationis, de quibus *supra*; vlteriùs confirmatur ex proximè dictis circa confirmationem ex certa scientia, quæ multò fortius in innouatione procedunt, vt etiam diximus, confirmatio enim est iuris quæsiti corroboratio; at verò innouatio est noua redintegratio, & per consequens si confirmatio ex certa scientia nouum ius tribuit, à fortiori, & innouatio ex certa scientia, vt post Abb. & Felin. comprobat Fr. Emman. *d. artic.* 2. attestatus sic tenere famosos Doctores Salmanticæ, & post eum Soar. *d. cap.* 20. *à num.* 8. licet quæ *ibi* de natura innouationis scribit, non multum conueniant cum iis, quæ Doctores communiter tradunt de eadem, vt post Tiraquell. & alios diximus in primo argumento. Ad secundum argumentum 27
ex *d. cap. veniens*, *de transaction.* quod aliquam præsefert difficultatem, dum videtur probare quòd accedente Pontificis confirmatione, transactio, quæ personalis erat, & vti talis successorem non obligabat, fit realis, eumque obligare incipit contra certam resolutionem in hac materia, quòd licèt confirmatio etiam ex certa scientia possit actum nullum reddere validum, nunquam tamen potest eum extendere, vt plus iuris tribuat, quàm quòd in actu ipso confirmato continebatur, vt ex Baldo plurib. in locis comprobat Auiles *d. verbo*, *Prouecer*, *num.* 14 Rota apud Farinac. *decis.* 580. *num.* 3. *in fine*, *part.* 2. *recentior.* & deducitur ex definitione confirmationis, de qua *supra.* Sed aduertendum est cum gloss. *verbo*, *confirmatam*, *in cap. veniens*, transactionem, de qua *ibi à principio*, & 9 intentione contrahentium non fuisse personalem, sed realem in successores transituram, quia tamen Sacerdos, de quo *ibi*, non potuit sine Episcopi auctoritate obligare successorem, iuxta text. *in cap. de cætero*, *eod. tit. de transactione*, opus fuit confirmatione Pontificis, quæ validam faceret transactionem, & successorem obliget, proinde ac si à principio auctoritas Prælati interuenisset, iuxta text. *in cap.* 2. *eod. tit.* & quæ notat Dec. per text. *ibi in cap. venerabilis*, *infr. hoc tit. num.* 6. & post eum Duen. *reg.* 127. *limit.* 4.

Denique non immeritò ex dictis, & aliis pro- 28
cedit responsum Pontificis Iulij II. incip. *In militantis Ecclesiæ agro*, quod refert Fr. Emman. *tom.* 1. *Bullarum*, *pag.* 570. Confirmauerat enim Pontifex Sixtus IV. ex certa scientia per illa verba, *& de nouo concedimus priuilegia Minoribus Fratribus concessa*: quæsitum deinde fuit à Iulio II. vtrum huiusmodi confirmatio comprehendat ea priuilegia, quæ iam in vsu non erant? Respondet Iulius negatiuè, quòd priuilegia, quæ in vsu non sunt, minimè confirmantur. Nam licèt Collector priuilegiorum Mendicantium, prout eum refert Fr. Emman. *d. quæst.* 8. *art.* 2. *ad finem*, asserat hoc Iulij II. responsum datum fuisse absolutè, & generaliter propter defectum relationis, hoc est quod Iulius II.

ita respondit, quia plenè non fuit informatus de forma confirmationis, & quod in ea reperiebatur clausula, *ex certa scientia, mera voluntate, Motu proprio, & pro potiori cautela*, & quòd si de his clausulis plenè informatus fuisset, contrarium respondere-
29 ret, & post Cordub. sequatur Soar. *d. c. 20. n. 9.* asserens non videre quid aliud possit responderi. Ego tamen aduerto confirmationem illam Sixti I V. fuisse generalem priuilegiorum Fratribus Minoribus concessorum, nec de singulis, & de ipsorum iustitia, & validitate causæ cognitionem præcessisse, vnde cùm possit referri ad priuilegia valida, quæ in vsu sunt, & ad inualida, vel quæ aliàs non sunt in vsu, ad ea tantùm debent referri, quæ valida, & in vsu sunt iuxta celebrem doctrinam Anton. de Butrio per text. *ibi in d. cap. dudum, n. 15. de decimis*, multum commendans quòd bene notetur, quod alibi non reperitur, sequuntur Alex. *consil. 39. n. 10. vol. 4.* Anibes *ad d. c. 17. Prætorum, verbo, Prouer, n. 7.* & post alios Cabed. *Lusitan. decis. 2. n. 5. p. 2.* Rot. *decis. 11. num. 3. p. 2. recent.* & confirmari potest ex text. & quæ *ibi* notant Abb. & alij communiter, *in cap. 1. versic. nec constitutione, de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli, & in cap. 1. de iureiuram. lib. 6.* Nec obstat quòd Pontifex ex certa scientia se confirmare adiecit, non enim ideo sequitur ex certa scientia fecisse, & plenè de singulis informatum fuisse, imò defectus intentionis potest præsumi respectu eorum, quæ vel iniusta sunt, vt per non vsum sublata, quem defectum intentionis clausula illa, *ex certa scientia*, non tollit per ea, quæ Doctores resoluunt, quod refero *d. clausul. 2. num. 15.* & ita respectu eorum, de quibus Pontifex non habuit notitiam, magis reducitur ad confirmationem in forma communi, iuxta supradicta *numero præced.* Iuxta hanc igitur receptam traditionem respondisse Iulium I I. asserere facilius, & præstabilius est quàm ab ipsius Pontificis interpretatione recedere cum Collectore priuilegiorum, & aliis, qui eum sequuntur, & dicta colligendo fateor quòd si appareat Pontificem ex certa scientia certioratum quòd aliqua priuilegia non erant in vsu, ea confirmauit per illam clausulam, *ex certa scientia innouamus, & de nouo concedimus*, aut verba similia nouum robur, nouamque validitatem illis tribuit: fateor etiam hæc verba, & clausulas huiusmodi satis esse, etiam si de certa scientia aliunde non appareat, quando apponuntur in aliquo, certóque priuilegio, & sic procedit communis sententia, quam de virtute illius clausulæ adduxi *dict. clausul. 25.* Negamus tamen ea verba sufficere respectu eorum, quæ inualida, aut in vsu non sunt, quando confirmatio generalis est, & refertur ad plura, quæ valida, & inualida esse possunt, iuxta doctrinam Butrij, quæ omni ex parte respondet Iulij I I. quadrat.

30 In gloss. *Procuratorem.* Notatur ad hoc quod Abbatissa pro suo Monasterio potest esse procuratrix, vt per Duen. *reg. 311. versic. tertiò fallit.*

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio, quam Religiosus impetrauit à Papa super temporali administratione, seu priorum, non valet, si tacuit se Regularem, si verò expressit, rescriptum præsumitur falsum, quia Papa non consueuit concedere.*

2 *Confirmatio generalis non extenditur ad illicita.*

3 *Contraria iuri per simplicem confirmationem non intelliguntur confirmata.*

4 *Confirmatio generalis statutorum, seu alterius dispositionis, non confirmat aliquid illicitum.*

CAP. Ad nostram. V.

COnfirmatio quam impetrauit Religiosus à Papa super temporali administratione pro persona particulari, si tacuit se esse Religiosum, est irrita, & nulla, quia non consueuit Ecclesia confirmare Regularibus personis aliqua personaliter. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Bald. Vivian. *in rationali secundi libri iuris Pontific. pag. 363.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 351.* remissiue Kirnen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 20 cap. 2.* 1

Notatur hic text. ad hoc quod confirmatio generalis non extenditur ad illicita, & inualida, vt per Alexand. *consil. 39. num. 10. volum. 4.* Auiles *ad cap. 17. Prætorum, verbo, Prouer, n. 7.* Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis. 93. num. 5.* & confirmata non intelliguntur per simplicem confirmationem ea, quæ sunt iuri contraria, Duen. *reg. 131. in princip.* nullum enim quod est, confirmari non potest, Menoch. *consil. 351. num. 19.* Molin. *de primog. libro 2. cap. 7. num. 7.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 22. num. 34. & decis. 53. num. 11. & decis. 289. num. 8.* Cald. Pereira *de potestate nominandi in respons. pro Duce Patranæ, versic. quæ sententia.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Camera Imperial. lib. 2. conclus. 1. numer. 32. cum seqq.* 2 3

Confirmatio generalis statutorum, vel priuilegiorum, seu alterius dispositionis non confirmat aliquid illicitum, Felin. *in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 4. in fin. de constit.* Bald. *in l. omnes populi, n. 37. ff. de iustitia, & iure*, vbi quod Papa in generali confirmatione statutorum non censetur confirmare ea, quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticam, quem sequitur Felin. *dicto loco*, Socin. iun. *consil. 31. n. 43. lib. 3.* vbi quod confirmatio generaliter facta refertur ad statuta licita, & honesta, & non ad illicita, & loquitur de confirmatione statutorum Bononiæ, Roland. *consil. 29. num. 32. & seqq. lib. 1.* vbi quod non refertur ad statuta iniusta, & illicita, neque ad ea, quæ sunt iuri contraria, loquitur de statuto Casalen. Alexand. *consil. 56. num. 8. lib. 1.* vbi quod generalis confirmatio priuilegiorum non trahitur ad iniusta, & ad illicita & ad ea, quæ sunt iuri communi contraria, cùm intelligatur talis confirmatio per obreptionem impetrata, Barthol. *in l. 1. num. 1. ff. de iis, quæ sunt sui, vel alieni iuris*, vbi ait quod si Papa confirmat omnia priuilegia alicui Ecclesiæ, vel Collegio, seu ciuitati, videtur confirmare quæ sunt iusta arg. *l. 1. § 1. ff. de iis, quæ in testamento delentur, cap. 1. de iureiur. lib. 6.* Bald. *in cap. 1. per quos fiat inuestitura super feudis, n. 2.* vbi quod generalis confirmatio non confirmat nisi iusta priuilegia, & quod iuri contraria non intelliguntur confirmata, sed obreptitiè impetrata, *cap. dudum, 31. de decimis, §. comparentibus*, Dec. *consil. 17. num. 2. versic. nam in generali*, vbi quod in generali confirmatione statutorum non censetur confirmata iniusta, Paris. *consil. 33. num. 53. lib. 3.* vbi dicit quod confirmatio etiam ex certa scientia, si est generalis, solùm refertur ad statuta, quæ sunt iusta, & licita, Corn. *consil. 9. num. 3. lib. 3.* vbi quod confirmatio generalis non trahitur ad statuta nulla, & iniusta, loquitur de 4

statuto

statuto Viterbien. idem Paris. *consil.* 106. *n.* 6. *lib.* 3. vbi quòd requiritur confirmatio ex certa scientia, & causa cognita, aliàs confirmatio generalis, etiam ex certa scientia, non refertur ad statuta, quæ dispo-nunt contra ius diuinum, naturale, Canonicum, & Ciuile, Cyn. *in l. cum oportet, n.* 2. *C. de bonis, quæ liberis*, vbi quòd si Princeps confirmat omnia priuilegia, videtur confirmare iusta, non iniusta, Gutier. *de iuram. confirm. p.* 1. *c.* 38. *n.* 6. vbi latè Rot. *decis.* 780. *n.* 6. *p.* 1. *diuers.* vbi quòd confirmatio generalis, & in forma communi non trahitur ad statuta illicita, & inhonesta, & loquitur de statuto Montisfalisci exclusiuo fœminarum.

SVMMARIVM.

1 *Monachis Prioratus, & administrationes non confirmantur, & rescriptum, vel confirmatis veritate tacita impetrata non valet.*
2 *Scientia certa non præsumitur.*
3 *Falsi suspicio in literis Apost. habetur pro falsitate non solum ad tollendam fidem literis, sed etiam ad puniendum.*
4 *Rescriptum impetratum contra consuetudinem, & stylum Principis, suspectum est de falso.*
5 *Confirmatio Pontificis si accedat concessioni factæ ab Abbate beneficij manualis Regularis, aut peculij, adhuc integrum est Abbati reuocare ad nutum suum sicut antea licebat.*

CAP. Porrecta. VI.

1 MOnachis Prioratus, & administrationes non confirmantur, & si huiusmodi confirmationis literas exhibeant, tanquam falsitatis auctores sunt puniendi; item rescriptum, vel confirmatio veritate tacita confirmata non valet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Bald. Dec. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontific. pag.* 364. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 351. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. sub tit. de rescind. vendit.*

2 *Emanasse non credamus.*] Notatur ad hoc quòd certa scientia non præsumitur, vt per Hippol. *sing.* 37. & in dubio incumbit onus probandæ certæ scientiæ impetranti, quia est præsumptio contra illum, vt per Innoc. *in præsenti, num. vnic.* Host. *ad fin.* Ioan. Andr. *n.* 3. Abb. *in fine*, Dec. *num.* 9. & 10. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 144. *in fine.*

3 *Eosdem punias tanquam falsitatis auctores.*] Notatur ad hoc quòd in literis Apost. suspicio falsi habetur pro falsitate non solùm ad tollendam fidem literis, sed etiam ad puniendum, vt per Mascard. *de probat. concl.* 747. *n.* 2. Farinac. *p.* 4. *consil.* 60. *n.* 114. & *in praxi crimin. tit. de falsitate quæst.* 151. *part.* 1. *num.* 32. vbi dicit quòd suspicio falsitatis in literis Apostol. sufficit ad capiendum, & carcerandum suspectum de tali falsitate, Rebuff. *in praxi benefic. tit. opponi quæ contra Bullam possunt, n.* 20. Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ.* 53. *num.* 8.

4 Notatur etiam ad hoc quòd rescriptum impetratum contra consuetudinem, & stylum Principis suspectum est de falso, vt per Mascard. *con-*

clus. 1269. *num.* 5. Flamin. *de resignat. lib.* 8. *quæst.* 7. *num.* 103.

5 In gloss. *Confirmatur*, ibi, *nisi euidenter appareat quod ex certa scientia*, &c. Notatur ad hoc quòd si concessioni beneficij manualis Regularis, aut peculij factæ ab Abbate accedat Pontificis confirmatio, adhuc integrum est Abbati reuocare ad nutum suum, sicut antea licebat, quia per simplicem confirmationem non censetur velle reuocatam variare, atque ita ex beneficio, & peculio ad nutum Prælati reuocabilibus constituere rem ab illo irreuocabilem, secus quando Pontifex ex certa scientia confirmat; ita *in præsenti* Abb. *n.* 4 Zabar. *in fine*; & Dec. *n.* 8. Mil. *in repert. verbo, beneficium, n.* 9 *versic. beneficia manualia licèt per Papam*, Selu. *de benef. p.* 3. *quæst.* 68. *num.* 1. Rebuff. *de pacificis possessor. num.* 290. Gig. *de pension. quæst.* 15. *num.* 3. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 22. *quæst.* 10. & *part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 7. *quæst.* 11. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 34. *art.* 1. quos refert, & sequitur Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 29. *n.* 130.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, vel arbitrium latum contra formam iuris, licèt sit confirmatum à Papa, non valet.*
2 *Compromissi à forma non est recedendum.*
3 *Confirmatio in forma communi nihil noui iuris tribuit, sed tantum actui valido robur præstat.*
4 *Confirmatio in forma communi an præstet causam præscribendi, remissiuè.*
5 *Laudum latum non precedente compromissa non valet.*

CAP. Examinata. VII.

1 SEntentia, seu laudum contra formam iuris, vel compromissi latum per arbitros, licèt per Papam in forma communi fuerit confirmatum, non tenet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innogent. Collect. Bellam. Ioan. Andr. Zabar. Imol. Anania, Host. Anchar. Bald. Dec. Viuian. *in rationali secundi libri iuris Pontif. pag.* 364. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 351. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 2. *tit.* 20. *cap.* 3.

2 *Contra formam iuris, & compromissi*, &c.] Notatur ad hoc quòd à forma compromissi non est recedendum, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo, libertis, n.* 11. *C. de reuocandis donationibus.* Vnde laudum latum super non comprehensis in compromisso est nullum. Socin. iun. *consil.* 63. *n.* 6. & *consil.* 77. *n.* 75. *volum.* 1. Alexand. *consil.* 48. *n.* 10. *volum* 7. Paris. *consil.* 4. *n.* 23. *vol.* 1. Roland. *consil.* 28. *n.* 34. *vol.* 4. Bec. *consil.* 183. *n.* 16. *vol.* 4. cum aliis per Valenz. *consil.* 11. *n.* 19. & non valet etiamsi fuerit per partes emologatum, quia non exinde validum redditur, vt tenent Abb. *in præsumpt. n.* 4. Bald. *consil.* 101. *ad fin. lib.* 3. Roman. *consil.* 155. *num.* 4. Angel. *consil.* 139. Blanc. *de compromiss. quæst.* 6. *sub num.* 5. *post med. versic. & idem*, Ruin. *consil.* 135. *num.* 2. *lib.* 5. Dec. *cons.* 454. *in fine*, Corset. *sing.* 19. Paris. *consil.* 24. *n.* 156. *lib.* 2. Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 6. *num.* 5. Valebit tamen in vim pacti. Rot. *decis.* 512. *n.* 2. *p.* 1. *diuers.* & *in Romana legitimæ de Gabrielibus* 11. *Febr.* 1609. coram Ottembergo, & *in Roman. executionis laudi* 16. *Iun.* 1613. coram

coram bonæ mem. Vbaldo. Necessarius est tamen in hoc casu simultaneus partium consensus qui ab initio intervenerit. Paris. *consil.* 24. *n.* 162. *& seq. lib.* 2. Surd. *consil.* 36. *n.* 56. *& consil.* 313. *n.* 36. *& consil.* 398. *n.* 76. *& decis.* 53. *num.* 20. *& seq.* Buratt. *decis.* 14. *in princip.* vbi late Florentin. *in annot.* Rot. *in Perusina laudi de Canuciis* 11. *Martij* 1622. coram bon. mem. Vbaldo.

3 *Sicut prouide Actum fuerat.*] Hæc est confirmatio in forma communi, quæ nihil noui iuris tribuit, sed tantùm actui valido robur præstat, de quo vide Dec. *in c.* 2. *n.* 5. *hoc tit.* Curt. iun. *consil.* 279. *n.* 26. *lib.* 3. Andr. Gail. *lib.* 1. *obseru.* 1. *n.* 3. Riminald. iun. *consil.* 117. *num. fin. lib.* 2. Rebuff. *in cap. cum super, gloss.* 1. *versic. quoniam ad confirmationem de causa possess. & propr.* gloss. *in cap. quia diuersitatem*, vbi Abb. *n.* 9. *de concess. prabend.* Cassador *decis. vnica, n.* 2. *sub hoc tit.* & propterea confirmatum remanet in eo statu, in quo erat de tempore confirmationis, Bald. *consil.* 130. *col. vers. præterea, lib.* 1. Anchar. *consil.* 389. *num.* 6. Castr. *cons.* 84. *n.* 2. *versic. & quod dixi, lib.* 2. Amplia, etiamsi in dicta confirmatione adsit noua concessio, quia nihil plus tribuit, quàm ipsa confirmatio, sed censetur apposita pro maiori validitate confirmationis, *cap. ex parte, il.* 1. *in fine, de priuileg.* Cassad. *d. decis. vnica, n.* 2. *hoc tit.* Socin. *in d. cap. ex parte, n.* 10. Rot. *in Mediolanen. decursus aquarum* 28. *Aprilis* 1581. coram S. Clemente VIII. Limita tamen prædictam conclusionem, quòd confirmatio in forma communi non tribuat ius, vt non procedat quoad facultatem administrandi, nam eam tribuit & valent gesta ratione publici officij, ex quo confirmatio putabatur legitima, Abb. *in d. cap. cum super, n.* 6. *de causa possess. & propr.* quem sequitur Rebuff. *ibid. in gloss.* 1. *versic. quoniam ad confirmationem*, vbi quòd præstat authoritatem administrandi, quando aliàs ante confirmationem administrari non posset, &

4 *versic. quarta limitatio*, dicit confirmatio non operari quòd actus gestus per confirmatum valeat si fuit habitus pro tali. Vlteriùs limita quoad præscriptionem, quia tribuit facultatem præscribendi, Dec. *in d. cap. cum super, n.* 5. *in fine, supr. hoc tit.* Butr. inn. *in consil.* 26. *num.* 11. *lib.* 3. Rebuff. *de forma mandati, gloss. confirmatione, in fine*, Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 6. *num.* 34. *& cap.* 7. *num.* 11. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 65. *§.* 1. *num.* 46. Cardos. *in praxi iudicum, verbo, confirmatio, n.* 4. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 3. Cabed. *Lusit. decis.* 2. *num.* 2. *p.* 2. Sed vide de hac limitatione quæ dixi *ad cap. cum dilecta* 4. *supr. hoc tit.*

5 *Decernimus ipsum irritum, & inane.*] Notatur ad hoc quòd laudum latum non præcedente compromisso non valet, vt per Corset. *in sing. arbitr. incipit. laudum*, & Hippol. *cons.* 10. *n.* 32.

SVMMARIVM.

1 *Dictio sicut, in confirmatione ex certa scientia ponitur causatiuè, nec nocet si verbum confirmationis præcedit tenorem confirmati.*

2 *Confirmatio dicitur ex certa scientia, quando tenor rei confirmatæ specificè insertus est in confirmatione.*

3 *Collatio, seu confirmatio ex certa Pontificis scientia quando dicatur fieri, remissiuè.*

4 *Instrumenti totus tenor si refertur in alio, probat ac si verè esset ibi instrumentum.*

5 *Confirmatio de actu nullo facit validum adhibita causæ cognitione.*

6 *Actus quando per se non subsisteret, censetur Princeps adhibita causæ cognitione confirmans de nouo dare.*

7 *Clausula*, ex certa scientia, *quos effectus, & vim habeat, remissiuè.*

8 *Clausula*, ex certa scientia, *æquiparatur clausulæ* de plenitudine potestatis, *& habet vim clausulæ*, Motu proprio.

9 *Inferior vti non potest clausula*, ex certa scientia.

10 *Clausula*, ex certa scientia, *dispensat super inhabilitate, citationem partis tollit, actum nullum & inualidum confirmat, & remouet omne iuris obstaculum.*

11 *Clausula*, ex certa scientia, *non operatur in his, quæ in facto consistunt, &* n. 12. *nec quando in Principe potestas deficit, &* num. 13. *nec quando Princeps aliquid concedit ad instantiam partis, & numeris seqq. referuntur alij casus, in quibus similiter nihil operatur.*

CAP. Venerabilis. VIII.

Honor. III.

PApa quando confirmat ex certa scientia, licèt 1
verbum *confirmamus*, præcedat tenorem compositionis insertum, & licèt apponatur clausula (sicut sine prauitate prouide facta est) tamen valet confirmatio, & compositio, quia dictio, *sicut*, non ponitur conditionaliter, sed causatiuè. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imola, Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Bald. Viuian. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 365. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 351. remissiuè Ximen. *in concordant. part.* 1.

Tenor compositionis insertus.] Et ideò quando te- 2
nor rei confirmatæ specificè insertus est in confirmatione, operatur quod confirmatio dicatur ex certa scientia emanata, similis text. *in cap. pen.* vbi gloss. *verbo, sicut, infr. hoc tit.* & Dec. *num.* 1. *& in l. idem Vlpianus, §. sunt, & alij, ff. de excusat. tut.* gloss. *verbo, ex certa scientia, in cap. pastoralis, §. præterea, de officio delegat.* tradunt Abb. *in cap.* 1. *num.* 7. *& in cap. examinata, num.* 5. *& in præsenti, num.* 2. *& in cap. porrecta, num.* 6. *vers. in quantum, hoc tit.* Felin. *in cap. cum inter, num.* 2. *vers. sed contrarium, n.* 3. *de except.* Imol. *in Clement.* 2. *in fin. de rescriptis*, Anchar. *consil.* 293. *num.* 3. Bart. *cons.* 193. *num.* 3. *lib.* 1. Rom. *consil.* 327. *num.* 7. Bellam. *consil.* 36. *n.* 7. Gabr. *consil.* 200. *num.* 7. *lib.* 1. *& consil.* 183. *num.* 1. *& seq. lib.* 2. quos refert & sequitur Rot. apud Farin. *dec.* 336. *num.* 2. *part.* 2. *recent.* Gutier. *consil.* 11. *n.* 7. *& 8.* Aloys. Ricc. *in collect. dec. part.* 5. *collect.* 1592. Cabed. *Lusitan. dec.* 2. *num.* 3. *part.* 2. Rot. apud Farinac. *dec.* 340. *in* 1. *collect. nouiss.* Marcin. *in tractat. de iuram. part.* 4. *effectu* 1. *q.* 4. *num.* 20. Decian. *tractat. crimin. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 37. *num.* 4. Carol. de Graffis *de effectibus clericalibus, effectu* 2. *n.* 158. Glorit. *resp.* 1. *part.* 1. *n.* 23. Quando vero dicantur collatio, & confirmatio ex certa Pontificis scientia fieri, 3
vide, Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 29. *num.* 144.

Notatur etiam ad hoc quod si tenor totus in- 4
strumenti refertur in alio, probat ac si vbi verè esset instrumentum, vt per Xuarez *allegat.* 12. *num.* 34.

In

5 In gloss. *Tenor*, ibi, *imò si compositio aliàs non valeret*, &c. Notatur ad hoc quòd adhibita causæ cognitione confirmatio de actu invalido facit validum, vt per Xuar. *alleg.* 11. *n.* 34 *& alleg.* 14 *in princ.* Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 26. Put. *decis.* 448. Cabed. *Lusitan.*
6 *decis.* 77. *n.* 9. *p.* 2. Et ideo quando actus per se non subsisteret, censetur Princeps adhibita causæ cognitione confirmans de nouo dare, vt per Dec. *resp.* 3. *n.* 238. *vol.* 4. Gilchen. *in l. priuilegia*, *n.* 4. *C. de sacrosanctis Ecclesiis*, Peregr. *consil.* 4. *n.* 12. *lib.* 1. Surd. *dec.* 245. *num.* 6.

7 Multa de clausula *ex certa scientia*, & de eius vi, & effectibus tradunt Cels. Hug. *in tract. clausularum, pag.* 241. Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 15. *cum seqq.* Mench. *de succes. lib.* 1. §. 6 *à n.* 10 Perez. *l.* 5. *vers. quaro* 15 *tit.* 12. *lib.* 3. *Ordinam. pag.* 694. Anton. Gabr. *tom.* 3. *communium opin. lib.* 6. *tit. de clausulis*, *concl.* Alascard. *de probat. concl.* 1210. *n.* 7. Menoch. *cons.* 1. *n.* 431. *cum seqq. & cons.* 36. *n.* 17. *& n.* 59. *cum seqq. & consil.* 156. *n.* 45. *& consil.* 181. *n.* 36. Azeued. *ad l.* 2. *n.* 55. *tit.* 14. *lib.* 4. *nouæ recop. & l.* 3. *n.* 5. *cum seqq. eod. tit. & lib.* Surd. *consil.* 303. *n.* 17. *& cons.* 313. *n.* 28. Valasc. *consult.* 130. *n.* 6 *& n.* 33. Cabed. *Lusit. dec.* 2. *n.* 3. *p.* 2. Marches. *de commissionibus*, *p.* 1. *c.* 2. *à n.* 23. Cened. *ad Decretales collect.* 53. *n.* 3. Cardin. Tusch. *pract. concl. tom.* 1. *lit. C. concl.* 340. Soar. *de legibus lib.* 8. *c.* 18. *à n.* 4. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 45. §. 1. *n.* 75. *& seqq.* Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *c.* 2. *n.* 225. Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 1. *n.* 46. Ludouic. Rodolphin. *de suprema*, *seu absoluta Principis potestate*, *c.* 5. *n.* 13. *& cap.* 6. *num.* 5. *cum seqq.* Marta *de clausulis*, *part.* 6. *clausul.* 106.

8 Hæc clausula æquiparatur clausulæ, *de plenitudine potestatis*, Cott. *in memorab. verbo*, *clausula*, *pag.* 115. Brunor. à Sole *in locis communibus*, *verbo*, *clausula* 17. Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 7. *n* 17. Mench. *illustr. c.* 26. *n.* 3. Menoch. *cons.* 103. *n.* 50. Matiens. *ad l.* 7. *gloss.* 7. *n.* 4. *tit.* 7. *lib.* 5 *nouæ recop.* Auendan. *ad l.* 40. *Tauri*, *gloss.* 11. *n.* 28. Cardin. Tusch. *d. concl.* 340. *n.* 11. Marches. *de commiss. p* 1. *pag* 65. *n.* 152, *secundum nouam impress.* Et habet vim clausulæ, *Motu proprio*, Glorit. *d. resp.* 1. *p.* 1. *n* 32. Gabr. *d tit de clausulis*, *concl.* 1. *n.* 27. Cardin. Tusch. *d. concl.* 340. *n.* 22. Et clausulæ, *pro expressis*, Gabr. *d. concl* 1. *n.* 26.

9 Inferior vti non potest hac clausula, Mench. *tit. de testatoris potentia*, *lib.* 1. §. 6. *n.* 10. & non nisi causa cognita apponenda est, Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 12. Menoch. *consil.* 1. *n.* 433. Et tamen vbi de iure apposita reperitur, multos operatur effectus, dispensat enim super inhabilitate, Marta *de*
10 *iurisd. part.* 4. *centur.* 2. *casu* 176. *n.* 4. Citationem partis tollit, Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 11. Gam. *Lusitaniæ decis.* 278. *n.* 1. vbi quod in legitimatione à Rege concessa excludit citationem hæredum ab intestato venientium. Actum nullum, & invalidum confirmat, Gabr. *d. concl.* 1. *num.* 1. Cabed. *Lusitaniæ decis.* 2. *n.* 3. *part.* 2. Remouet omne iuris obstaculum, Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.* 4. *cap.* 1. *n.* 55. Condictionem indebiti tollit, Gabr. *d. concl. num.* 39.

11 Verùm quamvis hæc clausula supradictos, & alios plus operetur effectus, dispenset, habeátque vim specialis derogationis, in multis aliis casibus nihil operatur, quorum aliquos exempli gratia in præsentiarum adducere operæ pretium duxi. Primò in his quæ in facto consistunt, & de quibus Princeps non præsumitur habuisse notitiam, Cot. *d. verbo clausula*, *pag.* 113. Menoch. *cons.* 1. *n.* 432. Brunor. *d. verbo*, *clausul.* 18. Sanch. *de matrim. lib.* 8. *disp.* 4. *n.* 6. Rodolph. *d. tract. de suprema*, *seu absoluta Principis potest. c.* 6. *n.* 5. Cardin. Tusch. *d. lit. C. concl.* 340. *n.* 44. Marches. *de commiss. p.* 2. *pag.* 357. *n.* 94. Seraphin. *dec.* 268. *num.* 5. Vincent. de Franch. *decis.* 192. *num.* 18. Aldrete *pro omnimoda Regalium exceptione*, *p.* 2. *cap.* 1. *num.* 11.

Secundò vbi in principe potestas deficit, Couar. 12
lib. 3. *var. c.* 6. *n.* 9.

Tertiò quando Princeps aliquid concedit ad in- 13
stantiam partis, Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 107. *num.* 38.

Quartò vbi constat de errore, Seraphin. *d. tract.* 14
de priuilegiis iuram. priuileg. 90. *n.* 6. vbi *n.* 3. asserit quòd impedit posse allegari errorem, idem tenet Donat. à Fina *tom.* 2. *comm. opin. lib.* 1. *tit.* 20. *n.* 122. *pag.* 263.

Quintò vbi adest clausula derogatoria, Alexand. 15
Trentacinq. *var. resol. lib.* 1. *tit. de rescriptis*, *resol.* 6. *n.* 12. *vers. nota quòd clausula.*

Sextò non supplet ertoneam, & falsam informa- 16
tionem, Valasc. *cons.* 130. *n.* 33.

Septimò non purgat falsitatem narratorum, Ioseph. 17
Sesse *Aragoniæ dec.* 113. *n.* 165.

Octauò non operatur parte absente, quando fuit 18
adhibita sine causæ cognitione. Brunor. à Sole *d. verbo*, *clausula*, *n.* 15.

Nonò nec in præiudicium tertij, Burg. de Pace 19
consil. 25. *n.* 45. Menoch. *consil.* 1. *num.* 421 Brunor. à Sole *d. verbo clausula*, *num.* 15. & 25. Rendina *in promptuario receptarum sentent. tom.* 1. *tit.* 16 *num.* 11. Molin. *d. lib.* 2. *cap.* 7. *num* 23. Cardin. Tusch. *d. lit. C. concl.* 240. *num.* 38. *cum seqq.* Marta *de clausulis part.* 1. *clauf.* 72. *n.* 10. Ludouic. Rodolph. *d. cap.* 6. *n.* 14. vbi etiam asserit quòd aliquid operatur quando agitur de modico, vel leui præiudicio partis, secus verò si de maximo agatur, quod etiam ex Alex. Ruino, Grammat. & aliis tenet Menoch. *consil.* 36. *n.* 59. quicquicquid dicat Modern. *de iurisd. p.* 4. *centur.* 2. *casu* 176. *num.* 5.

Decimò non tollit vitium subreptionis, Ludou. 20
Rodolph. *d. c.* 5. *n.* 13. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 3. *c.* 2. *num* 233.

Vndecimò non operatur vt posterior dispensatio 21
non facta prioris mentione minimè sit subreptitia, Sanch. *de matrim. lib.* 8 *disp.* 22. *n.* 8.

Duodecimò nunquam supplet dolum partis im- 22
petrantis, Fr. Emman. *quæst. Regalium*, *tom.* 1. *q.* 8. *art.* 15.

Decimotertiò non tollit læso remedium, *l.* 2. *C.* 23
de rescind. vendit. vt *ibi* tenet Pinel. *part.* 1. *cap.* 2. *num.* 2.

Decimoquartò non tollit defectus naturales Gabr. 24
d. tit. de clausulis, *concl.* 1. *n.* 41. vbi *n.* 43. asserit quòd non tollit defectum personæ.

SVMMARIVM.

1 *Collatio Ecclesiæ alteri facta per Legatum, & per Papam confirmata, ius diœcesani non tollit.*
2 *Occasio, & causa in quo differant ostenditur.*
3 *Occasio omnino est fugienda.*
4 *Legatus de latere potest vnire beneficia suæ prouinciæ, absque tamen præiudicio Episcopi.*

Cap. Sua nobis. IX. & vltim.

1 QVando per Legatum Papæ confertur Ecclesia, vel beneficium, & confirmatur deinde à Papa per huiusmodi collationes, & confirmationes, non lædiuntur iura diœcesani, sed debet illi obedire præcisus in iuribus ordinariis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Imol. Anan. Host. Anch. Butr. Bald. Dec. Henric. Viu. *in ration. secundi libri iuris Pontif. pag.* 385. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 352. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

2 *Sumentes occasionem.*] Occasio latissimè intelligenda, vt comprehendat etiam quamlibet occasionem sine ratione, & ideò differt à causa, quæ propriè per se ordinatur ad aliquid, sed occasio etiam remotissimam causam, & non rationabilem continet, Cardinal. Tusch. *tom. 2. lib. 2. lit C. concluſ.* 318. *num.* 2. vnde vulgò dicitur, qui vult discedere ab amico, causam quærat, id est, quærat causam remotam, & non veram, idem Tusch. *d. concluſ.* 318. *numer.* 4. & ideò occasionem omnino esse fugiendam asserit Franciscus Molin. *de ritu nuptiar lib.* 1 *comparat.* 3. *num.* 45. & latè de occasione agit Tiraquel. *in tract. cessante causa, limit* 13. *num.* 3.

3 *Tunc Apostol. Sedis Legatus*, &c.] Notatur ad hoc quòd Legatus de latere non potest vnire beneficia Prouinciæ suæ, vt per Innoc. ad fin. Butr. *num. vltim.* Host. *n* 1. & Ioan. Andr. *n* 2. *in præsenti*, Federic. *consil.* 195. Cæterùm verius est posse, absque præiudicio tamen Episcopi, vt docent *in præsenti* Abb. *n* 8. Zabar. *n.* 1 Imola *in fine*, & Dec. *à n.* 19. *vsque ad n.* 23. Gambar. *de officio, & potestate Legati, lib.* 5. *sub rubr. de potestate Legati in veniendo beneficia, à num.* 49. plures, quos refert & sequitur Rebuff. *in praxi benefic. titul. de vnion. benefic. à num.* 24. Hojeda *de incompatibil. benefic. part.* 2. *cap.* 3. *num.* 7. *versic. vlterius Legatus*, Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *quæst.* 8. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 65. Ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, part.* 3. *allegat.* 66 Sanch. *ad præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *c.* 29. *num.* 158. vbi respondet ideo in hoc text. non approbari vnionem factam per Legatum de Latere, quia illa præiudicabat iuribus Episcopi, cùm importaret plenam exemptionem in spiritualibus, & temporalibus.

Pro complemento huius secundi libri in hoc loco resoluendam duxi practicabilem illam quæstionem, qualiter scilicet fructus beneficij Ecclesiastici inter hæredem beneficiarij defuncti, & successorem in beneficio sint dividendi? pro cuius faciliori decisione, ne confundamus terminos, specialiter sciendum in primis nobis est, quid attento iure communi tenendum, denique quid attenta Bulla Iulij III. denique quid attentis particularibus consuetudinibus.

In primis attento iure communi aliqua extat inter Doctores modernos controuersia, quidam enim censent fructus inter beneficiatum defunctum, seu etiam renuntiantem, & successorem diuidendos pro rata anni, argument. *l. diuortio, ff. soluto matrimonio*, nam cùm beneficium detur propter officium, & seruitium Ecclesiæ, *cap. cum secundum Apostol. de præbend. cap. fin. de rescript. in* 6. sicut dos propter onera matrimonij, *l. pro oneribus, C. de iure dotium*, inducenda videtur dispositio, & decisio *d. l. diuortio*, & ideo hanc partem sequuntur Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 15 *à num.* 12. Flamin. *de confident. quæst.* 55. *num.* 49. Molin. *de primogen. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 4 Sarmien. *de redditibus Ecclesiast. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 14. Gutier. *canonic. quæst. lib.* 1. *quæst.* 53. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo, beneficium*, §. 6. *& p.* 2. *verbo, renuntiatio*, §. 2. Escobar. *de ratiociu. tom.* 2. *computat.* 20. *num.* 23. Castil. *quotid. lib.* 1. *de vsufructu, cap.* 79. *à princip.* Molin. *de iustit. tract.* 2. *disputat.* 635. *num.* 7. Parlad. *different.* 110. §. 1. Marc. Anton. Genuens. *in praxi Archiepiscop. Neapolitan. cap.* 53. *in annot. num.* 11. *secundum nouam impress.* Nicol. Garcia *de benefic. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 97.

Alij verò sustinent fructus à solo separatos inexactos spectare ad successorem, non autem ad hæredes prædecessoris, vt per multa iura concludit Calderin. *consil.* 2. *num.* 1. *versic. tertius casus, de peculio clericorum*, Iason. *consil.* 75. *num.* 6. *& seqq. volum.* 3. Cardin. *consil.* 110. *num.* 2. & fuit dictum *in Palentina fructuum* 26. *Februarij* 1580. coram bonæ memoriæ Cardinale Lanceloto seniore, *& in nullius seu Romana pecuniaria* 4. *Iunij* 1593 coram Cardin. Blanchetto, impress. apud Machesanum *de commissionibus, part.* 2. *fol.* 424. *num.* 3. & nouè *in Papien. fructuum* 21 *Februarij* 1622. coram Reuerendiss. P. D. Remboldo, & latè consuluit Surd. *cons.* 331. *num.* 6. *vers. contrarium tamen*, cum pluribus sequentibus.

Verùm communis antiquorum, & modernorum sententia tenet ad hæredem defuncti transire fructus ante obitum eius qui beneficium habebat, collectos, pendentes verò ad Ecclesiam, vel successorem in beneficio pertinere quia clerici in vita æquiparantur vsufructuarijs, qui faciunt suos fructus iam collectos, & à solo separatos, & eos transmittunt ad hæredes; ita gloss. *verbo, primi anni, in cap. si propter*, vbi Dominic. *n.* 9. & Franch. *num.* 5. ac alij, *de rescript. in* 6. gloss. etiam *verbo, reseruari, in cap. præsenti*, vbi Prob. ad Monach. *n.* 2. *de offic. Ordinar. in* 6. Hostiens. *in cap. fin. num.* 5. & *ibi* Zabarell. Imola, & Barbat. *de peculio clericorum*, Anton. Corset. *in sing. verbo, clericus*, Nicol. Gemin. *in enchiridio benefic. titul.* 4. *de gratiis expectatiuis*, *n.* 24. Nauar. *de redditibus Ecclesiast. quæst.* 2. *monitu* 13. *& consil.* 7. *sub titul. de success. ab intestato, & consil.* 3. *de peculio clericorum, & consil.* etiam 3. *de donationibus*, D. Barbos. *in l. diuortio, part.* 2. *num.* 44. *& à num.* 56. Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *titul. de bonis clericorum*, §. 15. Rendin. *in promptuario recept. sentent. titul.* 50. *numer.* 6. Monet. *de distribut. quotidian. part.* 3. *quæst.* 4. *à numer.* 21. vbi *num.* 24. asserit meritò admitti posse opinionem Couar. de rata temporis quoad fructus, qui percipiuntur ex domibus locatis, propter rationem, quam affert idem Couar. non quidem *d. numer.* 12. sed *numer.* 4. vbi de emptione agit, quia pensio in prædio vrbano soluitur pro fructibus qui quotidie percipiuntur, scilicet pro eius vsu, & habitatione, quod etiam sentit Ioan. de Imola *in d. l. diuortio, in princip.* dicens quòd pro rata temporis præteriti in prædiis vrbanis potest exigi pensio propter continuatam vtilitatem, secus verò in prædiis rusticis, in quibus percipitur vtilitas solùm tempore messium, & vindemiarum.

Superuenit tamen Bulla Iulij III. incip. *Motu proprio*,

proprio, edita & publicata *de anno* 1550. qua expressè disponitur fructus, obi non spectant ad Cameram, tanquam spolia spectare ad successores, etiam quòd maturati fuerint tempore beneficiati, dummodo realiter, & cum effectu percepti non fuerint, & aliis propriis bonis non incorporati, etiam quod per beneficiarios non steterit quominus illos exegerint, imo etiamsi pro eorum exactione omnem diligentiam iudicialiter agendo adhibuerint, cuius quidem Bullæ vigore resolutum fuit in allegatis, *nullius seu Romana pecuniaria, & in Papien. fructuum.*

Extat nunc maxima controuersia an prædicta Bulla Iulij III. sit vsu recepta, & in Regnis Hispaniarum, & in statu Mediolanensi. Quoad Hispaniarum Regna Nauar. *consil. 4. de succes. ab intestato*, & Nicol. Garcia *dicto cap. 1. numer. 102.* tenent dictam Bullam in illis Regnis non esse vsu receptam, quod Rota sæpe sæpiùs dixit, & signanter *in dicta Palentina fructuum 26. Februarij 1580.* coram Cardinal. Lanceloto, & *in Gerunden. fructuum 24. Maij 1599.* coram Domino Iusto, & *in Barchinonen. fructuum 4. Iulij 1607.* coram eodem & *10. Decembris*, *eiusdem anni 1607. & 3. Decembris 1610.* coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano, & nouè *in Corduben. beneficiorum 24. Februarij 1620.* coram Reuerendissimo Domino meo Caualerio, in hæc verba. Quamvis Rota per duas decisiones *sub diebus 17. Nouembris 1618. & 1. Iulij* præteriti, resoluisset fructus beneficij S. Andreæ decursos à die obitus Ludouici, quos A. C. declarauerat restituendos esse Piccardo, deberi Ioanni Lopez tanquam plenissimè subrogato ad ius ipsius Piccardi, nihilominus hodie causa de nouo proposita super eisdem, Domini recesserunt à decisis, & moti sunt ex notoria consuetudine vigente in regnis Hispaniarum, quæ non reuocabatur in dubium, & super ea fuit aliàs facta resolutio *in Palentina fructuum Archipresbyteratus 26 Februarij* 1580. coram Cardin. Lanceloto seniore, relata per Garc. *de benefic. part. 2. cap. 1. num. 12.* quòd scilicet fructus separati à solo spectent ad hæredem, per quam consuetudinem cessabat ratio illa, cui decisiones factæ innitebantur, vt scilicet quemadmodum dicti fructus debeantur Piccardo, ita debeantur Ioanni in ipsius loco subrogato, nam si debentur hæredibus Piccardi, non possunt dici comprehensi in subrogatione, &c.

Verùm hodie magna circunspectione circa non receptionem dictæ Bullæ vtendum est, ego enim hoc præsenti anno 1625. in Rota coram Reuerendissimo domino meo Buratto *in vna causa Bracharen. fructuum* instanter petij declarari dictam Bullam in Regno Lusitaniæ (quod pars est Hispaniæ, vt asserit Nauarr. *consil. 2. numer. 2. de decimis*, & omnibus patet) vsu receptam non esse, & tamen Rota coram dicto Domino meo in decisione facta super hac causa *sub die 18. Aprilis* 1625. nihil certi firmare voluit, sed dubium in hæc verba resoluit. Iustitia autem dictarum trium conformium in hoc capite quicquid sit de iure communi an fructus à solo separati spectent ad successorem, vel ad hæredem, vt latè per Carder. *consil. 1. de pecul. cleric.* & quicquid sit stante consuetudine, de qua in Regnis Hispaniarum Garc. *de benefic. part. 2. cap. 1. numero 102.* & *in Barchinonens. fructuum 10. Decembris* 1607. coram Reuerendissimo Domino meo Decano, in qua aliæ decisiones, & doctrinæ allegantur, certum est quòd sublata est difficultas ex constitutione synodali Bracharen. qua cauetur quòd si obtinens beneficia simplicia moriatur ab intestato, habeant omnia eorum hæredes integrè, & si illos non habuerint, habeat dicta bona Ecclesia; spectant igitur ad hæredes beneficiati, &c. Hæc in illa decisione Bracharen. fructuum.

Quoad Statum Mediolanens. pariter afferent dictam Bullam in eo non esse vsu receptam Bosquin. Caualcan. *decision. 30. num. 5. part. 5.* & Nicol. Garc. *dicto cap. 1. numer. 103.* Sed contrarium firmauit Rota *in dicta Papien. fructuum*, coram Reuerend. Domino meo Pamboldo, in hæc verba. Nec obstat quòd dicta constitutio non fuit vsu recepta, vel quòd saltem præsumptio obseruantiæ dictæ constitutionis eliditur ex iuribus ponderatis *in Mediolanens. fructuum 9. Martij* 1592. coram bonæ memoriæ Orano, quia præterquam quòd videbatur, quòd dicta constitutio fuerit publicata, habeátque decretum irritans, non posset dari de non vsu ipsius, nec minus prætendi, quòd fuerit per contrarium vsum abrogata, ex deductis per Gabriel. *de clausul. libro 6. conclusion. 3. numer. 4.* Rot. *decision. 197. numer. 3. part. 1. in recent* cessat etiam difficultas ex quo etiam dicta constitutio circumscripta dicti fructus inexacti spectant iuxta dispositionem iuris communis ad successorem, vt dictum est, non verò ad hæredem. Nec obstat quòd dicta dispositio locum non habeat quando in contrarium vigeat consuetudo, Calder. *dicto consil. 2. ante fin. versicul. puto concludendum*, Couar. *in cap. cum in officiis, numer. 6. de testament.* quia non probatur quòd adsit aliqua consuetudo in contrarium in ciuitate Papiens. quæ tamen plene, & concludenter probanda esset, gloss. *in l. 1. in verbo, probatis, C. quæ sit in longa consuet.* Alexand. *consil. 131. num. 9. lib. 2.* Surd. *consil. 313. num. 23.* Cæsar. de Graffis *decision. 6. numer. 5. de præbend.* cum aliis per Mantic. *de tacitis, & ambiguis conuention. lib. 3. titul. 9. numero 72.* Nec dici potest quòd dicta consuetudo sit probata ex quadam enuntiatiua eiusdem Iulij III. in Breui seu literis anni 1553. quarum copia datur, quicquid esset dicendum an dictæ literæ essent in forma probanti, & vtrùm dicta enuntiatiua, vtpote, quæ emanauit ad partis suggestionem probet, & præsertim quia, vt aliqui ex dominis dicebant, Papa in dicto Breui non dicit, quod dicta consuetudo fuerit legitimè probata, sed tantùm quod fuit deducta, vt apparet ex lectura dicti Breuis; & insuper visum fuit quod dum Papa narrat quod in Statu Mediolani antiqua viget consuetudo quod spolia personarum Ecclesiasticarum ad earum hæredes transeant, huiusmodi narratiua intelligi debeat de fructibus sic exactis, & in horreum reconditis, aut de bonis ex fructibus sic exactis emptis, quæ verè propriè dicuntur spolia clericorum, quia spolia sunt rerum ad beneficiato spectantium, & quæ in eorum peculio reperiuntur, vt in puncto fuit dictum *in Romana, seu Vercellen. pecuniaria*, coram bonæ memoriæ Cardinal. Seraphino, quæ est inter impressas *decis. 594. numer. 5.* non autem de fructibus inexactis, quos idemmet Iulius III. per constitut. vt *suprà* dictum est, ante dictum Breue edictum voluit pertinere ad successores, adeò

ade quòd dicta narratiua non possit deseruire ad probandum aliquam consuetudinem quoad dictos fructus inexactos, de quibus agitur, sed tantùm quoad spolia, id est, fructus exactos, qui sunt extra controuersiam. Et in omnem euentum ad effectum de quo agitur, sufficit quod ex dicta narratiua Breuis remanet clarè probatum, quòd adsit in Statu Mediolani talis consuetudo quoad fructus inexactos, cùm maximè huiusmodi consuetudo esset plenè, & concludenter probanda, ex *suprà* allegatis, &c.

Hæc, quæ ex suprà dicta decisione colliguntur de receptione dictæ Bullæ Iulij III. procedunt in Statu Mediolanensi, non verò in Prouincia, Papia enim non est de Prouincia, sed exempta, & immediatè subiecta Sedi Apostol. nam in Prouincia constat ex Concilio Prouinciali Mediolanensi V. *part. 3. titul. de Ecclesijs, earum supellectile, & fructibus*, §. *vt litibus*, quòd dicta constitutio non est vsu recepta, immo in corroborationem prædictorum postea successit Concil. Prouinciale Mediolanens. VII. *titul. de fructibus clerici defuncti*, in quo præscribitur quòd fructus separati à solo pertineant hæredibus beneficiati defuncti cum supportatione onerum vsque ad nouos fructus.

Finis Libri secundi Decretalium.